(2.2

اشعار الحماسة

HAMASAE CARMINA

CUM TEBRISII SCHOLIIS INTEGRIS EDITA

VERSIONE LATINA COMMENTARIOQUE ILLUSTRAVIT

ET INDICIBUS INSTRUXIT

GEORG. GUIL. FREYTAG *Dr.*

PROFESSOR LINGUARUM ORIENTALIUM IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILIELMIA.

PARS POSTERIOR II

CONTINENS

VERSIONEM LATINAM, COMMENTARIUM ET INDICES

BONNAE

IN OFFICINA LECHNERI

VENDITUR APUD MARCUM

MDCCCLI.

(2.2

FRIDERICO GUILELMO IV

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI FAUTORIQUE LIBERALISSIMO

VERAE LIBERTATIS FUNDATORI

OMNIBUS CUIUSCUNQUE GENERIS HOMINIBUS VIAM APERIENTI

HOSCE STUDIORUM FRUCTUS

QUOS AUXILIO BENEVOLENTISSIME CONCESSO AD MATURITATEM PERDUXIT UT SI QUID COMMODI IN ALIOS INDE REDUNDET IPSI SOLI DEBEATUR

SUMMA QUA PAR EST GRATI ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D D D

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS GUILELMUS FREYTAG.

CAPUT SECUNDUM.

Epicedia seu carmina lugubria.

I.

Dixit Abu-Chirasch Hodsailita.

In oxplicando nomine Chirasch Tebrisius, vocem nomen actionis soxtae verbi formae esse dixit. Ro vera nomen actionis tertiae formae est; sed istâ verbi formâ inusitatâ sextae id grammatici tribuorunt. Mersukius vero vocem a tertia forma derivavit, simul adnotans vocem pluralem singularis vocis خرش esse posse. Scholiastes porro dixit, vocom خراش stigma oblongum instar ustionis levis (In Mersukii codice loco vocis الحفيفة legitur الخفية occultae) significantem habere pluralem اخرشة, qui in tribus [1]) adhiberetur. Ut probaret, formam octavam verbi in catulis inter se tumultuantibus adhiberi, versum metri Redjes sequentem adnotavit: Catuli tumultuantur inter se in ventre mulioris Omm-Alhammarisch appellatae. Nomen patris Chiraschi fuisso dicit Chowailid b. Morrah, qui ad familiam Banu-Kird pertineret. Kirdi autem nomen fuisse Ahmru b. Moahwijah b. Tamim b. Sahd b. Hodsail. Virum tempore Ohmari serpentis morsu vitam exspirasse.

1. Post mortem Ohrwahi Deum meum laudavi, quum Chiraschus ex nece evasisset, nam una malorum pars levior alterâ est.

Pater Deo gratias agit, quod fratre occiso filius conservatus sit, quum levius malum sit uno privari quam duobus. Quum in versu nominis Chirasch mentio facta sit, scholiastes ad explicaudam vocem rediens, se nomen actionis tertiae formae esse, dixisse contendit, id quod a vero alienum est [2]). Personam vero (خراشة), cuius in versu, a Sibawaihio in libro suo citato, mentio facta sit, tam cum vocali Kesra quam cum vocali Dhamma efferri. Metrum sequentis versus Basith est: O Abu-Chiraschah! tu paucorum tantum socius es; sed meam gentem hyaena non voravit (i. e. numerosa est). Nomen igitur a verbo خرش (quaestum fecit familiae) derivandum formam vocibus عمالة et عجالة aut vocibus ولاية et نكاية similem habere. Versuum causam talem fuisse narrant: Ohrwahus b. Morrah, frater patris Chiraschi et Chiraschus, quum negotio communi occupati essent, a duabus familiis ad gentem Tsomalah pertinentibus, familia

1) Arabum grammatici formas pluralis in paucis designandis usitatas ab iis distinxerunt, quae in multis adhibentur. Illae جمع قلة hae جمع كثرة appellantur. Illae nonnisi numero trium usque ad decem designando adhibentur, hae pluribus (Gram. Ar. T. I. No. 872.).

2) In hoc sine dubio erravit, quod hoc in loco Mersukii textum ante oculos haberet; supra vero aliam grammaticum sequeretur.

nompe Banu - Risam et Banu - Balal captivi facti erant. Quibus quum ulciscendi officium esset, utrum eos vitâ frui sinerent an occiderent, dissensere. Re eo adducta, ut ad manus ventum esset, gens Banu - Balal, quae necandos esse consuisset, Ohrwahum occidit, dum altera gens Chiraschum abducebat. Unus autem eorum, beneficium in eum conferendi occasionem arrepturus separatim eum interrogavit, quaenam eius in via monstranda peritia esset et quum, avis Kathae[1]) eam esse, respondisset, pallio suo superiniecto dixit: Eripe te fugâ! Iste tum propositum suum in via secutus a persequentibus salvus evasit. Pater autem rem a redeunte auditam his in versibus narravit. Grammatici Alazmäih et Abu - Obaidah dixisse feruntur, se praeter nostrum poetam nullum novisse, qui virum sibi incognitum versibus laudaverit. Tempore autem Islami poeta Abu-Nowas (nat. 136 aut 145 aut 148 aut 149 mort. aetate quinquaginta annorum anno 195 aut 196 etc.) eandem rationem secutus est in versibus, quorum primi sequentes sunt (metr. Thawil): Quot sodalium domus, quas evacuarunt et reliquerunt, apud quas vestigia erant tam recentia quam vetusta, loca, ubi per terram utres trahebantur et manipuli herbarum odoriferarum decerptarum atque aridarum! Et nescivi, quinam fuerint, nisi quod in Oriente Sabathi[2]) regiones desertae eos adfuisse indicant. Grammaticus Mobarred (nat. 210. mort. 286.) Chiraschi fata paulo aliter narravit: Eum fuisse in vinculis et pone tentorium proiectum quum hospes adveniens tempore, quo dominus absens esset, ut res, quibus hospes exciperetur, instrueret, captivum genus interrogaret, et misericordiâ commotus ruptis vinculis cum dimitteret. Captivi autem dominus quum captivus meus! captivus meus! clamaret, hospes arcum tendens, se, si fugientem persequeretur, sagittâ ipsum petiturum esse iuravit. Alii narrant, quendam Ohrwahum occisum, quem nudis pudendis iacentem[3]) conspexisset, pallio suo texisse. Loco vocis الاهى legitur quoque الآلاء; sed raro haec vox cum articulo coniuncta reperitur; cum autem vox designat, qui colendus est. Vox autem حمد (laus) eandem rationem sequitur, quam vox شكر (gratiarum actio), nisi quod haec vox in beneficiis, illa in agendi ratione, quae probatur, etsi beneficia non conferuntur, **(p. 366.)** adhibetur. Verba autem بعض الشر اهون من بعض in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meid. C. 2, 28.). Idem proverbium in versu Har. ٣٦٣ citato adhibitum invenimus. Simile proverbium (Meid. C. 26, 62.) invenitur. Quum in malo nil lene sit, a poeta adhibitus loquendi modus vituperationi obnoxius videri potest; sed res sic explicanda est: Mali quum gradus sint, malis singulis adfectus si quis de malorum summis gradibusque monte cogitat, unum malum cum altero comparatum aut levius aut gravius altero reperiet, ut unum altero levius esse dici possit. Diversa autem est ratio loci in Corano Sur. 25, 26. »Compotes paradisi isto die meliorem locum, ubi habitant, habebunt, pulchrioremque locum,

1) Aves Katha a sono, quem edunt, appellatae (conf. Meid. C. 14. 90. 25, 99.), quarum duae sunt species rubrarum et nigrarum (conf. Russel Beschreib. v. Aleppo p. 74. Chrestom. beat. de Sacy T. II. p. 26 sqq. ed. pr.) e longinquo spatio ad aquam rectâ viâ volant, ut viae peritia earum paena in proverbium venisse videatur أنج est imperativus a verbo نجا.

2) Nomen loci in provincia Madäin sub Persarum ditione conf. Meidan. C. 20, 89.

3) Arabes dedecori ducebant, si quis occisus nudis pudendis iaceret.

ubi somnus meridianus capitur«; compotes enim paradisi et compotes ignis inferni nulla in re socii sunt. Versus Corani igitur hunc potius sensum offert, compotum paradisi conditionem tam pulchram esse, ut neque ulla eam re compareтur neque ulla re describatur. Eadem ratio quoque verbis, quibus Mohammedani utuntur: الله اكبر »Deus maximus est!« et Mohammedis verbis: الله اكبر واجل »Deus maximus, illustrissimus est!« quum incredulos audivisset dicentes: اعل هبل »Exaltoris Hobale!« [1]).

2. Et per Deum! occisi nunquam obliviscar, cuius nece in latere Kusae adflictus sum, quamdiu in terra gradior.

Verbis ostendit, occisum ipsi multum carum fuisse, ut caede eius magna calamitate adflictus sit, nam quo gravior res nobis accidit, eo serius nobis in oblivionem venit. Scholiastes adnotavit, voces جانب قومى cum voce قتيلا cohaerere, ita ut haec verba nec non verbum رزيته adiectivorum locum teneant, quibus vocis قتيلا significatio specialior fiat. Verba ما مشيت nominis actionis locum occupare, antea nomine temporis omisso, quorum sensus sit: مدة مشيى »spatio temporis incessus mei«. Quum autem verbis ما مشيت conditionem cum propositione consequente exprimere voluerit, factum esse, ut praeteritum loco futuri positum sit (Gram. Ar. T. I. p. 180. Sensum esse: Si vivus sum, occisi etc. non obliviscar. Ohrwahum pluribus carminibus deflevit et similem sensum in versu expressit, quem in Ebn-Challikani libro No. ٧١٣ p. ١٣٩ ed. Wüstenf. legimus فلا تحسبى (.f تحسبن) انى تناسيت عهده ولكن صبرى يا امير جميل »Ne putes, me eius temporis oblitum esse; sed, o princeps! patientia mea pulchra est« (metr. Thawil).

3. Quamvis vulnera sanantur: nam propinquiore re adficimur, etsi res praeterita magna est.

Verba, quae generaliter locutus protulerat, quasi correcturus et se excusaturus, si solatio in posterum utatur, addit, etsi praeterita maiora sint, tamen praesentia animum nostrum occupare. Quidam interrogatus, quid vehementissimum malum sit? respondit: ما يحضرك وان برح بك ما غاب »Praesens et si praeteritum te adfligit«. Sensui similis versus Alahwazi est (metr. Basith): أن القديم وان جلت رزيته ينضو فينسى ويبقى الحادث الانف »Vetus et si calamitas eius magna est, deletur, ut oblivioni tradatur, sed novum, incipiens manet« conf. Ham. p. ٣٦٩ v. 5. Verba على انها statum describentia Gram. Ar. T. I p. 481. loco casus accusativi sunt, dum a verbis ما انسى قتيلا reguntur. Ut enim verba ما اترك حق فلان على ظلع بى »non relinquam debitum cuidam solvendum, quamvis in me claudicatio est« aequalia sensu sunt verbis اوديه ظالعا »ei solvam debitum, dum claudicans sum«, sic verba ما انسى قتيلا على عفا الكلوم »non obliviscar occisi, quamquam vulnera sanantur« sensu aequalia sunt verbis: اذكره عافيا كلمى »eum recordabor, dum vulnus meum sanatur«. Vulneribus

1) Hobal numen idoli in templo Meccano a Koraischitis culti erat. Abu-Sofjanus post pugnam Ohodensem, qua Mohammedes victus erat, dixisse fertur: اعل هبل ظهر دينك »Exalteris Hobale! religio tua vicit«; nam ante pugnam idolum de eventu sorte interrogaverat. Ex hoc loquendi modo Mohammedani suum الله تعالى derivasse videntur, nam Mohammedes ex variis cultibus, ut varios homines alliceret, religionem suam composuit conf. Pocock. specim. hist. Arabum p. 114 sqq.

autem animi aegritudinem initio doloris designans, tempus dolores animi lenire, dicit. In voce انها suffixum a grammaticis ضمير القصة aut ضمير الشان (pronomen rei) appellatum (conf. Gram. Ar. T. II, p. 371.) est, dum sententia illud sequens eius subiecti locum tenet. Sic autem phrasis exponenda est: على ان القصة ان الجرح يعفو. Eodem iure على انه dici potuit. Grammaticus Abu-Saidus verbum عفا vocibus, quibus contrarius sensus sit, adnumeravit; sed in exemplis ab eo adnotatis re vera contrarius sensus non invenitur; lanam enim ovis qui detondit et capit, nil agit nisi vestigium lanae delet.

4. Quis super eum pallium suum coniecerit, nescio; sed is a viro laude digno puri generis originem duxit.

Quamquam nesciat, quis in filium suum beneficium contulerit, tamen haud negandum esse, cum virum esse laude dignissimum, claro genere ortum. Facto id probari. Vox من aut loco vocis الذى est, ut obiectum verbi ادر sit et verba القى عليه رداءه phrasin cum eo coniunctam (صلة Gram. Ar. T. II. p. 261.) constituant aut vox من est pronomen interrogativum loco subiecti, cuius praedicatum in verbis القى عليه cernatur, dum tota phrasis loco obiecti verbi ادر est. Verba autem على انه statum illius viri, cuius personam nomenque haud novit, describunt, quasi dixerit لا ادريه مسلولا neum haud novi, dum ortus est etc.« Sed in usu verbi سل comparatio viri cum gladio, qui e vagina educitur, latere videtur. Vir fortis cum gladio Ham. p. ٨٤ v. 3. p. ١٢٩ v. 4. p. ٢٣٩ v. 6. comparatus est. Loco verborum على انه legitur quoque سوى انه sensu non multum diverso. Hoc recepto vox سوى locum accusativi tenet tanquam exceptio exiens (seu separata[1]), dum eius loco vox لكن adhiberi licet. Rem **(p. 367.)** exceptam a priore separatam esse, scholiastes ostendit. Duplex autem viro perfecto ab Arabibus laus tribuitur, una propter facta generosa, quam ob causam eum natum esse de stirpe viri laude ob facta digni (ماجد) dixit, altera ob parentum nobilitatem, qua in re causa est, cur محض dixerit. Origo autem viri pura (محض) appellatur, quum tam pater quam mater puri et liberi Arabes sunt.

5. Non fuit frigidi cordis, tumidus, qui iuventutem in opum abundantia et commoda vita transegerat.

Laudat animi virtutem et corporis roborem. Animi virtutem designat verbis: non fuit frigidi cordis. Animum cum corpore comparavit. Ut corpus frigore torpet, sic animum frigore torpere dixit. Frigidum cor est tale, quod torpens nil generose volutat. Ut corporis roborem designet, eum tumidum et nimium carnosum corpus non habere dicit. Tale corpus Arabibus vituperatur, quum molli vita et turpi otio ortum putetur (Hamas. p. ٦٢٩ v. 2.). In fine causam addit, cur tale corpus non habeat, quod ipsi laudi inservit. Vox ربيلة quae proprio rem teneram et mollem vel teneritatem significare videtur, in vitam mollem translata est. Teneritatis significatio maxime in foliis teneris ربل appellatis cernitur. Scholiastes autem duas potissimum ob causas se putare dixit, poetam in hoc versu ad describendum Ohrwahum rediisse, quarum una sit, quod verborum لم يكن forma cum statum praeteritum de-

1) Verbis استثناء خارج nil aliud designatur nisi quod verbis استثناء منقطع conf. Gram. Arab. T. II. p. 403.

scripsisse indicet, altera, quod tali modo vir nobis incognitus non describatur. Cui sententiae ego ob modum, quo hic versus cum verbis قد سل versus antecedentis coniunctus sit, assentiri non possum; nil enim mihi impedire videtur, quominus poeta talem sibi virum, personâ quidem; sed non animi indolibus ignotum, finxerit, ut tanquam notum sibi describeret et cum rei praeteritae descriptione conditionem viri tanquam praeteritam in describendo coniunxerit. Tali enim modo quum erga Chiraschum tempore praeterito egerit, talis, qualem eum descripserit, tempore isto fuerit, necesse erat. Vox يك pro يكن est. Scholiastes dixit, hoc factum esse, tum quod vox saepius adhibeatur tum quod littera ن similis sit litteris lenibus ا و ى (Gram. Ar. T. I. p. 28.). Ut illas, sic hanc ob lenem pronuntiandi modum abiici posse. Huic explicandi modo adsentior.

6. Sed fames eum adflixerat, quamvis robore praeditus erat, sincero animo res aggrediens.

Causam addit, cur talis sit, qualem descripsit. Famem, quam saepius toleravisset, eius corpus extenuasse; sed pauperem eum et abiectum describere non vult. Hoc factum esse aut in itineribus multis per deserta, in quibus fame sitique saepissime premeretur, aut domi, ubi suum commeatum sociis esurientibus concederet, statuendum est; duplex enim laus inde oritur et liberalitatis et fortis pollentisque animi. Plurali مجاوع, cui Nunnatio ob metrum data est, famem saepius toleratam designari puto. Loco verborum تازعته مجاوع legitur لوحته مخامص sensu haud multum diverso; significant enim ad verbum, vacuitates ventris colorem eius mutavisse. In posteriore autem versus parte opinionem removere studet, famem ortam esse aut ob corporis vires debiles aut ob animi fortis defectum. Roboris (مرة) significatio a firmiter torso fune, quocum viri corpus comparatum est, derivata videtur. Verba صادق النهض proprie significant, veracem in surgendo i. e. qui si ad res periculosas magnasque surgit haud mentitur et rem perficiens aliorum spem non fallit.

II.

Dixit Abhdah b. Althabib.

Virum fuisse dicunt e gente Abhschams b. Sahd b. Said Manat b. Tamim. Poeta tempore ante Islamum et tempore Islami vixit conf. Meidan. append. Versus in Ebu-Challikani opere p. ١٠٣ sq. ed. Wustenf. citati sunt.

1. Tibi, o Kaise b. Ahzim, salus sit eiusque misericordia, quamdiu misericordem se praebet!

Mortuo Kaiso optat, ut Deus eum salute sua dicta et misericordiâ beet, quibus ex verbis, nisi in viri historia argumentum esset, versus post Mohammedis tempus compositos esse videri licet[1]). Scholiastes adnotavit, in salutandis mortuis vocem عليك voci السلام anteponi et verba ما شاء أن يترحما perpetuam Dei misericordiam designare, siquidem Dei misericordia erga creaturas ex Dei voluntate nunquam abrumpatur. Alii sunt, qui dicant, verba multam

1) Kaisus ben-Ahzim nono Hedjrae anno ad Mohammedem cum agmine gentis Tamim venit. Mohammedes dixit, eum esse principem nomadum conf. Ebn-Challik edit. Wustenf. p. ١٠٣ ab initio et libr. Citab-Alaghani.

Dei misericordiam significare, ut in verbis اصابنا من الخير ما شاء الله ان يصيبنا »Accidat nobis boni id, quod Deus vult, uti nobis accidat«. Vocem ما cum sequente verbo aequalem nomini actionis esse et tempori definiendo inservire. Nomina temporis ante nomina actionis saepe omitti, ut verba sequentibus sensu aequalia sint: مدة مشيته للرحمة »spatio temporis, quo misericordiam vult«. Inter Dei nomina, quae nonaginta novem esse dicuntur, nonnisi vocem السلام et الاه formam nominis actionis habere; reliqua omnia adiectiva esse. Vocem السلام esse pro ذو السلام »possessor salutis«. Casum accusativum in verbis قيس بن عاصم eorum loquendi modo consentaneum esse, qui nomen in casibus praeter vocativum Nunnatione non adficiant; nam qui nomini Nunnationem tribuant, eos nomen قيس tanquam indeclinabile cum vocali Dhamma efferre. Haec autem cum regulis, quae de Sacyus (Gram. Ar. T. II. p. 88 sq.) adtulit, non consentiunt.

(p. 368.) *2. Dum te saluto eius salute, quem tanquam mortis scopum reliquisti, qui, quum post longam absentiam terras tuas visitat, te salutat.*

Praemissâ Dei misericordiâ et salute, suam ipsius salutem ei adfert, simul addens quantis beneficiis mortuo obstrictus sit. Eo enim vivo a calamitatibus securum se fuisse, eo autem mortuo interitui se expositum esse. Quantam iacturam morte viri fecerit, ostendit. Accusativus vocis تحية tanquam nominis actionis e verbo omisso احييك pendet (conf. Gram. Arab. T. II. p. 81 sq.). Pronomen من aut definitum, ut sit pro الذى (conf. Gram. Ar. T. II. p. 448. T. II. p. 607.) cum sequente verbo coniunctum (صلة) aut indefinitum esse potest, ut sit pro انسان (conf. Gr. Ar. T. II. p. 357.). Hoc admisso verbum etc. adiectivi locum tenet. Verba autem غرض الردى statui obiecti (conf. Gr. Ar. T. II. p. 73.) definiendo inserviunt. Haec autem verba sunt indefinita, etsi ad vocem articulo definitam referantur; voce enim غرض sensus adiectivi continetur, quasi dixerit: منصوبا للردى »interitui expositus«. Scholiastes verba وهدفا له »et scopus eius« non bene apposuisse videtur, quippe vox هدف adiectivum non sit. Silentio autem non praetermittendum videtur, in usu vocis غرضا comparationem latere, ut mors tanquam venator sit, qui sagittas in poetam dirigat. Simili modo tempus cum sagittas mittente viro comparatum est (conf. Ham. p. ٢٧١ v. 2.). Verba اذا زار etc. aut adiectivi ad voces غرض الردى referendi locum habere aut eius statui describendo inservire possunt. Nil quoque impedire dicit scholiastes, quominus voci من, si indefinita sit, verba ista loco adiectivi sint; sin vero vox من definita putetur, quin eius statum describant. His Mersukius addit, ea verbis من غادرته, si adiectivi loco sint, appositionis loco esse posse. Praepositionem عن hoc in versu rariorem significationem post habere videmus (Gram. Ar. T. I. p. 484.). Vox شحط de longâ absentiâ adhibita et longum itineris spatium et longum absentiae tempus designare potest. Verbum سلما sententia consequens verborum اذا زار est. Mersukius posteriorem versus partem cum priore connectens totius sensum sic exposuit: Ego te saluto salute viri, quem reliquisti expositum calamitatibus tempore, quo tuo auxilio maxime egebat, qui omni adiumento et refugio destitutus quum ad te proficisceretur, nil boni a te assecutus est, nisi quod tibi (mortuo) salutem diceret. Ostendit igitur verbis suis poeta, se

tempore, que ipsi maxime necessarium esset, de auxilio desperare. Sed si verum est, quod grammaticus Alazmäih adnotavit, poetam ob maxima beneficia in ipsum collata iurasse, se ex itinere reducem ante omnes Kaisum salutaturum esse eumque hunc morem post mortem retinuisse, ut adveniens eius sepulcrum adiret, verba اذا زار etc. hanc rem respicere videntur. Abu-Hilalus dixit, quum omnes homines nullo excepto mortis scopi sint, ut nemo sic specialiore modo describatur, potius عرض الردى legendum esse. Hoc cum loquendi modo فلان بعرض الامر i. e. quidam loco est, ubi rem capere potest, cohaerere. Sensus igitur est: Mortuum hunc eum exposuisse hostibus loco, ubi eum capiant, quemadmodum velint. Et Namirita duplicem illum legendi modum adtulit; sed Abu-Mohammedes Alahrahi eum vituperans, quod partis litterarum (s. particularum) mentionem faciens verba اذا زار etc. explicare neglexerit, proverbio (cui metrum Camel) usus est sequente: Asinos silvestres quum venari non posses, hastam ad venandum asinum domesticum praeparasti (Asinus silvester maximum est animal, exceptis animalibus rapacibus, quod Arabes venantur) conf. Meidan. T. III. P. I. Nro. 2195. i. e. Quum rei magnae exsequendae aptus non esses, re parva contentus eras.

3. Kaisi autem interitus unius viri interitus non erat; sed fundamentum gentis destructum est.

Ut grave detrimentum, quo non solum ipse morte Kaisi adflictus sit, verum etiam, quod multos attigerit, significet, Kaisum cum fundamento aedificii, quo salus gentis fulta sit, comparat. Quanti Kaisus ab Arabibus habitus sit, ex verbis Mohammedis cognoscimus, qui, quum Hedjrae anno nono cum agmine gentis Tamim advenisset, diceret, eum principem Arabum campestrium esse conf. Ebn-Challik. p. ١٣ ed. Wust. Similem autem sensum poeta Amru-l'Kais versu sequente (si verbum تساقط cum vocali Dhamma effertur) expressit (metr. Thawil): Utinam anima esset anima, quae aequali modo, quam caeterae exspiraret; sed est anima, quae plures animas deiicit (perdit)[1]. Hodsailita verbis obscurioribus similem sensum protulit (metr. Thawil): Depressum, non usque ad scaturiginem excavatum, nam illud negligenter fodientes uni id aptum esse volebant. Sepulcrum cum puteo haud profundo comparavit. Qui illud sepulcrum paraverant, id haud profundius effecerant, quod uni personae sufficere putarent nescientes, illo mortuo multos perituros esse. Vox هلكه aut casum accusativum aut casum nominativum habere potest. Accusativo admisso vox هلكه appositio vocis قيس est, dum vox هلكه praedicatum verbi كان habetur. Quod si vero voci هلك casus nominativus tribuitur, vox هلكه subiectum et vox هلك praedicatum est, dum tota phrasis praedicati verbi كان locum tenere putatur.

1) Alter legendi modus cum vocali Fatha a viro illustr. de Slane in Diwano Amru-l'Kaisi p. ٣٥ receptus est. Vertit autem hunc versum p. 52. »Utinam anima mea talis esset, ut tota una vice extingueretur! sed anima est, quae paulatim decidit.«

III.

Dixit Hischam b. Ohkbah Ahdawita frater poetae Dsu-l'Rommah cognominati deflens mortem Aufae b. Dalham.

Dsu-l'Rommah 1) nomen Ghailau habet. Abu-Hilalus dixit, poetam Dsu-l'Rommah tres fratres habuisse, Aufa, Hischam et Chirfas 2) appellatos, qui versus componerent. Horum versibus Dsu-l'Rommah potitum esse. Versus autem sequentes ab Ebu-Kotaibaho Masuhdo adscribuntur, qui loco Chirfasi frater Dsu-l'Rommae appellatur. Hanc opinionem Ebn-Challikanus in libro suo Nro. ٥٣٣ p. ١١ edit. Wustenfeld secutus est.

(p. 369.) *1. Ex Ghailano post mortem Aufae solatium cepi, dum palpebrae lacrymis impletae, refertae erant.*

Ob Aufae mortem quum tristis esset, mors Ghailani ei quodammodo solatium adtulit, quum recens malum veteris mali memoriam deleret. Scholiastes dicit, vocem عزاء casum accusativum habere, quod tanquam nomen actionis cum verbo تعزيت coniuncta sit. Ab usu recepto, qui eandem quam verbi formam postulat, ut تعزيا dicere debuerit, tum ob metri rationem tum alias ob causas recedunt. Verba وجفن العين etc. statum subiecti in verbo تعزيت describunt. Palpebrarum autem tanquam vasorum, quibus oculi continentur, mentionem fecit. Duae autem voces ملاّن et مترع non solum summam plenitudinem significant, verum etiam vox مترع priori accuratius definiendae inservit; tantam enim plenitudinem designat, ut quaedam pars effundatur.

2. Vehentium manus Aufae mortem annuntiavit, quum eorum cameli redirent. Per vitam meam! malum adtulerunt dolore adficientes.

3. Mortem viri, qui excelsa peregit, annuntiarunt, dum eius vicem non explent et tantus erat nuntius, ut parum abesset, quin montes surdi diffinderentur

Describit modum, quo nuntium mortis acceperit. Videmus illum absentem a suis vitam exspirasse. Hic nuntius aut tam gravis fuit aut tantum clamorem luctus audientibus excitavit, ut istius nuntii vi aut hoc clamore ipsi surdi montes diffinderentur. Surdos appellavit montes ob duritiem. Nuntius autem ille quum tantam vim in ipsos duros montes, qui ne sonum quidem nuntii audire possent, exerceret, qualis vis illa putanda est, quam in hominum animos haberet. Ante Mohammedis tempus vehens per gentem mortem annuntiare solebat (Caahb b. Soh. carm. adnott. p. 143.) et si vir mortuus celeber esset, in montibus fiebat; fieri igitur potest, ut poeta hanc ob causam montes memoraverit. In posteriore versu pro verbis بأسق الافعال legitur بأسق الاخلاق, qui legendi modus in scholiis explicatus

1) Dsu-l'Rommah cognomen est, quod poeta a verbis amatae suae Majjah acceperat. Quum ad eius tentorium funem (رمة) in humero portans transiisset et ut ipsi aquam porrigeret, rogasset, ea dixit: اشرب يا ذا الرمة ebibe! o possessor funis, sed alii aliter conf. Harir. p. ٢٨٠ infr. Aetatis anno quadragesimo anno Hedjrae 117 mortuus est conf. Meidan. in app.

2) In margine Mersukii جرفاس legitur et hoc fortasse rectius est, quum vox خرفاس in lingua Arabica haud reperiatur.

est. Suffixum in voce منه ad vocem نعى, quod in verbo نعو latet, referendum est. Poeta verbum نعى in posteriore versu repetivit, gravem rem esse indicaturus. Mors autem voce نعاء annuntiabatur. Vocabulum باسق proprie de alta statura adhibita hic in facta aut animi indoles translata est. Verbis لا يخلفونه eius magnitudo tanta describitur, ut omnes eius vicem explere non possint. Vox تصدع est pro تتصدع.

4. Corruit templum florens post Ebn-Dalhami mortem et per Aufae mortem gens eius depressa est.

Montes paene diffissos esse, quemadmodum dixerat, quasi probaturus, templum, quod eius beneficiis floruisset, eo mortuo corruere, dicit. Mortuum igitur pium Mohammedanum describit. Hisce addit, gentem suam depressam esse. Hoc ita intelligendum est, ut non solum uuntii moerore depressa sit, verum etiam, quum talis vir et beneficiis et fortitudine clarus e medio decessisset, eius dignitas auctoritasque apud alios deminueretur et beneficiis abruptis fortuna cessaret. Erant quoque, qui in templo nil nisi comparandi modum viderent, quo gens post mortem viri Ebo-Dalham appellati templo diruto similis esset, ita ut comparandi particula sensu verborum haud obscuro, omissa sit. Cui vero sententiae adsentiri non possum. Nomen دلهم a verbo ادلهم (obscurus fuit) derivandum esse, scholiastes adnotavit. In isto verbo duas radices دلّ et لهمّ, ut vis significationis augeretur, coniunctas esse. Sic quoque quadrilitterum ضعضع ex duabus radicibus وضع compositis ortum putandum est.

5. Aufae memoriam calamitates post eum in meo animo non deleverunt; sed ulceris plaga post ulcus maiore dolore adficit.

Versus hic cum primo ita cohaeret, ut eius verba clarius explicet. Ne quis, poetam a Ghailani morte tanto dolore adfectum esse putet, ut Aufae obliviscatur, se, duobus fratribus mortuis, maiorem dolorem percipere dicit. Dolorem ob mortem Aufae cum ulcere paene sanato comparavit, mortem Ghailani autem cum vulnere super illud ulcus paene sanatum inflicto, quo prius ulcus cute nascente nudetur, ut maius graviusque ulcus denuo oriatur. Forma gradus comparativi quum modum verborum admirandi in formando sequatur, quae nonnisi a verbis trilitteris deriventur (conf. Gram. Arab. T. I. p. 324. et Anthol. grammat. p. ٣٣ sq.), scholiastes vocem اوجع, quae a quarta forma proveniat, regulis consentaneam non esse putat, siquidem اشدّ ايجاعاً dicendum fuerit. Sibawaihium grammaticum (mort. anno 180 aut 177) sic formari permisisse, propterea quod verba admirandi generalitor a verbo trilittero et specialiter a forma quarta verbi formarentur. Sic dici ما اعطاه للمال »Quam multas opes dat!« ما آتاه للخير »Quam multa bona adfert!« et ما اسداه للمعروف »Quam multa beneficia confert! Rem fieri, quod formae verbi primae et quartae multis modis significatione haud diversae sint, ita ut et participia passiva et activa utriusque formae consentiant. Grammaticus Almobarred appellatus (nat. 210 mort. 286) causam in eo videt, quod litterae formarum additae (nempe in verbis admirationis formae افعل) abiiciantur. Huic similia putavit verba poetae sequentia (metr. Sarih conf. libr. m. p. 246.): Ab eius

aquarum locis situla demittentis removetur; nam مدال est pro مدلا, ut لالا pro اولا sit, nec non sequentia (metr. Redjes): Et desertum perdens eum, qui commoratur, nam هالك est pro مهلك. Eodem quoque modo in verbis Corani (Sur. 15, 22.) »Et misimus **(p. 370.)** ventos fecundantes« (nam لواقح pro ملقح est). Eum doctrinam grammatici Alachfasch appellati (mort. 215 aut 221) secutum esse dicunt. Grammaticus Alnamiri cognominatus sensum hunc esse dixit: Mortuo Aufa e vivente Ghailano poetam solatium cepisse, ut Abu-Chiraschi verbis versus similis sit (p. ٣١٥ v. 1.); sed grammaticum Aldimarti cognominatum dixisse, quum longo tempore post mortem Aufae Ghailanus exspirasset, poetam novo dolore afflictum esse, ut quasi prioris obliviscens solatium illius acciperet; se vero (Namirita loquitur) neque in hisce versibus neque in omissis causam invenire, cur hic sensus accipiatur, qui verbis versus Abu-Chiraschi (p. ٣١٦ v. 1.) similis sit. Abu-Mohammedes Alahrabi utrumque grammaticum refutaturus suo more proverbio (conf. Meid. C. 12, 62.) incipiens dicit: »Prius extrahe, o femina, hoc e podice tuo!« (i. e. priusquam alios reprehendis, tua vitia corrige!). Utrumque grammaticum in sensu constituendo errasse. Poetam dixisse, se solatium ex morte Ghailani capturum non esse, ut negandi particula omissa sit. Hunc sensum verum esse, ex verbis sequentibus »calamitates in oblivionem mortis Aufae me non adduxerunt« (conf. v. 3.) cognosci. Huic sententiae, quum tales ellipses frequentes non sint (conf. Gram. Arab. T. II. p. 473 sq.), adsentire haud possum.

IV.

Dixit Motammim b. Nowairah.

(Versus in Ebn-Challikani libro Nro. 792. inveniuntur.)

Sub imperio Abu-Becri (ab anno Hedjrae 11—13) caedem fratris deflevit. Eundemque alio longo carmine deploravit, cuius tres versus in Ebn-Challikani opere Nro. 792 (p. ١٣٨) ed. Wustenf. leguntur. Fratrum autem concordia amicitiaque tanta erat, ut moeror Motammimi paene in proverbium veniens a poetis saepe memoraretur (conf. Ebn-Challik. p. ١٣٦ sq.).

1. Socius meus apud sepulcra ob fletum me vituperavit, quod largiter fluentes lacrymas effundo,

Poeta socium ipsum vituperantem inducit, quod sepulcra conspiciens lacrymas profundat. In voce السوافك pleonasmus videri potest, nam in verbis »effundere lacrymas effusas« plus sensus non est, quam in verbis »effundere lacrymas«; attamen vero addita ista voce lacrymae largiter fluentes significantur. Verbo autem سفك quum maxime activa fundendi significatio sit, vox سوافك hoc in versu aut pro مسفوكة dicta est, aut ut verbo سفح intransitiva fluendi significatio est, sic verbo سفك eadem tribuenda videtur.

2. Et dixit: Num omne sepulcrum deplorabis ob sepulcrum, quod inter locum tenuis arenae et et loca arenosa, aequabilia locum habet?

Verba vituperantis enarrat causam vituperationis addens. Verbum ثوى quum de persona loco quodam subsistente et habitante adbibeatur, ut cum significatione sepulcri non bene

coniungatur, hoc in versu a poeta voce قبر incolam sepulcri seu dominum sepulcri (ذو قبر) significari puto. Locus autem sepulcri, si legendi modum receptum aequimur, generaliore modo definitus est; vox enim اللوى locum designat, ubi in solo arena tenuis est, ut cesset; et vox دكدك locum arenosum, aequabilem oppletis scrobibus significat, quamquam in huius vocis significatione definienda lexicographi haud consentiunt. Quidam monuit, voce الـلـوى hoc in versu diversa loca significari. Altero legendi modo الدوانك recepto, voci اللوى nominis proprii significatio tribuatur, necesse est, quippe enim vox الدوانك nomen proprium loci sit. Sed vox دونك, pro qua in Mersukii codice ننك melius legitur, obsoleta est.

3. Eique dixi: Moeror moerorem excitat; sine me, nam haec omnia Malici sepulcrum sunt.

Hoc in versu se excusans causam addit, cur sepulcra aliorum conspiciens ploret. Unam tristitiam alteram in mentem revocare et ad novam tristitiam excitare, ut sepulcra adspicienti ipsi Malici mortui in mentem veniat, nam videnti sibi sepulcra esse ac si Malici sepulcrum conspiciat. Scholiastes autem verbis poetae diversum supposuit sensum. Poetae videri Malicum mortuum magnitudine sua terram implevisse, ut tota terra eius locus sit omneque sepulcrum eius sepulcrum. Similem sensum alium protulisse dicentem: Cur non eius sepulcrum magnitudine milliarii quadrati fecistis? Vocem هذا autem genus sepulcrorum significare; id quod cognosci posse dixit ex voce كله ipsam sequente, quae vox universitatem designet.

Res narratae, quae versibus illustrandis inserviunt [1]). Malicus b. Nowairah (conf. Ebn-Challik. Nro. 792.) ante mortem Mohammedis Mohammedicam fidem secututus tributum [2]) dederat gentis Tsahlabah b. Jarbuh princeps [3]). Tempore, quo Mohammedes diem obiit [4]),

1) Praeterea de Malico eiusque fine conferas Tabaritae librum ed. Kosegarten p. 140 sqq. et Rasmussen additam. ad histor. Arab. p. 6., nec non de rebus illis Abulf. Ann. T. I. 214 sqq.

2) Ante Mohammedis tempus regibus tributa gentes faciebant, quae a personis a regibus missis exigebantur. Mohammedes re, ut videtur, conservata nomen mutavit. Appellabatur aut الزكوة conf. Pocock. specim. hist. Arab. p. 299. aut الصدقة (eleemosyna), quia isto tributo pauperes et sustentabantur et ad bellum pro religione armabantur. Maxime, ut videtur, quum pecora tributi loco darentur, cameli ovesque in greges congregabantur, e quibus quisque emere poterat conf. Hamas. p. ٣٧٠ infr. et Chrestom. mea anva p. ٢٣ infr.

3) Vocis عريف significatio certa non est. Aut princeps gentis est aut proximus a principe. Duplex enim principatus in gente erat. Primus رئيس, proximus autem a principe نقيب aut, ut alii volunt, عريف quoque appellabatur. Ille quoque بَدْء, hic ثنا appellabatur. Hic in illius locum successisse videtur, nam cum verbis ولى العهد confertur. conf. Hamas. p. ٢٥٧ v. 2. Ante Mohammedem in vitta capitis signum principatus videtur fuisse et inde verbum عمم principem creandi significationem habet (conf. Kam. Turcic. s. v. تعميم). In bello signum imperii vexillum erat, primum a Cosaio adhibitum, qui expulsis Chosäitis ex urbe Mecca imperium in Koraischitas transtulit conf. Memoires de l'Academie T. L. p. 364. Postea variis temporibus variisque in terris varia imperii signa erant.

4) Verbum قبض de quocunque mortuo adhiberi non posse videtur; sed nonnisi de Mohammede et viro sancto, qui re vera non mortuus; sed ad Deum delatus putabatur. Erant inter socios, qui Mohammedem non mortuum; sed ad Deum elatum (رفع) putarent conf. Abulfed. Annal. T. I. p. 186.

cameli tributo dati laco Rahrahan, aquae loco paulo infra Bathu-Nachl pabuloque abundante pascebantur. Malicus cum triginta circiter viris impetu facto trecentos inde rapuit. Quum in terras gentis Tamim [1]) pervenisset, Alakrahus b. Habes etc. [2]) et Dhirarus b. Alkahkah etc. eum vituperarunt. A quibus quum ipsum in gente Tamim obtrectari [3]) audivisset, Deum contra camelos tributi restantes invocans factum eorum in sequentibus versibus commemoravit (metr. Wafir): **Deus camelos ab aqua reductos in loco lapidoso Rahrahan mihi ostendat (ut iis potiar)** [4]) **et iam mihi ostendit. Num, quod oculi laetati sunt et praeda omnino in potestatem redacta est, in qua (distribuanda) digiti mei liberales sunt, quâ totâ potitus sum ense acuto, dum neque manus neque cor meum tremebat, tu, o Ebn-Audsah!** [5]) **In gente Tamim verbis me calumniaris et socius tuus vilis Alakrah mihi valedicitis** [6])**? Nonne eram ignis collis (ignis belli causa in callibus accensi significatur), qui flammam emittebat, tum vos noxam a me inferendam timuistis et me metuistis. Sed filio Almodsabbae dic (Almodsabbah nomen matris Alakrahi), qui oculos in terram defigit, dum se ob vilitatem suam me non videre fingit** [7]) et caetera. Abu-Becrus imperio patitus, ad quem verba delata essent, Chaledum b. Alwalid [8]) misit imperavitque, ut nannisi ad homines tempore precum matutinarum veniret. Inter quos praeconem tempus precum indicantem [9]) audivisset, eis tan-

1) Haec gens in provincia Bahrain et in regione inter Meccam Bazramque sedes habuisse dicitur conf. Abulf. Annal. T. I. p. 211 adn. p. 298. Abulfed. Geogr. p. ٨١. Sed post Mohammedem gentibus in variis regionibus dispersis variae gentium sedes erant.

2) Laila Farasdaki mater, puellae suror erat conf. Ebn-Challik. Nro. 788. Antea cultui Magorum addictus (Rasmuss. Addit. ٧٣) postea Mohammedis socius erat. Multis proeliis cum Mohammede intererat. Ab Abd-Allaho b. Ahmir exercitus in Chorasanam missi dux in regione Djusdjan periit cum exercitu conf. تهذيب الاسماء p. ١٤٣.

3) Verbo مشى hoc in loco eadem significatio est, quae verbo سعى.

4) Verbum رأى quum aliter praepositionem ب sequentem non habeat, aut verbum hoc in loco sicut Hebraica radix cum eadem constructione significationem gavisus fuit habere, ut versus vertatur, »Deus me gaudio adficiat per camelos etc.«, aut praepositio ب cum verbo omisso أظفر efficiat, ut potiar cohaerere putanda est.

5) Significat nomen matris Dhirari Moahdsah appellatae.

6) Monemus, sensum prioris versus nonnisi verbis posteriorum absolvi; quod vitium تتميم appellatum in versibus veterum raro invenitur (conf. libr. m. Darstellung d. Arab. Versk. p. 332; sed in nostris versibus quaedam sensus perfectio cernitur, ut minus vituperentur. Formam deminutivi الأقيرع despectus causa poeta elegit. Vox تلاحيانى pro تلاحيانى est.

7) Poeta fingit, Alakrahum ob vilitatem ipsi adhaerentem poetam adspicere non audere; sed oculos in terram demittere.

8) De hoc duce celeberrimo conferas libr. meum: Selecta ex historia Halebi p. 44 adnott.

9) Tempus precum matutinarum elegit, quia tota gens apud tentoria isto tempore congregata inveniebatur. Mohammedes, ne diversis temporibus a suis preces fierent, omnus praeconis viro Bilal tradidit, qui omnibus tempus lege iussum voce sua indicaret. Ubi turris eum in finem exstructus erat, eum conscendit tribus vicibus circumiens et in omnes coeli regiones verba: الصلوة خير من النوم »preces meliores sunt, quam somnus«

quom bonis Mohammedanis abstinoret, inter quos vero praeconem non audivisset, eos necandos sibi putaret. Adiuravit quoquo Chaledum, ut, si eo potiretur, captum occiderot. Chalodus in loco Djaww-Albahoudhah appellato opud gentem Jarbuh pernoctavit, tum ad gentem Bonu-Rijah transiens senem Mosuhd b Wadhdham pronuutiantem audivit (metr. Redjes): Iter sacrum Meccom una vice post alterom foci et saepe hostias ad vallem Meccanam duxi [1]). Inde ad gentes Ohdsaboh ot Tsahlaboh pergens quum ibi precum praeconem non inveniret, impetum fecit. Homines perturboti et nescientes, quid noctis temporo accidisset, conspectis equitibus militibusque, quinam essent, interrogarunt. Illis se Mohammedanos esse diceutibus, Malicus so quoque Mohammedanos esso affirmabat; sed Mohammedani nihilominus haud abstinebant; sed gladiis adorti moximom in gentem Ohdsabah cladem ediderunt. Nec non iu gente Tsahlabab strogem fecerunt. At vero quum Malicus celeritote impetus, quominus armis se tegeret, impeditus esset, uxor Loila filia Sinani b. Rabiah, nudo corpore cum tuita effecit, ut in tentorium intrans so armare posset, dum ipsa lanceis in cruro et lumbo vulnerabatur. Armatus prodiens gentem Ohhaid in auxilium vocavit. Nemo nisi gens Bahau, quae illo die in camelos tributi cum eo impetum fecerat, verbis obsequium praestitit. Procedentes igitur a loco Djaww-Albahoudhah appelloto od collem Dsat-Almoilok aut duorum milliariorum aut milliarii unius et dimidii spatio, quo palatium Hadjdjadji ab urbe Bazro remotum est, pervenerunt. Excepto Malico et restante parte gentis Hobschijj b. Okbaid b. Tsablabah omnes occisi erant. Personae, quoe cum Malico e gente Bahan inveniebantur, quadraginta et quinque numero eront. Quum Choledus Malicum b. Nowairah (confer de hoc viro librum Citab-Alaghani) ad Islomum vocaret, hic interrogavit, quid ipsi daret. Alter respondit, se ei clientela Dei, sponsione legati Dei, sponsione Abu-Becri et sponsione Chaledi promissum dare, se ad eum (terminum ipsi praescriptum) (puniendi causâ)* non transiturum; sed ab eo tonquam grotum (promissum Islami) admissurum esso [2]). Accessit igitur alter seque in monus tradidit (conf. p. ٣٣٥ l. 14.). Sed quum Choledo illud mandatum Abu-Becri impositum esset, dixit: O Malice! Te occidam. Tum alter: Ne me occidos; sed Chaledo dicente, se oliter non posse; peragas igitur, respondit, quod tibi necessario agendum est. Quum ad mortem patiendom productus esset, bomines, excepto Dhiraro b Alaswar Asadita e gente Cus, cum interficere verebantur et qui cum Mohommede Medinam fugeront [3]), dicebant, num Mohommedanum occidis? Dhirari

---

pronunciabat. Hisce verbis in precibus annuntiandis Sunnitae utebautur, dum Schiihtae حي على خير العمل »Adesdom ad optimum opus« dicebant conf. Abulf. Annal. T. III. p. 132

1) Ex hoc versu, io quo itineris sacri et hostiarum meotio facta est, cognoscere putavit, gentem Mohammedis fidei addictam esse. Hostils Meccam ductis circum collum funem aut libro aut lana confectum convolvere aut gibbum cameli vulnerare solebant, ut sanguis defluens signo esset.

2) In utroque verbo obiectum omissum est, quod ratione sensus habitâ supplendum est.

3) Primis temporibus Mohammedani in duas classes divisi sunt المهاجرون, qui ex urbe Mecca cum Mohammede Medinam fugerant et الانصار Medinenses, qui eius partes secuti erant conf. Pocock. specim. hist. Ar. p. 185. et Abulfarag. histor. p. 172. Postea Mohammedani secundum auctoritatem diversam diversis ordinibus socii Mohammedis الصحابة et sequentes hos التابعون et denique تابعوا التابعين distinguuntur conf. Wustenfeldii libr. كتاب تهذيب الاسماء p. ۴۰ sqq.

igitur, qui eum occiderat, perfidiae in Malicum mentionem faciens Motammimus b. Nowairah versus sequentes dixit (metr. Camel)[1]: Quam bonus occisus est, quum venti in caulam arboribus factam proponsi essent, occisus tuus, o fili Alaswari! Num eum per Deum vocasti et tum eum occidisti? Si is sponsionem faciens te vocasset, perfidus non fuisset. Et quam bonus erat loricâ tectus tempore occursus, et quam bonum diversorium viatoris nocturni ignem e longinquo conspicientis[2]. Sub veste rem turpem non recondidit[3]) difficilis ductu[4]), pallio casto tectus[5]). Motammimus sequentes quoque versus protulit (metr. Wafir), in quibus homoioteleuti vitium a rei metricis إقواء appellatum (conf. libr. meum Darstell. etc. p. 328 sq.) invenitur: Ex dierum (pugnarum) nostrorum numero dies admiratione dignus est et non est dies sicut dies gentis Banu-Bahan. Ad canalem Albahoudh[6]), ubi fluunt super vallibus rivi montium oblongorum, vocavorat eos Malicus, ita ut responderent et in eorum responso cunctatio non erat, ut cum defenderent et a confessione celeri se avertere nolebant. Ne remoti sint filii patrui familiaeque et gentis Dohmi[7]) (v. equus insignis); nam, per patrem tuum! equites incursus hostilis erant et defensores finis terrae, quum bellum acre accendobatur[8]). Quotiescunque eos recordamur, moerore extremos digitos mor-(p. 372.) demus. Et pauperes orphaniquo in luctu nos adiuvant, nam iis occisis deliciae vitae amplius non sunt. Quum Chaledus eos occidisset, Minhalus b. Ibzmah Rijahita cum agmine gentis Rijah, ut occisos gentis Banu-Tsahlabah et Ohdsabah sepeliret, advenit. Secum duas vestes striatas panni Jemanensis habebat. Socii igitur, quotiescunque ad virum ipsis notum transirent, Minhalum hortabantur, ut vestibus tanquam panno sepulcrali virum involveret. Ille autem neminem, nisi Malicum comâ multâ praeditum iis involuturum esse dixit. Quem quum invenire non possent; tandem, cuius comam vehemens ventus extulisset, inter prostremos iacentem conspiciebant. Huius rei Motammimus versibus sequentibus mentionem fecit (metr. Thawil): Per vitam meam! et curae mihi non est deflere mortuum et tristitia mihi non est ob id, quod

1) Hi versus in Ebn-Challikani opere pluribus verbis mutatis leveniuntur. Ibi legimus, Almotammimum versus post preces finitas in templo oppidi Medinae coram Abu-Becro recitasse.

2) Arabes noctu ignem accendere solebant, ut viatores ad hospitium allicerentur conf. Hamas. p. ٥١٣ v. 3.

3) Turpitudinem cum veste comparavit, quam quis, ne eam homines conspiciant, sub veste superiore induit. De hisce versibus conf. Ebn-Challik. Nro. 792. p. 136 sqq.

4) Comparatus est cum camelo difficili ductu, ut eius nobilitas indicaretur (conf. Hamas. ٣٤٧ v. 4.).

5) Pallio castitas tribuitur, quae viro tribuenda fuit.

6) Canalis Albahoudhah (ناصفة البعوضة) idem locus est, qui جو البعوضة antea appellabatur.

7) In Kamuso legimus, virum Dohmi ben-Djadilah auctorem gentis fuisse; sed vox دهمي quoque equum, in cuius pectore album est, designat. De vocis significatione in versu dubito.

8) In hoc et praecedente versu vitium homoioteleuti إقواء appellatum est, quod versibus antea vocali Kesra finientibus, hi vocalem Dhamma habent.

accidit et dolore adfligit. Iam Minhalus pallio suo virum involvit, haud ventriosum cibo vespertino, pulchrum. Nonne pervenit nuntius Almohilli, ut omnis dolore adflictus ob eum irasceretur? Memoratus ille Almohillus e gente Tsahlabah ad Malicum occisum transiens, eius mortem tanquam gaudium concipiens annuntiaverat. Hanc ob causam Motammimus eum vituperavit. Filiis autem huius Almohilli remedium rabiei caninae notum erat. Huius rei poeta in versu mentionem fecit dicens (metr. Mutakarib initio abiecta syllaba): Perfer nuntium tuum genti Banu-Malec et familiae Almohilli, rabiei caninae quae medetur! Chaledus autem uxorem Maleci Lailam, filiam Sinani, eiusque filium Djaradum Medinam abduxit vittâ, duabus sagittis [1]) infixis ornatâ tectus. Ohmarus hanc ob causam iratus ad Ahlium venit dicens: Hic pro occiso Malico occidatur, oportet. Mohammedanum occidit et tum in eius uxorem tanquam asinus insiliit. Utorque Thalhahum b. Ohbaid-Allah [2]) et Sahdum b. Abi-Wakkaz [3]) consentientes invenerunt. Abu-Becrus [4]) autem, quem hac in re adierant, dixit: Gladium, quem Deus eduxit [5]), ego primus in vaginam non recondo. Eius poenam Deo committo. Salithus [6]) interrogatus, num Chaledus Lailam in matrimonium duxerit, se nescire respondit. Quum Ohmarus in imperium successisset, Motammimo petenti, ut Malici caedem ulcisceretur, dixit, se Abu-Becri mandatorum nullum mutaturum esse; sed Lailam eiusque filium Djarad fratri reddidit. Abu-Mohammedes Alahrabi more suo Namiritam refutaturus sermonem proverbio (conf. Meid. C. 22, 124.), cui sensus est, plures res inter se similes esse, inducens, dicit: Non invenitur in Arabibus excepto Motammimo et Malico, qui fratrem suum defleverit et carmine lugubri laudaverit, nam carmen Motammimi non est, sed viri Djidsl-Althiahn [7]) Firasitae e gente Cinanah, qui fratrem Malicum carmine lugubri laudavit. Initium carminis hoc est: Tristitiam meam duplicarunt ossa cariosa, quae apud Manschadum et Ramlah-Korrah a dextera Alschanabiei teximus et adiuvi (caeteros) deflens Malicum et quasi ille in tumulo suo inter me et ipsum stellae perplexae [8]) essent. Socius meus non flevit, dum homines ridebant

1) Haec res Arabibus ex pugna redeuntibus signo fuisse videtur, eos hostes occidisse. Haec autem res quum occisi Mohammedani essent, iram movebat.

2) De hoc viro idem paene, quod de proxime sequente dicendum est. Anno 36 uetate 64 aut 58 aut 62 annorum diem obiit. Ad sepulcrum viri in oppido Bazra visitatum veniunt conf. Citab. Tahdsibi-l'Asmâi p. 323. ed. cl. Wustenf. A viro post vivente distinguendus est.

3) Vir tempore Islami celeberrimus primorum unus, qui septemdecim annos natus Mohammedis religioni se addixerant, in arce sua in loco Alahkik spatio circiter septem aut decem milliariorum ab urbe Medina remota diem obiit; sed in oppido Medina in coemeterio Albakih sepultus est conf. Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 275.

4) De Abu-Becro conferas Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 656 sqq.

5) Chaledus ob maximam fortitudinem, qua pro Mohammedis religione dimicaverat, cognomen »gladius Dei« accepit.

6) Vetus hic historiarum relator fuisse videtur, sed de viro nil inveni.

7) Djidsl-Althiahn (socius confessionis) viri cognomen est, cui nomen Ahlkamah b. Firas b. Ghanum b. Tsuhlabah. Omnis autem rei peritus جذل appellatur conf. Meidan. C. 14, 112.

8) Voces النجوم الشوابك »stellae perplexae« viam lacteam designant. Sensus est: Ille a me longe remotus est, ut eum attingere nequeam conf. Meidan. C. 2, 146. et 25, 143.

tranquille animo praediti et flens erat, cuius meerer non ridebat (ego solus eum deflebam). Num defles omne sepulcrum, quod vides, ob sepulcrum situm in deserto et Aldawanie; sed ei dixi: Merer excitat ploratum; sine me, nam hoc omne sepulcrum Malici est. Nonne vidisti, inter nos eius opes dividi, dum pauperes, infelices ad eum veniebant. Et ultimum miraculum erat lecus quietis iumenti et sella Ihlafica[1]) super derse iubae. Et quum rectus insideret instar lunae inter gentem suam et (illud iumentum) collo sue vias periculorum peteret cum oculis accipitris, qui in lecum speculae venerat. Tum ibi pernectavit quasi esset oculus maritum odientis mulieris[2]), et nes eum circumdedimus Deum rogantes, ut eius animam censervaret dicentes: Secios habens non peribis.

V.

Dixit Abu-Ahtha Alsindi[3]) in Ebn-Hobairahum, quem Manzurus[4]) securitate concessa in oppido Waseth[5]) occiderat (cenf. Ham. p. ٣١).

1. Eheu! oculus, qui die Wasethi propter te lacrymas manantes non largitus est, profecto! flere nescit.

Caedem viri emnibus moererem dedisse, verbis indicat. Dies Wasethi est dies, que oppidum Waseth a copiis Ahbbasidarum occupabatur. Virum a multis veneratum fuisse, e verbis satellitis, quibus, quum caput eccisi Manzure traderetur, admirantem formam capitis magnam Manzurum alloqueretur »Maierem esse fermam fidei viri, quam fermam capitis »concludere liceta«[6]). Vox جمود rem concretam esse et non fluentem significans, quae oculo tribula est, de lacrymis melius dici petuit, quum eculus haud cencretus sit.

2. Vesperâ, quâ mulieres plangentes steterunt et sinus genaeque manibus coetus mulierum lacerabantur.

Tempus luctus accuratius definit, nam vox عشية (vesperâ) verbis يوم واسط accuratius

1) Vox رحل, sellam minoris formae, قتب maioris significat. Sellae Ihlaficae a viro Iblaf b. Thowar factae celebres erant. In oppido Hira quoque sellae celebres confic'ebantur conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. 85 adnott. Sub sella stragulum برذعة dorsi tuendi causa ponebatur Hamas. p. ٥٢٢ v. 3. Sed plures sellarum species erant conf. Amru-l'Kaisi Moall. ed. Hengstenb. v. 11 schol. Pocokii Beschreibung des Morgenlandes p. 278. Sohairi Moallak. p. 32. (ed. Rosenmull.).

2) Ista comparatione dicere voluisse videtur, eum fuisse in loco alto, ut parvus videretur et splendens, nam talis mulier oculum non omnino aperit adspiciens maritum, quem odio habet.

3) Ab aliis Aflaho clienti gentis Banu-Asad versus tribuuntur.

4) In loco Alschurah anno 85 Hedjrae natus tempore, quo in loco Alanbar imperio potiretur, circiter 41 aetatis annos habuit. In itinere sacro anno 158 diem supremum obiit conf. Citab Tahdsibi l'Asmâi p. 648.

5) Ebn-Hobairah in oppido Waseth imperitans Abbbasidis resistebat. Ab Alhasano b. Kahtabah oppugnabatur anno 132 conf. Abulf. Ann. T. 1. 482. Sed quum scholiastes eum perfide post securitatem promissam occisum esse dixerit, is oppidum tradidisse videtur. Rem pluribus narratam legimus in opere Ebn-Challikani, ubi de viro actum est No. 828. Ibi versus quoque nostri adscripti sunt.

6) In Ebn-Challikani opere eadem verba adlata sunt. Sed res aliter quoque sic ibi relata est: Narravit Alhaitsamus b. Abdijj: Quum quidam Charasanensium dixisset cuidam Ebn-Hobairahi socio: Quam magnum fuit caput socii vestri! alterum respondisse: Fides vestra ei data maior fuit امانكم له كان اكبر.

definiendis tanquam appositio addita est. Vex Nunnetienem amisit, quippe verba sequentia tanquam uemen cum eo cohaereus cegitantur. Verba autem قام specialem so praeparaudi significatienem habere, scheliastes dicit et verbi illustrandi ceusà locum Corani Sur. 5, 8. adeetavit. In hoc vero loco praepesitio الى sequitur, ut cum nestro uen cougruere videatur. Sed in uuo alteroqee loco standi significatio retineri potest, uam stantes rem peragebant. Vox النائحات et mulieres familiae plangeetes et praeficas significare potest. Illae eb his in plangeudo adiuvabantur. E regiene invicem staetes uea pars alteri planctu respondisse videtur, sexta enim verbi forma تناوح adhibetur. Sinum geeasqee lacerabant (conf. Tarsf. Meall. v. 91 et Caabb b. Sobair v. 33. Hamas. ٢٢٩). Sed praeficae genas, ue vulucra acciperect, corio مُجلد appellate sibi percutiebant conf. Djeuhar s. v. جلد. Istas mulieres, quum velo carereet, pileis eblongis tectas fuisse videmus Ham. p. ٢٢٠ v. 3. Lugentes feminae uigris vestibus tectae erant conf. Abu-l'Ahla et schel. Hames. p. ٧٤٣ v. 6. Hae vestes nigrae سلاب appellabantur Kam. Bohlenius auctor est, vestes illas nigras, siquidem antea caeruleis utereetur, primum post Hoseini b Ahli mortem iu usum venisse conf. De Motenabbio poeta p. 64.; sed et postea (anne 616) iu luctu caeruleis vestibus homines vestitos fuisse iu leco Abulf. IV, 182 legimus.

3. Et si atrium tuum nunc relictum est, tempus erat, quo ibi viatorum agmina, unum post alterum stabant.

Queritur, quod nuec viri mortui atrium autea frequeutatum advouientibes vacuum sit. In hoc liberalitatis laus est, qeum maximo eb beueficia peteutes divitesque adire selereut. Scholiastes legendi modum وربما praefert, qued particulae conditionis فان تمس sententia consequens verbis فانك etc. in versu sequcuto coetineatur; verba autem وربما etc. principatui laudati describendo inserviant. Siu vero فربما legitur, baec verba senteutiam ceuseqeeutem conditienis praecedentis efficiunt et verba فانك لم de neve seuteutiam iucipiunt, ut ceniunctieue ف sententia cum sententia cennectetur. Sed si quis dicit (hunc versum vituperaturus), ceeditionom et phrasin ipsam consequentem non nisi iu rebus futuris recte adhiberi et fieri non pesao, ut quis dicet: Si hesterne die exlisti, tibi iste die drachmam dedi«; tempere iam praeterito conditioeem igitur et phrasin consequeutem cum iste tempore ceniungi uen posse, quippe quae semper tempere iam future cennectantur, ita nt agens iu illius temporis spatie rem suam peragat et is eb eam retributionem mereatur,« ei (vituperanti) diceudem est: Quam rem commemorasti in conditioee, ee se ita habet, uisi iu vece كان, nam dici licitum habent: Si heri ad talem lecum exiisti, hedie tibi tale denabo, dum verberum sensus est: Si certe scie, te heri exiisse[1]). Rem autem in verbo كان licitam esse eb vim, qua verbum instructum sit ad res contingentes nevasque describeedas. Senteutiam consequentem autem neque verbe كان adhibite neque alie mede sic describi posse. Dici nou posse: »Si hodie ad me venies, tibi heri dedi«, ite ut denum in consequente sententia (in retribeendo) aute factum, eb qued detur, sit. Quemede igitur (vituperans dicit) dici licet (iu versu) فربما قام, quum verbo قام

1) Re vera igitur ellipsin statuunt, qua ellipsi propositio completa fit, ut conditio non amplius rem praeteritam contineat, sed rem futuri temporis; scientia enim, quacum conditio coniungitur, tanquam futura proponitur, ut consequens ex illa re futura pendeat.

praeteriti forma sit. Huio respondendum est, sententiam consequentem (جواب) in verbis فربما vorbum non esse; sed phrasi contineri composita subiecto (مبتداء) et praedicato, (quasi dixorit: ففناوك ربما اقلم به بعد الوفود وفود فيما مضى »quod ad atrium tuum attinet, saepius in eo agmina advenientia post agmina stetorunt tempore praeteritoa et litteram ف in sententia consequento non adhiberi, nisi quum sententia consoquens conditioni non congruat. Hoc accidero, si sontentia consequens subiecto ot praedicato, nec vero verbo et agonto efficiatur). Haec uncinis inclusa ex Mersukio addidi, ut res clarior legenti sit. Re autom ita constituta, vocem béuo so habero et sensum talom fieri: Etsi nunc atrium tuum relictum evenit, hoc pro oo ost, quod antea frequontatum erat. Arabes onim dieunt هذا بذاك »hoc pro illo i. e. hoc illius loeo. (Quod vero praeteritum post particulam إن positum iuveniatur, hoc eo factum esse, quod particulâ illâ adhibitâ, quum conditionom designet, forma praeteriti sensum futuri accipiat, quemadmodum particula لم efficiat, ut sequenti futuro praeteriti significatio sit). Haec ex Mersukii codice addidi. Beatus de Sacyus (Gram. Arab. T. II. 603.) totum fero locum exscripsit ad probandum, si verbum كان interpositum sit inter particulam إن ot praoteritum, vim, quae particula in praeteritum exereeat, tolli. Res ita re vera so habens varium interpretandi modum admittit. Res autem mihi dilucide sio explicari posse videtur, ut nonnisi in verbum كان particula vim suam exerceat, ot praeteritum sequens praedicati verbi كان locum teneat. Hoe modo verba ان كنت خرجت sunt pro ان كنت خارجا »Si nunc es exiens i. o. qui exiit, nam participio praoteriti quoque temporis significatio esse potest.

3. Tu vero a te visitante haud longe remotus fuisti; imo, quilibet terrâ reconditus longe remotus est.

Vidimus in versu antecedento فربما legi, ut hic versus sententiam consequentem conditionis exprimere non possit; sed, de novo sensum incipiat, necesse sit. Initio versus tanquam eos vituperaturus, qui mortuum non amplius frequentent, dicit, mortuum non remotum fuisse a visitaturo, tum vero se quasi corrigens dicit, mortuum ipsum, etsi in sepulcro propinquo iaceat, re vera longe remotum esse. Scholiastes autem, mortuum non remotum esse ei, qui cum laude ot flétu visitaturus aut qui ad eius sepulcrum venturus sit, dicit. Posteriori explicandi modo ego adsentior, cum hoe enim sequentia verba magis congrua videntur, quippe in quibus excusatio sit, cur eius sepulcrum non visiteut, quum ex visitato sepulcro, dum ipsa mortui persona longe remota sit; nullum commodum capturi sint. Sed nil obstaro videtur, quin prior versus pars vivi conditionem temporo praeterito, posterior mortui conditionom tempore praesente respiciens talem sensum offerat: Eum, quum vivus esset, omnibus eum adituris facilem accessu fuisse; mortuum autem neminem adire posse. In Ebn-Challikani opere l. c. وانك legitur.

VI.

Alius quidam dixit (In scholiis de auctore opinio profertur).

1. Si aquae receptaculum Himaro fuisset, tu inde nisi Himari veniâ datâ, nunquam bibisses!

Causam, cur defuncti mortem lugeat, uno facto declarat. So illo mortuo vilem et impotentem redditum esse dicit; factum enim esse dicit, ut iam nunc veniâ non concessâ contra

voluntatem suam nil timentes alii ad aquam suam accederent. Mersukius de versuum auctore nil addidit; sed Tebrisius adnotavit, Zannanum b. Ahbbad Jeschcoritam versus dixisse, quum Schamathus b. Ahbd-Allah Jeschcorita adveniens, repulso ab aqua eum camelis poetâ suos camelos ad aquam adduxisset. Hanc fuisse causam, cur poeta sequentes versus protulerit (metr. Basith): O num in tractu, num in terra unus est (qui ploret), et num terra caeca ad terram directa plorat[1])? Ego per noctem sidera noctis observo cubito innixus in lecto, dum in oculo lippitudo (dolor) non est, nisi ob recordationem hominum, quorum morte adflictus sum, qui pro **(p. 371.)** me rem bene instruebant. Qnum Schamathus aquae receptaculum meum vidisset magis repletum quam alia receptacula, ad me non altercautem venit« et Hamasae versus sequi. Abu-Rijaschum dixisse, Himari nomen Ahlkamah b. Alnohman b. Kais b. Ahmru b. Tsahlabah et Schamathi nomen fuisse Hiththan b. Kais b. Ahmru b. Tsahlabah b. Abdi b. Djoscham b. Hobajjib b. Cahb b. b. Iescheor. Mersukius autem dixit, Himar fratris poetae nomen fuisse, quo vivente poeta honoratus potensque, mortuo vilis evaserit. Nomen proprium in versu repetitum esse magnifaciendi causa. In Corano Sur. 6, 124. simili modo nomen الله repetitum est. Sic quoque in versu citato Hamas. p. ٥٢ l. 12. vis sermonis augendae causa vox الموت repetita reperitur. Alii dicunt, nomen Himar viro fuisse, cuius vilitas in proverbii consuetudinem venerit[2]); nomen asini esse non posse. Hoc enim admisso, in posteriore versus parte الحمار eum articulo dicendum esse, quemadmodum in initio epistolae praemissis verbis سلام عليک in fine السلام عليک reperiatur.

2. Sed receptaculum erat eius, cuius fratres mors abstulerat; despectus igitur factus est.

Causam rei in antecedente versu narratae addit dicens, se fratrum morte despectum redditum esse, quippe vir nonnisi per propinquos cum ipso iunctos potens sit. Id quod ipso proverbio probatur (Meid. 23, 81.). Hoc vero rerum statu moeroris magni causam probat. Loco vocis باخوته in Mersukii codice باسرته per cognatos legitur. De voce ريب الزمان conf. beat. de Sacy Anthol. gram. p. ٩ l. 5 infr. Ut autem se solum et ab omnibus relictum significet, se بيضة البلد comparandi particulâ omissâ esse dicit. Sed de verborum significatione non consentiunt. Alii tuber terrae esse dicunt, quod a iumentis conculcetur, ab avibus rostro carpatur, ut in proverbio dicatur: »Vilior res quam tuber terrae in campo« conf. Meid. C. 9, 53. Cum hac significatione loquendi modus cohaeret: تفرى بيضة الارض عن بنى فلان »Disruptum fuit ovum terrae, ut quidam prodirent« i. e. numerosi facti sunt. »Tanta eorum multitudo evenit, ut similes tuberibus e terra prorumpentibus noscitatur, unde veniant« conf. Ham. p. ٣٤١ v. 1. Sed in proverbiis quoque legimus, verbis ovum struthiocameli significari, ut proverbio dicatur: »vilior quam ovum struthiocameli«. Ovo enim a struthiocamelo stupido in deserto relicto qui velit potiri potest (conf. Meid. C. 9, 61.). Eadem quoque verba dignitatem designare et in proverbii usum venisse, scholiastes adnotavit. Usus probandi

1) Queritur, quod neque homo neque terra caeca (cui oculi non sunt, ut plorare non possit), suum infortunium deploret.
2) Videtur respicere proverbium »Stupidior quam Himarus« Meidan. C. 5, 187.

causa vorsum a sorore Ahmrui b. Ahbd-Wodd, quo fratrem occisum deflet, prolatum adaotavit (metr. Basitb): **S i A h m r u i o c c i s o r a l i u s, q u a m q u i e u m o c c i d i t, f u i s s e t, e u m, q u a m d i u a n i m a i n c o r p o r o m a n e r e t, d e f l o r e m; s e d e i u s o c c i s o r t a l i s e r a t, q u i n u n q u a m o p p r o b r i o a d f e c t a s s e m p e r o v u m t o r r a e a p p o l l a b a t u r u** (conf. Roisk. ad Taraf. p. 98.). Verbis, quibus laus inest, res singularis describitur; struthiocamelus onim ovum custodiens obire dicitur. Vituperationem autem poeta alius oxpressit dicens (motr. Redjes): **V i r A b u - N a d h l a h c o g u o m i n a t u s v i r o o n e s t h a b e n d u s. P a t r e m s u u m a m i s i t; e s t i g i t u r o v u m s t r u t h i o c a m e l i**[1]). Significationem, quao vocibus بيضة الاسلام (Mohammedanorum orthodoxorum cootus) est, cum significationo o v i cohaerere puto.

3. Quod si ad mortuos querelae funderentur, ob vehementem tristitiam, qua post eos viri adficiuntur,
4. Ego quererer; profecto! meas querelas quietaret sepulcrum Sindjari eiusque incola aut sepulcrum apud Kahadum.

In eo maximam doloris causam ceroit, quod mortuus auxilium ipsi ferre non possit, nam querelao cum mortuis frustraneae sunt. Conditionom, qua nunc utitur fratre mortuo, ei opposuit, qua fratre vivo utebatur. Hi duo versus ox seotentia scholiastao ita coniungeodi suat, ut particula ثم verbum اشتكيت. cum antocedente coniungat et vorbum لاشكانى etc. seatentiam consequentem efficiat. Hac quoquo in re causa erat, cur verbo اشكا in posterioro versu significationem rariorem **q u i e t a r o q u e r o n t e m** tribueret, siquidem verbo شكا similem significationem quam طلب et vorbo اشكا similem quam verbo أطلب adiudicaverit. Voce كمد tristitiam, quae ex animo removeri non possit, significari scholiastes dixit, quapropter Ebn-Doraidus loxicographus morbum animi ex tristitia ortum osse vult. Est igitur tristitia animo adhaoroas, qaae non cessat. In verbis autem لاشكانى وساكنه قبر ordo verborum regulis linguaeque aptus non est. Vox enim cum altera coniuncta وساكنه ante vocem, quacum coniuncta est (قبر), locum obtinuit, id quod nonnisi in poesi, ubi metri ratio habenda est, licitum esse potest. Similem loquendi modum videmus in versu (metr. Wafir): **E h e u ! O p a l m a l o c i D s a t - I b r k, t i b i s i t s a l u s d i c t a e t D e i m i s o r i c o r d i a !** cuius verba sic constituenda sunt: عليك السلام ورحمة الله (conf. Ham. p. ٩٧ l. 4 infr.). Res autem, nisi quum regeos antecedit, oon probatur et in verbo (فعل) et in subiecto (فاعل) frequentius quam in obiecto مفعول conf. Gram. Ar. T. II. p. 514. reperitur; nullo modo autem fieri potest, ut nomen ia geaitivo positum ante praepositionem, por quam regatur, locum occupet. Dici non licet مررت وعمر بزيد pro مررت بزيد وعمرو, ut vox conoexa aote eam, quacum conaoxa sit, et vox recta ante id, a quo recta sit, ponatur. In Morsukii codice clarius dictum est: اذا كان فيه تقدم المعطوف على المعطوف عليه.

VII.

p. 375.) **Vir e gente Chatsahm dixit.**

Chatsalım nomen secundao declinationis primitus nomen cameli ost. Vox خثعمة corpori sanguinem illinere significat. Indo gentom dictam esse volunt, quod sanguine corpori illito

1) Struthiocamelos locum, ubi ova deposuerint, oblivisci et saepe fieri, ut una alterius ovis incubet, dicunt.

oedus ieter se popigerit. Forma aut praetcritum est in nomen mutatum aut nomen actionis abiecta litterâ ة. Vir, a quo gens origioem duxit, filius Anmari erat, ut ad geotom Maahd pertineret coef. Ebn-Kotaib. p. 63. Gentis in versu a Sibawaihio in libro suo citate mentio facta est (metr. Thawil): Non erat nisi pallio et veste pretiosa induta tempore, que Ebe-Hammamus ie gentem Chatsahm iecorsioeem hostilom faceret.

1. Tempus paucum haud accipiens prima vice alteraque bibens familiam Altabi familiamque Alaswadi consumsit.

Tempus cum camelo bibento comparans ot homines cum aqua uea alteraqoo vice duas illas familias perdidisse dicit. Hic comparandi medus eeonisi semel in Hamâsa occurrit. Ista autem comparatiene usus coetieuas calamitatos, quibus istae gentes consumtae sint, depingcre vult. Verba من آل elliptice dicta sunt pro من ماء حياة آل ex aqua vitae familiaeu. Ex hemoiotolcute versus in utreque hemistichio carmieis ieitium esse cognescimus.

2. Omnem manibus liberalem, quum ventus obliquus flat invertens caulam clausam.

Familiam istam liberalem fuisse tempore dure hiemis, in qoa liberalitate luctus magni causa cernitur. Verba من كل etc. appositionis loce sunt verbis: من آل in versu priere, dum praepositie repetita est. Vox regens autem, casu geeitivo acqueote, saepe repetitur. Sic in Cerani loce Sur. 7, 73. praepesitie لِ. Haec repetitio appositieni confirmandae inserviens posteriorem ad prierom pertinero indicat. Ebn-Djinni grammaticus heius rei causam in ee esse dixit, quod praepositio cum nomine coniuncta una taetum pars sit, quse res noque in nemiuative noque in accusative cum regente suo accidat. Quum beecficia cum nubibus ot pluvia ceuf. Ham. p. ٣٨٣ v. 7. p. ٩١١ v. 1. et Vullers. ad Harets. Moall. v. 57. et mari ceef. Ham. p. ٩١٠ v. 1. coeferantur, vocem فياض oxundaes do viro benefico adhibuit et maeus exundantes dixit poeta, quippe quae ie beneficiis cenforeedis eccupatao sint. Vox نكباء omisso substantive ريح (vootus) veotum a quatuor ventis rectis plagae coeli deflectentem designat. Veeti hi quum frigidi vehementesque sint, tempus, qoo flant, sterile est. Ventum istem vehementem esse, in posteriore versus parte exponens, vi sua inflectere et abripero caulas peeta dicit. Caulae enim ex arboribus cootra veuterum vim et frigus exstruebantur. Hae limioe addito firmatao erant, ut nonnisi vis maior eas auferre valeret. In Cerani loco Sur. 104, 8. vocabulum موصدة voce مطبقة tecta, eperta explicatur. Versus poetae Nabeghab Djahditae [1]) sensu nostro similis non est (metr. Ramal): De hominibus ea me interrogavit. Periere; tempus super iis edit bibitquo i. o. Longum tempus praeteritum est et homiees pest cos edontes et bibentes mortuorum ebliti sunt.

3. Hodie autem tanquam camelorum agmen a morte propulsi sunt, dum alius vesperâ celeriter abit, alius mane.

Hemines morte abreptos tum propter multitudinem tom quod resistere non posseet, cum

1) Vixit tempore paganismi et Islami. Diversus est a Nabeghaho Dsobjanita, qui illo posterior erat.

camelorum ogmine propulso comparovit. Vir eum eamelo frequenter eonfertur conf. Ham. p. ٢٥ v. 2. 3. 5. p. ٣٦٥ v. 4. Mors igitur pastoris locum occupat. Vox اليوم non solum diem hodiernum; verum otiam tempus praesons eum eo coniunctum designat. Sic dies hosternus et dies hodiernua ad tempus praotoritum et tompus prnesens designandum opponuntur. Poeta autem vespertinum matutinumquo tompus, ut continuum tempus significaretur, opposuit. Nec non homines morte eeleritor abripi, voce عجّل (fostinans) exprimero voluit.

4. Domus vacuefactae sunt et ego princeps factus sum ad principatum haud destinatus. Calamitatis est, quod solus princeps sum.

Queritur, quod primorum tantus numerus morte abreptus sit, ut ad ipsum principatus dignitas venerit, quam autem rem multum abesse, ut ipsum gaudio impleat, ut infortuuio oa ducenda sit. Hie vorsus, qui in Ebn-Challikani libro No. 600 legitur, quum in fine prioria homistichii homoioteleuton sit, id quod metriei تقفية appellarunt (conf. libr. m. Darstell. d Arob. Verskunst p. 117. aduot.), eum, nisi idem primus versus hoc homoloteleuto praeditus esset, primum earminis versum esse dicerem. Altero tamen legendi modo غير مدافع (qui non reeusatur) admisso homoioteleuton tollitur. Construendi modus in uno alteroque divorsus est. Verba غير مدافع statum subiecti designant, verbo outem غير مسود obiecti locum verbi سدت teucre possunt, ut sensus sit: i. e. tanquam dominus eis proefui, qui ad prineipatum eligi non poteraut. Morsukius hunc explicandi modum praefert, quo poeta in fino versus, so solum principem gentis superesse, queratur. Qui vero verbis statum poetao describi dicit, sensum tribuat necesse est sequentem: Princeps factus sum aute tempus, quo principatul aptus eram i. e. iam iuvenis gentis princeps factus sum aut dignitato haud aptus, quum plures antea essent dignitate maiore praediti. Similem sensum in versu poetae sequento inveuimus (metr. Ramal): T e m p u s s u p e r i i s p o c t u s s u u m p o s u i t[1] e t i d n o n n i s i p a u c o s (aut quendam vel fugatos) r e l i q u i s s e v i d e o. Loco vocis الشفاء alter legendi modus العفاء **(p. 376.)** in Ebu-Challikani opere No. 600 est.

VIII.

Dixit Mohammed b. Baschir Charedjita[2]).

Pro nomine Baschir in oxemplari Jasir يسير (ab aliis بسير) legi dicunt; sed Baschir rectum csso. Nomen gentilo a viro Charidjoh appellato derivatum volunt. Mater Charidjahi tam

1) Tempus eum camelo comparatur, qui pectore calloso homines premit et perdit (conf. Ham. p. ٣٣٥ v. 2). Pro قل in Mersukii codice فل legitur, quae vox aut fugatum significare potest aut quendam, ut ex voce فلان orta sit.

2) Mohammed b. Baschir b. Abbd-Allah b. Abkil e gente Banu-Charidjoh (parte gentis Abdwan), cognominatus Abu-Solaiman, poeta disertus in regione Hidjas tempore Omajjadarum degens erat. Maximum vitae tempus in desertis agens quum Bazram venisset, feminam e gente Abdwao in matrimonium duxit. Bazrae autem aliquod tempus commoratus Hidjasi desiderium eum occupavit, ut ab uxore in patriam redeundi veniam peteret. Uxor quum sequi nollet, eam repudio dimisit, cuius rei ille postea poenitentiam egit conf. Citab-Alaghani. Abu-Abbd-Allahus in libro معجم الشعراء inscripto Abu-l'Raiham Abmirum b. Abmir, clientem Iasidi b. Mosidi Schaibanitae (conf. p. ٢٢٨), bosce versus dixisse scripsit. In libro Ebn-Challikani sequentes tres versus conf. No. 839. citati sunt.

celeriter viris nupsit, ut res in proverbium veniret conf. Meidan. C. 12, 109. Erat filia Sahdi b. Ahbd-Allah b. Kodhar (rect. Kerad) ad gentem Badjilah pertinens. Charidjahum autem alii filium Becri b. Jeschcor b. Ahdwaim esse, alii cuiusnam filius sit, nesciri dicunt. Praeterea cognomine Charedjitae خارجى is quoque appellatur, qui suis virtutibus, quum maiores principes non fuissent, imperio petitus est.

1. Quam bonus vir erat, cuius morte die loci, in quo diversarum arborum radices sunt, dierum casus fratres adflixerunt!

Generali laude viri mortui incipit. Scholiastes dicit, laudatum, cui voce نعم specialior laus tribuatur, omissum esse, ut vox فتى supplenda sit (conf. Gram. Arab. T. II. p. 222 sq.). Pronomen in voce بِهِ ad vocem omissam referendum esse et phrasin sequentem constantem verbo et subiecto tam peculiarem sensum ei addidisse, ut substantive definito similis facta esset (conf. Gram. Ar. T. II. No. 372.). Huic similem esse loquendi modum in Corano (Sur. 38, 29.) نعم العبد انه اواب »Quam bonus est servus, is resipiscens est!«; verba enim Iobum bonum servum esse indicant. Nomen laudati omitti, nonnisi probandum esse in locis, ubi laudato noto dubium omne removeatur (Gram. Ar. T. II. No. 373.).

2. Eius atrium aditu facile erat, ipse liberalis, quum ad eius portam devertebas, bene instructos ministros habens.

Specialiore iam laude eius hospitalitatem celebrat triplici modo. Aditus ad atrium eius erat facilis, ut viae non essent obstructae aut asperae; mihi enim verba سهل الفناء esse videntur pro سهل طريق الفناء. Subiectum autem هو, cuius praedicatum سهل, omissum est. Silentio non praetermitto, in hoc versu adiectiva سهل, طلق et participium passivum مؤدب sequentibus substantivis definiendis inservire, ut verba هو سهل الفناء sint pro فناءه سهل (Gram. Ar. T. II. 196 sq.). Tum eum libenter sua hospitibus impertire dicit, ut eius manus non essent contractae, firmiter tenentes quod possideret, haec enim significatio adiectivo طلق inest. Denique ministros bene instructos eum habere, ut hospitibus comiter celeriterque servitia praestarent. Priore voce يوم diem pugnae significari non dubito, posterior vox الايام (dies) aut tempus generaliore sensu aut dies pugnarum specialiore designare potest. Vox البقيع, ut in versu pronunciatur, nomen coemeterii in oppido Medina est; nec non aliis nominibus cum ea coniunctis pluribus locis nomen dedit conf. Kam.

3. Cuius amicum consanguineumque quum vides, uter cognatus sit, nescis.

Viri hospitalitatem et pulchram erga amicos agendi rationem explicaturus dicit, apud eum si consanguineus et amicus congregati sint, discrimen nullam in agendi ratione apparere, ut ex ea, quis unus aut alter sit, cognosci non possit. Non autem vult verbis unum amicum aut consanguineum fermà singularis adhibità indicare; sed plures. In Meraukii codice voces صديقه وشقيقه transpositae leguntur. Similem autem sententiam verbis sequentibus expressam legimus (metr. Thawil): Eorum erga me benefica agendi ratio benignitas comitasque non cessavit, ut eos familiam meam esse putarem.

IX.
Idem dixit.

1. Petivi per me ipsum; sed consecutus non sum; et utinam sedissem et post mortem Sajibi liberalitatem non quaesivissem!

Dum narrat, quod ipsi potenti acciderit, maiorem quam aliis mortuo Sajibo liberalitatem adscribit. Mortui liberalitatem celebrari nemo non videt. Et verbi طلبت et verbi ادرک obiectum omissum ex sequentibus verbis ابغ اندى cognosci potest. Vox بوجهی cum verbo طلبت coniungenda significat, poetam eo descendisse, ut ipse peteret. Hoc mihi praeferendum videtur, quod isto coniungendi modo sermoni vis maior oritur. Scholiastes autem dixit, grammaticos scholae Bazrensis, sine dubio commotos loco vocis post verbum, vocem cum verbo ادرک sensu coniungi praeferre; at vero poëtis voces transponere in usu est. Voces بعد سايب, quae pro بعد موت سايب (post mortem Sajibi) sunt, ab omnibus verbis طلبت, ادرك, تعدت et ابغ regi posse dixit scholiastes; ego vero potissimum cum verbo ابغ sensu coniunctas eas esse censeo.

2. Et si beneficium quaerens (hospes) ad Sajibi mansionem confugisset, odio haud plenus substitisset aut haud frustratus mane profectus esset.

Aliorum agendi rationi Sajibi hospitalitatem opponit. Tantam eius fuisse hospitalitatem, ut, qui ad eum venisset, aut ibi vitâ suâ contentus diutius commorari aut dona, quae ex- **(p. 377.)** spectasset, accipiens mane abire posset. Hic versus sensu alteri sequenti similis est (metr. Basith): حتى يكون عزيزا من نفوسهم او ان يبين جميعا وهو مختار Ut honoratus esset ad ipsos pertinens aut se omnino separaret, nam eligere poterat. Vox العافى non unum virum; sed genus designat. Qui autem particulae او significationem vocis et tribuunt, iis non adsentior; equidem non video causam, cur a significatione particulae frequentiore recedamus. Bene oppositum mihi videtur in versu aut diutius manere aut post brevem commorationem proficisci. In medio hoc versu homoioteleutum est.

3. Dico et homines, qui eum mane ad sepulcrum portarunt, nesciebant, qualem virum in pannum feralem implicuerint.

Sibi mortui merita cognita fuisse dicit, aliis, qui ad sepulcrum eum portassent, non item. Verba autem, quae se protulisse narrat, desperantis et lugentis quasi suspiria sunt. Verba ما ذا ادرجو loco obiecti verbi اقول sunt. Fieri autem posse, dicit Mersukius, ut verba ما ذا loco nominis sint, cuius praedicatum vox ادرجو sit, vel ut vox ما locum nominis, vox ذا locum praedicati cum significatione vocis الذى (qui) occupet, cuius sensui explendo verbum ادرجو inserviat. In explicanda voce اناس scholiastes adnotavit, litteram Alif (litteram post litteram Nun) additam esse; quae res ex vocibus إنْس, اناسىّ et أنس cognoscatur (quippe in quibus tres radicales sint). Re ita se habente in voce ناس litteram Alif superfluam esse primâ radicali abiectâ. Qui autem putent, vocem ناس cum voce اناس non cohaerere (i. e. vocem ناس ex voce أناس abiectâ priore litterâ Alif ortam non esse; sed eam ex voce انس

inversà litterà radicali originem habere, errori obnoxios esse. Sepulcrum (قبر), quod quatuor ulnarum longitudinem cum latitudine quinque spithamarum circiter habere solebat (Ham. p.٤٣١ v. 7.) in fundi latere curva fossa, لحد appellata, instructum erat, ne, ni fallor, id hyaenae facile effodere possent Hamas. p.٤٦٦ v. 4., in qua funus, postquam lavatum erat, albis pannis كفن involutum ponebant, adspersis odoribus bonis حنوط appellatis (conf. Ham. p. ٣٣٦ l. 11.). Hanc quoque ob causam fossam illam lapide, حمارة appellato, clausisse videntur conf. Kam. Ham. p. ٥٤٢ v. 8. p. ٣٩٢ v. 2. p. ٢٣٦ l. 14. Post Mohammedem, retento ille vetere more, causam illius fossae aliam fingebant. Ab hac fossa totum sepulcrum لحد nomen accepit. Soli autem naturà impediente sepulcrum illà in latere fossà carebat. Sed tale sepulchrum in fundi medio fossà instruebant, cui nomen ضريح erat, a qua totum sepulcrum postea appellatum est. Factum igitur est, ut contra rei naturam لحد ضريحه dixerint Ham. p. ٤٣١ v. 4. conf. Abulf. Annal. T. III. p. 136. et Ham. p. ٣٦١ v. 3. Pauperibus omnibus sepulcrum fossà in latere instructum fuisse, dubitari licet. Num ante Mohammedem proximi cognati in sepulcrum, ut mortuum depositum viderent, descendere solerent, an in Mohammede sepeliendo primum factum sit, dici haud licet Abulf Annal. T. I. p. 188. et adnot. In sepulcro terra cumulata erat (جثوة) conf. Tarafae Moall. v. 63. Reisk. epistol. ad Menken. p. 55. Hanc terram ab ipsis quoque mulieribus congeri, ex loco Hamas. p. ٤٢٣ v. 3. videmus. Super ipsum autem sepulcrum lapidem latum صفيحة ponebant Ham. p. ٣٦٢ v. 2., in quo post Mohammedem aut dies mortis aut alia verba scripta erant (conf. Ebn-Challik. p. ٣٠٧ fine ed. Wustenf.). Super mortuis preces fiebant. Mohammedes super occisis in pugna Ohodensi preces faciebat et haec est causa, cur Hanifah id super occisis in bello sacro fieri debere contenderit Schafeiho negante Abulf. Ann. T. I. p. 98.

4. Et omnis vir aliquando super feretro invitus in humeris inimicorum et propinquorum efferetur.

Ex eo, quod omnibus hominibus moriendum sit, solatium capere videtur. Mortuus feretro impositus a propinquis et viris, qui eum honorare vellent, efferebatur conf. Hamas. p. ٤٧٠ infr. Abulf. Ann. III. 216. Ebn-Challik. T. I. p. 48. ed. Wustenf. Feretro dorsum elatum adscribitur, qua de causa حدباء dicitur conf. Caab b. Sohair v. 37. Funere nondum imposito, id سرير et نعش appellabatur. Instrumentum نعش lecticae simile est, in qua rex aegrotus portabatur. Feretrum autem, cui funus iam impositum est, nomen جنازة habet. Vox autem سرير feretri nomen esse videtur, in quo positus mortuus in domo visitantibus expositus erat. Inter eos, qui mortuum efferrent, licet propinqui essent, inimici esse poterant, ut causam non videam, cur in versu voci العدى peregrinorum significatio tributa sit. Scholiastes dixit, casum accusativum in voce كارها statum subiecti in verbo سيركب describere et verba على النعش locum accusativi tenere, statum eius, quod in voce كارها sit, significantia; sed nil obstare, quin adiectivi locum teneant, ut sint pro verbis حاصلا على النعش.

X.

Dixit Doraid b. Alzimmah b. Alharets b. Becr b. Ahlkamah b. Djedaah b. Ghasijjah b. Djoscham[1]) filii Moahwijahi b. Becr b. Hawasen.

Poeta princeps gentis Djoscham ad gentem Hawasen pertinentis nomen Moahwijah habuit. Quum Mohammedis fidei se non addixisset, die Honain (anno fugae octavo) occisus est. Grammaticus Abu-l'Fath nomen Doraid, ab adiectivo ادرد (formâ deminutivi) derivatum putat, abiectâ litterâ Alif, ut vocis pronunciandae modus lenior fiat. Adiectivum ادرد cum feminino درداء hominem designat, cuius ex ore ob senectutem dentes excidere, ut mandibulae carnem edens mordeat. Inde vir (qui socius Mohammedis erat) ابو درداء cognomen accepit. Ad vocem دردر explicandam scholiastes proverbium (Meidan. C. 18, 14.) adtulit, simul adnotans Cufae grammaticos دردر afferre, Bazrae grammaticos autem دردور. Vocem صمة serpentem marem designare.

1. Aridhum et Aridhi socios et familiam Banu-l'Saudae monui, dum populus praesens mihi erat.

Se malum, quod a persequentibus hostibus accidisset, praevidentem et fratrem et socios eius monuisse, ne subsisterent. Ahridhus, cui tria nomina Abrid, Ahbd-Allah et Chaled, nec non tria cognomina[2]) Abu-Aufa, Abu-Dsofafah et Abu-Forahn vel Farghan erat, inter fratres

1) Djoscham nomen plariom gentium est, ad gentem Mudhar, ad gentem Jemen, ad gentem Taghleb, ad gentem Tsakif et ad gentem Hawasen pertinentium.

2) Rarissime accidisse puto, ut vir tribus nominibus tribusque cognominibus uteretur. Sed ut locus melius intelligatur, quaedam de nominibus Arabum addo. Arabum nomina sunt aut nomina propria (علم) aut cognomina كنية aut cognomina sive honoris sive vituperationis ludibriique causâ (لقب) addita. His accessit cognomen a gente, familia, terra vel urbe derivatum (اسم منسوب). Nomina propria aut rem significant aut significatione carent. Inter ea, quae nunc significatione carent, inveniuntur, quae voce obsoleta significationem vetustate perdiderint. Nomina propria, quibus significatio erat, a rebus, indole, agendi ratione, verbis aut a Diis desumta erant. Ut rem exemplis nonnullis illustrem, puer nomen Ira غيظ accepisse dicitur, quod mater ولدت غيظا »peperi iram (sc. aliis uxoribus)« dixisset conf. Ham. p. ١٩٠ l. 9. infr. Mulierem nomen Chandaf accepisse fertur a verbis, quae protulisset: ما زلت اخندف في اثركم »Non cessavi properanter incedere vestigia vestra sequens« Ham p. ١٩٤ l. 1. (conf. Ham. p. ٣٥ l. 1.). Sic vir عبد العزى »servus Deae Ohssae« appellabatur. Nomina hominum a Mohammede mutata scimus. Virum زيد الخيل (Said equitum), زيد الخير (Said boni) appellavit. Ebn-Challik. No. 338. Abu-Becrus ante Islamum Ahbd-Cabb appellabatur. Hunc morem et post eum interdum secuti sunt. Hadjdjadjus viri على بن اصمع appellati nomen, petente illo, in nomen سعيد Saihd permutavit. Hamas. p. ٣٤٠ l. 15. Inde, sine principis auctoritate et venia viro nomen suum mutare, haud licitum fuisse, cognoscimus. Mohammedis tempore filium nomine patris tanquam suo usum esse legimus. Abulf. Ann. T. I. p. 120. Cognomina كنية, iam ante Mohammedis tempus usu frequentia, duabus vocibus priore voce ابو pater aut ابن filius aut ام mater aut بنت filia aut اخو frater constant. Tributa videntur aut ut viri eiusdem nominis, nomina enim Arabibus haud multum diversa erant, distinguerentur aut ut eo appellatis quidam honor dignitasque accederet, ut enim patri in filio honoris causa erat, sic quoque filio, qui cuiusdam filius appellabatur. Raro autem accidit, ut filius eodem nomine, quo pater uteretur (conf. Abulf. Annal. T. I. p. 120). Plerumque filius a patre cognomen accipiebat, raro a matre. Sic ابن دارة conf. Meidan. 24, 107. ابن ميادة a matre conf. Ham. p. ٤٠٩. ٥٨٩ cognomen accepit; rarissime ab avo Ebn-Challik. p. ١٨ l. 12. (ed. Wüstenf.) aut ab avia conf. Ham. p. ١٢٨ l. 5. Adoptatus nomen ab eo, qui eum adoptaverat, accepit. Sic ab Aswado adoptatus Almikdad filius Aswadi ap-

colore maximo nigro insignis[1]) cum gente Banu-Djoscham et Banu-Nazr, qui duo filii Moahwijahi b. Becr b. Hawasin erant, praedatum exierat. Qui quum multâ praedâ potitus ad arcuarum anfractus subsistere vellet, Doreidus gentem Ghathfan a persequendo non desituram monens eum, ne faceret, dissuasit. Ille autem se donec praedam divisisset, non abiturum esse iuravit. Accidit igitur, ut gentes Abbs, Fesarah et Aschdjah persequentes eum assequerentur et occiderent. Vulneratum lanceis frater Doraidus defendit, cuius **(p. 378.)** rei in verbis »ad eum veni a lanceis occupatum« (p. ۳۷۱ v. 1.) mentionem fecit. Verbis والقوم شهدى veritatem dictorum suorum probare vult. Occisi familiam isto tempore praesentem fuisse, ut ipsi loco testium esset.

2. *Eisque dixi: Duo millia perfecte armatorum, quorum duces loricis Persicis annulis invicem insertis vestiti sunt, adfutura esse putate!*

Periculum, quod cavendum esse monuerat, pluribus describit. Verbum ظن ob praepositionem sequentem vario modo explicarunt. Aut verbo ظن eandem significationem quam verbo ايقن (certo scivit) tribuerunt, aut verbis sensum inesse verborum ما ظنكم بألفى »quaenam est opinio vestra de duobus millibus?« aut esse obiectum omissum, quasi dixerit: ظنوا كل ظن قبيح بهم »Concipite omnem pravam opinionem de iis« etc. Mihi aut statuendum videtur, verbum, quum opinio in rebus certis quoque adhibeatur, aut significationem verbi ايقن accepisse ut in verbis Corani Sur. 2, 141. »Certo sciunt, se domino suo occursuros« aut verbum ظن more poetis haud inusitato praepositione loco casus accusativi adhibitâ cum obiecto coniunctum esse. Adiectivum مدجج, quod in codice tam activi quam passivi

pellabatur, dum nomen eius Ahmra filius Tsahlabi erat conf. Abulf. Annal. I, 272. Pater autem cognomen (ex. gr. Mohammedes Abu-Kasem (pater Kasimi) cognominatus est Abulf. Ann. I, 192.) a filio, raro a filia accepit. Vir celeberrimus Hatem Thai a filia Aba-Sofaanah cognominabatur. Interdum factum est, ut cognomen, quo utereiur, in nomen transiret. Sic Abu-Becr Abulf. Ann. T. I, p. 444. Cognomen autem viro honorem addidisse, ex eo videmus, quod nemo praesente principe cognomen viri adhiberet (conf. schol. ad Meid. 14, 104.) et princeps, si quendam honore excipere vellet, eum cognomine alloqueretur (conf. Selecta ex hist. Halebi p. 38 sq.); sin vero iratus esset, hoc facere intermitteret (conf. Chrestom. mea gram. hist. p. ۳۹ l. 4. p. ۴۰ l. 6. 11.). Cognomina autem القاب, quae postea aut honoris aut vituperationis causa indita sunt, antiquis temporibus maxime vituperationi inservisse videtur Ham. p. ٥١٠. Tempore Abbasidarum nomina honorifica, quibus tanquam titulis utebantur, in usum venerunt. Chalifa Almohtasimus primus fuisse dicitur, qui nomini suo nomen Dei الله adderet, (Abulf. Ann. II, 174.), qui mos in eos, qui illum in imperio secuti sunt, transiit. Principibus quoque proceribusque regni nomina honorifica, quae maxime ab imperio, ut سيف الدولة, ناظر الدولة, سعد الدولة desumta sunt, indebantur. Ut vir nomine suo perfecto modo designaretur, ante Mohammedis tempus, cuiusnam familiae gentisque esset, addi necesse erat (اسم منسوب). Postea vero gentibus in varias terras dispersis mixtisque mos in terras, urbes, ubi quisque natus esset aut educatus aut vixisset, translatus est. Videmus, virum plura huiusmodi cognomina accepisse. Sic vir ابن دهان cognominatus الموصلى nomen accepit, quod Mosulae primum habitasset, tum simul الحمصى, quod postea Emessae munus administravisset, appellatus est. In poesi autem viri nomen tum ob homoioteleuton tum ob metrum mutatum esse, invenimus. In loco Hamasae p. ۴۷۸ v. 2 et 3. عبد الله et عبيد الله eadem persona est, et Abulf. Ann. T. I. adn. p. 71. l. 4. infr. عبد الاشهل nomine عبد الاشل appellatus est.

1) Mater eius nigro colore fuisse videtur, quapropter familia filii nigrae appellabatur.

vocalibus insignitum est, significationem accepisse a voce دجة obscuritas (a tegendo), quoniam tenebrae omnes res tegunt, aut a lento incessu, quoniam armis omnino tectus lente incedit. Voce الفارسى, omisso substantivo درع (lorica), loricas Persicas (conf. Ham. p. ١٨٩ v. 1.) poeta designat. Vox مسرد loricam annulis invicem coniunctis constare significat. Inde in menses sacros dici: tres sunt سرد (coniuncti), unus فرد (singulus). Menses autem illi priores sacri Dsu-l'Kahdah, Dsu-l'Hidjdjah et Almoharrem, quod ordine sequebantur, coniuncti appellabantur, unus mensis Redjeb separatus. In hisce mensibus Arabibus, exceptis Thajjitis et Chotsamitis, occidere hominem bellumque gerere nefas erat. Causa, cur illis Arabibus isti menses sacri non essent, in religione, quam colebant, quaerenda est (conf. de mensib. sacris Golium ad Alfergan. p. 4. 5.). Grammaticus Chalil dixit, nomen سرد omnes loricas et res eis similes annulis confectas complecti, siquidem cuiusvis singuli annuli duae extremae partes clavo perforentur. Inde verbis Corani Sur. 34, 10. قدر في السرد »definí in perforando« sensum esse: In adhibendis clavis foraminis facti rationem habe, ne nimis crasso clavo rumpatur aut nimis tenuis fissura fiat.

3. Sed quum mihi adversati essent, ex ipsorum numero eram, licet eorum errorem viderem meque non bene directum esse.

Quum monita spernerent, quae tum fuerit sua erga eos agendi ratio, exponit. In periculo ipsis imminente se eos non deseruisse. Amicum summo cum periculo defendendum esse, Arabes docent (conf. Meid. C. 6, 61. et Meid. C. 18, 124. 25, 14.) et ut ex tali agendi ratione poetae laus oriatur necesse sit, scholiastes adnotavit, praepositione من consensum et intimam utriusque coniunctionem significari. Cum negatione لست منك »nihil mihi tecum commune est« dici. Sic poetam dixisse (metr. Wafir): Ego nil tecum communis habeo, ut tibi nihil mecum est.

4. Mandatum meum eis dedi in loco inclinato, arenarum anfractu; sed rectum nonnisi versus meridiem crastini diei cognoverunt.

Locum, ubi illis consilium dederit et tempus, quo illud consilium rectum fuisse cognoverint, addit. Vocem امرى aut significationem participii passivi (مامور mandatum) habere dicunt, ut, quum verbi obiectum sit, praepositio ب omissa putetur, aut formam nominis actionis esse, ut verbo affirmando inserviat. Non autem voce الغد nonnisi tempus futurum generali modo describi puto, ut Mersukius cogitasse videtur, sed voce tempus matutinum crastini diei designari non dubito, quippe incursiones summo mane facerent, ut haud praeparatis hostibus occurrerent conf. Sohair Moall. v. 6. Ut autem tempus, quo calamitatis summam cognosci posset, accuratius definiret, vocem ضحى adposuit. Similem sensum poeta Motallammes expressit dicens (metr. Thawîl): عصانى فلم يلق الرشاد وانما تبين عن امر الغوى عواقبه Mihi adversatus rectum non invenit; sed errantis rem nonnisi finis manifestat.

5. Ego vir gentis Ghasijjah sum, si errat, erro; sin vero gens Ghasijjah rectâ incedit viâ, ego quoque rectâ incedo.

Se omnimodo gentem suam in agendi ratione, sive utilis sive noxia sit, sequi. De

gente Ghasijjah conferas carminis inscriptionem. In versu verbis فلما عصوني incipiente rei statum illo tempore descripserat, in hoc suam agendi rationem consuetam exponit, dum causam simul addit. Ipse suam gentem sequatur necesse esse conf. Meid. C. 18, 55.

6. Inter se clamarunt: Equites equitem occiderunt! Tum dixi: Num Abbd-Allahus ille occisus est?

Rem occisi pluribus describens dixit se, quum clamorem ob occisum audivisset, statim timuisse, ne frater esset. Scholiastes dixit, duas ob causas poetam istam opinionem habuisse, quarum una in amore posita fuerit, quo quem quisque complectitur, eius noxam maxime timet et praesagit, altera in fortitudine fratris, qua audacter hosti se opponeret.

7. Tum ad eum veni lanceis confossum, sicut in telam extensam cardui decidunt. **(p. 379.)**

Timore commotus, periculo spreto accurrens fratrem multis lanceis vulneratum invenit. In hisce et sua et fratris laus est, frater enim nonnisi multis contra eum pugnantibus succubuit et poeta in adiuvando fratre periculi nullam rationem habuit. In versu et تنوشه et ينشنه legitur conf. Ham. ٣٣٧ v. 5. In priore usitatior construendi modus est (conf. Gram. Arab. T. II. No. 380.). Tertius legendi modus est يشقنه (confodere). Vox الصياصى duplicem explicandi modum patitur. In Kamuso Djeuhariique opere pluralem vocis صيصة esse invenimus, in scholiis ad Haririum p. ٣٣٠ pluralem vocis صيصية. Non minore iure formam فعالى a singulari صيصاء derivandam esse dicere quis potest. Mersukius dixit, voce significari lignum textoris in tela expansa, quo ille uteretur ad discernenda fila staminis. Pectinem sine dubio voluit. Altera autem significatio voci tribuitur, quam Djeuharius versum nostrum argumenti causa adferens adnotavit, quem et Firuzabadius et Tebrisius in explicando versu secutus est, cardui textorum, cuius ope et stamen et subtegmen telae aequalis reddatur. Haec autem significatio, etsi, qua prima auctoritate nitatur, nescio, tum quod comparationi cum lancearum cuspidibus cardui natura magis congruat, tum quod forma pluralis pluribus carduis carduique cuspidibus, quam pectini magis conveniat, praeferenda est. Silentio praetereundum non puto, voces versus النسيج الممدد pannum textum extensum potius, quam nondum perfectum designare.

8. Ego autem instar camelae eram, cui cutis farcta adducitur, quae timore impleta ad cutem pulli mactati accessit.

Statum suum animique conditionem, quum ad vulneratum fratrem tenderet, describit. Ut camela timore adfecta, ne pullus occisus sit, ad speciem pulli, quam ad consolandam matrem adducunt, advenit, sic ego ad fratrem vulneratum accedo. Camelae pullo aut per morbum consumto aut mactato mater moerore adfecta lac reddere recusat. Ut eam igitur consolentur, vario modo agunt. Aut pannum درجة appellatum in vulvam camelae immittunt ibique per aliquot dies relinquunt. Tum et oculis cameli tectis et naribus obstruetis pannum illum protrahentes pullum alium cute mactati vestitum adducunt, ut recens natum mater putans lac non amplius recuset, aut ad matrem mortui aut mactati pellem rebus farctam et sanguine illius infectam, ut odore decipiatur, adducunt. Haec cutis farcta بو nomen habet.

Scholiastae non adsentior comparationem in eo invenienti, quod poeta ad fratrem lam occisum venerit. Ut camela ad illam eutem accedens, nescit, num pullus sit nec ne et hanc ob causam timore impleta est, sic poeta ad fratrem nesciens, num occisus necne; sed timore plenus venit. Ex voce مقدد videmus, poetam pullum mactatum ante oculos habuisse; sed pullus mactatus praecipua comparationis res non est.

9. Et hastâ equites invasi, donec dispersi ab eo repellerentur et donec ego valde nigro sanguine tectus essem.

Agendi rationem tempore, quo ad fratrem advenerit, describens se equites circa eum congregatos dispersisse dicit, donec ipse vulneratus esset; sed nisi significatio verbi علا urgetur, nil obstat, quin sanguine equi vulnerati infectus putetur. In hoc autem summae fortitudinis laudem sibi tribuit. Praepositio عن cum verbo طاعنت coniuncta est aut quod verbo طاعن significatio vorbi دافع tributa est aut quod verbum دافع post verbum طاعن suppleatur, ut sensus sit: طاعنت الخيل ودافعتهم عنه. Loco verbi تنفست in Mersukii codice تبددت legitur, quae vox significatione clarior est. Verbo تنفس sensum aquae diffusae, quacum equites dispersi comparati sunt, tribuisse videtur. Verba حالك اللون (niger coloris) modo poetico sanguinem designat. Valde nigrum designaturi اسود حالك dicunt. Vocem اسود sine dubio homoioteleuti causa poeta postposuit; sed loco vocis اسودى legitur اسود, ut homoioteleuti vocalis varietur, quam rem in vitium vertentes rei metricae periti اقواء appellarunt (conf. libr. m. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 328 sq.). Altero autem legendi modo admisso forma additâ litterâ ى cum Teschdido enuncianda orta est, ut ex احمر simili modo احمرى formatur. Talia autem ex adiectivis formata adiectiva quum seriore tempore orta videantur, haud nescio, an non vox اسود praeferatur, siquidem fieri potuerit, ut qua vitium removeretur, forma illa serioris aetatis versui data sit. Huc accedit, quod auctoritate grammatici Alachfasch, qui dixerit, se neque longa neque brevia ab Arabibus prolata carmina audivisse, in quibus illud (اقواء) non reperiretur, nisi illud magnum vitium non esse contenderint. Quod si vere dixerit Alachfaschus, homoioteleuta multa mutata videntur, quippe pauci versus veterum poetarum, in quibus vitium illud sit, inveniantur. Mersukius alterum legendi modum praehabet.

10. Pugnans modo viri, qui vitâ suâ fratrem adiuvat, dum virum non semper duraturum esse scit.

Causam, cur ita egerit, addit, dum sibi fidei in fratrem et animi intrepidi, qui sibi moriendum esse scit, laudem tribuit (conf. Meidan. I, 48. 284 22, 137. 23, 202. etc.). Accusativus vocis قتال e verbo طاعنت modo nominis actionis pendet, quasi قاتلت dixerit; fit enim interdum, ut nomen actionis cum verbo diversae radicis, si significatio aut eadem sit aut similis, coniungatur. Mersukius verbum السى verbis explicavit sequentibus جعل نفسه اسوة اخيه واختار لها مثل ما سبق اليه »Se ipsum exemplar fratris sui fecit et sibi idem elegit, quod fratri acciderat.« Sensum igitur talem in verbis invenit: Pugnâ viri, qui mortem exemplo fratris sui petit, dum scit, sibi vitam sempiternam non esse. Ego vero ob casum

accusativum vocis اخاه et praepositionem ب in voce بنفسه consolandi et adiuvandi significationem praefero.

11. Etsi Ahbd-Allahus e loco suo decessit, tamen desistens a pugna non erat manuque levis.

Ad laudem mortui transiens dubium removere studet, fratrem non acriter pugnantem aut fugientem cecidisse. Dicit igitur, fratrem non talem fuisse, qui a pugna destiterit aut cuius manus non bene pugnaverit. Forma يك est pro يكن, id quod saepe in carminibus recurrit (conf. Ham. p. ٣٢٨ v. 2. ٣٣٢ v. 3.). Verba خلى مكانه (locum suum vacuum fecit) decedere e vita hoc in versu significant conf. Ham. p. ٤٧٨, voce وقّاف autem is appellatur, qui multum stat i. e. qui in hostem audacter non procedit. Vox denique طايش multum se moventem proprie designat et inde inconstantem. Manus autem si ob timorem in pugna tremit multumque se movet, talis vir neque gladio bene percutit neque lancea aut sagitta scopum bene attingit.

12. Medium corpus cingulo ligatum habens, dum medium crus apparet, noxis liber, alta loca conscendens.

Agendi rationem describens dicit, eum promtum fuisse et expeditum in rebus peragendis et corporis debilitate haud impeditum altiora semper petiisse. Scholiastes verbis كميش الازار modo proverbiali serium et promtitudinem significari dixit; voci autem كميش levis celerisque significationem tribuens per metaphoram cingulo adscriptam esse celeritatem, quae viri esset eodem modo, quo عفيف الحجزة (castus cinguli) et نقي الجيب (purus sinus) dicatur. Sed, nisi me omnia fallunt, verbo كمش substringendi significatio tanquam primaria convenit, ex qua levis celerisque significatio provenit. Qui enim vestem longam, quae impedimento est, substrinxit, celeriter incedere potest. Dicitur quoque كمش ذيله (laciniam substrinxit) conf. Harir. ٣٦٣ schol. Hanc in versu significationem locum habere, ex verbis sequentibus dum medium crus apparet, videmus. Arabes quum vestibus longis uterentur, ut ad opus perficiendum apti essent, vestes substringi necesse erat (conf. Ham. ٥٠٣ v. 2.). Similem sensum in his poetae verbis invenimus (metr. Basith): عارى الظنابيب ممتد نواشره Nudis ossibus tibiarum extensisque nervis brachii praeditus; sed his quoque macies designatur. Noxae autem hoc in versu morbos, quibus membra corpusque debilitantur, designant. Verba طلاع أنجد ut طلاع الثنايا (clivos adscendens) proverbiali modo virum ad res maiores arduasque tendere significant. Dixit poeta Ahkil b. Ahlkamah Daremita (metr. Thawil): وقد يقصر القل الفتى دون همه وقد كان لو لا القل طلاع انجد Paupertas virum impedit, quominus propositum suum attingat et si paupertas non fuisset, ad maiora tenderet. Mersukius formam انجد, qua proprie parvus numerus designetur usu non observato, ut pluralis formâ, quae multos designet, in paucis utantur, sic in multis adhiberi dicit. Est igitur in versu significatio vocis انجد finibus parvi numeri non coercenda. Hic versus mutatus Ham. p. ٧٥٠ repetitur.

13. Parum questus de calamitatibus, bene observans, qui crastino die facta secuturi sint sermones.

Patientiam eius in calamitatibus descripturus dicit, cum querelas non proferre, dum semper sermonum hominum, qui facta sua secuturi sint, rationem habeat. Eum igitur ita agere, ut vituperationi obnoxius non sit. Verbis قليل التشكى omnes querelas negare vult, ut vox قليل in Corani verbis (Sur. 2, 82.) قليلا ما يومنون »omnino non credunt« omnino negat. Voce حافظ summam curam indicat, qua rem observat, ut illi sermones timendi ei semper ante oculos sint. Hic versus p. ٧٦٥ repetitur.

(p. 380.) *14. Vides eum tenui ventre praeditum, dum cibus praesens paratus est et ipse tunicâ lacerâ mane tectus est.*

Maxime liberalem erga alios et minimam sui curam habentem, ut et in cibo et in vestitu alios sibi praeferat, describit. Tanto autem apud Arabes liberalitas beneficientiaque in honore est, ut proverbiis laudetur et commendetur conf. Meidan. T. III. P. II. p. 164. Simili modo alius poeta dixit (metr. Madid): Aridis lateribus praeditus, inopiâ haud pressus (conf. Ham. p. ٣٨٣). Posterior versus pars sensum offerre potest, lacera veste interiore indutum, ut hospitibus suis servitia praestet, cum incedere, non tantum sibi tempus mane sumens, ut nocturna veste deposita meliore se vestiat, aut cum tantam liberalitatem exercere, ut ipsi nil nisi lacera tunica supersit. Vox autem مقدد (dissectus) pro voce مخرق (laceratus) nonnisi homoioteleuti causâ adhibita videtur. Versus hic Ham. p. ٧٦٥ repetitus est.

15. Et si paupertas eum attingit et penuria, eius liberalitas augetur, dum omnia, quae possidet, perdit.

Ut superior liberalitatis laus augeatur, addit metum paupertatis eum non impedire, quominus liberalis sit, imo potius eum incitare, ut omnia sua dilargiatur. Versus Ham. p. ٧٦٥ repetitus est. Mersukius in sequente versu similem sensum invenit (metr. Basith): قد جعل الله فيك قلبا يابى على الشغل ان يضيقا Deus in te animum posuit, qui negotium, quod grave non est, non amat.

16. Lusui indulsit, quamdiu iuvenis erat, donec crines albi eius caput tegebant. Quum advenissent, vano dixit: Apage!

In eo quoque laudis causam invenit, quod tempori cuilibet suum tribuerit, ita ut in iuventute lusui deditus fuerit, senectute appropinquante ad res graves et seria animum adverterit. In explicandis vocibus صبى ما صبى duplicem explicandi modum admittunt, unam qua prior vox lusui deditus fuit significationem habet, posterior significationem iuvenis fuit, alteram, qua utrique voci eadem significatio lusui deditus fuit est, ut sensus sit: Lusui deditus fuit, quamdiu lusui deditus fuit i. e. quoddam tempus lusui deditus fuit. Mersukius priori modo favens dicit, altero admisso, illud tolli, quod rei metricae periti تجنيس, dum eidem voci diversa significatio tribuitur, appellarunt (conf. libr. m. Darstellung d. Arab.

Vorsk. p. 524.). Qued vero poesis ornamentum quum rarissime ant ne vix quidem in carminibus veteribus, frequentissime autem in receotieribus, ut in carmieibus Ohmari b. Faredh exempli gratia, inveniatur, eeseio an nen potius illa res, ut alterum praeferamus, movere nos debeat. Accedit, ut verbo صبى cum significatiene i u v e u i s f u i t, intransitiva forma eonvenire videatur.

17. Solatio autem mihi est, quod ei non dixi: Mentitus es, neque in eo, quod manus mea possidebat, ararum me gessi.

Carmini finem imponit dicens, se ex sua erge mertuum ageedi retiene selatio frui. Talem se semper fuisse, ut neque verbis neque factis minimam iniuriam ei intulerit, quae ipsi poeeitendi causa relicta sit. Loco verborum mendacii accusatieeem, leco factorum avaritiam nominavit. Simili medo Mohammedes in Corani lece Sur. 17, 24. filiis mandata dans, quomede erga pareotes senes agendum sit, dicit: فلا تقل لهما اف ولا تنهرهما »Ne phy! iis dicas neque ees increpes!« quibus verbis emeem ageodi ratienem tam in verbis quam in factis complectitur. In verbis انني etc. subiectum verbi طيب est. Post vecem اتخل vox عليه omissa est, dum grammaticus Sibawaihi dicit, et praepositionem et suffixum ab initie abiectum esse, Abu-l'Hasanus (Alachfasch) autem ab ieitie praepositiene abiecta suffixum cum verbo coniunctum (اتخله) postea omissum contondit.

XI.

Idem dixit.

1. Dixit (femina): Nonne fratrem tuum deploras? et iam locum plorandi video; sed patientia a natura mihi insita est.

Inducit feminam ipsum interrogantem et vituperantem, qued mertnum fratrem eon defleat. Respendet, tauta quidem se calamitate ex morte fratris adflictum esse, ut causa lacrymarum sit; sed taetam se quoque patientiam babere, ut maximam ealamitatem constanter ferat. Arabum poetae haud raro uxorem inducunt meneutem aut vituperantem. Similem scetentiam peeta verbis sequcetibus expressit (metr. Thawil): S i s a n g u i n e m l a c r y m i s e f f u n d e r e v o l u i s s e m, e n m e b e i u s m o r t e m e m i s i s s e m; s e d a r e a p a t i e n t i a e a m p l i e r e s t. Verbum بكى prioitus cum praepositiene على constructum videtur, tum praepositione omissa ebiectum cum verbo coniunctum est.

2. Et dixi: Num Ahbd-Allahus deplorandus est, an is, cui tumulus altus est, quem Abu-Becrus occidit?

Alteram causam, cur nen pleret, in eo videt, quod plures gentis suae eccisi sint, ut quem deflendum sibi eligat, nesciat. Mala magna et continua doleris sensum deminuentia effieiunt, ut maiore cum patientia nova mala ferre videamur. Eeumerans occisos primo loco fretrem appellat, tum eccisum Abu-Becri filii Ceiabi. Quem nebis ignetum poeta autem tonquam virum clarum describit dicens, ei esse altum sepulcrum. Sed voci الاعلى duplicem significationem aut nobilis celebrisque aut alti loco tribuere possumus. Sepulcra autem quum

terrae tumuli essent, quibus lapides imponerentur conf. Hamas. ٧٩ l. 11. infr., ut quo maior altiorque is tumulus esset, eo nobilior sepultus, posterior significatio praeferenda videtur. In verbis اعبد الله ابكي obiectum verbo antepositum est, ut audiens in hanc personam praecipue animum advertat; ante vocem الذى autem aut الرجل (vir) aut الميت (mortuus) supplendus est, quacum voce tanquam appositio vox قتيل coniungatur necesse est.

3. Et Ahbd-Jagutsum, circum quem aves subsultim incedunt et magna est calamitas sepulcrum unum apud alterum elatum.

In enumerandis mortuis pergens dicit, magnam esse calamitatem habendam pluribus morte privari. Hunc autem Ahbd-Jagutsum talem describit, qui insepultus in deserto iaceat, ut aves rapaces eo vescantur. Nomina virorum ante Mohammedis tempus ab idolis derivata diximus (conf. Ham. ٣٧٧ adnot. m.). Vir ab idolo Jaguts, quod gens Medshidj et aliae gentes Jemanensea colebant, nomen accepit conf. Sur. **71**, **23**. et comment. et Kam. Poeta dicens, aves circum occisi corpus subsultim tanquam compedibus vinctas incedere, indicat, aves illas carne occisi ita satiatas et gravatas esse, ut avolare non valeant et frustra in aerem se attollere tentent (conf. p. ٣٨٥ v. 8.). Verba وعبد يغوث aut cum voce الذى coniungi possunt aut novam phrasin (conf. Gram. Ar. T. II. p. 294.), sensu tamen cum antecedente coniunctam **(p. 381.)** efficiunt, quasi dixerit: Quisnam eorum a me deplorandus est, multi enim sunt? In explicando autem posteriore versus hemistichio varii et legendi et explicandi modi inveniuntur. Voci المصاب aut nominativus aut accusativus tribuitur. Si voci casus nominativus est, voci مصاب eadem significatio, quam voci مصيبة (calamitas) convenit, voci huic voce حثو loco appositionis addita, dum obiectum verbi عز vox الشاعر omissum est i. e. poetam malum, nempe sepulcrum unum apud alterum elatum adflixisse; sin vero voci المصاب casus accusativus tribuitur, verbo عز vincendi significatio congrua est i. e. malum (prius) sepulcrum unum apud alterum elatum vicit (sc. magnitudine). Legitur quoque عزى المصابَ »consolata est adflictum sparsio sepulcri super sepulcrum« i. e. mala continua, quorum unum post alterum accidit, effecerunt, ut dolorem minus sentiret. Similem sensum in versu expressum invenimus sequente (metr. Thawil): Iam incepit cor meum absentiam patienter ferre et oculus meus, dum amicus desideratur, dormire. Ipsi autem sepulcro sparsionem tribuit, quamquam terra in sepulcrum spargitur. Vox autem جثو, quae in textum recepta est, subsidendi significationem habet; haec vero vox nonnisi per metaphoram cum sepulcro coniuncta est, quippe sepulcrum non consideat.

4. Nonnisi gentem Zimmah caedes petit et ea aliam rem non petit et res a Deo decreta ad alteram venit.

Causam addit, cur tam multi illius gentis occisi sint. Causam esse in generositate animi, qua ad gloriam consequendam et honorem defendendum periculis sese exponant, ut caedes nonnisi istam gentem caeteris neglectis petere videatur; ipsi autem nil nisi caedem cupiant, in qua sola laudis honorisque participes fiant, ita ut una altori Dei decreto destinatus videatur. Priori versus parti verba poetae similia sunt (Tarafahi Moall. metr. Thawil

v. 64.): Video mortem [1] generosos eligentem; posteriori autem sequentia (metr. Thawil): Nemo ex nobis morte naturae vitam exspiravit. Tres autem fuisse viros inter Arabes nomen Alzimmah appellatos, scholiastes dixit, unum maiorem nomine Malec b. Alharets b. Moahwijah b. Becr b. Hawaseo, sequentium versuum auctorem (metr. Wafir): A loco Tatalita [2]) equos duximus, donec ad gentem loci Zarath et Rakd perveniremus. Neque autem timorem concepimus neque tibi recessimus; sed eos omni alte naso praedito et procero occiso [3]) adfliximus. Eheu! ad gentem Djoscham b. Becr nuntium perfer, nam, quae desideratis, ego exponere possum; tum alterum minorem fratrem illius maioris nomine Moahwijah b. Alharets, cognomine Abu-Doraid, sequentis versus auctorem (metr. Motakareb): Paravi ad bellum (equum) longis pedibus praeditum (i. e. celeriter currentem), longam lanceam eamque acutam; tertium denique Alzimmah b. Abhd-Allah b. Thofail b. Korrah b. Hobairah b. Ahmir b. Salamah Alchair b. Koschair [4]), cui sequentes versus tribuuntur (metr. Thawil): Quum iugum montis Bischr (mons in Mesopotamia situs) apparentis nobis conspexissemus et longos arenarum tractus, quarum speciem distans spatium mutaverat et nobis sese obtulisset angulus loci Sowadj (duo loca huius nominis sunt), qui in vapore meridiano equus rufus oculis tuis videbatur [5]).

5. Si nos autem sanguine nostro odium foventi semper obstrictos vides, qui eum aufert,

Status causam et quasi excusationem, quod gentis Zimmah tam multi occiderentur, adtulit. Eam semper nece aliorum vindictae obnoxiam esse. Mersukius hunc versum simul cum sequente coniungens dixit: جواب اما فى اول البيت الذى يليه وهو فانا والفاء فى فانا رابطة ما بعدها بما قبلها »Phrasin consequentem vocis اما in initio versus sequentis vox فانا efficit et littera ف in voce فانا sequentia verba cum antecedentibus connectit.« Videmus igitur, pronuntiandum esse فاما ex ان et ما compositum, nam, nisi ita pronunciatur, de phrasi consequente sermo esse non potest et scholiasten nostrum haud bene Mersukii verba adtulisse, quum necessaria omitteret. Falso quoque modo litteram ف in voce فانا tanquam talem explicatam esse, quae sequentia cum praecedentibus coniungeret. Verba لا تزال usque ad versus finem obiecti locum verbi ترى tenent. Pluralem دمائنا adhibuit plurium virorum sanguinem significaturus et hanc ob causam scholiastes voce واتر cum forma singularis multos significari dixit. Verba autem اخر الدهر, quae tempori definiendo inserviant, nonnisi cum verbis

1) In codice Mersukii الدهر tempus legitur.

2) Nomen loci esse in Kamuso invenimus, de duobus aliis nil ibi legi.

3) Laudant Arabes proceritatem staturae et altum nasum, qualis sub voce شمم descriptus est, et in hoc nobilitatis signum vident.

4) Poeta tempore Omajjadarum vivens in regni confinia profectus mortuus est. Eius avus Korrah Mohammedis sociorum unus erat.

5) Vox أنكم in versu Hamasae duobus vocalibus Fatha et Kesra instructa est.

لا تزال لماولنا coniungi posse, quod illis cum verbis يسعى بها coniunctis amphibolia oriretur, eos ab odium foventibus haud celeriter [1]) vindictam sumere; sed eos perpetuo eorum in sanguine auferendo occupatos esse. Verba autem scholii اى ندى واترين dubium mihi movent. In codice de Sacyano vox اى abest, ut cum praecedentibus verba ندى واترين coniuncta sint. Hace vero verba neque ob locum, quem ante verbum يسعى in versu occupant neque ob sensum et constructionem cum verbo يسعى bene coniungi possunt. Quae si post vocem الكثرة l. 2. locum haberent, ea bene posita esse dicerem. Versus sensum scholiastes sic explicavit: Si tu sanguinem nostrum semper vides apud eum, cui virum occidimus et qui sanguinem nostrum petit et sanguinem nostrum, quem petit, aufert.

6. Nos gladio carnis loco sumus haud recusantes et eum (gladium) nos quoque carne (aliorum) cibamus, dum non recusat.

Cum status descriptione in versu quinto, quae illum sequuntur et ex eo necessario prodeunt, explicat. Gladius personam cibum sumentis tuetur (conf. Ham. ٣٣٥ v. 3. ٣٨٤ v. 2.). Scholiastes dicit, verba غير نكيرة modo nominis actionis casum accusativum habere (Gram. Ar. T. II, 198.), modo quo nomina actionis, ut حقا et huic similia sermoni confirmando inserviant (conf. Alfiyya p. ٤٢ l. 2.). Litteram autem ة, ut vis vocis augeatur, addi posse [2]). Sunt quoque, qui legant غير نكيرٍ, ut suffixum ad gladium referatur, quasi dixerit: غير منكور له »ei haud ingrata« [3]), ut conditioni carnis describendae inserviat. Hunc modum legendi reprobandum esse, quippe poeta addito nomine actionis sermonem antecedentem confirmare in animo habeat, scholiastes dicit. Ut autem in fine versus verba انيس بذى نكر ad sermonem antecedentem confirmandum apposita sint, sic verba غير نكيرة, ut prior et posterior pars eandem in confirmando rationem sequantur, sermonem confirment necesse esse dicit. Litteram autem ة, signum feminini [4]) neminem, quominus huic sententiae faveat, impedire posse. Inveniri in vocibus معرفة et نكرة, eodem modo, quo littera Alif in vocibus ذكرى et عذرى, haud reprobatam. Voce حينا tempus generaliore sensu significari vult; sed tempus continuum, quae significatio voci حين convenit. Verbis autem غير نكيرة genti suae praecipuae fortitudinis laudem tribuit.

7. In nos odium foventes incursio fit et si adfligimur, odium per nos placatur, aut propter odium (aliorum in nos) impetum facimus.

Duplicem illam conditionem hoc in versu illustrat tempus in duas partes dividens, unam, qua alii in gentem impetum faciunt, alteram, qua ipsi alios hostiliter invadunt. Vocem واترين

1) Celeritatis sine dubio mentionem fecit, quod cum verbo سعى celeritatis notio coniuncta est.

2) Quum voci نكيرة forma nominis actionis non sit; sed نكير tanquam talis apud lexicographos inveniatur, hoc dici necesse erat. Legens autem unam vocem loco duarum غير نكيرة cum forma nominis actionis et eadem significatione animo habeat, necesse est.

3) Hoc admisso vox نكير nominis actionis forma non est; sed adiectivi cum significatione participii passivi.

4) Hoc addidit, quoniam vox نكيرة in lexicis non reperta ex voce نكير additâ litterâ ة formanda est. In vocibus ذكرى et عذرى ex ذكر et عذر ortis littera ا non est; sed propterea quod littera ى ut littera Alif brevis pronunciatur, nomen litterae Alif accepit.

statui suffixi in voce علينا describendo inservire scholiastes dixit. Vox يشتفى impersonaliter intelligenda est, ut sensus sit: Sanitas recuperatur. Verbis autem hisce talem dignitatem suis adscribit, ut iis occisis odio hostium omnino remoto ultio finem habeat. Verba على وتر sensum offerunt verborum على واترين لنا (contra eos, qui nos odio persequuntur). Mersukius in sequente Abschae versu eundem sensum invenit, etsi poeta duas partes haud bene distiuxit (metr. Motakarib): فاظعنت وترك عن دارهم ووترك من قبلهم لم يقم Et effecisti, ut odium tuum eorum domos relinqueret [1]) et odium tuum ante eos non atetit; indicare enim dixit verba ووترك من قبلهم لم يقم, cum neque neglexisse neque neglectum esse, ut vindicta ab ipso sumenda apud hostes non cunctaretur. Ego vero hunc sensum in posteriore parte haud necessario expressum video, nil enim impedit, quominus laudati agendi rationem tempore priore illis verbis poeta descripserit.

8. Tempus isto modo in duas partes inter nos dividimus. Nil autem accidit, nisi quod in alterutra parte invenimur.

Sensum versus septimi et accuratius describit et adfirmat dicens, totum vitae tempus iin consumi. Vocem شطرين modo nominis actionis casum accusativum obtinuisse, scholiastes dicit, quasi قسمنا الدهر قسمين dixerit. Hoc admisso factum est modo, quo nomen actionis verbi sensu quidem aequalis; sed litteris diversi cum altero componitur (conf. Grammat. Agrumia p. 197.). Sin autem vox statui describendo inservire dicitur, ut sensus sit: قسمنا مختلفا »divisimus id tanquam diversum«, substantivum loco adiectivi, cuius sensum continet, positum est.

XII.

Dixit Taabbatha-Scharran.

(conf. Ham. ٣٣, ٤١, ٤٤٤ et Schultens. Gram. p. 417 sqq.)

Carmen Chalfo Alachmar ab aliis adscribitur, cui sententia Tebrisius adsentit Alii filium sororis Taabbatha-Scharrani auctorem fuisse contendunt. Namirita in verbis جل حتى دق فيه الاجل (v. 5.) indicium videt, versus Chalfo Alachmar tribuendos esse, siquidem Arabi campestri talia verba haud conveniant. Abu-Mohammedes Alahrabi more suo proverbium (conf. Meidan. 23, 38.) proferens, illum ut refellat, dicit. Arabes campestres subtiliora tam sensu quam voce protulisse [2]). Iis, quae Abn-l'Neda adtulerit, carmen ab Arabe campestre [3]) compositum non esse potius indicari. Mentionem factam esse (v. 1.) montis Salh, qui apud oppidum Medinam situs sit. Ab isto autem monte Taabbatha-Scharranum longe remotum fuisse, quippe qui in regione gentis Hodsail [4]) occisus et in antrum, cui nomen Rachman, abiectus

1) Poeta odium cum iumento comparavit, quae comparatio usu verbi اظعن et اثأر indicatur.

2) Vox مصنوع significat, in componendo carmine artem adhibitam esse. Negari autem non potest, poetam in carmine componendo artis quandam rationem habuisse.

3) De vocis مولد significatione vide Meidan. T. III. P. 2. p. 5. et Ham. praef. II.

4) Gens Hodsail inter Meccam Medinamque habitans in terra Bahraio quoque sedes habebat conf. Meidan. C. 4, 26.

sit[1]). Huius antri fratris mortem soror deploans in versibus sequentibus mentionem fecisse (metr. Sarih): Quam bonus vir est, quem in antro Rachman reliquistis! Tsabet b. Djaber b. Sofjan[2]), qui adversarios occidit et compotoribus potum abundantem praebet. Carmen sensus ratione habita integrum, ut nulla eius pars omissa sit, videtur.

1. In via per montes ducens infra montem Salh occisus est, cuius sanguis impune non effunditur.

Virum occisum esse dicens locum, ubi iaceat, ut quis sit, cognoscatur, addit. Sui ipsius mentionem facit, dicens, non deesse, qui caedem ulturi sint. Viam inter montes commemoravit, quod ibi aut sepultus aut occisus esset. Diversas de voce سلع grammaticorum sententias antea adnotavimus. Num montis oppidi Medinae an regionis gentis Hodsail sit, quis, ipsis Arabibus dubitantibus, affirmare ausus sit? Sed vocem سلع nomen proprium loci, non appellativum esse, ex eo, quod articulo careat, sequi videtur. Accusativus vocis قتيلا e particula أن pendet; vox enim tam vocali Fatah quam vocali Kesra pronuncianda fissuram in monte designat. Verbum طل significat, neque caedis ultionem peti neque pretium caedis solvi et vir dicitur طُل, ut in verbis Sohairi ليس اخوك بالمطلول »Non est frater tuus talis, cuius ultio et caedis pretium negligatur.« Et in versu a Djeuhario citato: دماؤهم ليس لها طالب مطلولة »Eorum sanguis, cui vindex non est, impune effunditur.«

2. Onus mihi impositum post se reliquit et abiit; ego, quod mihi imposuit, onus portabo.

Ultionis mentione facta se sanguinis ultorem esse, seque lubenter illud officium implere. Ultionem tanquam rem gravem difficilemque perfectu onus appellavit et, ut sententiae vis augeretur, eandem vocem repetivit. Vox عبء (cum vocali Kesra) significationem oneris accepit a componenda et disponenda supellectili, e qua onus fit eodem modo, quo voces نقّض et نقض formatae sunt, dum vocalis Fatha nomini actionis, vocalis Kesra substantivo propria est. Vox له cum antecedente بالعبء cohaeret, quae vox articulo instructa suffixum accipere non potest. Est igitur idem ac من اجله. Participium autem adhibuit, ut statum suum continuum, non praeterenntem esse, indicaret.

3. Post ultionem a mea parte filius sororis exstat fortiter pugnans, cuius nodus non solvitur.

Ut hostibus timorem iniiciat, talem se describit, qui ultioni par sit. Se ipsum, si Mersukio fides est habenda, filium sororis appellat. Ex hoc autem versu opinio, carminis auctorem esse filium sororis Taabbata-Scharrani sine dubio orta est. Vox منى autem est **p. 383.)** pro من جهتى (a me) et vox وراء, quamquam pro voce قدام adhiberi potest, hoc in versu vocis خلف (post) significationem habet. Simili modo, quo noster Schanfara

1) Sed in Kamuso legimus quoque, Salh nomen montis in regione Hodsail esse. Quod si verum et ex nostro versu derivatum non est, argumentum refellitur. Nil denique obstat, quin سلع nomen appellativum cum significatione fissurae in monte sit.

2) Praepositionem ب superfluam esse puto, dum subiectum omissum est conf. Gram. Arab. T. I. p. 471.

locutus est diceus (metr. Thawil): عممت وعمت وابتدرنا واسدلت وشمر منى فارط متمهل Ego cum animo cogitavi et ea animo cogitavit et properanter accurrimus et ea comam demisit et ego laciniam sustuli praevertens, praecedens. Mihi autem nil impedire videtur, quominus filius sororis poetae significetur, qui post ultionem adsit poetam defensurus, ut verbis minae insint. Djeuharius dixit, in virum, cuius ira sedata sit, dici: قد تحللت عقده »eius nodi soluti sunt.« Hunc sensum in versu locum habere posse non nego; sed Morsukio nodi aut firma animi consilia aut res consilio firmatas aut corporis denique roborem significant. Mersukius quoque dispositionem posterioris partis versus laudens haec profert: اعنى فيما اجتمع من الوصف الترتيب حقه وذلك لانه اجتمع مفرد وجملة فى صفة ابن اخت فقدم المفرد على الجملة وهذا وجه الكلام وحقه لان الجملة انما وصف بها لوقوعها موقع المفرد فاذا صاحبها مفرد كان الاولى تقديمه واذا كان كذلك فعقدته ارتفع بالابتداء وما تحل خبره »In disponenda descriptione omnia bene se habent. In descriptione filii sororis singula vox et sententia coniunctae sunt, ita ut vox singula (مصع) ante sententiam posita sit. Quae autem res sermoni omnino apta est; sententia enim nonnisi describendo inservit, quum locum singulae vocis tenet. Quod si igitur cum toti sententia vox singula coniuncta est, ordine primum locum occupare oportet. Re autem ita se habente vox عقدته subiectum est, praedicatum autem verba ما تحل (non solvuntur).«

4. *Oculos in terram defigens, qui venenum exsudat, quemadmodum vipera silet, quae venenum efflat.*

In describendo filium sororis cum serpente noxio contulit. Quemadmodum serpens tempore, quo venenum colligit, oculos in terram figit, sic ille occasionem ulciscendi exspectans oculos in terram defigit et mala animo versat. Haririus p. ٨٨ eadem comparatione usus est et cum hac proverbium Meidan. C. 16, 10. اطرق اطراق الشجاع cohaeret. Comparationi illi cum serpente veneni mentio bene congrua est; minus autem verbum يرشح (exsudat), neque enim vir neque serpens venenum exsudat. Sic tamen sensus constituendus est, virum illum tam plenum veneno (i. e. malis, quae hostibus inlaturus sit) esse, ut ex eius corpore tanquam sudor prodeant. Grammaticus Abu-l'Ahla loco vocis سما habuit موتا mortem, quod minus etiam convenit. Sic quoque in scholiis Haririi p. ٨٨ legitur et in codice Tebrisii subscriptum est. De serpente ينفث السم (efflat venenum), cuius in ore sit, bene dictum est. In definienda voce افعى grammatici non consentiunt; Chalilus voce, quae Nunnationem habeat, serpentem largo capite significari, Sibawaihius, serpentem tam marem quam feminam designari. Frequentius declinationis mutationes in voce admitti, Sibawaihius enim contendit, voci, quae maxime tanquam substantivum adhibeatur, Nunnationem in versu convenire; sed vulgaris in versu enunciandi modus sine Nunnatione est. Tebrisio uterque pronunciandi modus bonus videtur. Vocem autem loco nominis fuisse, ex plurali افاعى cognosci, quum adiectivi pluralis فُعْو esset. Radicem autem transpositis litteris ex افوع ortam videri, quemadmodum عثا et عث inveniatur. Quintam verbi formam تفعى significare, se tanquam viperam erga homines

gessit. Sic poeta dixit (metr. Thawil): Vidit (ea) eum virum, cuius iuventus iam clapsa est et fratres suos et adiutores ac erga ipsam modo viperae gerere vid. Ham. p. ٣٨٦ l. 7. Alii autem nonnisi serpentis feminae nomen esse dixerunt. Mihi nomen ex adiectivo formae comparativi ortum videtur, ut origine sua Nunnationem non habeat. Quandam partem gentis Thai postremâ littera Alif in litteram و mutatâ افعو dixisse, quandam gentis Kais partem افعي. Sic quoque in definienda voce صل non consentiunt. Alii, quos Kamusi auctor secutus est, aut generale serpentis nomen aut serpentis tenuis, flavi nomen esse volunt. Djeuharius serpentis nomen, in quem incantamentum vim non exerceat, Haririi denique scholiastes p. ٨٨ serpentis flavi in arenis viventis facie humana praediti, cuius adspectu homo tremore corripiatur, ita ut moriatur, nomen fuisse contendit. Quae autem harum vera significatio sit, quamquam pro certo affirmari non potest, id tamen certum est, speciem serpentis noxii et periculosi esse, quocum homo periculosus conferatur; talis enim صل اصلال dicitur. Sic Nabeghahus Dsobjanita dixit (metr. Basith): ماذا رزئنا به من حية ذكر نضناضة بالرزايا صل اصلال Quanam calamitate adflicti sumus per serpentem marem, calamitates linguam movendo emittentem, serpentem ex serpentibus? Hostes quoque cum serpentibus et scorpionibus comparantur conf. Ham. ١٥ v. 1, cum capite serpentis Taraf. Moall. v. 80.

5. Nuntius quidam gravis nobis supervenit, magnus, ut maximum in eo parvum sit.

Ad rem ipsam, carminis argumentum redit; se mortis nuntium accepisse, quo nil tristius ipsi accidere potuerit. Pronomen ما vocis خبر significationem generalem specialem reddit, ut nonnisi unam rem designet (conf. Gram. Ar. T. I. p. 539.). Ex verbo, quod adhibuit, casum fortunae ناب nuntio contineri et ex adiectivo مصمئل durum eum fuisse, videmus. Hunc autem nimis generalem sensum, ut specialem omnino redderet, posteriorem versus partem poeta adiunxit. Tam gravem illum fortunae casum esse, ut, si gravissimus cum eo conferatur, parvus appareat; sed nescio, num poeta voces دق et جل bene sibi opposuerit, quum illa de rebus corporeis, haec potius de dignitate aut huiusmodi conditione in usu sit. Quum autem voci اجل forma comparativi sit, cuius significatio nonnisi sequente praepositione من eiusque nomine coniuncto perfecta reddatur, scholiastes dixit, articulum cum ea coniunctum illorum vicem gerere, quippe quo significatio imperfecta, iam specialis unam tantam rem definitam designans, perfecta fiat.

6. Tempus, et iniustum erat, difficilem accessu mihi eripuit, cuius vicinus non vilipendebatur.

Causam, cur nuntium gravissimum appellarit, describendo nuntio viroque, cuius mors annuntiata sit, addit. Praepositionem ب aut pleonasticam et confirmando inservientem esse dicunt, ut in sequentis versus hemistichio (metr. Basith): سود المحاجر لا يقرأن بالسور Nigrae circum oculos Corani capita non legunt (est enim idem ac si poeta يقرأن السور dixerit) aut ob sensum verbi فجع, qui verbo بز tributus sit, ut in verbis poetae (metr. Basith): Quum columbae fulvae vocem edunt, me excitant et o si, o mater

Ahmmari! ab eo remotus solatium acciperem! verbo تعزى praepositionem عن dedit, quod verbi بعد significatio cum eo coniuncta est. Verba وكان غشوما sententiam intermediam inter verbum et obiectum efficiunt. Primum mortuo indolem recusantis, difficilis tribuit, tum, ne in malam partem acciperetur, sequentia verba addidit. Mortuus difficilis non erat erga amicos; sed erga eos, qui clientes suos laedere in animo habebant. Verbum يذل sensu non diverso cum vocalibus activi et passivi pronunciatur.

7. Instar solis erat tempore frigoris; sed quotiescunque Sirius ardebat, frigus et umbra,

Ut, quanta eius beneficentia fuerit, commonstret, eum cum sole tempore hiemis, cum frigore et umbra tempore aestatis comparat; sed morem poetarum sequens omissâ comparandi particulâ virum solis possessorem et frigus umbramque appellavit. Ista autem comparatione non solum summa eius liberalitas in quemlibet eum adeuntem, verum etiam liberalitas omni tempore anni designatur. Eundem sensum poeta ابن الرقيات appellatus sequente versu expressit (metr. Chafif): سخنة في الشتاء باردة الصيف فلال في الليلة الظلماء Calida tempore hiemis, frigida tempore aestatis, luna nocte tenebrosa. (Pro voce فلال legitur quoque سراج lucerna) Ham. p. ٣٨٦ l. 8. Vox شامس quum tanquam adiectivum sensum verborum ذو شمس efferat, in posteriore parte, ut dispositio verborum priori apta sit et adiectivum in fine adiective in initio quadret, verba برد وظل sunt pro ذو برد وظل, quae locum adiectivi occupant. Sirio autem aestus adscribitur, qui tempore Sirii est. Vox الشعرى hoc in versu pro الشعرى العبور (canis maior) est (conf. cel. Idelori Untersuchungen über die Sternnamen p. 237.), nam vox الشعرى plurium stellarum nomen adpositis adiectivis الغميصا, الشامية et اليمنية distinguitur conf. ibid. p. 238. 246. 252.

8. Arida latera habens; sed non propter inopiam, liberalis manibus, acer animo, in se fiduciam ponens,

Hoc in versu duplicem eius indolem laudat, liberalitatis fortitudinisque. Tantam eius liberalitatem esse dicit, ut sui nullam rationem habens aliis cibum suum impertiens emaciatus sit. Eandem laudem prolatam Ham. p. ٣٨٠ v. 1. legimus. Manui autem quum tribuatur, quod per eam efficitur (conf. Ham. p. ٣٧١ v. 5.), manui liberalitatem tribuit. In verbis autem humidas manus habens comparatio latet. Beneficia cum pluvia illis gentibus maxime necessaria, ut animalia nutriantur, confertur conf. Hamas. ٩١ v. 1. et Vullers cl. ad Haretsi Moall. v. 57. Ros tam diurnus quam nocturnus proverbiali modo liberalitatem designat. Inde liberalitas ipsa ندى et liberalis ندى appellatus est. Duabus autem vocibus شهر مذل fortis describitur. Acri animo praeditus cum quadam vi et celeritate in hostem procedit, qui, si simul fiduciam in se armisque collocat, in fugam non agitur.

9. Firmo animi studio praeditus, ut, ubicunque subsisteret, firmum simul animi studium esset.

Constantiam Arabibus maxime ob desertorum difficultates ad res magnas perficiendas

necessariam laudot. Firmum autem propositum tanquam personam laudotum oemper oequentem describit et honc ob causam verbo حل usus est. Eadem autem vox ter in versu repetita mihi non placet. Iter commorationi poeta opposuit, ot totum tempus complecteretur.

10. Pluvia nubis larga, ubi dona dabat, et quum incurrebat, leo strenue procedens.

Ad versum octavum, in quo liberalitatis fortitudioisque mentionem focerat, illustraodum redit. Ut maximam et multos homineo amplectentem liberalitatem esse describat, eum ipsom cum pluvia late diffusa, nam voci غيث talis significatio propria est, simulque aqua oolum tegente comparavit (conf. Ham. p. ٧١٨ v. 1.). Ut post verbum يجلى obiectum personae omisit, sic quoque post verbum يسطو. Ut altor oummae fortitudinis laude ornaretur, cum leone eum comparavit, qui comparandi modus apud Arabes frequentissimus est couf. Ham. ٥٧ v. 1. ١٥٣ v. 1. ٣٦٠ v. 4. ٦١١ v. 1. ٧١٥ v. 3. Harets Moall. v. 57 etc.; sed quum non satis laudio in eo eose videretur, adiectivum ابل adposuit, quo is significatur, qui recta via semper procodens nullo impedimento terretur.

11. Nigram comam in gente trahens, promissa veste indutus, et quum impetum faciebat, fera ex hyaena et lupo nata macris clunibus.

(p. 384.) Agendi modum tam in pace quam in bello laudot. In pace nou tanquam oordidum; sed splendidum et liberalem, in bello vero tanquam fortem et crudelem eum describit. Sed grammaticus Abu-l'Ahla duplicom vocis مسبل interpretandi modum proposuit, ita ut obiectum aut omissum sit aut vox احوى obiectum habeatur. Illá admissa vox الازار aut البرد oupplenda est, ut sensus sit, eum vestem longam per humum trahere i. e. opus non facere; oed ministris utens vitam commodam agerc; nam Arabes, qui vestibus longibus uterentur (eon. Ham. ٥٠٣ v. 2.) nonnisi vestibuo succinctis opus adeunt conf. Ham. p. ٣٧٩ v. 6. Vox احوى outem, cui casus nominativus est, virum designot, cui ad nigrum vergeno fuscus color in labiio est, qnod pulchrum habebotur. Alterum autem modum qui praehabet, is in voce احوى obiectum, qua voce nigrum crinem designaverit, videat. Crines nigri et longi decori erant et pulcher habebatur. Poeta metro Sarih usus dixit: ان لمتى سوداء كالعنقاد كلمة كانت على مصاد »Coma mea, ecce! nigra est instar racemi, sicut coma (arborio) in vertico montis« (Comam ouam densam cum arboribus in vertice montis comparare videtur). Arabes autem comam loogam aluisse, ex eo cognoscimus, quod equiti capto capronas amputarent, ut de iis gloriarentur. Sic dixit poeta (metr. Thawil): وما زال معروفا لنا فى قديمنا قتال الملوك واحتزاز نواصى »Ab autiquo tempore notum erat, nos cum regibus pugoaro et capronas amputare.« Albos igitur crines veteres iam Arabes plantis كتم et صبيب aut tincturio الحنا et الصفرة appellatis tingobant et Mohammedes ipse hoc fecisse narratur conf. Abulf. Ann. T. I. p. 190. Poeta non oolum externum mortui habitum deocripsisse videtur, verum etiam, ut sensuo prioris partis versus posteriori oppositus esset, commodam tompore pacis vitam, qua nemini noxam inferret. Fero autem ex lupa et hyaena mare nata ferocissimum animal fuisse dicitur, ut mortuo summam erga hostes tempore belli ferocitatem tributam videamus.

Vox أزل clunibus macris praeditum designat, res autem ipsa in feminis vituperationi, in viris laudi est. Dixit poeta Nozaib (metr. Wafir): Quando macris clunibus praeditae feminae duplicant farcta (quibus nates suas crassiores reddere student); ei, ut subligaculum religetur, sufficit (vid. Ham. p. ٣٨٩ l. 18.).

12. Duo ei sopores sunt, mellis et colocynthidis; utrumque omnis percepit.

Duplicem eius erga homines agendi rationem aut beneficia conferentis aut noxam inferentis describit. Agendi rationem cum cibo dulci et amaro contulit. Neminem autem esse, qui aut unum aut alterum non gustaverit. Amicis dulcis cibus erat, inimicis amarus conf. Ham. p. ٢٥١ v. 3. et p. ٧٧٠ v. 2. Hoc autem addito mortui facta ad 'omnes homines, nempe viros gentis suae hostesque pertinuisse, declarat. Si voci كلا casus nominativus, ut subiectum sit, tribuitur, obiectum verbi ذاق omissum est; sin vero voci كلا accusativus datur, id quod Mersukio praestare videtur, haec vox obiecti locum occupat. Discrepant autem grammaticorum Bazrae et Cufae de voce كلا sententiae. Illi modo vocis معى cum brevi pronuntiatione, dum tertia radicalis و in litteram ا conversa sit, formam vocis singularem esse, qua et dualis numerus et pluralis confirmetur, dicunt, hi, dualis formam esse, contendunt. Versus Ebn-Doraidi in Makzur. nostro quodammodo similis est: طعمى شرى للعدو تارة والارى بالراح لمن ودى ابتغى »Sapor meus una vice hosti absinthium est; ei autem, qui amorem meum cupit, mel cum vino mixtum.«

13. Solus terroribus se immittebat, dum nemo nisi gladius Iemanensis crenis impletus eum comitabatur.

Iam specialiore modo summam fortitudinem describit. Tanta est, ut nullis comitibus adiutus maxima pericula aggrediatur et in se, noonisi gladio bono armato, fiduciam ponat. Gladii autem mentionem fecit, quod gladio cominus pugnatur. Qui quum difficilius fugere possit, quam si quis aut sagittis aut hastà eminus pugnet, in eo maior fortitudo ådparet. Gladium autem, substantivo ex more poetarum omisso, Iemanensem appellavit, ut excellentem designaret, quippe ex excellentibus armis viro laus oriatur. Praeter Iemanenses gladios Indici Hamas. p. ٣٩٨ v. 2. et Maschrefitici (Syriaci) conf. beat. de Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 53. et lamina in oppido Bozra confecta (Ham. p. ٤٨٩ v. 1.) laudantur. Sed, ut indicaret, heroem illum gladium contra hostes saepe adhibuisse, eum crenis impletum esse, addidit. Poetam terrorem cum iumento difficili comparasse, ex verbo ركب, quo usus est, videre licet. Bellum cum camelo comparatum esse, ex locis Ham. p. ٨٧ v. 1. p. ٤٢ v. 1. p. ٤٢٥ v. 5. videmus. Comparatio magis exornata Ham. p. ٢٢ v. 1. occurrit.

14. Quot iuvenes iter meridiei tempore susceptum per noctem extenderant, donec, quum dies illucesceret, subsisterent.

Se quasi consolaturus res gestas narrat. Saepius antea factum esse, ut occisus hostes matutino impetu magna clade adflixerit. Arabes noctu iter facientes interdiu quiescere solebant, ut nimium solis aestum evitarent. Hanc rem poeta describit. Singularem explicandi

modum scholiastes in voce فترو adhibuit. Dicit esse pluralem vocis فتى, cuius tertia radicalis littera ى sit. Pluralem modo nominis actionis فتوة formatum esse. Saepe autem quum accidisset, ut formae cum littera و in formas cum littera ى transferrentur, ipsi videri Arabes transformandi modum in verbis, quibus littera ى sit, imitatos esse. Particula autem و, quae significationem vocis رب habet, causa est, cur voci فترو casus genitivus tributus sit (conf. Gram. Ar. T. I. p. 555.). Scholiastes dixit, huic voci رب eandem esse phrasin consequentem, quae coniunctioni اذا sit, scilicet verbum حلو.

15. Quorum quisque pervadens gladio secante cinctus erat, fulminis fulgori simili quum extrahitur,

Hosce viros, dum bene armatos eos describit, mortuum laudo ornat; qui enim tales iuvenes caede adflixit, fortissimus habendus est. Saepius in Hamâsa fortes viri cum gladio comparantur conf. Hamas. p. ١٢٩ p. ٢٣١ v. 6. Ut in nostro loco gladii splendor cum fulgure confertur, sic in loco Ham. p. ٢٠٧ v. 1. cum flamma ardente. Vox ماض (pervadens) est pro سيف ماض more poetarum substantivo omisso. Poeta lusu quodam verborum utens vocem ماض tum in virum, tum in gladium penetrantem hoc adhibuit. De gladio enim dicitur ماضى الحد. Comparatio cum gladio secante indicat, iuvenes fuisse fortissimos, qui rerum difficultatibus non deterriti semper pervaderent, quemadmodum gladius secans ossa dura percutit. Lusus quidam in verbis versus nemini non apparebit. Quod vero poeta verbo تردى usus est, in eo comparatio gladii cum vestimento latet, quae comparatio in ipsam linguam transiisse videtur, ut ipse gladius pallium رداء et عطاف appelletur.

16. Ultionem in eos obtinuimus, ut ex duabus gentibus nonnisi perpauci evaderent.

17. Somni halitus duxerant; sed quum capite nutassent, terrore eos implevisti, ut dispergerentur.

Priore versu magna caede eos adflictos esse narrat, in posteriore tempus modumque rei gestae accuratius indicat. Hostes quum per diei partem noctemque iter fecissent, mane summopere fatigati quieti se dederant. Isto tempore, quo iis somnus vix obrepserat, e somno excitabantur ab invadentibus. Somnum cum potu comparans verbo احتسوا (sorpserunt) usus est. Huius comparationis causa in eo fortasse invenitur, quod rhonchos ducens sorbenti similem sonum edit. Bene quoque poeta انفاس (halitus somni) dixit, quippe dormiens halitus in se demittat. In priore versu لما est pro لم. Sic quoque Ham. p. ١٧٨ infr. et p. ٣٦٩ v. 1. legitur et p. ٢٤ v. 1. امّا pro ان est. Nec non مل حيين est pro من الحيين simili modo Ham. p. ٣٣٧ v. 2. مل مال pro من المال dictum fuit. In posteriore versu voce هوموا (nutaront) poeta indicat, hostibus nondum profundo somno obrutis somni initium fuisse. Sed loco huius vocis in Mersukii codice ثملوا (ebrii facti erant) legitur. Silentio autem praetermittendum non est, in Mersukii codice priorem versum non legi et hinc factum videtur, ut Mersukius versibus وفترو etc. incipientibus omnino diversum tribueret sensum. Mersukio hostes non significantur; sed poeta iter, quod cum sua gente occisus fecerat, describit et talem eius, qui princeps esset, inter suos auctoritate fuisse dicit, ut, quamquam modo quieti se dedissent, tamen illo excitante ad iter continuandum paratos se ostenderent.

18. Et profecto! si gens Hodsail eius cuspides fregit, factum est, propterea quod gentem Hodsail frangebat.

In mentem revocat, occisum hostes suos, gentem Hodsail, pugnâ saepe fregisse, quae res ei solatio est, quod nonnisi caedes caede repensa sit. De loquendi modo لئن conf. Hamas. p. ٣٥ v. 1. Vox autem شباة quum aculeum scorpionis designet, poeta noxae rationem habens, quam hostibus inferebat, mortuum cum scorpione comparasse videtur. Cuius si aculeus ruptus est, hostibus non amplius nocere potest. In hoc ipso carmine (Ham. p. ٣٨٣ v. 1.) heros cum serpente comparatus est et serpentes et scorpiones Ham. p. ٤٥ v. 1. hostes designant conf. Ham. p. ٤٥٦ v. 1. Vocem شباة in lanceae cuspidem **(p. 385.)** translatam esse, minus placet. Quum autem verbo فلت post coniunctionem أن temporis futuri sensus tribuendus sit, scholiastes ellipsin verbi كان post id statuit, quo fit, ut vis coniunctionis a sequente verbo removeatur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 181 sq.). Inde in codice Tebrisii vox هذيل tanquam alter legendi modus subscripta est.

19. Et quod eam in loco aspero procumbere iusserat, in quo interior ungulae pars vulneratur.

Alia comparatione usus rem exornans dicit, eum gentem Hodsail malis adflixisse. Totam gentem cum camelorum grege conf. Ham. p. ٣٧٥ v. 3. comparavit, quam mortuus in loco asperrimo procumbere iusserat. Ut saepius apud poetas invenitur, sic hoc in versu comparatio uno verbo ابركها (in genua camelum procumbere fecit) indicata est. Hunc autem locum, ut noxa hostibus illata maior appareret, locum asperrimum et lapidibus acutis plenum descripsit. Locum autem lapidibus acutis plenum fuisse, ex eo videmus, quod interior ungulae pars (اظل) vulneratur, id quod nonnisi lapidibus acutis et e terra prostantibus fieri potest. Pro verbo ابركها in Mersukii codice ابركهم legitur, nomina enim gentium tanquam feminina et collectiva construi possunt. Simili autem comparationis modo poeta usus est in sequente (metr. Sarih): من يذق الحرب يجد طعمها مرا وتبركه بجعجاع Qui bellum gustat, eius saporem amarum invenit et eum in loco aspero procumbere sinit conf. Ham. p. ٤٢٠ v. 1.

20. Et quod eam in atrio eius post caedem rapinis et praedatione mane adflixerat.

Hic versus, qui in Mersukii codice desideratur, sensu cum antecedente cohaeret. Occisum saepe in eorum castra matutino tempore incursione facta praedam abstulisse. Tales incursiones semper matutino tempore facere solebant, ut haud praeparatis supervenirent. Poeta في دارها dixit, quo maiorem occisi audaciam fuisse indicaret, caedem autem et rapinam coniunxit, ut noxam illatam maximam ostenderet. Voces نهب et شل eo differunt, quod illa de rebus raptis, haec de camelis abactis adhibeatur; utramque autem vocem coniunxit, ut omnia generis rapinas designaret.

21. Gens Hodsail a mea parte per liberalem adflicta est, qui mali fastidio non capitur, donec ipsi fastidio capiuntur.

Ultionis, quam in gentem Hodsail obtinuerit, mentionem faciens, se ipsum tanquam liberalem et constantem laudat. Voci خرق liberalis significationem dederunt, mihi autem

vox virum designare videtur, qui tam in malo quam in bono ad extremum pervenit. In tali igitur viro fortitudo et constantia cum vi in agendo coniunctae sunt. Talis indolos viro laudi est. Haue autem vocis significationem esse, verba versus sequentia (qui fastidio mali non capitur) quodammodo probare videntur, qnippe voci خرق accuratius definiendae inserviant. Dicero vnlt, so (nam voce خرق se ipsum describit) talem esse, qui hostibus mala inferat, donec illi oppressi et animo deiecti se submittant. Arabes autem, antequam caedes vindicata erat, occisum laude celebrare non solebant.

22. Qui lanceam ad primum potum ducit, tum, quotiescunque prima vice bibit, iterum ei bibendum porrigit.

Suam erga hostes agendi rationem describens magis exornat seque summum in ulciscenda nece petere, ut non abstineat, donec multos hostes occiderit. Lanceam autem sanguine infectam cum camelo bibente confert, qui prima vice bibens sitim non omnino exstinguit. Altera igitur vice post quietem concessam ad aquam ducitur. Ad hunc vero morem Arabibus usitatum poeta respicit conf. Ham. p. ٢٦ v. 1.

23. Vinum licitum factum est, postquam illicitum erat et cum difficultate vix licitum fiebat.

Mersukius ante hunc versus vicesimum quintum sextumque inseruit. Qui versus quum sensu cum vicesimo secundo optime cohaereant, quippe qui cladem genti Hodsail a poeta inflictam, in qua enarranda initium fecerat, pluribus exponant, ordo hic multo praeferendus est. Vorsibus autem duobus interpositis cladis descriptio abrumpitur. Cui ulciscendi officium erat, corpus mundare ot lavare, crines removere omittebat. Sic poeta dixit (metr. Thawil): فيا ليل ان الغسل ما دمت ايما على حرام لا يمسنى الغسل O Laila! quamdiu vidua es, lotio mihi illicita ost, me non lavo. Sordida potius veste utebatur, parum cibi sumebat et mulieribus vinoque abstinere solebat (conf. Amru-l'Kaisi Diwan p. ٣٧ v. 14.). Ultionis igitur officio quum functus esset, vinum ei licitum erat. Ut autem suam in nece ulciscenda laudem amplificet, ultionem rem difficillimam perfectu fuisse dicit. In verbis ما المت vox ما a scholiaste duplici modo explicata est. Dicit vocem ما esse aut صلة i. e. vocem modo pronominis الذى praecedentia cum sequentibus coniungere conf. Gram. Arab. T. II. p. 259. 261.) aut مصدرية i. e. cum sequente verbo locum nominis actionis tenere conf. Gram. Ar. T. II. p. 541. Anthol. Gram. p. 111 text. Sed equidem non video causam, cur non vox cum antecedente لاى coniuncta vim verbo addere possit conf. Ham. p. ٣١٣ l. 7. et Amru-l'Kais. Moall. v. 70. Verbo الم idem quod قارب prope fuit significari, scholiastes Ham. p. ٣٨٦ l. 20. versu (metr. Wafir) probavit: Tu mortuus es tristitiâ otidis quum elegantem suum visitat aut prope es (sc. mortuus). Otidis tristitia iu proverbium venit (Meidan. C. 22, 234.) et in provorbio dicitur: Mortuus est tristitiâ otidis (Meid. C. 24, 62.). Magna autem tristitia designatur. Scholiastes vocem المت verbis الزيارة الخفيفة explicavit; sed Ham. p. ٢٣ v. 1. الزيارة الخفية legitur. In Mersukii codice utroque loco الخفيفة exsistit.

24. Sed mihi bibendum porrige, o Sawadah b. Ahmru! nam corpus meum post avunculum meum extenuatum est.

Officio impleto iam potest cibo se satiare et vinum bibere; hortatur igitur ministrum

aut alium quondam, ut vinum ipsi porrigat. Cerporis macie adfecti vires reficiantur, necesso esse. Scheliastes adnetavit, nomen سواد ex سوادة litterà abiecta ertum esse, quae vox quamquam cum sequento بن عمر ceniuncta litteram amittere nou potuerit (conf. Gram Ar. T. II. p. 92.). Voces autem سوان et بن tanquam in unam rem coniunctas vecali Fatha adfecisae poetam (conf. Gram. Arab. T. II. p. 89.), ita ut vecalis Fatha in vece سوان littera nomiuis indeclinabilis; in vece بن antem vecalis accusativi sit. Voeem سوان cum vecali Dhamma quoque pronuntiari licere, dum persona advocata una eodemque putetur (conf. Gram Arab. T. II. p. 90.). Poeta hoc in versu oceisum, culus necem ultos erat, avunculum appellavit. Quae res causa fuisse videtur, cur poeta filius sororis Taabbata Scharrani putaretur. In versibus enim Hodsailitorum mentiooe saepius facta et Toabbatha-Scharrone, cui cum gento Hodsail saepe pugna essot, taudem ab ista gento occiso nonnulli grammotici opinieoem non poterant nen concipere, occisum in carmine deploratum Taabbatha-Scharranum esse.

25. Hyaena ob gentis Hodsail occisos laeta ridet et lupum rides ob eos laetum.

Poetae animalia pre personis interdum inducunt. Ut peeta Ham. p. ۲۲۲ v. 4. hyaenam alloqnitur, simili medo noster eam ridoro et lupum laetari dicit ob magnum ecciserum numerum conf. de hec ot seq. versu Antarae Moall. v. 75. Qui putant, verbum تضحك eandem significationem quam verbum تحيض (monstruis laberat) habere, oerum sententia reiicienda est. In Diwano Hodsail exstant eiusd. poetae versus a Schultensio in Anthologia eitati, in qnibus hyaenarum mentionem fecit (metr. Camel): لقد علمت لتعدون على شيمر كالحسايل ياكلن اوصالا ولحما كالشكاعى غير جادل يا طير كلن فانى سمر لكن وذو دغاول »Iam acie, contra me incurrauras esso nigras (hyaenas), similes agmiolbus bonm silvestriom, membra edentes carnemque instar plantae teuuis Schocaah haud duram. O aves! edite! nam venenum vebis sum et infortunia adferens.«

26. Et aves generosae mane ventres impletos habent et super iis incedentes in aerem se attollere non possunt.

Hic versus sensu cum versu 7. pag. ۳۸۰ consentit, nisi qued peeta noster rem **(p. 386.)** magis exernavit. Dicit, aves carniveras matutino tempere esse cibe impletas, ut in cadaveribus incedant et in aerem se attollore non possint. Sed pre voce تغدو legitur queque تهفو (alas pulsantes volabant), quao tamen significatie cum sequentibus haud bene congruere videtur. Ex eo qnod iam matutlue tempere aves cibe omnine implotae essent, videre licet, multos fuisse eccises et magnam carnis copiam. Aves haud bene ventriesas appellavit, quarum venter impletus non sit; aed ingluvios. Verbom تخطى cum accusative ebiecti transeundi significationem babet. Sic in Anthol. gram. p. ٥٣ l. 7 infr. legimus مضوا يتخطون القبايل »Ibant transeuntes per gentes«. Sed nil impedit, quominus sensus sit: Super eis gressus ferebant, ut تتخطاهم sit pro تتخطا عليهم. In pagina ۲۸۹ scheliastes quaedam ad versus singules ab ipso neglecta adtulit. Causam autem, cur ea neglexerit, in eo iuvenio, quod ea in quodam commentarie post totum carmen scripta legeret; sunt enim interpretes, qui nonnisi

toto carmine exscripto quasdam adnotationes adiecerint. Nonnulla autem horum iam ad versus ab ipso adscripta sunt, ut ex negligentia ortae repetitiones habendae sint. Nos ad singulos versus res graviores adscripsimus.

XIII.
Dixit Sowaid Almaratsid Haretsita.

Vox المراثد pluralis irregularis nominis actionis مرثد est. Arabes autem quum nominibus actionis neque formam deminutivi neque pluralis irregularis dent, vocem nonnisi, postquam nomen factum esset, formam pluralis irregularis accepisse, statuendum est. Almaratsid sine dubio cognomen erat, quo poeta ab occiso Sowaido distinguebatur. Alii المراثى habent.

1. Per vitam meam! nuncius occisi Sowaidi clamavit: Eques vester cecidit!

Mortis nuntium tanquam gravem et adfligentem duabus rebus designat, una, quod dicit, altissima voce clamatum esse, altera, quod eum gentis equitem appellat. Ante Mohammedem si quis vir insignis mortuus erat, equo vehens verbis نعاء فلان in montibus alta voce mortem annuntiare solebat conf. Caabb. b. Sohair. adnot. p. 143. et Meidan. ad C. 22, 58. Loco vocis فارسكم, qua optimus gentis eques designatur, legitur quoque صاحبكم (princeps vester). Ante vocem ان praepositio ب omissa est.

2. Certe! verax es; et dicens simul perficiens (erat), qui, si verbum dicebat, aqua ut e terra manaret, efficiebat.

Poeta verba mortuum equitem optimum vel principem fuisse confirmans addit, eum talem fuisse, qui dicta perficeret. Cum viro, qui puteum effodiens ad aquae scaturiginem pervenit, **(p. 387.)** eum confert. Accusativus صادقا, quo status nuntium perferentis describitur, ex omisso قلت pendet i. e. locutus es, dum verax es. Accusativus verborum الثقيل الفاعل cum voce فارسكم coniungendus est, ut e particula ان pendeat. Scholiastes dixit, vocibus casum nominativum dari posse, ut subiectum هو, cui praedicato sint, omissum putetur; accusativum vero praeferendum esse (sine dubio, quod praedicatum articulo definitum non esse solet). Poetam autem de verbis occisi loquentem nonnisi bona verba i. e. promissa beneficiorum voluisse, ex sequentibus, in quibus eius facta cum aqua putei contulerit, coniicere licet.

3. Vir erat primae iuventutis, cuius faciem aetas nondum mutaverat, praeterea quod in capite album leve instar fulminis nocte obscura.

Occisum tanquam iuvenem primae aetatis plenique vigoris descripsit, et quum in facie et capite prima senectutis indicia apparerent, horum mentionem fecit. Verbum عنس in Djeuharii codico vocalibus primae formae instructum invenimus, in Kamusi opere quarta forma adnotata est. In Mersukii codice loco vocis تعنس legitur تعبس (austorum reddidit), et in commentario utriusque modi ratio fuisse videtur. Haec vero vox sequentibus سوى خلسة minus apta est. Verba سوى خلسة exceptionem efficiunt, in qua res excepta a priore diversa est (استثناء منقطع) conf. Gram. Ar. T. II. p. 565.; sed quum initio versus poeta

قبل فى dixerit, voce خلسة, quae album in medio nigri designat, canitiei initium significari non puto; sed potius calvitiei initium ex galeae frequente usu ortae; talis enim viris laudi est. In fronte autem crines habere dedocori erat (conf. Hamas. p. ٣٥١ v. 2.). Rem quoque laudi inservire, ex eo videmus, quod poeta exornandi causa illum locum cum fulmine noete obscura comparavit.

4. Qui ad bellum grave, quum signum ei faceret, accessit hypochondriis strepitum edens, primus venientium.

Occisum laudat ob studium celeritatemque, quo ad bellum omnium primus venerit; in illo enim studio et celeritate fortitudinis indicium cernitur. Bellum autem pro persona induit (conf. Ham p. ٣٦١ v. 4.) ei signum faciente. Eo quoque, quod bellum tanquam signum faciens, non verbis advocans describit, occisum tanquam paratissimum ad bellum et fortissimum designat. Bellum tanquam mulier meretricium faciens signis factis (conf. Ham. p. ١٨٠ v. 1.) viros fortes allicit. Bellum aridum, in quo iam pugnatum est, cum muliere nupta aut virginitate privata comparatur. Qui ad tale bellum, in quo maximum periculum est, properanter accurrit, is pericula obiens fortem se ostendit. Verba يقعقع بالاقراب duplici modo intelligi posse, scholiastes dixit, aut de spiritu vehemente, quem currens edat aut de strepitu armorum. Nec uni neque alteri assentiens strepitum, quem interdum equus currens visceribus motis facit, significari puto; hic enim interpretandi modus verborum significationi maxime aptus est. Voci من aut significationem definitam aut indefinitam (conf. Gr. Ar. T. II. p. 360.) tribui posse, scholiastes dicit. Quod si indefinitum putatur, verbum اتى locum adiectivi cum voce من coniungendi tenet, quasi dixerit اول فارس اتى (primus eques veniens); sin vero definitum, idem est, ac si dixerit: اول الاتيين (primus venientium). Hoc admisso verba من اتى sunt pro الذى اتى, id quod grammatici صلة appellant (conf. Gram. Ar. T. II. p. 261.), ita tamen, ut vox من sensum collectivum habeat. Sive unum sive alterum dicitur, vox اول statui verborum يقعقع et جاء describendo inservire potest. Equidem vero cum verbo primo tanquam praecipuo vocem coniungendam puto. Similem sensum versus p. ٢ offert.

5. Id (bellum) non commoverat; sed eius amicus id commoverat: at vero solatium illi adtulit, ut eius instar esset, qui id commovisset.

Constantiam occisi in amicitia laudans dicit, eum, etsi auctor belli non fuisset, amico auxilium tulisse. Arabes dicunt, amicum a nobis summo cum periculo defendendum esse conf. Meid. C. 6, 61. 86. Verbum جنى de fructu, quem quis carpit et de re iniusta, quam quis peragit, adhibetur. Fieri potest, ut duae illae significationes ita sint coniunctae, ut, qui fructum arbori eripit, iniuste erga eam agere putetur. Cum bello saepius verbum coniungitur, quippe quod iniustitia, quum ab una parte alteri illatum sit, habeatur. In versu igitur nostro vox يجنها est pro يجن جناية الحرب (belli iniustitiam intulit) conf. Ham. p. ٢٢١. Versus quodammodo cum versu Ham. p. ٥٨ v. 3. sensu consentit. Verbum الدى aut pro اعدى (auxilium praestitit) dialecto Hidjasi propriam vocem esse aut a nomine اداة (instrumentum) derivatum parare instrumenta significare dicunt.

XIV.

Dixit vir quidam e gente Nazr b. Koaihn.

(Koaihn ost pars gentis Asad).

Aute Islamum versus compositi sunt, nam in versu tertio Dsuabum alloquitur, qui in pugna Chaww pugnaverat.

1. Perfer ad gentes Djahfari, si ad eas pervenis (Djahfarum b. Cilab nolo) nuntium dicens:

Versus Robajjiaho, filio Ohbaidi b. Sahd b. Djadsimah b. Malec b. Nazr b. Kaaihn tribuuntur. Abu-Mohammedes Alahrabi dixit, alterum huius nominis virum non vixisse. Die pugnae loco Chaw (conf. Meidan. T. III. P. 1. p. 581.) quum Dsuabus, filius poetae, Ohtaibahum b. Alharits b. Schihab Iarbuihtam occidisset, a Rabiaho, filio Ohtaibahi b. Alharits, **(p. 388.)** qui patris sui occisorem eum esse haud nosset, captivus factus erat. Postea Robajjiahus, pater Dsuabi et Robiahus inter se canvcaerant, ut hic captivum mensibus sacris ad locum Ohcats[1]) adduceret et pretio soluto Dsuabo traderet. Accidit vero, ut quum Rabiahus re quadam impeditus non adveniret, ille filium, quem occisum putaret, hoc carmine defleret. Qui versus quum ad gentem Iarbuh[2]) delati essent, caedem Ohtaibahi, occisore cognito, cognati ulti sunt. Namino Djahfar gentem Djahfar b. Tsahlabah b. Iarbuh, familiam Ohtaibahi significat. No dubium oriretur, addidit, so gentem Djahfar b. Cilab nalle. Hacc autem est causa, cur scholiastes dixerit, verba ما أن احاول etc. adiectivi modum sequi, quo namen explicaretur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 259.). Vox أن autem superfluum est (conf. Ham. p. ٨٣ v. 6.).

2. Lenitatem amoremque inter nos tritos esse, sicut pannus Iemanensis lacerus usu attritus est.

Hoc in versu nuntium, qui minas continet, explicat. Occiso Dsuabo amicitiae inter ipsos locum nullum esse, sed ita tritam et corruptam eam esse, ut reparari non passit. Amicitiam tanquam rem pulchram cum panno Iemanensi comparavit (conf. Ham. p. ٨ v. 1.); sed amicitiam deletam cum panno usu trita, qui reparari non potest. Paeta Ham. p. ١٩٥ v. 3. amicitiam deletam cum vaso fracto, quad reparari non potest, comparavit. Vax الهوادة proprie lenitatem in verbis significat, mado, quo amicus cum amica benigae loquitur. Camparatio autem causa est, cur vocem خلق, quae do vesto in usu est, adhibuerit. Panaos Iemanenses in comparando adhibuisse videtur, quia filis varii coloris textl in integrum restitui non poterant. Variae autem species illorum pannorum orant. Verba أن الهوادة etc. loco obiecti alterius verbi ابلغ sunt.

3. O Dsuabe! te non dedi et quum camelorum agmina praesentia essent, ad vendendum paratus non eram.

Filium suum, quem occisum putat, alloquitur, se ob caedem quasi excusans. Non sua

1) Menses sacri sunt sine dubio Almoharrem, Dsu-l'Hidjdjah et Dsu-l'Kahdah (nam quartus Redjeb cum illis coniunctus non erat). Hisce mensibus bella quiescebant (conf. Golius ad Alfergan. p. 4. 5.). In loco Ohcats illo tempore nundinae eraat, ad quas Arabes, Meccam visitantes, mercaturae causa veniebant. Ibi quoque captivi soluto pretio, ut e loco nostro videmus, tradebantur.

2) Gens Iarbuh ad Tamimitas pertinens in regione Ohman aut Bahrain habitabat conf. Elmacin. p. 16.

culpa occisum cum esse; se pretio destinatos camelos adduxisse, eosdemque vendere noluisse. Loco verbi اهبك legitur اهنك »te parvi non feci«. Varius legendi modus sine dubio ex omisso puncto diacritico ortus est. Verba لم اهبك significant »te non dedi genti ad occidendum, ut camelos non adducerem«; alter autem legendi modus significat: te parvi non feci, ut camelos recusarem; sed tua causa camelorum agmen adduxi. Scholiastae non adsentior, qui verba لم اهنك significare dixit: Te parvi habens ultionem tuam non neglexi et verba لم اقم للبيع de pretio sanguinis, quod ipse pro occiso filio acceperit, intellexit, nam neque de ultione neque de pretio sanguinis hoc in versu sermo esse potest. Quum filius pro occiso Ohtaibaiho necatus esset, dubito, num patris denuo caedes ulciscenda sit, et ex versus sequentibus verbis ان يقتلوك »si te occidunt« coniicere licet, patrem de filii morte dubitasse, ut neque ultionis neque pretii sanguinis ex tempore praeterito mentionem facere posset. Scholiastes adnotavit, significationem verbi قام hoc in versu contrariam verbo قعد non esse; sed poetam paratum fuisse significari, sicut in verbis Corani (Sur. 5, 8.). »Quum ad preces faciendas statis (parati estis)«. Verba جُمَّعٌ جلب usque ad voces الى موضع Tebrisium auctorem non habere videntur, quippe qui الاجلاب جمع جلب dicturus fuisset. In codice meo verba statim post vocem الاجلاب scripta sunt, ut nova linea non incipiatur. Eadem autem manu quam reliqua pars quum scripta sint, a scriba addita videntur.

4. Si te occidunt, eo fit, quod solia eorum diruisti caede Ohtaibahi b. Alharits b. Schihab,

Se de morte filii quodammodo consolatur, quod occiso Ohtaibaho tam magnum malum iis intulerit. In adnotationibus ad versum antecedentem diximus, verba ان يقتلوك »si te occidunt« de filio iam occiso adhiberi non posse (Sed conferas Ham. p. ٣٨٩ v. 1., ubi dubitare licet, num res praeterita designetur.). Poeta opinionem suam, dum in dubio animus est, profert, hostes eum occisuros esse. Mersukius autem, quem Tebrisius secutus est, locum contra linguae usum de viro iam occiso interpretatur et particulam ان cum sequente futuro quasi excusaturus sensum hunc profert: »si de caede tua gloriantur et lactantur«, sed hanc gloriandi significationem verbo non inesse, nemo non videt (vid. Ham. p. ٣٨٤ infr.). De Sacyus putavit futurum post ان rem praeteritam significare, si loquens optet, ut de re illa dubitari possit, attamen de explicandi modo incertus fieri posse dicit, ut hic loquendi modus dialecto proprius sit conf. Gram. Ar. T. II. p. 37 adnot. Loquendi modus ثل عرشه »solium eius dirutum est« proverbialis est (conf. Meid. 4, 8.), qui statum perturbatum et dignitatem depressam esse significat. Alazmäihus dixit, de viro occiso nonnisi عُرش cum vocali Dhamma adhiberi et poetam Dsu-l'Rommah dixisse (metr. Thawil): وقد ثل عرشيه الحسام المذكر Ensis acutus eius carnes in latere colli dissecuit. Duali عرشان carnis partes oblongas in latere colli, in qua venae اخدعان sint, designari. Sed quum verbum ثل proprie de aedificio aut tali re destructa (conf. Djeuh.) in usu sit, poeta cum carne id non bene composuisse videtur. Modo, quo noster, Sohairus quoque usus est (metr. Thawil): تداركتما الاحلاف قد ثل عرشها Vos duo gentes foedere coniunctas reparastis, quarum solium destructum erat.

5. Viri, qui inter eos maximo furore hostem invadebat, quem socii maximo dolore desiderabant.

Ut malum a filio suo eis illatum maximum esse ostendat, virum a filio suo occisum fortissimum contra hostes et benignissimum erga amicos describit. Vox باشدحمر tanquam appositio cum voce بعتيبة cohaeret. In voce كلب significationem aviditatis invadendi et arripiendi, qualis canis est, cum vehementia coniunctae ex verbis Hasani [1]) videmus »Quum mundus hominibus mundo deditis apertus esset, summa aviditate in eum exarserea et tempori illa aviditas canis, qua homines adfligit, adscribitur, dicitur enim: دهر كلب. Accusativus vocibus كلبا et نقدا datus est modo, quo significatio generalis specialior redditur a grammaticis تمييز appellato (Gram. Ar. T. II. p. 113 sq. et p. 306.).

XV.
Dixit Alhoraits b. Said-Alchail.

Pater poetae e principum numero erat, quos Mohammedes ad Islamum propagandum coniunxerat. A Mohammede honoris causa nomen Said-Alchail (Said equitum) in Said-Alchair (Said optimus) mutatus est. Carmen tempore Ohmari compositum est.

1. Eheu! mone nuntius, Ausum b. Chaled mortuum esse, adlatus est, qui hiemis pulverulentae et temporis sterilis frater erat.

(p. 389.) Viri tempore anni sterilis liberalitate celebris mortem deplorat. Mersukius aliam, quam Abu-Rijaschus in fine versuum (p. ٣٨٩) caedis Ausi causam adtulit. Abu-Sofjanus quidam decimis colligendis praefectus ad gentem Ausi pervenerat. Ausus, quum suspicio non abesset, eum quandam opum partem occultasse, ne decimas daret, ab Abu-Sofjano verberibus mulctatus est, immo res eo pervenit, ut occideretur. Hac de causa mater Ausi quum ad auxilium vocaret, poeta Abu-Sofjanum sagittâ occidit. Verbo بكر aut incipiendi aut mane veniendi significatio in versu tribui potest. Hiemis tempore quum venti flantes pulverem excitent, dum terra arida pulvere tecta et plantis nuda est, ipsa hiems الغبراء (pulverulenta) appellata est. Vir autem liberalis, ad quem isto tempore pauperes confugiant, fratris illius temporis nomen accepit. Loco vocis الزمن legitur quoque السنة (annus), quae vox in Tebrisii codice superscripta est.

1. Si Ausum perfidiâ occidunt; ego Abu-Sofjanum ad sellam adfixum reliqui.

Se necem Ausi occiso Abu-Sofjano ultum esse dicit. Perfidiâ autem significare vult, suspicionem illam, qua eum opum occultarum accusaret, falsam fuisse et Abu-Safjanum ob odium inimicitiamque eum occidisse. Sed in Mersukii codice تقتلو »occiditis« legimus. Et hac quoque in loco particulam أن cum futura videmus, quae rem praeteritam vix significare potest. Aut igitur statuendum, quum poeta Abu-Sofjanum sagittâ transfigeret, Ausum nondum plane occisum fuisse, aut poetam minus accurate locutum esse. Scholiastes dicit, Abu-Safjanum transfossum ob dolorem sellam arripuisse, donec moreretur. Res ita se habere potest; sed, si Alhoraitsum loco superiore stantem cogitamus, fieri potuit, ut ipse vir sagittâ ad sellam adfigeretur.

1) Duo sunt viri Alhasan appellati, unus filius Ablii nat. anno 3, mort. ann. 40 et Alhasan Albasri natus sub imperio Ohmari, mortuus anno 110 aut 114 eodem anno, quo poeta Ferasdakus. Hunc significari puto.

2. Ne autem, o mater Ausi! tristeris, nam mors omnes, tam nudos pedes habentem quam calceatum adtingit.

Matrem eo consolatur, quod cuilibet viro moriendum sit, ita ut Ausus mortem effugere non potuerit. Hoc Arabum sentiendi rationi consentaneum est (Meidan. Prov. C. I. 48. 284. 22, 137. 23, 202. 413. 24, 585. 25, 62. Poeta si modi, quo formae eiusdem voces coniungendae sunt, omnino rationem habuisset, aut ذى حفى وذى نعل aut حاف وناعل dixisset; sed, quum voces eundem sensum praeberent, metro homoioteleutoque repugnante, voces eiusdem formae non esse, neglexit. Hisce autem verbis explicandi modus confirmatur, quem in vocibus طالق et حايض explicandis, quae pro ذات طلاق et ذات حيض dictae sint, grammatici Bazrae secuti sunt.

3. Pro occisis nostris e gente agmen generosum occidimus neque pro iis dactylos viles palmarum edimus.

Solatium quoque sibi et genti suae adfert, quod necem suorum multis et quidem generosis occisis ulti sint. Ex hoc autem versu videmus, isto tempore non solum Ausum occisum esse; sed pugna orta plures utriusque partis cecidisse. De significatione vocis عصبة non consentiunt; alii decem viros, alii a decem ad quadraginta designari dicunt. Vox كراما, quae appositi locum tenere mihi videtur, generalem vocis عصبة sensum specialem reddit. Poeta dicens, non solum multos, verum etiam generosos occisos esse, ultionem perfectam esse vult. Posteriori versus parti duplicem sensum tribuunt aut se edendis dactylis non ita occupatos fuisse, ut necem non ulciscerentur aut, se dactylos sanguinis pretio non accepisse vel potius, se camelos sanguinis pretio non accepisse, ut dactylos simul cum lacte ederent, Thajjitarum enim regio palmis abundat; cameli autem sanguinis pretio dantur. Dactylorum vilissimorum, qui voce حشف designantur, mentionem fecit, ut se eum cibum, si ultionis officium implendum sit, parvi facere ostenderet. Sic poeta in versu sequente camelos iuvencos, qui sanguinis pretio non dantur, despectus ergo appellavit (metr. Thawil): ولا تاخذوا منهم افالا وابكرا واترك فى بيت بصعدة مظلم Ne ab iis camelos iuvencos accipiatis, dum in sepulchro loci Zahdah obscuro relictus est[1]). Vox النخل quodammodo superflua homoioteleuti causa addita est.

4. Nisi solatium esset, ne unam quidem horam inter homines viverem; sed quotiescunque volo, similes mihi (luctu) respondent.

Maxima calamitate adflictum se esse illis mortuis, ut in vivis remanere nollet, confitetur; attamen vero in eo, quod tam multi non minore calamitate pressi sint, solatium videt. Idem versus Ham. p. ٣٩٦ occurrit. Post vocem الاسى suppleri potest vox مانع, quae voci الاسى praedicato est et verba ما عشت sententiam consequentem verborum لولا efficiunt. Loco vocis ساعة legi quoque بعده (post eum) i. e. eo mortuo ex scholio l. 1. cognoscimus. Loco

1) Arabes ultione omissa occisi sepulcrum obscurum esse putabant, ulciscendi officio impleto autem id splendere dicebant conf. Schultens ad Ispahan. p. 18.

vocis جاوبني legitur in Mersukii codice سأعدني (me adiuvat). Utraque vox in Tebrisii quoque codice superscripta invenitur. Verba morem respiciunt, ex quo plures plangentes aderant, quorum unus alterum planctu adiuvaret. Plura hac de re ad locum Ham. p. ۲۴۲ adnotavi. Eundem sensum Alchansa fratrem deflens in versu Ham. p. ۱۰۰ l. 10. expressit.

Abu-Rijaschus, aliam caedis Ausi fuisse causam, narravit (conf. quae initio carminis ex Mersukio adnotavimus). Ohmarus[1]) virum quendam Abu-Sofjanum cognominatum, qui neque ad familiam Haschem neque ad familiam Omajjah[2]) pertinebat, in desertum miserat, ut videret, num viri Corani partem legere possent et eos, qui nil scirent, verberibus castigaret. Qui ad gentem Nabhan perveniens Ausum b. Chaled, filium patrui Said-Alchaili, qui nil legere posset, ita severe punivit, ut verberatus vitam exspiraret. Huius filia et mater quum occisum deflerent, Horaitsus b. Said-Alchail Abu-Sofjanum cum suis occidit et hosce versus dixit.

XVI.

Dixit Abu-Hibal Albara b. Rihihjj Fakahsita.

Nomen Albara derivatum putant aut a voce براء (immunis, liber) aut a voce براء, qua postrema mensis nox significatur. Hanc significationem in versu poeta adhibuit dicens (metr. Sarih): O ocule mi! gentem Ahmir et Ahbs defle die, quo postrema mensis nox infausta est. Vox ربعي quum verno tempore natum animal designet, isto quoque nomine filius patre iuvene natus appellatur. Voce صيفي autem animal tempore aestatis natum et hanc ob causam infirmum appellatur. Expeditionem tempore veris factam ربعية appellarunt. Abu-Hilalus dixit, poetae nomen, quamvis in exemplari auctoris Alhibal legatur, Alhinac esse, quae diversitas ex similitudine litterarum, puncto diacritico et signo litterae ك adposito omissis, orta esse potest.

(p. 390.) *1. Num post fratres uterinos, qui unus post alterum decesserunt, vitam sperare aut mortem timere licet?*

Fratrum suorum mortem deflens dicit, sibi vitam inutilem esse, ut mors timenda non sit. Ex voce تتابعوا »se invicem secuti sunt«, eum pluribus fratribus, dum unus post alterum continua serie vitam amitteret, morte privatum esse videmus. De particula أم conf. Gr. Ar. T. I. p. 571 sq.

2. Octo, principes gentis suae, quibus adiutus dabam, quod volebam aut recusabam.

Quot fuerint fratres et quales, exponit, ut quantum detrimentum ceperit, ostendat. Verbi اشاء obiectum omissum est, id quod saepius fit, si verba cum eo coniuncta obiectum quodammodo indicant. Mersukius adnotavit, poetam singularem vocis ذوابة posuisse, quod omnes mutuo auxilio et consensu intime coniunctos tanquam unam personam descripserit. Simili modo, quo vocem ذوابة ad principes gentis significandos adhibent, voce ناصية utuntur conf. Ham. p. ۴۸۴ v. 1. et p. ۶۷۲ v. 4. Contrario sensu ذنايب et ذنبات dicunt conf. Ham. p. ۲۴۹ v. 4.

3. Illi fratres sinceri erant, quibus privatus sum. Manus autem nonnisi digitis constat.

Sinceritatem fratrum illorum laudat et, ut consensum omnium significet, omnes cum

1) De hoc viro, secundo Chalifa omnibus noto, confer librum Citab-Tahdsibi-l'Asmâi p. 447.
2) Haec addidit, ne cum Abu-Sofjano altero confunderetur.

manu, et singulos cum digitis comparavit. Ut autem manus, quae digitis destituta est, nil capere potest, sic poeta fratribus destitutus, nil amplius valet.

4. Per vitam tuam! Ego amici morte adflictus sum, cuius lascivia mihi necessario perferenda erat.

Ut probet, quantam morte amici iacturam fecerit, eius meritum in ipsum tantum fuisse dicit, ut ipsam eius lasciviam patienter ferre debuerit.

5. Et clienti, cuius vita mihi non prodest, et cuius mors mihi non obest, servatus sum.

In versu priore eum, cuius morte maxime adflictus erat, amicum appellaverat, Arabes enim quamcunque rem, quae ipsis cara est, amicum appellant, ut in ipso gladio et equo isto nomine utantur. Huic in hoc versu **clientem** opponit. Post vocem نافعى aut حياته aut وجدانه supplendum est, ut sententia cum sequente constructione congruat. In metro causa quaerenda est, cur vocem omiserit. Scholiastes voci ممتع eandem significationem, quam voci مبقى (in vita servatus) tribuens ad vocem illustrandam loquendi modum امتع الله فلانا بفلان »i. e. Deus quendam in vita servet, ut quodam fruatur«, adnotavit et verbo primariam significationem **longum effecit** dedit. Djeuharius secundae formae متّع eandem significationem tribuit. Mirum autem est, quod Mersukius in fine dixit: وسمى القتيل الثانى مولى اشارة الى ابناء عمه الذين لا غناء عندهم ولا انتفاع له بمكانهم »Et appellavit occisum secundum clientem respiciens patrueles, qui commodum non praebent et ipsi inutiles sunt«, nam poeta hoc in versu vivos, qui poetae utiles non sunt, ante oculos habuit, dum Mersukius occisos in duas partes dividit, quorum altera poetae utilis est, altera inutilis.

XVII.

Dixit Mothih b. Ijas mortem Iahjae b. Sijad deflens.

Ille Iahja dualismi in religione et morbi (animi) i. e. haeresis accusatus erat. Avunculus Abu-l'Abbasi Alsaffah erat **conf.** Ham. p. ٣١٣. Poeta autem Cufae natus tempore imperatorum Omajjadarum et Abbasidarum vivebat et Iahjae continuo consortio fruebatur. Carmen in tempus Abbasidarum cadere videtur. Pluribus autem carminibus poeta eius mortem deflevit (**conf.** Ebn-Challik. No. 830. p. 11. ed. Wüst.). Abulfeda in Annal. T. II. p. 58. poetam Mothih b. Anas anno 170 diem obiisse, scripsit. Nostrum eundem esse in Abulfedae opere falso scriptum, nullus dubito.

1. O gens mea! Multum flete ob cor meum vulneratum et lacrymas meas fluentes, effusas.

Amici intimi mortem deflens uxores suas familiamque, (nam hanc significationem voci اهل in versu tribuendam puto) hortatur, ut cum ipso fleant, quo maximum dolorem esse ostendat. Ut solatium alterius dolorem levat, sic consortium dolorem auget. Hanc rem ita se habere, scholiastes ex Corani loco Sur. 43, 38. probare vult. Secunda verbi بكى forma vehementiam ploratus indicat. Ex voce القرح, in qua homoioteleuton cum fine versus est, hunc versum in initio carminis esse, cognoscimus. Viri rei metricae periti rem تقفية appel-

larunt conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 117 adn. Vocabulum قرح (ulcerosus) hoc in versu impropie cum vocabulo قلب (cor, animus) coniunctum est. Verba سكب et سفح eandem significationem fluendi habent, ita tamen, ut hoc vehementiorem fluxum indicet. Poeta igitur, tum ut homoioteleuto satisfaceret, tum ut vis augeretur, duo verba coniunxit. Hoc in versu finivit Mersukil exemplar, quo beatus de Sacyus usus est.

2. Vesperâ Iahjam abstulerunt, et si fatum mihi obsecutum fuisset, neque mane neque vesperâ eum abduxissent.

Magnum desiderium mortui, quo tenetur, hisce verbis ostendit. Subiectum verbi راحوا, omissum الاقدار esse, ex sequentibus videmus. Statuendum est, aut verba لو تطاوعنى esse pro لو طاوعتنى, quum de re praeterita sermo sit (conf. Gram. Ar. T. I. p. 161 sq.) aut poetam rem praeteritam tanquam non praeteritam descripsisse. Silentio praetermittendum non est, Arabes fatum haud nosse, ut omnia, quae accidant, providentiâ Dei decretisque divinis producta esse putent. Haec igitur decreta divina voce الاقدار significari vult. In Tebrisii codicis margine alter legendi modus ولم يبتكر ولم يرح, ut vir subiecti loco sit, adscriptus est.

3. O optime! quem hodie deplorare decet et qui heri laudibus dignus erat.

(p. 391.) Huic versui, qui in Ebn-Challik. opere No. 553 citatus invenitur, sensu versus Ham. p. ٣٩٣ v. 2. similis est. Vox من indefinitum vocis انسان (homo) sensum praebet, ut verba يحسن etc. ei loco adiectivi sint. Sensus est: qui hodie dignus est, qui mortuus deploretur, is heri vivus ob facta generosa laudibus dignissimus erat. Pluralem مدح posuit, ut multam variamque laudem significaret.

4. Iam tristitia laetitiam subegit et gaudium a moerore nostro victum est.

Hisce verbis mortuum alloquitur. Dicit, ipsos tanto moerore afflictos et occupatos esse, ut gaudio non amplius locus sit. Tam gaudium quam tristitiam tanquam personam inducit. Ut in priore parte formas nominum similes adhibuit, sic in vocibus مكروه et فرح eadem ratio habenda erat. Quominus vero pro voce فرح formam مفروح adhiberet, homoioteleuton impedivit.

XVIII.
Idem dixit.

1. Dixi (nubi) sonum edenti, gravi, quae largam pluviam effundebat:

Hic versus, ut ex homoioteleuto vocis دلوح et سفوح videre licet, primus carminis versus est. Ut ostendat poeta, quam carus ei mortuus fuerit, optat, ut eius sepulcrum largâ pluviâ rigetur. Narrat autem, se nubi mandatum dedisse. Hoc in versu poeta morem, quo poetae adiectivum omisso substantivo ponant, imitatus est conf. Ham. p. ٢١ v. 2. p. ٨٣ v. 3 etc. Ex posteriore autem parte cognoscere licet, ante vocem حنانة supplendum esse سحابة. Ex vocibus حنانة et دلوح videmus, poetam nubem multam aquam continentem cum camelo onusto comparasse. Similem quoque comparationem in loquendi modo القى بعاعه (proiecit sarcinas suas), qui de nube largiter pluviam emittente adhibetur, videre licet. Vox حنانة

camela, quae desiderio pulli aut loci consueti commota argutum sonum edit, in nubem leniter tonantem translata est. Eodem modo vox دلوح a camelo onusto, ut lente incedat, desumta, iu uubem aqnâ impletam, ut a vento haud celeriter dispergatur, dicta est. In explicanda voce سحوح duplicem modum proponunt. Qui verbo nonnisi iransitivam effundendi significationem adscribunt, ii dicunt, vocem inservire ad vim significationis augendam modo, quo شعر شاعر dicatur. Loquendi modum: »pluviam effundere«, licet pluvia nonnisi effundatur, similem esse verbis سيل مفعم »torrens impletus«, quippe qui nonnisi res impleat. Metaphorica quadam ratione igitur vocem سحوح cum voce وابل coniunctam dicunt. Facilior antem mihi interpretandi modus videtur, si, qnod iam a grammatico Chalil adnotatum est, verbo سح passivi significatio e f f u s u s e s t tribuitur. Praepositionem من initium significare (c o n f. Anth. gram. p. ١٠ l. 7.) qua, ut mihi videtur, causa commoti grammatici dixerunt, hanc praepositionem in sententia adfirmaute rarius pleonastice positam reperiri. Sed in re explicanda (c o n f. Gram. Ar. T. I. p. 491.) haec pleonasmi ratio mihi magis arridet.

2. Ad sepulcrum tende, cuius (socium) nomino; tum super sepulcrum primam pluviam effunde!

Nubi tanqnam personae mandatum dat, ut super sepulcrum viri, quem nomino designaverit, pluviam emittat. De voce ضريح lexicographi non consentiunt. Alii dicunt, voce fossam in medio sepulcri significari (in quo funus ponatur), dum vox لحد fossam in latere sepulcri designet, alii putant, sepulcrum, cui fossa لحد appellata non sit, significari. Sed hoc eodem redit, ut discrimen re vera non sit. Vocem autem in versu repetivit, ut rem magnam esse indicaret. Post verbum اسمى obiectum omissum est; sed suffixum ه, quod suppleatur, ex voce صاحبه, omisso substantivo, remansisse volunt. In scholiis l. 2. pro voce اهل Mersukius هل habet, id quod propter praepositionem ب cum eo coniunctam praeferendum videtur. Mersukio autem non assentior dicenti: ويجوز ان يكون لما وصف السحابة بالحنانة لرعدها كنى المطر بالاستهلال لانه كالحنين وهو رفع الصوت بالتلبية وغيرها فيكون الحنين والاستهلال للرعد والمطر كالسوال والجواب »Quum nubi ob tonitrua argutum sonum tribuisset, nil impedire videtur, quominus metonymia usus pluviae dicenti لبّيك aut alia verba tribuerit, ita ut vox حنين, quam pluviae tribuerit, responsi loco sit.« Mihi enim significatio vocis استهلال nimis artificiose adhibita et in vocem حنانة prioris versus translata videtur.

3. Iustitiae non est, quod erga virum avarus es, qui avarus non erat.

Nubem tanquam personam reprehendit, quod in virum, qui opibus suis liberalem se ostenderit, avare agat pluviam largam non effundens. Similem sensum Abu-Tammamus in versu sequente protulit (metr. Thawil): وكيف احتمالى للغيوث صنيعة باسقابها قبرا وفى لحده البحر Q u o m o d o p l u v i i s g r a t i a s a g e r e p o s s u m, q u o d s e p u l c r u m i r r i g a n t, d u m m a r e i n e i u s l a t e r e i a c e t? Verbum تشحى cum tribus vocalibus Kesra, Dhamma aut Fatha pronuntiari potest.

XIX.
Dixit Aschdjah b. Ahmru Solamita.

Poeta tempore Ahbbasidarum vivens oppidum Bazram habitabat. Ab Ebn-Challikano No. 553 p. 51 infr. ابو عمرو et الرقى السلمى appellatus est conf. Hamas. p. ۴۳۱. Ex familia Alscharidi b. Mathrud Solamitae oriundi cognomen ابو الوليد erat. Pater mulierem e regione Iemamah in matrimonium duxerat. Poeta in illa regione natus et educatus est. Mortuo patre mater cum filio Bazram haereditatem patris petitura migravit. Matre quoque mortua Bazrae adolevit. Poeta Albohtori appellatus dixit, nostrum pulchra verba, quibus multum sensus non subesset, adtulisse; sed Tebrisius, se tales versus non vidisse, contendit. Poetis excellentibus adnumeratus est, ut, quum antea gens Rabiah et Iemen poetis clareret, gens Kais, in qua nullus poeta fuisset, de eo gloriaretur. Poeta duos fratres, filios Ahmrui (i. e. non eadem matre natos) habuit. Postea Raccum, ubi Alraschidus versabatur, tetendit et apud gentem Solaim devertens benigne exceptus est. Ex Barmacidis (conf. beat. de Sacy Chrest. Arab. text. Ar. p. 12. ed. pr.), quos laude ornabat, praecipue Djahfaro se dicavit. Hic quoque effecit, ut ad Alraschidum introduceretur, apud quem postea in magno honore erat. Nomen Aschdjah a nervo in exteriore manu ita appellato derivatur. Pluralis اشاجع aliis articulos manus, aliis ossa in exteriore manu designat. Nil quoque obstat, quin nomen a voce اشجع (strenuior) aut a serpente originem duxerit. Poeta Djerirus serpentem voce الاشجع in versu sequente insignivit (metr. Camel): Num gloriantur, et iam viderunt serpentem suum sibilantem innoxiumque morsu serpentis veneniferi (p. 392.) necatum (conf. p. ۱۰٥ l. 14.). Adiectivum اشجع cum feminino ad hominem longum significandum adhibetur. Voci شجع ad vim augendam littera م additur. Sic in versu, quem Sibawaihius in libro suo adnotavit, vox legitur (metr. Redjes): Serpentes cum pede eius pacem fecerunt, vipera dirusque serpens (Accusativus ex omisso اعنى volo pendere videtur). Magistri Bagdadenses voci الحيات casum accusativum dantes a voce القدما (nominativo dualis) litteram ن abiectam putant. Eodem modo littera Nun in sequente versu abiecta est (metr. Redjes): Quasi eius aures, quum intentae sunt, penna longior aut calami duo aptati sunt. Scholiastes autem قادمة et قلما in singulari rectius legi putat. De modo, quo singulae vocis partes in poesi abiiciuntur conferas Darstellung der Arab. Versk. p. 473 sq. et Diwan Amru-l'Kaisi p. ۴۴ v. 3. Alius quidam dixit (metr. Sarih): O fili eius (mulieris), cuius durae aures ulna sunt. Versum hunc nonnisi ob comparandi modum adnotavit scholiastes.

1. Ebn-Saihdus decessit, quum tam in Oriente quam in Occidente eius laudatores essent.

Ut ostendat, maximum moerorem multos occupare ob mortem defuncti, eum talem fuisse dicit, cuius laus per orbem terrarum celebrata sit. Orientem et Occidentem opposuit, ut totam terram designaret. Vir, quem deflet, filius Abu-Ahmrui Saihdi b. Moslim b. Kotaibah b. Moslim erat, qui Armeniae, Mosulae, Sindae, Sidjistanae, Aldjesirae praefectus anno 217 diem obiit (conf. Ebn-Challik. No. 553. p. 51. l. 13. ed. Wustenf., ubi versus sequentes adnotati sunt).

2. Quae eius merita in homines essent, nescibam, donec lapides sepulcri eum occultabant.

Quomdiu homo inter nos versotur, merita saepe non agnoscimus; sed si illius absentis beneficiis caremus, tum, quonto illa fuerint, sentimus. Sic in hoc mortuo foetum esse dicit. In grommotica constructiono verba ما فواضل, quae interrogando inserviunt et e verbo ادرى tanquam obiectum pendent, locum accusativi occupant. Pluralis فواضل a singulari فاضلة derivatur, quae aut nomen ogentis est, out nomen actionis modo vocis عافية et باقية etc. formatum. Nomina outem oetionis, quum variam rationem designent, pluralis formam admittunt, ut in vocibus علوم et عقول factum esse videmus. Quod vero poeta pluralem fraetum modo verbi, a quo derivatus est, cum obiecto ope praepositionis على coniunxit, id raro accidere solet, nam nomen actionis, cui pluralis forma dota est, vi grammotica, quam in obiectum habet, privotur (conf. Gram. Arob. T. II. p. 176.). Sed poetos talem construendi modum adhibuisse, ex sequento versu videmus (metr. Basith): تجربوه فما زادت تجاربهم ابا قدامة الا المجد والفنعا Eum experti sunt; sed quod exporientiam Abn-Koddamahi socpe habuerunt, laus et foma bona nonnisi aucto est. Plurolis enim تجاربهم occusativum obiecti regit. Alii grommatici contenderunt, nomon actionis, cui pluralis forma tributa sit, substantivum fieri. Nomen agentis autem, non obstante pluralis formo, semper vim suam in obiectum, sicut verbum, a quo derivatum est, exercet (conf. Gram. Ar. T. II p. 182.). Sepulcra tumuli erant, in quibus lapides largi ponebantur conf. Toraf. Moall. v. 63. et Reiskii epistol. od Menken. p. 55 Lapides, qui رجم, appellabantur, in altum erecti fuisse videntur.

3. Mane in fovea sepulcri mortuus iacebat, dum ei vivo campi nimis angusti erant.

Conditionem mortui et vivi opposuit, ut, quontam viri iacturam homines passi sint, cognoscerent. Scholiastes verba في لحد casum accusativum, quum loco praedicati sint, continere dixit. Sunt autem pro كاينا في لحد, dum vox ميتا statui describendo inservit; sed pro hac voce in Ebn-Challikani operc loco antea citoto ضيق (augustus), ut cum voce لحد coniungatur, legimus; sed nostrum, quum voces sibi oppositae sint, multum praeferendum est. Ut vox ميتا in prioro versus hemistichio, sic quoque in posteriore vox حيا stotui describendo inservit. Vox به pro عنه ante verbum تضيق ob metrum locum obtinuit conf. Darstell. d. Arob. Versk. p. 499. Verbi تضيق sensum dupliei modo definiunt, ut aut potentiam viri aut liberolitatem respiciat. Verbo versus metri causa transposita esse, nemo non videt, vox enim الصحاصح subiectum verbi كانت est, praedicato تضيق, quae vox pro ضائقة est, anteposito, dum vox حيا statui describendo inservit. In deflendo mortuo autem magis congruere videtur, quod eius beneficia laudantur, quorum maior copia fuerit, quam ut campi ampli ea caperent. Similem sensum poeto Albohtori (natus onno 200 aut 201 aut 202 aut 206 mortuus est anno 284 aut 285 aut 283 conf. Ebn-Challik No. 793 et libr. meum: Selecto ex historia Halebi p. 92. 155.) expressit dicens (metr. Camel): Tria maria (liberalitatis) erant, quae mortis aviditas ad tria sepulcra duxit.

4. Te deplorabo, quamdiu lacrymae copiosae sunt et si paucae sunt, tibi id sufficiet, quod costae meae tegunt.

Talem igitur virum semper deflere decet, quamdiu lacrymae manant et lacrymis ex-

haustis dolor internus manebit. Vorba ما فاضت tempori definicodo sunt. Vocem autem حسبك subiecti et verba ما تجن praedicati loco esse, dixit schollastes. Fieri autom, ut vox حسبك sibi sufficieos praedicato careat et imperativi sensum vocis اكتف (satis habe!) offerat. Rebus, quao costis teguotur, partes, quao dolore adficiuntur, designavit, licet omnia viscera costis iocluduntur.

5. Ego calamitatem non metuo, etsi magna est et post mortem tuam non amplius gaudio laetor.

(p. 393.) Tanto eum moeroro adflictum esse, ut omnom ot tristitiae et gaudii sonsum amiserit; quum eoim amicus eo viveuto omnioo impletus essot, factum esse, ut res praetor eum animnm non adficerent. Scholiastes dixit, pootam melius formas فرح et جزع adhibiturum fuisso, quippe quae adiectivorum formao verbis intransitivis propriae sint. Ioterdum formas intor se mutari, ut pro vocibus مريض et سليم dicstur مارض ot سالم. Vox بسرور est pro بذى سرور (gaudio adficiente re).

6. Quasi praeter te mortuus non esset et nonnisi ad te mulieres plangentes stetissent.

Hic versus explicando priori inservit. Scholiastes vocem كانّ cx كانّ ortam esse contendit, ut substantivum الامر vol الشان omissum sit. Mersukius dixit, malum, quod tanquam unicum iocidat, maiorem vim in hominom aoimos habere et hanc esso causam, cur poota vorba protulerit; sed quemadmodom monui, in oo, quod onimus poetae isto viro omnino impletus esset, causam inveniro possumus, cur tanto dolore adficeretur eumquo alii mortui non spectarent.

7. Quod si epicedia in te dicta cum laudibus suis pulchra erant, profecto! antea in te laude dignae virtutes erant.

Hucusque nonnisi sui status mentionem fecerat, ism aliorum agendi ratiooem commemorat. Mortuum pulchris epicediis celebraverant. Hoc haud immerito factum esso ei, qui pulchorrimis virtutibus in vita laudo dignissimis ornatus esset. Similem sensum poeta Ham. p. ٣٦٠ infr. expressit. Mersukius verbis sequentibus sensum versus explicavit: وقد تقدم القول فى لام لئن واليمين المضمرة فى الكلام والجواب لقد حسنت فى موضع يحسن لان حرف الشرط يقلب المضى الى الاستقبال وجوابُ الشرط ثالفا ههنا وقد حُذف كانه قال ان يحسن الرثا لك وفيك الان وفى مستقبل الزمان بالمدائح فيما مضى كانت حسنة فيك Proefero autom sontoutiae consequentis ellipsio statuere, ut posterior pars versus nonnisi causam prioris describat et sensus sit: Si epicedia io to dicta pulchra sunt (hoc eo fit v o l hoc mirum noo est), quod vivens propter virtutes laudibus dignissimus eras.

XX.

Dixit Iahja b. Sijad Haretsita.

Avunculus Abu-l'Abbasi Alsaffah, tempore Omajjadarum et Abbasidarum vivens, tanquam improbus a suis relictus erat et incuriose agens Persarum cultui addictus putabatur.

1. Duo nuntii mortem Ahmrui noctu annuntiarunt, qui voce alta cor terrore implebant, quod tremere nunquam cessabit.

Tribus robus mortui Ahmrui nuntium gravissimum fuisso indicat, uua, quod duos uuntios fuisso, altera quod cor tremore continuo adfici, tertia, quod dinm non exspectantes noctis tempore rem uuutiasse dicit. Ahmru, quem deflevit, sino dubio idem est, quam Ebn-Saihd conf. Ham. p. ٣٦٣ v. 1. Verbi اسمعا duo obiecta omissa sunt sc: النّاسَ نعيَّةً. Omisso obiecto vnrbum iu rebus ingratis adhibctur. Mersuklus, omissis obinctis, vim sermouis augeri dixit. Voce مروعا poeta usus est, ut significaret, se huius viri morto tanto terrorn impletnm esse, ut ex auimo suo non abeat aut se nb magnas calamitatos, quibus gens sua adfligatur, semper timere, uo novae irrumpant. Ex homoioteleuto vocis فأسمعا videmus, in hoc versu initium carminis esse.

2. Vestis, qua te involverunt, spurca non est, etsi eam noxa corruptionis decipit, ut diffindatur.

Mortnnm indoln animi purissimum fuissn indicaturus dicit, paunum, quo cadaver mortui involvatur, haud coutamiuari, etsi temporis noxà diffindatur. Verbum دنس tam de re, quam dn animi indole adhibetur. Panuus autem funereus quum mortuo loco commeatus sit, poeta زودوكه dixit. Do modo, quo duo suffixa cum verbo couiunguntnr, conferas Gram. Ar. T. II. p. 378. Iu verbis ريب البلى poeta eundem loquendi modum secutus est, quem in verbis ريب الزمان et ريب المنون iuvenimus. Abu-Ohbaidahus adnotavit راب عليه الدهرِ (tempus ei supervenit), et voce ريب casum inopiuatum significari uon dubito. Sod quum talis viri paunos funereos somper novos esse deceat, poota وان خانه (et si eum decipit) dixit.

3. Per te dies repulimus, donec, quum te petentes venirent, eos a te repellere non potuimus.

In hoc cius beneficia poteutiamque laudat et, quo clarius res intnlligatur, discrimen inter mortuum et sn eiusque asseclas explicat. Eum calamitates ab ipsis repulisso, ipsos ab eo calamitates removero non potuisse. Voce الايام aut vicissitndines dierum نوايب الايام omissa voce antncedento, aut calamitates ipsas significare vult, sicuti proelia dies appellantur et in loco Corani Sur. 3, 134. diebus calamitates significantur. Verbum تريدك statui designandn inservit, ut sit pro مريدة لك (te volentes). Vox نسطع est pro نستطع, una littera, ut leuior fiat pronuutiandi modus, abiecta. Adnotarunt quoquo أُسطاع cum futuro يُسْطيع. Scholiastes hoc pro اطاع esse contendit; snd rem se ita haberc dubito (conf. Gram. Arab. T. I. p. 224. ot Authol. gram. p. 387.

4. Decessit et omnes voluptates, quibus delectabar, simul me reliquerunt. Uterque abiit (id e. mortuus et voluptates).

Ut, quanto moeroro adflictus sit, cognoscant, mortuum num fuisse dicit, **p. 391.)** ex quo solo voluptates perceperit, ut eo mortuo nullum sibi gaudium sperandum relinquatur. Quum in oculis prima gaudii signa appareant, oculis ipsum gaudium adscribitur. Verbo قر aut quiescondi aut refrigerandi significationem tribuunt. Hoc priori praeferendum est, quum

contrario sensu سخنت عينه (oculus eius calidus fuit) dicatur. Verba تقر بها عيناى, quum voci لذة pro adiectivo sint, scholiastes genitivi locum tenere dicit; vocem autem معا statui describendo inservire.

5. Socius meus decessit et tempus caedis meae appropinquavit et non possum non morti meae occurrere, ut prosternar.

Quantum detrimentum ex eius morte poeta ceperit, ex eo cognoscere licet, quod dicit, sibi eo mortuo mortem exspectandam esse, quum neminem habeat, qui ipsum defendat. Post vocem بك praepositio من saepius omittitur. Mersukius, quamquam in versu مصرى est, tamen مصرعى legisse videtur, quippe quam vocem in scholiis explicet. Similem sensum Abu-Dsuaib expressit dicens: (metr. Camel) فغبرت بعدهم بعيش ناصب واخال انى لاحق مستتبع Iis mortuis molestâ vitâ fruitus sum et puto, me eos assocuturum esse post eos ductum. Cum hoc versu commentarius Tebrisii, quo de Saeyus usus est, finitur.

XXI.

Dixit Ebn-Almokaffah[1]) Jahjam b. Sijad deflens, secundum alios Ebn-Abi-l'Auhdjam Abbd-Alcarim.

1. Morte Abu-Ahmrui adflicti sumus et non est virus ei similis. Et quanta calamitas! in qualem virum decidit!

Abu-Ahmru cognomen Iahjao b. Sijad est. Verba ولا حى مثله describendo statui inservire et a verbo ربنا, regi, scholiastes dixit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 387.) i. e. statum eorum, qui morte Ahmrui adflicti sunt, definiunt. Posterior versus pars, calamitatem maximam fuisse, indicat. Primum quum omne in suo genere maximum Deo tribuatur, hanc calamitatem Deo tribuit, modo, quo لله درك in admirando et laudando dicitur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 474.); tum verba بمن وقع addidit, quae proprie interrogando et admirando inserviunt et cum antecedente non cohaerent, quamquam pronomen tertiae personae a grammaticis فاعل appellatum, quod in verbo وقع latet, ad nomen ريب referendum est (Gram. Ar. T. II. p. 98 et 514.). Si poeta verba بمن وقع copulâ و cum antecedentibus coniunxisset, hoc ad sensum explicandum utile fuisset. Verba من وقع statui verborum ريب الحادثات describendo inservire posse, scholiastes adnotavit, quasi poeta dixerit: لله ريب الحادثات واقعا بمن وقع i. e. dum in talem decidit etc.; sed hic explicandi modus mihi non arridet, quippe quo sermonis vis deminuatur. In Tebrisii codicis margine alter legendi modus تقع adscriptus est.

2. Et si a nobis te separasti et nos reliquisti rupturâ adflictos, quam reparare non cupimus,

Hic versus cum sequente cohaerens, mortem irreparabilem calamitatem esse, dicit. Omne malum reparare cupimus; sed haec calamitas tanta est, ut ne reparandi cupido eos tentet,

---

1) Abu-Mohammed Abbd-Allah b. Almokaffah facundus et disertus erat. Nomen Rusabah vel Dadabah b. Dadahischisch gerebat, antequam Mohammedanum se confessus erat. Pater cognomen Almokaffah acceperat, quod, quum in Persia tributa inlasto modo extorsisset, ab Hadjdjadjo verberatus pedis digiti incurvarentur. Iahjae b. Sijad antea mentio fuit p. ۱۳۱ conf. Kam. Ebn-Almokaffah anno 145 occisus esse dicitur conf. Ebn-Challik. No. 186, ubi plura de viro adlata sunt et Notices et extraits des man. T. X. p. 154 sqq. Eundem ex lingua Pehlvica in linguam Arabicam veterum regum Persarum historiam et librum Cabilah wa Dimnah aliosque libros transtulisse, legimus. Ibid. p. 101 et 160 sqq. et 265 sqq.

quum, eam uullo modo reparori posse, cognoverint. Vox خلة foramen in habitaculo arundine exstructo significat. Talis habitaculi foramen difficile oppleri posse videtur, quapropter in calamitatem, qua morte personae adflicti sumus, transfertur, ut dicant in mortuum: اللهم اسدد خلته „O Deus! foramen, quod reliquit, opple!“ Poeta انسداد لها et non انسدادها dixit significaturus, nullum modum cogitari posse, quo res reparetur. Verba autem في انسداد etc. adiectivi locum teueut, quo vox خلة explicatur et hanc ob causam eis genitivi locus a scholiaste tributus est. Vox تك est pro تكن.

3. Tameu, quod te desideramus, utilitatem nobis adtulit, ut calamitatis timore liberati simus.

Quum mors tua nobis maximam calamitatem adtulisset, nullam unquam novam calamitatem timemus. Dicere vult, ut amorem vivi animos omnino occupasse, ut nullum procter eum amarent, sic illo mortuo moerorem animos implere, ut novae tristitiae in iis locus non sit. Versu autem sententia consequens versus antecedentis continetur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 37.). Scholiastes dixit, initio sententiae consequentis particulam ف locum obtinuisse, quod haec a praecedente sententia cum conditione coniuncta diversa sit, dum illa subiecto et praedicato (ut phrasis nominibus composita sit ibid. p. 98.) constet. Subiectum autem, vocem الامر aut الشان (res), omissum esse. Sic autem statuit, quod in phrasi consequente nominibus compositâ particula ف omitti non potest (conf. Gram. Ar. T. II. p. 399. et Hamas. p. ٢٥٣ v. 1.). Vox اننا duplici modo aut cum vocali Kesra aut cum vocali Fatha pronunciari potest. Cum vocali Kesra sermo de novo incipit, ut cum priore non cohaereat (conf. ib. p. 294. et T. I. p. 567 sq); sed propositio utilitati ortae explicandae inserviat. Videmus, in Mersukii codice vocem المستجد in vocem المستحدث mutatam esse. Voce autem cum vocali Fatha prolatâ propositio aut causae utilitatis explicandae inservit aut verba اننا امنا loco appositionis cum voce نفعا cohaerent. Verba على كل الرزايا cum verbo امنا cohaerere dicunt, quod verbum امن ope praepositionis على cum re coniungatur; sed silentio hood praepraetermittimus, grammaticum Ebu-Djinni ante vocem الرزايا vocem ذوى supplendam putasse. Omnis autem tristitia futuro tempore hisce verbis negatur. Scholiastes deuique (**p. 395.**) adnotavit, ista verba cum sequente voce الجزع cohaerere non posse, quum vox cum alterâ coniuncta ante eam, quacum coniuncta sit, locum habere non possit. Lectorem autem monitum velim, vocibus صلة et موصول in textu Arabico significationes, quas beatus de Sacyus (Gram. Ar. T. II. p. 259.) iis tribuerit, hoc in loco non convenire.

XXII.

Quidam ex viris gentis Asad dixit.

1. Occisos gentis Alahdan multum deplora (o mulier); nam diu in valle Baram manent!

Alloquitur mulierem, apud quam aliae mulieres congregatae sunt ad deflendum mortuum. Multum plorandum esse dicens, gravem casum esse, indicat. Ahdan est pars gentis Nazr b. Koaibn, quae ad gentem Asad pertinet. Loca Baram et Chasam appellata in ditione gentis Banu-Ahmir erant. Gens Banu-Ahmir regionem Hidjas incolebat (conf. Ham. p. ۴٩٨ v. 2.). In illa valle occisos diu subsistere dicit tanquam ibi semper habitantes.

2. Hostibus ignis Moharreki et genti suae sacrarium ex sacrariis erant.

Mortuos illos laudat tanquam strenuos, et eos cum igne regis ex gente Lachm, Almoharrek cognominati, qui gentem igne deleverat, comparat. De rege illo conferas Hamas. p. ١٨٨ v. 3., ubi illud hemistichium in scholis citatum legitur. Ut autem suos defensos esse indicaret, eos sacrarium appellavit, in quod qui confugit, tutus est. Quum plura sacraria sint, unum Meccae, alterum Hierosolymis (quod in Syria situm sit), tertium in oppido Medina, poetam حرم من الاحرام dixisse scholiastes vult.

3. Ne tristitia pereas, nam ego in lanceis nostris et dierum vicissitudinibus fiduciam pono!

Mulierem, quam initio carminis, ut multum ploraret, hortatus erat, consolatur, ne tristitiâ opprimatur, nam futurum esse, ut caedem ulciscatur. Hanc rem tum a gentis suae fortitudine tum a dierum vicissitudine sperat. Accusativus aut causam (conf. Gram. Ar. T. II. p. 79.) aut statum designat, ut جزعا pro جازعة sit conf. ibid. p. 73 not.

4. Gentis Thai consuetudinis erga gentem Asad est, ut lancearum sitim restinguant et gladios sanguine tingant.

Hic versus in Mersukii codice non legitur. Pluralis عادات consuetudinem frequentem indicat.

XXIII.

Alius dixit.

In Mersukii codicis margine adscriptum legimus, versuum auctorem Aischamardalum b. Alschario fuisse, sed a Tebrisio Schamardalo versus p. ٣٩٩ adscripti sunt.

1. Abu-l'Mikdami mors mihi annuntiata est et terra oculis meis nigra apparuit et aurium meatus obstructi sunt.

Vox نعى in codice Tebrisii duplici vocali Dhamma et Kesra insignita est. Tanto terrore et moerore se impletum fuisse nuntio mortis adlato, ut neque videre neque audire posset. Terror moerorque subitus efficere potest, ut nullam rem praeter unam illam videamus aut audiamus. Loquendi modus igitur ex rerum natura ortus in rem omnem gravem metaphorice translatus est. Dicunt quoque: Siti fameque aures mihi surdae fuere. Poeta dixit (metr. Thawil): Certior factus sum, me, ne tibi maledicant, a te vituperatum esse et haec res aures meas surdas reddit. Ahbidus autem verbis (metr. Basith): Agmina vocavit; sed aures eorum surdae erant; heu me! si gentem Asad vocasset dicere vult, eam vocanti, quasi non audirent, auxilium non praestitisse. Poeta Abu-Tammam in hemistichio sequente sensum imitans dixit (metr. Thawil): Tuam mortem annuntians surdus fit et si optime audit.

(p. 396.) *2. Ex omni suspirio aqua oculi advenit, quod suspirium quum descenderet, costae capere non poterant.*

Dolorem suum tantum fuisse, ut multis cum suspiriis et anhelitu lacrymas profunderet.

Anholitus et suspiria tam vehementia fuisse, ut pectus paeno rumperetur, quum eostae ea caporo non potuissent. Sousum similem; sed non tam claro oxplicatum protnlit poeta Abu-Tammamus diceus (motr. Wafir): وما للدار الا كل سمح بادمعه واضلعه سخى. In domo nonnisi sunt liboralitor laorymas offundentes, dum eorum costao (suspiriis) liberalea sunt.

XXIV.

Alius dixit.

1. Iam ante te homines erant, quorum morte adfligerer; sed eorum mors auditum visumque reliqueral.

2. Tu neque visum neque auditum reliquisti nisi partem eorum exiguam. Et vita multum amara est.

Huius viri mortem cum aliorum morto, qui praocosserint, comparaus huius viri mortem multo maioro moororo ipsum adflixisse dicit. In priore versu vox اقوام subiectum est, cui verba فجعت بهم tanquam adioctivum apposita sunt, dum vorba خلّى لنا فقدهم etc. praedicati, cum verbo كان. cohaereutis, locum toneut. Sod in scholio loco vocis فقدهم legimus هلكهم, iu Tebrisii codice superscriptum, in Morsukii autom codico iu textum roceptum. Accidit frequouter, ut Tebrisius in acholiis componondis ox Morsukii commentario desumtis variarum lectionum rationem uullam habuerit. Siloutio praetermittendum nou est, poetam non beuo vocos ابصارا ot سمعا couiunxisso, quarum una singularis formam, altera pluralis habeat. Morsukins rem eo excusavit, quod vox سمع uomeu generis loco pluralis sit; sed conferas versum proximo sequontcm. Ut metro homoioteleutoquo satisfieret, factum est. In posterioro versu pro تدع legitur qnoquo يدع, id quod regulis magis consentaneum est, quia partes sermonis a grammaticis صلة et موصول appellatao (i. e. pronomen الذى et verbum تدع conf. Gram. Arab. T. II. p. 259 sq) euudem modum sequautur, nocesso est. Sed in Mersukii toxtu تدع iuvonimus. Accusativus uomiuis actionis امرارا, ut vis sermouis augeretur, modo, quom grammatici مفعول مطلق appollant, cum verbo couiunctus est.

XXV.

Dixit Alschamardal b. Scharic aut Nahschal b. Harrijj.

Posterior hic tempore belli inter Moahwijahnm Ahliumqne gosti vixit (conf. Ham. p. ٣٩٧ l. 1.). Vox شمردل hominem lougum corporo designat. Dixit poeta Ihdjiita collum cameli doscribens (metr. Redjes): Altns sicut truncus paimao longae. Vox نهشل uomeu lupi est, quorum plura in scholio adnotata sunt.

1. Amicos meos duos animâ meâ redimo, qui omnes meas lacrymas paulatim acceperunt, ut tristitia animum meum celeriter occuparet.

Mortem duorum amicorum deflontem se lacrymas suas oxhausisse, dioit, ut quum lacrymae non superessent, quibus effusis tristitia ab animo doflecteretur, moeror celeriter animum occupaverit. Scholiastes dicit, praepositionem ب in voco بنفسى cum verbo omisso افدى cohaerere; sed quum soquons vocis خليلاى nominativus isti verbo supplondo minna aptus

sit, ege vocem بنفسى petius pre بمكان نفسى »loco animae meae« dictam esse velim. Istes autem amicos tanqnam duas personas describit, quae lacrymas suas paulatim paulatim absorpserint (cum Morsukio التبلغ legoedum puto). Verbum تبرض parum aumeedi significationem habere, versu sequonte scheliastes prebaro studuit (metr. Wafir): Por vitam tuam! Ego et amatores Salmao similes sumus aquam paucam incertam sumenti. Vex دموى in fine vecalem Fatham ob metrum accepit.

2. Nisi solatium esset, ne unam quidem horam inter homines viverem, sed, quotiescunque volo, similes mihi (luctu) respondent.

Idem versus p. ٣٨١ occurrit. Dicit, tanta quidem calamitate adflictum se esse, ut in vita nullam veluptatem inveniat, se none si ex eo solatium caporo posse, quod alii multi nen minoro calamitate adflieti sint. Grammaticus Chalilus dixit, verbum اسعد praecipue in auxilie, qued in deflendo mertuo praestotur, adhiberi. Hic verbi explicandi medus id spectat, qued leco verbi جاوبنى legitur ساعدنى. In scholie l. 4. pre استعدتهم sine dubio استسعدتهم »eos auxilio vocavi« legendum est. Similis sensus versui sequenti est (metr. Wafir): ولو لا كثرة الباكين حولى على اخوانهم لقتلت نفسى Nisi multitudo eorum, qui fratres suos deflent, me circumdaret, profecto! me ecciderem.

XXVI.
Idem dixit.

(p. 397.) Mors Malici b. Harrijj, fratris Nabachali, Abu-Madjid eegnominati, hisce versibus defleta dicitur. Vir strenuus apud Ziffinum cum Ahlio centra Moahwijahum pugnans ceciderat. Pugna illa anne 37 Hedjrae erat. Beatus de Sacyus Nahschalo, qui patrem suum Abu-Madjid defleverit, versus tribuit in Anthol. gram. p. 220. Num errans sic scripserit an alibi sic adnetatum iuveuerit, noscio.

1. Splendens sicut lucerna in tenebris, dum festucas commeatus cavebat, ut optimas eius partes sibi acquireret.

Mortuum ob celebritatem et vitam integerrimam laudat. Primum eum اغر appellavit. Hac voce equus designatur, cuius in frento macula alba est, quae res quum equo laudi sit, in virum illustrem transfertur. Huius autem significationis in comparatiene sequente explicanda ratie habonda est, ut eum lucerna comparatus non sit, quod alios tanquam lucerna nocte obscura ducat auxilium forens; sed quod virtutibus suis tam illustris sit, ut tanquam lucerna e longinquo apparens, ipse remotis notus sit. Quo autem nox obscurior est, eo magis lucerna lucet, ut e magna distantia conspiciatur, et haec res causa fuisse videtur, cur voce دجنة uteretur, nam haec vox nen solum noctis obscuritatem, verum etiam maierem eius gradum, dum coelum nubibus tectum est, significat. Alius comparandi medus in versu est, quem Ham. p. ٣٨٣ ad versum 7 adnetavi. Aliter queque Mersukius comparandi modum intellexisse videtur; dicit enim: واراد بقوله اغر انه كريم نقى العرض ابيض الطلعة فكانه فى تلالوءه ونور وجهه وتهلله مصباح الظلام. »Voce sua اغر significare vult, eum esse nobilem, puræ dignitatis, albae faciei, quasi in splendere suo et luce faciei et nitore lucerna obscu-

ritatis sita. In posteriore versus parte integerrimam eius vitam describens dicit, eum festucas commeatus cavere. Festucas commeatus partas esse, quas sibi perfidia et dolo comparaverit, scholiastes dixit. Voce قذى non solum festucas; verum etiam sordes, quae in oculo sunt et sordes alias significari in dubio non est, ut verba قذى الزاد opes, in qoibus acquirendis dedecore adficiamur, designare possint. Alius poeta dixit (metr. Thawil): وما كان زادى بالخبيث كما زعم Et commeatus meus turpis non est, quomadmodum falso dixit. Hisce igitur optimas i. e. quae virtute partae sunt, opponit. Et in proverbio (conf. Meid. C. 5, 16.) de sordibus vocem قذى adhibitam esse videmus. Quum autem essent, qui verba قذى الزاد aut non bene intelligerent, aut esse coniuncta non probarent, factum esse videtur, ut puncto diacritico abiecto قدى الزاد (odorem commeatus bonum) legerent. Sed Tebrisius hunc legendi modum recte reiecit, nam, quomodo verbum يتقى cum ista voce coniungatur, non video. In Mersukii codice legimus وذكر القذى مستبعد هاهنا ولا فايدة فى ابقايه له ويغلب فى ظنى انه تصحيف »Quod hoc in loco festucae mentio facta est, probandum non est, et quod relinquatur, inutile est; nam vitium esse, puto«; sed vix dubito, quin hoc in loco قدى (odor bonus) legatur, nam quem antea legendi modum قذى explicaverit et probaverit, hoc in loco alterum refellere videtur.

2. Levat moerorem meum ob amicum meum, quod ego, quum vola, virum invenio, cuius socius mortuus est.

3. Frater (is erat) laude dignus, qui die consessus ignominiâ me non adfecit, sicut gladii acies Ahmruum non fefellit.

Solatium in eo invenit, quod et alii fratribus laude dignissimis, quorum fiducia fallax non erat, morte privati erant. Verbo اخزى duplicem significationem tribuunt aut ignominiâ adficiendi aut efficiendi, ut quis erubesceret. Dies, ubi plures praesentes sunt, tam dies consessus concionisque, quam dies pugnae esse potest, et, si comparationis ratio habenda est, mihi dies pugnae significari videtur. Frater enim fiducia dignissimus cum gladio celeberrimo Ahmrui b. Mahdi-Carib (conf. Meidan. Prov. in append.) comparatur. Gladii usus nonnisi die pugnae est. Gladium, cui nomen Alzamzamah erat, Ohmarus, ut sibi dono daretur, petens acceperat. Ohmarus dubitans, num re vera ille gladius esset, Ahmruo rem dixit; sed hic iratus uno ictu cameli caput ex eorum numero, qui decimis dati erant, amputavit simul verba sequentia proferens: Gladium quidem tibi dedi; sed non brachium. Verba اخ ماجد praedicati loco sunt, cuius subiectum هو omissum est. Voci سيف casus genitivus tribui potest, ut cum particula ك cohaereat et vox ما nonnisi coniungendo inserviat (conf. Gram. Ar. T. I. p. 539.). Similis loquendi modus in sequente hemistichio cernitur (metr. Wafir): Instar ossis fracti, quod frangitur, donec.... Voci (scil. العظم) autem si casum nominativum das, subiectum est. Sic quoque in versu vox سيف, si casum nominativum obtinet, vox ما autem ea est, quae a grammaticis كافّة i. e. quae rectionem impedit, appellatur (conf. Anthol. gram. p. ١٣ text. Ar.). Idem in loco Corani (Sur. 15, 2.) in voce ربما invenitur. Suffixum verbi تخنه tam ad Ahmruum quam ad gladium referri potest. Versus autem tertius cum primo potius quam cum secundo sensu cohaeret.

XXVII.

Dixit Alaswad b. Samaah b. Almoththaleb b. Naufal.

(In altero exemplari est: Almoththaleb b. Asad b. Ahbd-Alohssa.)

Filium suum Samaah b. Alaswad, qui die pugnae Badr anno secundo Hedjr. pro gente Koraisch pugnans cecidit, doflot. Nomen Samaah particulam adnatam in posteriore ungulae ovis parto designat. Tum per metaphoram in aliis rebus quam ungula adhibetur. Dixit Doraid b. Alzimmah (metr. Redjes): O! utinam ego in ea camelus triennis essem citato cursu celeriter currens, ducens camelam pilis abundantem circa ungulas, quasi ovis robusta esset. Tribuunt quoque voci inter alias significationes cum ista re ungulis adnata comparantes vilium hominum significationem. Sic in versu (metr. Wafir): Domini, qui regionis Nedjd dignitatem defendunt, tu autem in vili plebe numeraris (Vocem جراثيم cum Nunnatione efferas).

1. Num ea flet, quod camelum amisit et num vigiliae eius somnum impediunt?

(p. 398.) Interrogare videtur poeta, si verba spectantur; sed re vera rem reprobat. Dicendum erat من أن يضل ; sed praepositiones ante vocem أن abiicere Arabibus in usu est. Horum versuum causam sequentem fuisse narrant. Gens Koraisch apud locum Badr victa suis, ne occisos deflerent, donec caedem ulti essent, interdixerat, timebat enim, ne Mohammedes cum sociis gaudium inde perciperet. Alaswado, qui magno amore filium suum Samaah amplectebatur, tres filii occisi erant, Samaah, Ahkil et Alharits appellati. Hos ut defleret, vehementer quidem cupiens gentis suae voluntati adversari nolebat. Aliquo die audiens fletum mulieris, quae camelum amissum quaerebat, eum ducenti, caecus enim erat, imperavit, ut quaenam fletus causa esset, videret, fieri enim posse, ut gens Koraisch occisos deploraret. Quae res si esset, se filium suum deflere in animo habere, quippe moerore ipse conficeretur. Et quum audivisset, mulierem, amissum camelum quae quaereret, flere, sequentes versus dixit.

2. Ne iuvencum camelum plores; sed ob pugnam Badrensem, ubi virorum fortunae diminutae sunt!

Vituperat mulierem, quod tam parvam rem, camelum iuvencum amissum, deploret; viros illos in loco Badr occisos potius deplorandos esse. Scholiastes dixit, verbum تقاصرت a verbo قصر cum nomine actionis قصور (debilis fuit) potius derivandum esse, quam a verbo قصر cum nomine actionis قصر (brevis fuit), quamvis et hic derivandi modus quodammodo ferri possit. Ut illum priorem explicandi modum illustret, plures loquendi modos aut magis aut minus ad rem pertinentes adferens operam dat. Admisso autem posteriore explicandi modo, vocem تقاصرت voci تطاولت oppositam esse et praepositionem على locum praepositionis ب occupare, ut sensus sit: in loco Badr. Ratione autem habita particulae لكن (conf. Gram. Ar. T. I. p. 565. et Anthol. gram. p. ١٧ text.) praepositioni على eadem significatio quam in praecedente tribuenda videtur, ut ex priore phrasi verbum ابكي plora, unde praepositio pendeat, supplendum videatur. Ego sensum ita constituo, ut ante vocem بدر antecedens قتلى (occisos) aut simile quid omissum putem, et cum hoc postrema verba تقاصرت الجدود coniungam. Vocem

الجدود dictam puto pro جدودهم, ut vertam sscd plora occisos loci Badr, quorum fortuna interiit. Particulae لكن et nexus, quo cum praecedentibus cohaerent, ratione nulla habita ad verbum verti potest: Sed in loco Badr fortuna interiit (ut hanc ob causam potius plorandum sit). Quum in loco Badr multi occisi sint, pluralis الجدود (multorum fortuna) locum habere potest, et qui voci vitae significationem tribuerunt, eam longius petiisse videntur. Utrum autem verbo تقاصرت prior an posterior significatio, quam adnotavi, tribuatur, non multum differre videtur.

3. Eheu! post eos viri imperio potiti sunt, qui, si dies Badr non fuisset, non regnarent.

Scholiastes dixit, Abu-Sofjanum b. Harb, qui principibus occisis imperio potitus esset, significari; sed poeta viros, qui ob casum illum adversum principes gentis facti essent, vituperare noluit; nil nisi fortunam adversam queritur, qua factum esse dicit, ut illi regnarent. Dies Badr est dies proelii Badrensis anno secundo Hedjrae commissi.

XXVIII.

Narrarunt, duos viros e gente Asad Izpahanum venisse et in loco Rawend appellato cum pagi praefecto fratrum amicitiam coinisse. Uno Asadita mortuo duos amicos relictos super sepulcro mortui duobus poculis exhaustis tertium in sepulcrum effudisse. Altero quoque mortuo Asaditam sequentes versus canens et unum poculum bibens duo super sepulcra effudisse. Izpahana anno vicesimo secundo sub Omari imperio expugnata est (Abulf. Ann. T. I. p. 248.). Rawend autem locus ditionis Izpahanae est. Vox دهقان origine Persica hoc in loco aut unius pagi aut plurium pagorum praefectum designare videtur. Versus sequentes in Ebn-Challikani opere p. ٩١ ed. cl. Wustenf. leguntur pluribus aut mutatis aut omissis aut additis.

1. O amici mei duo! expergiscamini, diu enim somno indulsistis! Obsecro vos, somnum vestrum non finietis!

Mortuos, quos dormientes esse fingit, alloquitur rogans monensque, ut expergiscantur. In verbis طال ما duplex explicandi modus reperitur, quorum unus est, quo vox ما a grammaticis كافة appellata rectionem antecedentis impediens, cum voce طال coniuncta in unam vocem quasi coalescit. Inde fit, ut verbum non amplius verbum sit; sed cum voce ما coniunctum particulae locum teneat. Nil quoque impedit, quominus vox ما a verbo طال separata scribatur, (quemadmodum in textu versus nostri invenitur) et cum sequente verbo significationem nominis actionis (طال رقودكما diuturnus est somnus vester) offerens cogitetur. Si prior vox tanquam cum illa coniungenda habetur, cum illo scribendo coniungatur; sin altera ponitur, separatim ponatur necesse est (conf. Harir. p. ١٥ schol.). In explicanda voce اجدكما scholiastes sententiam Sibawaihii grammatici adnotavit, accusativum modo nominis actionis, quod antecedenti confirmando inserviat, e verbo omisso pendere (conf. Gram. Ar. T. II. p. 113.). Similem rationem esse in interrogando verbis اجدك لا تفعل كذا, quasi اجدًّا dixerit, nisi

quod haec nonnisi cum altera coniuncta repcriatnr. In eo autem, quod confirmando inserviat, similem osse voci حقا, in eo quod separatim posita non sit, rationem vorborum جهدك et معاذ الله eam sequi. Djcuharius eodem sensu vocem اجدك cum vocali Fatha et Kesra pronunciari posso adnotavit. Alazmäihus in Djeuharii opere citatns verbis sensum tribuit اجد منك هذا »Num per serium ex te hoo (est)?«, ut casus accusativus ob abiectam praepositionem positus sit. Grammaticus Abu-Ahmru dixit, sensum osso ما لك اجدا منك »Quid tibi? num per serium ex te?«, et accusativum modo nominis actionis positum esse. Grammaticus Tsahlab deniquo discrimon inter vocalem Kesra ot Fatha statuit dicens, vocem اجدك noonisi cum vocali Kesra, vocem وجدك autem cum vocali Fatha enunciandam esse. Idem ex alio scriptore adlatum est in beat. do Sacyi Anthol. gram. p. 467 sq. Quod vero poeta negationem لا ante vorbum تقضيان adhibuit, id ea causa adductus fecit, ut rom futuram indicaret, nam negatione ما adhibita status pracsens significatur. Post primum vorsum in Ebn-Challikani opere sequens additus est: امن طول يوم لا تجيبان داعيا كانّ الذى يسقى المدام سقاكما »Num per longum diem vocanti non respondetis, quasi is, qui vinum propinat, vobis propinat«.

2. Nonne scivistis, mihi neque in toto loco Rawend neque in loco Chosak amatum praeter vos esse?

Mortuos quasi vituperat, quod ipsum reliquerint, quum aliis amicis in duobus locis, ubi versetur, careat; sed revera mortuos tanquam amicos unicos lamentatur. Vidimus unum locum Rawend in regione Izpahani esse; altor, quem vicum proprio خزاق appellatum esse in margine codicis Mersukii legimus, a priore hand longo spatio distat conf. Ebn-Challik. p. ٢٩. Vocem خزاق tam cum Nunnatione quam sine ea efferri posse, in codico adscriptum video. Particula interrogandi ا quum sensu negationi, dum non affirmat (موجب), similis sit, fit, ut, si particula negandi addatur, duae voces (tanquam duae negationes) affirmando inserviant. Voces autem has, quae modo iuramenti audienti rem affirmont, particula negandi ما, quae post iuramentum adhibetur, sequitur. Simili modo verba: Deus scit, Dous testis est, modo iuramonti adhibentur. Sic in versu (metr. Camel): Profecto! scio, venturam esse mortem, post quam mihi neque metus neque inopia est, verba لقد علمت in confirmando modum iuramenti sequuntur, nam, si res aliter se haberet, sententia consequens iuramenti (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.) non sequerotur. Verba ما لى etc. loco obiecti e vorbo تعلما pendentis sunt, quoniam verbum علم[1]) pro عرف (novit) positum est. Eadem ratio in verbis Corani (Sur. 2, 61·) et in versu antea citato est; in hoc enim verbum علمت sequentibus confirmandis inservit. Hoc verbo efficitur, ut opinio et narratio, qua a veritate aliena fiat, exclusa sit. Littera autem ل, cui primus locus est, impedit, quominus verbum علمت regat. Re sic se habente vorbum لتاتين unius obiecti locum tenet, quod a verbo علمت, cui verbi عرفت significatio est, regitur. Loco vocis حبيب in codice Mersukii صديق legi, ex scholiis ipsis videmus, in quibus vocibus من صديق casus nominativus, tanquam nomini vocis

---

1) Si verbum علم suam significationem habet, ad verba a grammaticis افعال القلب appellata pertinens, cum duobus obiectis construendum est. conf. Gram. Ar. T. II. p. 296. 380 sq.

ﻟﻪ tribuitur, dum praepositio من genus negaude complectitur (استغراق) conf. Gram. Arab. T. II. p. 414. Anthol. gram. p. ١٣ l. 13. 15. et ٨٠ l. 9. Nec non in Ebn-Challikani opere صديق invenitur. Vox سوى pro غير locum adiectivi neminis صديق eccupat.

3. Super sepulcra vestra vinum effundo, quod si vos non accipitis, tumulos vestros rigabit.

Hic versus in Mersukii codice pest sequentem locum ebtinuit. In Ebn-Challikani epere erdine septimus est. Se consuetudiui fidelem eandem pest mortem erga amicos agendi rationem sequi, quam erga vivos secutus sit, ut illis duo pocula porrigat, si ipse unum accipiat. Videmus in carmine post Mehammedis tempus compesito censuetudinem vini bibendi lege Mohammedis interdicti (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 102.) retentam esse. Quae res multis in consuetudinem venerat, ea nec statim tolli peterat, nec unquam emnine ex Arabibus remota est. In Perside autem, ubi carmen dictum est, istum morem et magis invaluisse et diutius retentum esse existimamus De vino ex dactylis parate, quod nonnulli licitum putabant, hoc in loco cogitari non potest. Verba من مدامة loco ebleeti sunt et praepositie من parti portienique rei (للتبعيض) indicandae inservit (Gram. Ar. T. I. p. 489.). In posteriore parte in Mersukii cedice فان لم تذوقوا ابل ثراكما »et si id non gustabitis, humum vestram rigabo« legitur, qui legendi modus in scholiis, quippe quae ex Mersukii opere desumta sint, explicatur. Primum triplicem preuunciandi modum cum vocalibus Fatha, Dhamma et Kesra in verbo ابل indicat modeque grammaticorum explicat. Rem fieri pesse, qnoniam secunda littera radicalis, licet forma in fine mutabilis sit (معرب conf. Gram. Ar. T. I. p. 395. Anthol. gram. p. 186.) in tertiam inseratur. Dum vocalis (حركة) a secunda littera radicali in primam (Littera ف et ع sunt prima et secunda littera verbi فعل, quod grammaticis normae est) transfertur, duae litterae quiescentes (i. e. vocali destitutae) eccurrunt. Tum aut vocali Kesra adficitur, quae in eccursu duarum litterarum quiescentium propria est, aut vocali Fatha, quae prenuntiatu levis est, aut denique vocali Dhamma, quae antecedenti aequalis est et omnes Arabes in inserenda littera in fine verbi, cuius vocalis mutabilis (معرب) est, unam vocalem loco alterius ponunt. Quod vero ad formas, quarum finis mutationi ebnoxius non est, adtinet, alii duplicem litteram preferentes ارددْ, alii unam litteram alteri inserentes رُدَّ dicunt; etsi forma in fine mutabilis non est. Modus autem litteram inserendi primum in formis, quarum finis mutabilis est, in usu erat et inde in formas immutabiles translatus est. Vox جثوة terrae congregatae significationem habens, cum plurali جثى sepulcri tumulum designat. Dixit Ahdi b. Said (metr. Chafif): Sciens ea, quae vult, sincere animo, castus, super sepulcris suis immolans. Scholiastes dixit, poetam velle, eum reguum a maioribus accepisse. Hoc simile verbis Hassani esse (metr. Camel): Filii Djafnahi circum sepulcrum patris sui, sepulcrum filii Mariae, generosi, excellentis sunt. Nil queque obstare, quin poeta in illo priore versu dicere voluerit, eum super sepulcris camelos, ut homines cibet, mactare, quippe homines illius temporis pro mortuo beneficia in pauperes conferre consueverint.

(p. 400.) *4. Apud sepulcra vestra maneo inde non abiens per longas noctes, nisi quum bubo vester respondet.*

Se tanto mortuorum desiderio teneri dicit, ut per longas noctes sepulcra relicturus non sit, donec signum eorum acceperit. Verba لست بارحا quum statum poetae ad sepulcrum stantis describant, loco accusativi sunt. Verba طوال الليالى casum accusativum obtinuere, quod tempori definiendo inserviunt aut cum voce بارحا aut cum verbo اقيم, quod ego praefero, coniungenda. Particulae او significationem scholiastes particulae الا tribuit, ut exceptionem (استثناء) indicet (conf. Kam.). Nil vero obstare videtur, quin eidem significatio verborum الى ان donec detur, quae significatio Djeuharius exemplo verborum لاضربنه او يتوب »Profecto eum verberabo, donec poenitentiam ostendit« usus adnotavit, sed ob particulam ان omissam verbo sequenti forma futuri Nasbati convenit, quae res a Kamusi auctore adnotata est. Posterior versus pars consilium poetae apud sepulcra illa per noctes manendi illustrat, nam tempus accuratius definit. Se inde abiturum esse dicit, nisi mortui ipsi roganti responsum dederint. Quasnam res mortuos interrogaverit, poeta non dixit. Cum mortuis ipsis communionem sermonis habere et post mortem societatem pristinam colere vult. Haec quoque res causa est, cur noctis tempus elegerit, et in sepulcra duo pocula effuderit; noctu enim vinum bibentes confabulati erant, et nonnisi noctis tempore illa avis, in quam animam transiisse putabant, volans vocem edere dicebatur. Quae autem hac in re inter varias Arabum gentes variae opiniones exstiterint et quomodo orta illa apud Arabes veteres de ave opinio mutata sit, dici non potest. Hominum animas morte non interire; sed in animalium corpora transire pervulgata opinio ad Arabes quoque pervenisse videtur, ut inde prima origo petenda sit. Huius avis duo Arabibus nomina sunt صدى et هامة, quae voces num eiusdem an diversae significationis sint, non liquet, quamquam Arabum lexicographi unam vocem alterâ explicant, sed ita, ut ex diversis, quas adnotarunt, significationibus, eos dubitasse appareat. Djeuharius vocem الصدى marem bubonis, tum Alahbbasi auctoritate nixus eam gryllum noctu stridentem esse; sed maiorem locustâ, et diversam a locusta (جندب), quamquam homines eandem esse putent, denique vocem Echus significari dicit. Seriore tempore vivens Firuzabadius plures significationes adferens dixit, voce significari virum tenui corpore praeditum et corpus hominis post mortem, et interiorem partem capitis cerebrumque et gryllum noctu stridentem et avem prodeuntem e capite occisi, quum corrumpatur. Hanc esse opinionem ante Islamum usitatam. Voci هامة avis nocturnae eiusdem, quae الصدى appellatur, significationem tribuens, verba poetae Dsu-l'Rommah citavit (metr. Basith): فى ظل اخضر يدعو هامة البوم In umbra viridi vocat mas noctuae et simul Arabum opinionem adnotavit »Animam occisi, cuius caedem ulti non sint, in illam avem mutari et apud sepulcrum clamare: Bibendum mihi date, bibendum mihi date! eandem avolare, quum caedem ulti sint«. Firuzabadius in Kamusi opere dixit, voce هامة caput cuiuslibet rei et avem nocturnam eandem, cui nomen الصدى sit, significari. Duplicem igitur opinionem apud Arabes invenimus, unam, qua avis illa e capite mortui, tanquam sede animae, prodit, alteram, qua ossa mortui in talos aves mutantur. Illis avibus noctuas significari, verisimile est. In Hamasae loco (p. ٥٧٦ v. 5.) ex ipso sepulcro, e loco ubi mortuus iacet,

avem clamare legimus et in Hamasao loco p. ٣٥٠ v. 6. conf. p. ٣١٠ l. 13. isti avi notitia viventium adscribitur. Mersukius ad istum locum dixit, istas aves volare et viventium res explorare. Versuum horum autem auctores multo tempore post Mohammedem vixerunt et fieri potest, ut seriore tempore viventes poetae simpliciorem vetustatis opinionem exornaverint. Mohammedes in verbis, quao traditione ad nos delata sunt, rem omnino negavit conf. Hamas. p. ٤٥٤ l. 3.

5. Usque ad mortem vos deplorabo; sed quid eiulanti prodest, quod vos deplorat?

Quamquam scit nil prodesse fletum, nihilo minus tamen eos usque ad mortem deflebit. In hoc maximi moeroris indicium invenimus. Vox أن autem cum vocali Fatha aut cum Kesra pronunciatur. Si illum modum sequeris, cum verbo coniuncta vox loco nominis actionis est, quoniam subiectum verbi يرد casum nominativum haberet; sin hanc admittis, conditionem poeta protulit, cuius sententiam consequentem verba praecedentia indicant, dum subioctum verbi يرد voce ابكيكما, (sc. eius nomine actionis) indicatur. In Tebrisii commentario sive auctoris vitium est, qui Mersukii textum haud beno excerpserit, sive scribae, verba mutilata sunt, nam sic legendum est: وجوابه يدل عليه ما تقدمه وفاعل يرد ما يدل عليه ابكيكما من مصدره. In verbis autem وما الذى etc. sermonis rationem relinquens in aliam transiit. In Ebn-Challikani opere loco vocis عولة legitur لوعة (ardor in corde).

6. Somnus inter carnem cutemque se insinuavit, ac si pocillator vinum vobis bibendum dedisset.

In hoc versu, qui in Mersukii et Ebn-Challikani opere non legitur, mortem cum somno profundo comparavit et eam sempiternam esse significaturus dixit, somnum in corpus ipsum penetrasse, ut indo non abiret. Mortuos autem cum viris vino subactis, qui somno profundo obruti sunt, contulit. Post hunc versum in Ebn-Challikani opere sequens legitur: فلو جعلت نفسى لنفس وقاية لجدت بنفسى أن تكون فداكما »Et si animâ meâ anima servari posset, animam meam pro vobis lubenter dedissem«.

XXVIIII.

Dixit Ahbd-Almalicus b. Ahbd-Alrahim Haretsita, cui cognomen Abu-l'Walid erat, Syrus, metaphysicus[1]), poeta.

1. Profecto! ego iis, qui sepulcris conditi sunt, invidus sum, quod Saihdus inter sepultos habitat.

Moerorem ob defunctum manifestat dicens, se optare, ut mortuus sit et quum mortuus non sit, se defunctis invidere, qui mortui Saihdi societate fruantur. Quum mortui non omnino desinere putentur, sepulcra habitacula mortuorum appellantur.

2. Eius morte adflictus sum tempore, quo mei inimici multi erant et ego nullum praeter eum adiutorem advocabam.

Causam maximi moeroris indicat. Virum, in quo omnem fiduciam ponere posset, tempore ipsi ereptum esse, quo contra multos inimicos nullius praeter eius auxilium implorare

1) Quo tempore poeta vixerit, nescio, vix autem dubito, quin post Mohammedis tempus exstiterit. Si ante Mohammedem aut primo post Mohammedem tempore fuerit, vox كلامى metaphysicum designare non potest.

posset. Forma verbi sexta maximam iuimicorum contra poetam coniunctorum multitudinem fuisse indicat. Quod vox سواء, qua ros excipitur, aute res, o quibus excipitur, anteposita est, sermonis vim auget.

3. Eique similis erum, qui gladio suo uti non potest, dum sitibundi, ulciscentis cuspis eum penetraverat.

Ut ostendat, quantam iacturam passus sit, so cum viro comparat, qui contra ultorem secanto gladio instructum, qui in eo est, ut ipsum occidat, defendero se non potest. Vocem حران addidit, ut significaret, ultorem cupiditato ulciscendi incensum esse et vehementer instaro. Quo vehementius autem altor urgobat, eo magis ei auxilium necesse erat.

4. Eum visitaturi advenimus et tristitiae maximae et doloris interni in animo occulti hospitio liberaliter nos excepit.

Absens poeta, ut videtur, cum sociis quum rediret, virum mortuum inveniens summa tristitia adflictus est; sed fieri potest, ut poeta absens non fuerit, sed ut rom more pootarum exornaturus sic locutus sit. Moerorem cum opulis comparat, quibus adveniens hospes lauto oxcipitur. Moeror appellatus est morbus internus, qui quum in exterioro corpore non tanquam morbus appareat, vocem المخامر addidit.

(p. 101.) *Et nos segetem reportavimus, quae in pectoribus nostris creverat et iam lacrymis celeriter fluentibus rigatam.*

Hoc in versu tristitiam cum semine comparat, quod a mortuo ipsorum animis iniectum sit et cuius planta crescens a lacrymis tanquam a pluvia irrigata in dies crescat. Addita voce البوادر copiam lacrymarum significat, quo enim maior in oculo lacrymarum copia est, eo celerius ex oculo defluunt.

6. Et quum praesentes essemus, ut eius haereditatem divideremus, magna dona et facta praeclara invenimus.

Hoc in versu summa mortui laus est. Quum summam liberalitatem exercuisset, suis haeredibus opes non reliquit; sed liberalitatis et factorum praeclarorum gloriam, quae in posteros transiit, nam apud Arabes maiorum gloria posteris quoque laudi erat. Vox لهوة proprie rem designat, quam molitor in molam iniicit, dum in dona et, ut nonnulli dicunt, dona praeclara translata est. Ad significationes vocum اللهى et المآثر amplificandas adiectivum addidit, quod more poetarum anteposuit. Vocem autem المآثر sensu cum prioro non ita coniungendam, puto, ut, quae beneficiis collatis sibi comparaverit, merita significentur; sed virtuto et iustitia praeclaro gesta; laus enim illa nobis nimis augusta videtur.

7. Et silentio responsum suum nobis dedit et quam praeclare locutus est, licet verbis non respondit!

Quale responsum fuerit, poeta non explicavit; sed nonnisi responsum laudavit. Res autem sic so habere videtur, ut, quum eum interrogassent, quomodo ipsis agendum essot,

exemplo suo doceret, virtutem colendam esse, ut post mortem laudis participes fierent tantae, quanta mortuus ornatus fuerit. Scholiastes dixit, loquendi modum similem esse verbis dicentis: Terram interroga: Quis (in Mersukio n b i s i t, q u i) fluvios tuos diffidit et arbores tuas plantavit et collegit fructus tuos? et si tibi loquens non respondet, tamen exemplis propositis tibi respondet. Sensum desumtum esse ex verbis Graeci cuiusdam, qui ad funus Alexandri stans dixerit: Diu est, quod haec persona verbis suis nos monuit; sed nunc silentio suo nos magis monet. Bene quoque poetam Abu-l'Ahtahijah (De hoc poeta conf. Citab-Alaghani) dixisse (metr. Wafir): T e m p o r e v i t a e t u a e m o n i t a m i h i e r a n t; t u a u t e m h o d i e (m o r t u u s) m e l i o r m o n i t o r e s, q u a m v i v u s e r a s. Poeta Zaleh b. Abhd-Alkoddus dixit (metr. Chafif): Q u a e n a m r e s t e i m p e d i v i t, q u o m i n u s r e s p o n d e r e s, o o r a t o r d o c t e e t p r u d e n s, m o n i t o r? s e d s i l e n s e t n o n r e s p o n d e n s o p t i m e m o n u i s t i. Vox رجع significationem participii passivi habet. De verbo admirandi ابلغ conferas Gram. Ar. T. II. p. 218 et 585. Praepositio من pronomini in voce به explicando (للتبيين) inservit.

XXX.

Dixit mulier e gente Schaiban.

Ante Mohammedis tempus vixit, quum pugnae ad locum Aihn-Obagh (v. 2.) mentionem fecerit c o n f. Meidan. T. III. P. 1. p. 588. et Hamas. p. ٤٠٢ l. 12.

1. Et dixerunt: Laude dignum e vobis occidimus! Sic generosi lanceis maxime expositi sunt.

Prior pars versus narrationem explicat, posterior causam rei narratae adfert. Non mirum esse, quod vir laudo dignus in isto proelio ceciderit, quippe vir fortis morti se exponat, ut ista animadversione fortitudinis laus contineatur. Obiectum ماجدا verbo suo, ut vis sermonis augeretur, anteposuit; vox منكم locum adiectivi, quo vox ماجدا describitur, tenet; propositio autem tota locum obiecti verbi قتل occupat. In scholio autem scholiastes nullam eius rationem habuit, quod versus feminae tribuitur; adhibet enim formas masculini, ut قوله etc. Posteriore autem versus parte responsum prioris continetur, quasi dixerit: Respondeto! (alloquitur gentem, vel ut Mersukius melius adtulit; respondeo autem (فاجيب والرمح). Suffixum ك in voce كذلك, quum alloquendo inserviat, nullum in constructione grammatica locum occupat c o n f. Gram. Ar. T. II. p. 596. Similis loquendi modus (sed frequentius responsum post interrogationem adfertur) in Corani loco Sur. 40, 16. invenitur.

2. Apud locum Aihn-Obagh cum morte dividimus; sed ea optimam partem dividendo obtinuit.

Quod optima gentis pars in isto proelio cecidit, istam rem tanquam gentis distributionem describit, qua morti in distribuendo melior pars contigerit. Simili modo poeta in sequente hemistichio locutus est (metr. Thawil): تسمنى دهرى بنى بشطره T e m p u s f i l i o s m e o s, d i m i d i u m s u u m s u m e n s, m e c u m d i v i d i t. Nomen اباغ a verbo obsoleto ابغ derivatum esse Abn-l'Ahla adnotavit, alii autem a verbo بغ vocem deducunt. Vox قسمنا **(p. 402.)**

aut tanquam prima pluralis persona aut tanquam tertia singularis cum suffixo pronunciari potest, qua in diversa ratione sensus idem manet, construendi modus autem variatur, ut vox المنايا aut accusativus obiecti, aut nominativus subiecti sit. Alterum autem obiectum, quod verbum قسمنا requirit, vox الناس (homines) aut الاصحاب (socii) omissum est. Vox قسيم aut loco vocis قسم (portio) aut loco vocis مقسوم (res divisa) posita est. Grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi [1]) Namiritam refellens ex more suo proverbium, quod apud Meidanium C. 19. 29. legimus, adnotavit et duos viros hoc in carmine deploratos esse dixit. Huic versui similia esse alius poetae verba (metr. Thawil): Quotiescunque mors cum Ebn-Misbalo fratrem unum dividit, is dimidiam mortis partem non accepit (in Mers. يرض); is sine portione rediit, ea autem (mors) eius partem (in Mers. قسمة) abatulit cum sua parte coniungens. Utinam (ea) inveniat cum ipsa dividentem, qui eam iniuria adficiat! [2]). Versus composuisse filiam Farwahi b. Masuhd, ut Farwahum et Kaisum, filios Masuhdi b. Ahmir b. Ahmru b. Abi-Rabiah deploraret. Illos occisos esse cum Almondsiro Dsu-l'Karnain die pugnae Aihn-Obagh, quo die Almondsirus a Schamiro b. Ahmru Hanefita occidebatur, qui cum Alharitso b. Abi-Schamir Ghassanida esset [3]). Is autem Almondsirus b. Amru-l'Kais, cuius mater Ma-assema Namirita esset, fuisse dicitur. Narrant Almondsirum isto die dixisse: Generosus ad locum, ubi prosternitur, venit.

XXXI.

Dixit Ohtajj b. Malec Ohkailita.

Grammaticus Abu-l'Fath duplicem nominis Ohtajj derivandi modum proponit. Aut derivari posse dixit a participio عات, ita ut pronunciandi modus lenior redditus sit, aut a nomine actionis عتو, quod, postquam nomen proprium factum sit, deminutivi formam acceperit, modo, quo a nomine فضل formetur vox فضيل.

1. O Ahdda! quis camelis velocibus, quarum ungulae laesae sunt et noctis hospitibus, qui noctu advenerunt, ad deversandum erit?

Mortuum alloquitur, cuius mortem deplorat, dum eius hospitalitatem laudat. Neminem iam superesse, qui talem hospitalitatem exerceat, queritur. Vocem يعملة nonnisi in camelis feminis describendis adhiberi, grammaticus Chalil adnotavit sequente versu citato (metr. Basith): Semper sum in sella celeris, rubicundae, velocis cameiae aut velocis cameli. Verba يعمل جمل sunt pro جمل يعمل; verba autem على جفا statum describunt.

1) Videmus ex hoc loco collato Abu-Mohammedem Alahrabi eundem esse quam Ebn-Alahrabi, nam Mersukius versum citat eundem ab Ebn-Alahrabio prolatum.

2) Poeta rem sic descripsit, quasi morti pars fratris esset; sed illa totum hominem auferret, nulla eius parte alteri relicta. Haec iniustitia est, cuius mentionem fecit.

3) In Haririi p. ٣١٠ scholiis postremum Ghassanidarum regem e gente Djafnah ab hoc ortum esse legimus. Djebelah b. Alaiham postremus rex, qui tempore Ohmari ad Graecos fugit, filius Abu-l'Haretsi Alazghar, qui filius Alharetsi Alahradj (الاعرج) cognominati dicitur. Hic denique filius erat Alharetsi Alacbar الاكبر cognominati, patris Schamiri, filii Ahmrui, qui cognomen Almoharrek gerebat. Hic primus erat, qui e gente Djafnah oriundus in Syria regnavit. Conferatur Ebn-Kotaib. p. 162 sqq.

Haec autem verba addidit, ut necessitatem hospitalitatis, quum cameli summopere fatigati via pergere non possent, ostenderet. Ungulas laesas habentes camelos appellavit, ut magna difficiliaque itinera fuisse indicaret. Post verbum بيتو obiectum الحى aut simile quid supplendum est.

2. O Ahdda! te mortuo in vita nulla voluptas est et amico ob amicum nullum gaudium.

Maximam se iacturam passum esse indicat eo, quod dicit, omnem voluptatem **(p. 403.)** e vita evanuisse tantopere, ut amicus amico non amplius gaudeat. Posteriori parti si sensus rectus inest, poeta nil significare potest, nisi quod, quum talis tantusque vir morte abreptus sit, quilibet amicus, ne amico morte privetur, timeat.

3. O Ahdda! Tristitia mea ob te levis non est et patientia, si mihi contingeret, pulchra non esset.

Magno igitur moerore se confici et si in tanto infortunio, quod reparari non posset, solatio frueretur, hoc levis animi laude dignum non esse.

XXXII.

Idem eodem metro utens dixit.

1. Ac si ego et Alahdda noctu profecti non simus et emaciatos (camelos), quibus leniter celeriterque incedendi modus est, non propulerimus,

Morte ereptum sibi amicum, quocum tot tantaque itinera fecerit, queritur. Consortium omnium sublatum esse, quasi nullum ipsi cum eo unquam fuisset. Litterae ى in voce كَأنِي metri causa vocalis data est.

2. Sellasque nostras in deserto terrae incultae non proiecerimus et mediam noctem non intraverimus, quando (ad finem) inclinabat.

Quae in priore versu dixerat, ea in hoc magis exornavit. Poeta quum in antecedentibus nomen mortui sine articulo adhibuisset, in hoc versu causam articuli exponit. Nomen origine sua adiectivum, ut الحسن aliaque nomina esse. Adiectiva illa, quum nomina propria, suâ naturâ definita, fiant, sine articulo adhiberi posse, nec non propter adiectivorum naturam cum articulo coniungi. Si articulo destitutum est nomen, adiectivi significatione abiecta nonnisi personae a caeteris hoc nomine distinguendae inservit, sin vero articulum habet, cum nomine adiectivi significatio coniuncta est, ut quasi duplicem vim habeat et indolem personae tanquam cognomen simul designet. Scholiastes adnotavit, poetam ad usum linguae aptius dicere potuisse رحالنا, quia duae sellae duarum personarum significarentur. Hunc loquendi modum in Corano Sur. 66, v. 4. esse (Gram. Ar. T. II. p. 142 sq.). Post verbum نرم supplendum est بانفسنا et subiectum verbi يميل n o x est, dum vox حيث adverbium temporis est. Grammaticus Abu-l'Hasan Alachfasch versum sequentem adnotavit, in quo vox حيث nonnisi tempori indicando inserviat (metr. Madid): V i r o c o n s i l i u m e s t, q u o v i v i t p e r s p a t i u m t e m p o r i s, q u o p e s c r u s d u c i t. Loco vocis تهدى in Mersukii codice تَأنِّي est. In versu poetae nostri vox loco definiendo inservire potest, ut sensus sit: A via deflectimus et ubi nox inclinavit, cum ea inclinavimus. In Tebrisii codice alter legendi modus حين يميل superscriptus est.

XXXIII.
Dixit Abu-l'Hadjna.

Nomen Hadjna femininum adiectivi أحجن (curvus) esse dicunt.

1. Equi generosi Ebn-Kahkahi inter propinquos distributi sunt sine dono pretioque.

Ebn-Kahkahum mortuum esse dicit, ut eius equi generosi inter haeredes distribuerentur. In mentione equorum generosorum laus quaedam fortitudinis est, nam fortes equos generosos sibi comparare student. Verbis sine dono pretioque indicat, eos venditos non esse.

2. Haeredes eos fecisti et solamen in eo, quod haeredes facti sunt, invenerunt; sed ego a te nil nisi moerorem tristitiamque haereditate accepi.

Se aliis opponit. Alii eius haeredes facti sunt et ex haereditate solatium habuere; ipse, qui sincero amore mortuo deditus erat, nil haereditatis accepit. In verbis vituperatio eorum est, qui ex haereditate solatium capiunt. Sunt, qui formae verbi secundae ورث et quartae eandem significationem tribuant; sed grammaticus Abu-Said, secundam formam contra ius haeredem constituere significare, dixit.

XXXIV.
Alius dixit.

(p. 401.) *Quam bonus vir erat, qui in lateribus loci Hajil matutino proelii tempore lancearum Rodainicarum fuscarum cibus factus est!*

Mortuum laudat, qui in proelio ad locum Hajil commisi cecidit. Scholiastes particulam ل cum iuramento omisso pendere, cuius sententia consequens sit, quasi antea dixerit اقسم بالله (per Deum iuro) (conf. Gram. Ar. T. II. p. 612 sq.); post vocem نعم autem laudatum (الفتى) omissum esse (conf. Gram. Ar. T. II. p. 222 sq. Anthol. gram p. ١٣١ text. Ar.). Versus construendi modum Mersukius sequentem adnotavit. Vox اكل casum accusativum habet tanquam praedicatum verbi اضحى, voces باكناف حائل loco definiendo et غداة الوغا tempori definiendo inservientes cum verbo اضحى cohaerent. Hic autem explicandi modus facilior verbisque aptior mihi videtur. Alios quoque interpretandi modos Mersukius adferens dixit: Licet quoque esse verba باكناف حائل praedicatum (verbi اضحى) et vocem اكل statui describendo (subiecti verbi اضحى) inservire. Nil autem impedire, quominus accusativus verborum غداة الوغا e verbo supplendo pendeat, cuius existentiam voces باكناف حائل indicent; tum nil obstare, quin vox ista a voce اكل regatur, quum haec vox (اكل) nomen actionis non sit, quippe cum isto coniuncta in verba priora vim grammaticam non exerceant. Verba haec per se obscura, glossa marginali in Mersukii codice lucem quodammodo accipiunt بل هو فى معنى اسم المفعول اى ماكول الردينية فى هذا الوقت فيجوز تقديم الظرف عليه كقولك رايت امس غدا مقتولا اى مقتولا غدا „Sed potius sensum nominis participii passivi habet i. e. cibus (id quod editur) lancearum Rodainiearum hoc tempore. Licet praemitti vocem tempori definiendo inservientem, quemadmodum dici potest: Vidi heri mane occisum i. e. vidi heri occisum mane. Addo quoque glossam marginalem, Ebn-Abbaso tributam, qua loco lucem adferri potest:

اضحى يجوز ان يكون تامة وفاعلها مضمر وباكناف حائل حال من الضمير الذى فيه او متعلق به تعلق المفعولية وغداة الوغى يجوز ان يتعلق باضحى ويجوز ان يتعلق باكناف حايل اذا كان حالا واكل الردينية يجوز ان يكون خبرا اذا كان اضحى ناقصة وحالا من ضمير اضحى او من الضمير المستكن فى قوله باكناف وغداة يتعلق باكل لانه وان كان مصدرا فى اللفظ لكن فى معنى اسم المفعول فان قلت ايجوز ان يكون حالا من الضمير الذى فى قوله باكناف حائل احسب عنه بانه لا يجوز لان ذلك الضمير ضمير جثة وظروف الزمان لا تكون اخبارا من الجثث وكذلك ايضا لا يكون صفات ولا صلات ولا احوالا منها وكذلك لا يجوز ان يكون خبر اضحى ولا حالا من فاعلها ان جعلتها تامة.

»Verbum اضحى fieri potest, ut perfectum (i. e. ut in eo ipso simul praedicatum sit Gram. Ar. T. II. p. 3 not., dum eius subiectum est pronomen (tertiae personae in verbo conf. Gram. Ar. T. II. p. 542.) et verba باكناف حائل aut statui pronominis describendo inserviant aut modo obiecti cum eo coniuncta sunt. Verbo autem غداة الوغى coniungi possunt aut cum verbo اضحى aut cum verbis باكناف حائل, quum hoce statui describendo inserviunt. Verba اكل الردينية aut praedicati locum tenent, quum verbum اضحى imperfectum est (i. e. praedicatum in eo non est) et statui pronominis verbi اضحى aut pronominis in verbis باكناف latentis describendo inserviunt. Vox autem غداة cum voce اكل cohaeret, nam, etsi ista vox, si formam spectas, nomen actionis est, tamen sensu participium passivi praebet. Si dicis: Potestne fieri, ut statui pronominis in verbis باكناف حائل describendo inserviat, negandum esse puto; id enim pronomen corporis (i. e. quo corpora significantur) est. Voces autem, quibus tempus definitur, ut corporibus praedicato esse non possunt, sic quoque neque adiectivi neque verborum cum eo coniunctorum (صلة) locum tenere neque statui describendo inservire possunt. Sin vero verbum اضحى perfectum (i. e. cui praedicatum inest) esse statuis, neque praedicatum esse neque statui subiecti eius describendo inservire potest.« Scholiastes denique adnotavit, vocem اكل eo, quod cum voce الردينية coniuncta sit, specialem significationem (اختصاص) conf. Gram. Ar. T. II. p. 133. non accipere. Significationem eandem manere, ac si اكلا للردينية »cibus (pro) lanceis Rodainicis« dixerit.

2. *Per vitam meam! Periisti tu, qui avarus non eras et qui portam liberalitatis excusatione utens non claudebas.*

In prioribus rem narraverat, in hoc versu mortuum alloquens liberalitatem, qua in homines usus erat, laudat. Vocem لعمرى explicantes dicunt, litteram ل subiectum indicare, cuius praedicatum قسمى (iuramentum meum) omissum sit; sequens autem ل iuramenti responsum esse (i. e. res continere, quae iuramento affirmantur conf. Gram. Ar. T. II. p. 612.). Scholiastes noster ex Mersukii codice quaedam omisit, quae haud bene omitti poterant. Sic ibi leguntur: كانه قال لعمرى قسمى واللام من لقد جواب اليمين والمعنى بقاى لقد اهلكت. Vocis مزلج interpretandae duplex modus in scholiis propositus videtur, ut voci aut d o b i l i s et t i m i d i aut a v a r i significatio tribuatur. Lexicographi in significatione vocis constituendo haesitasse videntur. Ego avari significationem, quae posteriori versus parti aptior sit, praeferendam puto. Liberalitas cum aedificio comparata est, cuius portam quasi pessulo excusationis clauditur, ut nemo id intrare possit.

3. Ego te deplorabo, dum unius lacrymae fluxum non relinquo et per patientiam finem patientiae (solatium) non quaeram.

Tanto meerere eum adflictum esse, ut nunquam cessaturus sit. Iacturae magnitudinem indicaturus dicit, se solatie semper resistere. Verbis فيص عبرة indicat, se tamdiu ploraturum esse, ut ne una quidem laeryma remaneat. Vex بالصبر est pre بتكلف الصبر neo ut patientiae operam demo. Finis autem patientiae est tempus, que patientia nen epus est; finis igitur patientiae solatium designat.

XXXV.

Dixit Chalif b. Chalifah [1].

1. Me, dum solus sum, vitupero, quod leniter rideo, et interdum is, qui se ulcisci nequit, licet tristis est, ridet.

Tantam merte eius, quem deplerat, iacturam feeit, ut se vituperet, qued leniter tantum rideat, quamquam in risu revera et selatii et laetitiao indicium nen sit. Ut hanc rem prebet, exemplum eius, qui se ulturus est, adfert. Vex خاليا verbo اعاتب inservit ad statum subiecti describendum; sed nisi sensus obstaret, cum verbe تبسمت coniungi pesset. Opponit verbum تبسمت verbo يضحك, quod illud leniter ridendi medum, hoc simpliciter ridendi medum designat. Particula أن cum Fatha aut cum Kesra prenunciari potest. Si illud admittitur, pre لأن (prepterea quod) est, sin hoc, conditienis propesitie censequens verbis اعاتب نفسى contiuetur. Verba وهو حزين vecis الموتور statui describendo inserviunt. In explicanda voce موتور scholiastes adfert, primariam eius significatienem deminutienem, defectum esse, et numerum imparem ea de causa وتر appellatum esse, qued minor quam numerus par sit.

2. In loco Aldair tristitiae meae causa est et quot tristes sunt, quibus paulo infra locum precum in coemeterio moerores sunt!

Se eccisis amicis adflictum esse et multis aliis in coemeterio meereris causam esse. Leci, ubi sepultus est, mentienem fecit. Ante voces اشاجانى et شاجون vecem antecedentem ذو aliamve supplendam puto. Scholiastes inter fermas pluralis اشاجان et شاجون ita distinxit, ut illo paucum, hoc multum significari diceret. Huius autem rei causa in eo est, qued initio versus de una persena, quae socierum mortem deflet, in fine de pluribus sermo sit. In priore formà pluralis maior gradus moeroris in una persena designatus est. De accurata vocis دير hoc in versu significatione dubito. Origine sua ex lingua Syriaca translata vox Christianorum monasterium significat. Loci nemen ex pristino tempere mansisse puto. Ibi secii poetae occisi erant. Sed cum vece دير alterum nemen coniunctum esse coniicio; sed quale sit, nescie; plura enim nomina locerum prepria nemine دير incipientia sunt. Vocem كم, si interregande nen inservit, casus genitivus sequitur (ceufer. Anthol. gram. p. ١٠ text. et Gram. Ar. T. II. p. 66. 574.), ut in nestre leco praepesitie emitti possit. In posteriere autem parte meeror alios mortuos, qui aliis multis causa moeroris erant, spectat. Peeta

1) Vir hic inter eos nominatur, qui traditionum de Mohammede gnari erant. Kam.

cuius socii illo loco occisi erant, se cum iis comparavit, quorum socii morte naturae defuncti in coemeteriis sepulti erant. Vox البقيع hoc in versu est pro vocibus بقيع الغرقد, nomine coemeterii oppidi Medinae. Videmus coemeterium Medinense paulo infra locum, ubi preces publicae habebantur, situm fuisse.

3. Tumuli sunt tumulis circumdati, ad quos si venis, te tanquam hospitem moerore excipiunt, dum ipsi quiescunt. **(p. 405.)**

Coemeterium describit, cuius tumulos cum hospitibus comparavit, ad quos qui venit, non tam cibo lauto quam moerore excipitur; tumuli enim, quum mortuos in mentem revocent, causa sunt, cur advenientes moerore satientur. Sensum similem poeta Ham. p. ٣v. v. 3. obtulit. Vox قرى cum voce شاحبون versus antecedentis ita cohaeret, ut ei appositioni sit, dum voces امثالها voci قرى loco adiectivi sunt. Ante vocem سكون vox ذوات supplenda est, nam pro ساكنة est, dum verba وهن etc. statui describendo inserviunt. Sensus verborum est, tumulos illos, quamquam neque se moveant neque loquantur, tamen tristitiâ implere.

4. Perfecta separatio in eo est, quod tibi res nostra clara non est neque ad nos de tua conditione certus nuntius venit.

Statum mutuum mortui et viventis describit. Separationem talem esse, ut quum tantâ distantiâ invicem remoti sint, unus alterius nuntium accipere non possit.

XXXVI.

Dixit Abd-Allah b. Tsahlabah Hanafita.

1. Omnibus hominibus in campo ante domus coemeterium est et ipsi deminuuntur, dum sepulcra augentur.

Sortem humanam, qua omnibus moriendum sit, deplorat. Qua ratione adductus scholiastes dixerit, sibi voce مقبرة maiorem sepulcrorum numerum significari, quam voce مقبر pro certo non dico; sed dicere videtur, voce مقبر locum sepulcri generaliore sensu significari, voce مقبرة autem coemeterium loci aut oppidi [1]).

2. Domus vestigium non cessat deleri et domus mortuo concessa in campo nova est.

3. Ii virorum vicini sunt. Vicinitas quidem propinqua est; sed locus occursus multum remotus.

In secundo versu vivorum domus mortuorum habitaculis, sepulcris opponuntur. Loco vocis جوارهم in Ebn-Challikani opere loco citato محلهم (locus eorum) legitur. Vox أن post ما superflua est (conf. Amru-l'Kais Diw. p. ٢١ v. 9.). In tertio versu deplorat, quod, quamquam mortui vivis loco tam propinqui sint, tamen mutuus occursus non detur.

XXXVII.

Alius quidam dixit.

1. Ne Deus fratres nostros perdat, qui decesserunt! Temporis casus aevumque eos perdidit.

Mortem fratrum deplorat. Si quis mirans, quod poeta initio versus dixerit: »Ne Deus

1) Primum tertiumque versum anno 175 Iakobus b. Daud, olim Mahdii Vezirus, quum e carcere dimissus fratres suos mortuos esse audivisset, pronuntiasse dicitur conf. Ebn-Challik. No. 840.

fratres perdat!«, siquidem fratres illi iam interierint, ut illa verba sensu carere videantur, interrogat, cur illa verba apposuerit, nil responderi potest, nisi quod verbis istis desiderium, quo vivus impletus sit, significetur. In morem venisse, ut moerorem et desiderium significaturi istis verbis in mortuo deplorando uterentur. Eadem verba alius quidam adhibuit (metr. Thawil): Dicunt, ne pereas! dum me sepeliunt; et ubi locus interitus nisi locus meus est? conf. p. 88. v. 3. Quum voci الابد eadem, quae voci الدهر significatio sit, illa vox nonnisi, ut homoioteleuton metrumque perfecta sint, addita videtur.

2. Quovis die per eos, qui nobis restant, auxilium mittimus; sed nemo eorum ad nos redit.

Deplorat humanam sortem, qua omnibus moriendum sit, ut nemo e sepulcro ad suos redeat. Similis ratio posteriori parti versus tertii paginae ٤٠٥ v. 3. est. Voci بقية duplex significatio tribui poteat, aut reliquae partis, quae vocis origini aptior est, aut optimae partis gentis, ut sensus verbis poetae similis sit (metr. Thawil): ارى الموت يعتام الكرام »Mortem video generosos sibi eligere.

XXXVIII.

(p. 406.) Dixit Alghathammasch Dhabbita (conf. Ham. p. ٤٢٣).

1. Apud Deum queror, non apud homines, quod terram remanere video, dum amici decedunt.

Moerorem ob amicorum mortem ostendens non apud homines, qui hac in re auxilium ferre non possunt, sed apud Deum omnium, rerum auctorem queritur. Huius versus posterior pars Ham. p. ٤٢٣ occurrit.

2. O amici mei! Si res alia quam mors vos adflixisset, vituperarem; sed mors vituperari non potest.

Se quasi excusaturus ad mortuos convertit et dicit, vituperationem mortis inutilem esse. Ut in Mersukii codice est, sic scholiastes اخلاءى legit. Hic idem versus Ham. p. ٤٢٤ occurrit, quem conferas. In codicis Mersukii margine versus hisce sensu similes adscripti sunt, quos hic addimus (metr. Wafir): دع الامال يا رجلُ فما ندرى متى الاجلُ اناس غرهم امل فماتوا وما لهم عمل سالت الدهر تخبرنى عن الاحباب ما فعلوا اجابتنى مبادرة هنا كانوا وقد رحلوا فقلت واين اطلبهم واى منازل نزلوا فقالت بالقبور ثووا واتقوا الله ما عملوا . »Spem abiice, o vir! nam nescimus, quo tempore vitae finis futurus sit. Homines sunt, quos spes fefellit, mortui enim sunt opere non peracto. Tempus interrogavi, ut mihi diceret, quid dilecti fecissent; et celeriter mihi respondit: Hic fuere et iam abiere. Et dixi: Ubinam mihi quaerendi sunt et in quaenam habitacula deverterunt? Dixit: In sepulcris habitant, et Deo opera sua obviam tulerunt.« Videmus in secundo versu vocem فماتوا metro contrariam esse. Syllaba توا breviter enuncianda est aut littera و abiicienda.

XXXIX.

Dixit Arthah b. Sohajjah Morrita.

(Vixit tempore gentis Merwan conf. Hamas. p. ١١٥).

1. Num tu, o fili Lailae, si te exspecto, vesperâ cum iter facientibus advenis, an mane matutino tempore mecum advenis?

Mortui, quem his versibus deflet, desiderium manifestans loquitur. Scholiastes adno-

tavit, poetam litteram Alif vocis انت cum Hamza pronunciandam (Gram. Ar. T. II. p. 66.) cum voce antecedente coniunxisse, qui pronunciandi modus cuidam dialecto proprius sit. conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 59, 4. Narrat, illum filium Lailae ipsius filium fuisse eumque ad sepulcrum matutino tempore accessisse dicentem: Num, si ego ad vesperam maneo, mecum redibis? tum vesperà venientem dixisse: Num, si usque ad matutinum tempus maneo, mana mecum redibis? Quum isto modo agens annum transegisset, verba Lebidi protulit (metr. Thawil): Usque ad annum (ploravi); tum salutem vobis duobus dico (non amplius ploraturus); et qui per totum annum ploravit, iam excusandus est (conf. beati de Sacyi Notice sur le poète Lebid p. 129.). Pro vocibus غدا غد legitur غداتئذ, ut sensus sit: غداة اذ الأمر كذا »tempore matutino, quo res talis est«.

2. Ad filii Lailae sepulcrum steti; nec vero commoratio mea isto loco erat, nisi ploratus tristitiaque.

3. Tempori condona, quod neminem contentum reddit; aliosque, quam eos, quos terra texit, cupe!

Prior versus, in quo poeta agendi rationem describit, sensu versui primo Ham. p. ۴٠ quodammodo similis est. In posteriore dicit, tempus, quod nemini parcat, vituperari iniustum et inutile esse. Verba, ut vis sermonis eleganter augeatur, transposita esse, nemo non videt.

XL.
Alius quidam, cui duo fratres mortui erant, dixit.

(Metrum idem est.)

1. Quasi ego ac Zaifijjus, amicus meus, ei, qui fine noctis ignem accendere vult, non diximus: Ignem accende!

2. Si una tantum manu privatus essem (id ferendum esset); sed quum una manus mea separata est, altera eam statim sequitur.

Morte fratris rem eo redactam esse, ut omnino separati nunquam coniuncti fuisse viderentur. Suam fratrisque hospitalitatem respicit; Arabes enim noctu in locis altis ignem accendere solebant, ut iter facientes allicerent conf. Ham. p. ۲۹۹ v. 1. Similem quam in priore versu loquendi modum invenimus Ham. p. ۴۰۳ v. 2. In posteriore versu maximam se morte fratris calamitatem accepisse, comparatione instituta dicit. Manus homini et ad nutriendum et ad defendendum inserviunt. Qui una tantum manu privatus est, in altera restante auxilium quoddam invenit; sed cui ambae desunt, auxilio destitutus est. Scholiastes posteriorem versum sic explicat, ut vox احدى subiectum sit et verbum رزيتها praedicati locum teneat. Suffixum in voce أنها ad rem القصة aut ad calamitatem المصيبة referendum est. Post vocem رزيتها, sententia consequens, quam vox لو (si) requirit, quum omnibus nota sit, omissa est. Hic versus iterum Ham. p. ۴۸۰ occurrit. In voce خليلي metri causa vocalis addita est

3. Iuravi igitur, me ob mortuum tristitia haud adfectum iri, nam nunc tristitia ob **(p. 407.)** *unius interitum mihi sufficit.*

Hisce verbis moeroris magnitudinem indicat. Tantum esse moerorem, ut totum ipsum occupet et alteri maiori locus non sit. Eum quoque semper duraturum esse. Similem sensum

poeta Alrakaschi[1]) expressit (metr. Thawil): Dic donis post beueficium: Otiosa estote! et dic calamitatibus quovis die: Renovatae estote! Vox الآن, qua aliis tempus praeseus, aliis finis temporis praeteriti ot initium temporis praesentis significatur, a caeteris nominibus eo discrepat, quod initio articulo instructa tempus definitnm designat, dum caetera initio generi propria pestea articulum acceperunt, ut unam rem definitam designarent. Haec tum vox quum eodem semper loco cum articulo coniuncta maneat, particulis similis fit, quae in primo statu suo semper perseverant. Et haec est causa, cur vox casus varios non admittat. Vocalis autem Fatha ob lenem pronunciandi modum caeteris praebabita est. Quod ad vocem قدى adtinet, Morsukius adnotavit, efferri quoque قدنى, ita ut litterà ن additâ quies litterae Dal conservetur et utrumque pronunciandi modum in poetae verbis sequentibus inveniri (metr. Redjes): قدنى من نصر الجنيبين قدى Iam mihi sufficit peregrinorum auxilium, iam mihi sufficit. Iam utroque autem loco versus nostri fieri posse, ut littera ى suffixum non sit, ita ut in priore loco littera Dal vocalem acceperit, ne duae litterae quiescentes occurrerent, in posteriore, ut homoioteleuton perfectum sit. Vox قدى subiectum est, cui voces من وجد etc. in priore loco praedicato sunt, in posteriore autem loco praedicatum omissum est. Hic versus Ham. p. ۴۸۰ iterum occurrit.

XLI.
Alius quidam filium deflens dixit.

1. Filius meus e loco altissimo decidit, ob cuius adscensum aquila terrore impletur.

Hoc in versu causam mortis filii, quem deplorat, adfert. A summo montis cacumine deciderat, quem ut tanquam altissimum describeret, dixit, aquilam in summis montibus habitantem, si illum locum petiturus sit, terrore impleri. In Tebrisii codice alter legendi modus على et صُعُده superscriptus est.

2. E culmine loci alti decidit et manus pedesque eius lapsarunt.

Suspirans rem repetit ot rem magis describit. Videmus, filium, rupem altissimam quum adscendere vellet, manibus pedibusque in adscendendo usum esse. Vocem مرقبة (specula) adhibuit, ut locum altissimum designaret. Inde coniicere possumus, iuvenem fortasse, ut hostium situm observaret, in illum locum adscensurum fuisse.

3. Mater ei non est, quae eum deploret neque soror, quae eum desideret.

Hic versus, in quo mortuum tanquam unicum filium describit, cuius mater decesserit, quo ipsius iactura maior fit, melius post proxime sequentem locum habet, nam cum versu voce الأم incipiente sensu cohaeret; proximo autem sequens cum versu هوى من etc. coniungendus est. Morsukius adnotavit, verba فتبكيه et تتفقّدى non esse sententiam consequentem;

1) De hoc poeta nil certi proferre possumus. Cognomen a Rakasch, filia Kaisi b. Tsahlabah, derivatum est. Tres autem sunt familiae, quae a matre originem duxerunt, una in gente Becr b. Wajel, altera in gente Calb, tertia in gente Cindah conf. Kam. et libr. Lob-Altobab.

sed propositionem esso cum priere ceniunctam. In sententia censequente, futurum Nasbatum ponatur, necesso esso. Simili mede in Cerani loco (Sur. 77, 36.) propesitiones coniunctas esse, et ut in Corani loco sic in nostro negandi particulam لا ex priore propositiene in posteriore supplendam esse. Discrimen autem esso inter utrumque locum. In Corani loco propesitiones aequales esse subiecto verboque constantes, in peetae versu diversas, dum prior subiecto et praedicate, pestorior verbo cum ebiecto composita sit. In tali autem diversitato ceniunctienem licitam haberi medo, quo in verbis Corani (Sur. 7, 192.). »Num eos vocastis an silentes estis?« inveniatur.

4. A petra dura decidit, quâ eius iecur fissum fuit.

Modum mertis accuratius describlt. In potram durum incidens viscera eius lacerabantur. Si Djeuhario, quem Firuzabadius in Kamuse sequitur, fides habenda est, legendi medus تفرث, quem nester recepit, caeteris pracfcrendus est, nam verbum فرث preprla locutie est, qua interiores ventris partes in vivo diffissas esse, nt interiora prodeant, indicant. Alterum legendi modum تفرت Abu-l'Ahla adnotavit. Vocis significatio e l e c o s u o e v u l s i t minus apta videtur. Hanc vocem poeta Abu-Dsuaib in versu seqnente adhibuit (metr. Camel): T e m p u s , d u m v i c e s e i u s p e r a g u n t u r , n o n m a n e t ; d o r c a s i u v e n i s e s t , q u a m p e r t e r r i t a m c a n e s e l e c o s u o e x t u r b a r a n t. Legendi modus, quem in Mersukii codice invenimus, vox تفتت (i n p a r t e s p a r v a s c o n t r i t u s f u i t), quum maximo in rebus aridis adhibeatur, minime convenit. Qui autem فرت, legunt, ii vocem pro فريت loquendi mede genti Thai preprio, dictam esse velunt; sed vix melius iudicium de hoc legendi modo, quam de caeteris, ferre possumus.

5. Vituperor, quod eum deploro et eum quaero; sed non invenio.

Statum suum describit. Verbo لمس quaerendi significationem esse, ex verbis Corani (Sur. 72, 8.) scholiastes probare studet. Cum hoc cognatam significationem **(p. 408.)** verbum مس habere, verba peetae (metr. Thawil): D i l i g e n t e r q u a e s i v i m u s e p a t r i b u s r e m p r o b a n t. In nostro versu istam quaerendi significationem esse, e sequentibus verbis »sed nen invenio« apparet.

4. At quomodo grandaevus tristis vituperandus est, qui filium suum amisit?

Iniustitiam eorum, qui eum vituperant, e statu suo prebare studet. Qui grandaevus filium amisit, ei spes alterius filii non est.

XLII.

Alius dixit.

Versus Alahbbaso filio Alahuafi (mertuo anno 188 Abulf. Ann. T. II, p. 86; sed conferas p. 653.) tribuuntur (Alahnaf anno 67 Cufae mortnus est Abulf. Ann. T. I, p. 413.). Cognomen Abu-l'Fadhl habebat. Kananita, qui poesin parvi faceret, quum versus sequentes (metr. Camel): S i o b i u r g a n s f u i s s e s , s p e s m e a f e r e , u t c o n t e n t u s f i e r e s ,

lacrymas meas sedasset et haud exspectans visitassem; sed taedio adfectus eras et taedium removere non poteram, dum vituperans removeri potest, audivisset, quippe in quibus sensum novum inveniret, dixit: Qui terram perscrutatur, fieri potest, ut margaritas et gemmas pretiosas inveniat.

1. Quotiescunque te mortuo patientiam fletumque voco, fletus obedienter respondet; sed patientia non respondet.

Suspirans dicit, se solatium non invenire. Vox طوعا, quum pro طايعا sit, statui describendo inservit.

2. Et si spes tui abrumpitur, quamdiu tempus manet, tristitia propter te manebit.

Nullam spem se habere, tristitiam autem duraturam esse. Poeta duas sententias non bene coniunxisse videtur.

XLIII.

Dixit Alnabeghah fratrem uterinum deplorans.

Mater eius erat Ahticah, filia Onaisi Aschdjäihtao. Alnabeghah pluribus poetis commune cognomen, quorum celeberrimi Dsobjanita et Djahdita sunt. Ille hoc antiquior est (conf. Meid. T. III. p. 297.), nam hic diuturna vita usus est et conferas beati de Sacyi Chrestom. Arab. T. III. p. 48 sq. ed. pr. nec non Tahdsibo-l'Asmäi p. 586. Scriptores simplici nomine Alnabeghah priorem illum designare solent.

1. Ne hominibus herbae, quas depascunt, neque familia neque pecora, quae propellunt, proficiant!

Indicium summi moeroris est, quod omnibus hominibus malum imprecatur. Scholiastes autem e loco Corani (Sur. 3, 167.) probare vult, voce الناس, quae proprie omnes homines designat, quosdam homines, quos ante oculos habuerit, poetam significare posse. Sed nil obstat, quin in Corani loco non unus; sed omnes homines designati sint, nam, quum tantis virtutibus ornatus sibi videretur Mohammedes, non poterat non putare, in ipsum omnes homines oculis invidis videre. Tali modo dolore adflicti aut alia causa incitati imprecari solent. Dixit poeta Almohdats (metr. Ramal): Anima mea mundus meus est et quum anima mea perit, nullus vivat! Ne sol post me occidat neque super terrae incolas oriatur!

2. Post mortem filii Ahticae, qui apud locum Amar (v. viae lapidem) habitat, in terra, ubi neque patruum neque avunculum habet,

(p. 409.) In eo autem, quod in terra peregrina perierit, moeroris maioris causam poeta invenit. Eum filium matris suae appellavit, nam fratres, qui eadem matre utuntur, maioris amoris vinculo coniuncti sunt. In loco Abawa ابوى appellato sepultus erat; est igitur alter legendi modus على ابوى. Vox الامر lapidem viae signo erectum designat et Dsu-Amar nomen loci est.

3. Viri lenis naturae cum sortibus suis ad camelos magnis gibbis praeditos accedentis, onera portantis.

Fratrem suum varia laude ornat. Primum cum lenem mitemque esse dicit, ut alios haud

laedat, tum liboralitatem summam ei adscribit. Temporo hiemis Arabos ludo sortiendi sagittis, quem T. I. p. 309. 369. 469. 487. doscripsi, occupati erant. Camelus iuvencus mactatus et in pluros partes divisus ad sortiendum proponebatur. Noster dicit, fratrem cum sortibus suis ad camelos magnis gibbis praeditos ivisse. In hoc igitur summae liberalitatis laus est, quod tales camelos proponebat. Forma مشاء autem significat, eum semper tales camelos ad sortiendum olegisse. Et idem in forma vocis حمال dicondum est. Onera aliis portanda sibi semper imponebat. Ad plures autem res hoc referri potest; res difficilos pro aliis eum peregisse aut captivos eum redemisse aut debita solvisse etc.

4. Duo amici omnino separati sunt, si inter eos terra est, dum unus super ea est, alter sub ea tritus.

Queritur, quod mortuus vivusque omnino separati sint, ita ut unus ad alterum nunquam accedere possit. Vocem بال duplici modo scholiastos explicat. Aut praedicatum subiecti vocis هذا esse aut describendo statui, ut sit pro باليا, ob rythmum fine vocis mutato, vocem inservire. Hoc autem mihi praeferendum videtur, ut verba هذا تحتها verbis oppositis هذا عليها constructione omnino aequalia sint.

XLIV.

Dixit Mowallic Almasmum uxorem suam Omm-Alahla deplorans.

(Versus post Islamum compositos esse e versu tertio videmus.)

1. Transi ad tumulum, in quo Omm-Alahla recondita est, tum eam voca, si audit!

Desiderio uxoris mortuae plenus se incitat, ut sepulcrum eius visitet, dum queritur, quod ipsa vocata non audiat. Sepulcrum ei loco habitaculi est. In voce لو conditio est; sed conditio, quae haud verisimilis est, ita ut negationem exprimat. Alter autem legendi modus est: فحييها هل تسمع (tum eam saluta; num audit?). Scholiastes interrogando spem et desiderium exprimi dixit, ut sensus sit: Eam saluta et vide, num te audiat!

2. Quomodo habitas, dum multum meticulosa eras, terram, per quam si strenuus transit, timet.

Mortuam alloquitur quasi mirans, quod, quum meticulosa sit, terram desertam incolat. Videtur igitur in itinere periisse. Verba وكنت جد فروقة, sententiam intermediam constituunt. Verba جد فروقة sunt pro فروقة جدا. Forma فروقة statum timoris continui magnique exprimit, nam litterâ ة additâ significationis vis augetur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 322.).

3. Deus tibi gratiam suam donet mihi abreptae morte, nam locus incultus tibi haud convenit.

Cui quum in tali loco auxilium ferre non possit, precatur Deum, ut eum misericordia sua beet, quippe cui locus, ubi in sepulcro habitet, minime conveniat.

4. Parvulam misericordiâ dignam reliquisti, quae quamquam tristitiam ob te haud norit; tamen tristis est.

Novam moeroris causam adfert. Puellam parvulam relictam esse, quae, quamquam nesciat, quanta calamitate adflicta sit, statu suo, dum matre privata non bene alatur, lugeat. Quum

vox فتجزع futuri Nasbati formam non habeat, poeta hanc vocem cum antecedentibus non coniungens de novo incipit (conf. Gram. Arab. T. II. p. 294.). Idem loquendi modus in Corani loco Sur. 2, 284. in voce فيغفر invenitur. Ut in Corano sic in versibus iste modus frequens est. Idem modus in versu sequente voci فأبيت est (metr. Thawil): Quoties-cunque eam subito conspicio, attonitus vix respondere possum.

(p. 410.) *5. Dulce erga ipsam agendi rationem tuam amittens per noctem familiam suam somnum eripiens dolore adfligit.*

Statum puellae post mortem matris describit. Mater vivens puellam benigne curaverat, quod quum non amplius fieret, puella per totam noctem plorans familiae quietem eripuit. In Mersukii codice pro voce تسهر legitur تسهد cum eadem significatione. Voci شمال indolis significationem esse, ex sequente versu apparet (metr. Wafir): Ii gens mea sunt et indoles eorum haud novi, quas mihi pro mea indole dederunt.

6. Quum eius suspiria noctu audio, propter te fistulae oculi mei lacrymis manant.

Status ille puellae relictae, dum illam suspirantem audit, dolorem mariti ob matris mortem de novo excitat.

XLV.

Dixit Hafz b. Alahnaf Cinanita.

(De mortuo, quem deploravit poeta, conf. Meid. C. 6, 169. et libr.: Citab-Alaghani sub Rabiah etc.)

Sunt, qui versus Hassano tribuant. Pro voce الاحنف legitur الاخيف, quod nonnullis rectius videtur. Grammaticus Abu-l'Fath et nomen حفص et cognomen الاخيف explicavit. Ut probaret, vocem اخياف in hominibus diversis adhiberi, versum citavit sequentem (metr. Redjes): Homines diversi sunt variique indolibus et omnes eos terra colligit (de hoc versu conf. Meid. C. 2, 41.). Grammaticus Abu-l'Ahla nomen diverso modo explicavit. Cognomen Alahnaf a modo pedum حنف appellato derivans versum citat, quem mater Alahnafi ben-Kais, quum puerum brachiis, ut saltaret, extolleret, pronuntiasse fertur (metr. Redjes): Per Deum! nisi pedes eius curvi essent, inter pueros vestros ei aequalis non exsisteret! Cognomen quoque et الاحنف et الاجنف, quibus verbis varius sensus est, effertur.

1. Ne Rabiahus b. Mocaddam mortuus sit! Nubes matutinae eius sepulcrum situlâ plenâ irrigent!

Carmen modo incipit, quem Ham. p. ٤٥ v. 6. invenimus. In posteriore versus parte morem, qui poetis erat, ut sepulcra pluviâ rigata velint (conf. Ham. p. ٣٩١ v. 2. 3.), secutus est. Ille Rabiah b. Mocaddam tempore Ahmrui b. Mahdi Carib vivens die Alcadhl occisus est conf. Meidan. append. Nomen مكدم a verbo كدم (momordit) derivatum est. Vox كدم in sequentibus verbis homoioteleuto praeditis adhibita est: »Quum sidus (Plejades) oritur, et herbae (aridae) franguntur (tempore summi aestus) et asinae (ab onagris) mordentur«. Nominis articulus, qui nominibus ab adiectivis derivatis proprius est, abiectus est; talia

enim nomina propria modo cum articulo, modo sine articulo adhibentur. Cum articulo in sequente versu (metr. Wafir) occurrit: Quum venti Abu-Ahkili flant, Alwalidum iis spirantibus advocamus. Nomen Walidus in sequente Alcomaiti versu invenitur (metr Chafif): Non ut Ahbd-Almalicus aut Walidus aut postea Solaimanus aut ut Hischamus. Poeta noster autem, ut largam pluviam indicet, nubibus matutinis plenas situlas aut magnas tribuit. Sed de vocis ذنوب accurata significatione lexicographi non consentiunt. Hanc vocis ذنوب significationem in versu alteri praefero, quam sc. portionis locum habere posse, Morsukius dixit.

2. Camela mea iuvenca a lapidibus loci lapidosi. qui super liberali, donatore exstructi erant, fugit.
3. Ne, o camela! ab eo fugias, nam vino bibendo deditus, bellum accendens erat.

Sepulcrum viri illius, ad quod transit, describit. Multi lapides nigri in loeo, ubi sepultus erat, cumulati erant, ut eos conspiciens camelus fugeret. Ante Mohammedem in desertis super sepulcris lapides cumulabant conf. Ham. p. ٣٩١. Quo celebrior mortuus erat, eo maior illo tumulus exstitisse videtur. In hac igitur sepulcri descriptione mortui laus est. Camelum iuvencum fugam cepisse recte dicit, quod annosus isti adspectui adsuefactus fugam capere haud solet. Omisso verbo (dixi) cameloe fugom reprobrat, quasi virum, nec vero tumulum, fugiat. Talem eum esse, cuius fugiendi causa non adsit. Eum liberalis fortisque laude ornat. Quum Arabes ante Mohammedem vinum bibentes potissimum in donis dondis liberales essent, virum vinum saepissime bibere dicit, talis enim significatio voci شريب est conf. Ham. p. ١٣ v. 2. Ut eum fortissimum quoque esse significet, eum rutabulum, quo belli ignis excitetur, esse dicit. Vox ناق est pro ناقة, in invocando enim litterom ة abiici licitum est Gr. Ar. T. II. p. 92.

4. Nisi iter esset et deserti spatium longinquum, eum (camelum) relinquerem super **(p. 421.)** *suffragine posterioris pedis prorepentem.*

Hoc in versu poeta se excusat, quod apud sepulcrum illius viri liberalis, quemadmodum Arabum mos ferebat, iumentum suum non mactaverit. Arabes ad sepulcrum generosi transeuntes camelo mactato socios cibare solebant (conf. Ham. p. ٤٩٩ l. 7 infr. Chrestom. mea nova p. ٧٤ l. 12.). In mactando primum eius nervum magnum in pedibus posterioribus succidebant, ut camelus in terram procideret conf. Ham. p. ٩٨٨ v. 3. et de modo, quo camelus mactabatur p. ٩٨٩ v. 3. Ita agebont, ut vicem mortui liberalis explerent.

Abu-Rijaschus ad versus illustrandos quae sequuntur narravit. Gens Banu-Firas caedem in gentem Banu-Solaim foctam dato pretio expiaverat, quum Nobaischahus b. Habib cum turma equitum in regione Alcad'd appellata, quae ditionis gentis Cinanah est, Rabiolio b. Mocaddam in loco Dsu-Ahzal, qui ad locum Amadj[1]) pertinet, occurreret. E longinque pulvere apparente, hic mulieribus cum ipso proficiscentibus dixit: Celeriter fugâ vos eripite, timeo enim hostes nos petentes. Vlâ autem pergito, dum ego locum hunc occupo, donec pulvis, quos contineat, claro ostendat. Si hostes esse cogneverim,

---

1) Amadj locum esse in Kamuso legimus; sed de situ nil addidit auctor.

eos ex oco aggrossurus et a via abstracturus sum. Pergite igitur in via ad locum Aleadid et inde ad locum Tsanijjah-Ghasai aut Ohsfan[1]! Si in uno vel altero horum locorum vobiscum non convenio, ad terram gentis vestrae iam pervenerítis. Qui quum equo conscenso versus pulverem iturus esset, mulieres inter se dicebant: Rabiahus fugam cepit! et una earum eum advocavit dicens; Ubi finis fugae viri est? Soror Omm-Ahmru appellata autem eum inclamavit verbis (homoioteleuto instructis): »O pravam agendi rationem, o pravam agendi rationem! quod vir mulieres suas relinquit, donec magni nervi in pedibus sanguine madefiant«. Hisce verbis auditis ad eos reversus sororem suam verbis sequentibus allocutus est (metr. Redjes): **Num mater Ahmrui me timidum esse contondit, si eos non confodio ot eum iis non confligo et lanceam ovello, cuius cuspis madida est?** (metri causa زعمت enunciandum est). Tum ad gentem Banu-Solaim cursum direxit, quae viâ pergens eum non conspiciebat; sed ex arboribus prodeuntem quum conspexisset, impetum fecit putans mulieres ante eum esse. Is sagittarius perfectus plures eorum aut occidit aut vulneravit, modo mulieres propellens modo contra hostes se convertens. Mater eum hisce verbis ad pugnam instigavit (metr. Sarih): **Hosti adhaero, o filiolo mi! nam defendons adhaerons est ot hostes ictu sincero occupa!** Tali autem modo agere perrexit, donec sagittis consumtis equa ipsius misericordiâ adfecta esset[2]). Vesperâ autem quum ad locum Aleadid perveniret, summopere ab hostibus vehementer iratis pressus est. Ipse autem modo hasta modo ense eos aggressus nonnullos occidit. Nobaischahus autem, filius Habibi, qui eum hasta confodiens gravi vulnere adflixisset, se virum occidisse dixit. Quum alter quidam eum mutilum esse contendisset, Nobaischahus, qui in lanceae cuspide odorem viscerum percepisset, se verum dixisse contendit. Vulneratus ad mulieres, quae in fastigio montis Tsanijjah-Ghasai erant, celeri equi cursu perveniens a matre aquam petiit. Illa autem dixisse fertur: Si potum tibi praebeo, loco tuo morieris; patientia igitur utero, fieri enim potest, ut fugâ evadamus! Alii dicunt, eam dixisse: Tu mortuus es; aqua viventibus est. Quum vitta sua eum circumligaret, sequentes versus matri dixit (metr. Sarih): **Vitta me circumliga, o mater Sajjari! equite, qui nummi aurei instar est, privatus os, accipitre, qui in pugna hostes miscet modo bollicosi, ictibus vehementer aggrodiontc post torga (suorum).** Vulnere circumligato rediens in fastigio collis contra eos pugnavit. Mulieres interim abiere et Rabiahus sedens in equo, quum mortem appropinquantem sentiret, lanceâ nixus suo loco mansit. Gens Solaim eum in equo conspiciens recessit et quum vivum eum putaret, diu exspectavit et quum Ebn-Ghadijahus, cui nimis longum tempus videretur, equum sagittâ iecisset, hic in latus deflectens, mortuum de-

1) Locus duorum dierum itinere a Mecca distans.

2) Vox انتشرت dubia est. Beatus de Sacyus انتشزت legendum putavit i. e. donec equa immorrigeram se (quum fatigata esset) praeberet. Sensus bonus est; attamen vero verbum نشز de uxore, non de equa adhibitum invenio. In Hamasa p. ۴ l. 18. verba انتشرت نفسه عليها invenimus, quae misericordiam significare videntur. Quae autem Arabum erga equos agendi ratio esset, ut quasi amicitiae vinculo coniuncti videantur, nil obstare videtur, quin poeta misericordiam equo tribuerit.

iecit. Gens tum accedens spolia exuit, persecutores dum timebot. Nemo praeter huac, qui tam vivus quam mortuus mulieres suas defenderet, exstitit. Quidam ex hostium numero eius oculum lanceae cuspide inferiore confodiens dixit: Deus dedecore te adficiat! (sed laudi inserviunt verba) tu enim tam vivus quam mortuus mulieres defendisti. Mulieres autem in terram gentis Banu-Firas pervenientes rem narraruat. Re audita Mosafihus b. Chalaf **(p. ٤١٢.)** b. Kawwâlah, avunculus Rabiahi cum equitum turma profectus in fastigio collis mortuum spoliatum invenit. Inde ad hostem persequendum profecti quum usque ad noctem eos non assecuti essent, Rabiahum reversi in fastigio collis Ghssal sepelivere et tumulum lapidum nigrorum in eius sepulcbro erexerunt in medio silicem albam magnitudine posticae partis cameli mactati ponentes. Postea quilibet Arabs ad istud sepulcrum transiens aut camelo aut camelae nervos pedis succidere solebat. Qui primus morem istum relinqueret, vir ex incolis Taima, cui nomen Cors b. Chaled, ad gentem Banu-l'Harits b. Fihr pertiuens fuisse dicitur. Alii illum virum, qui grandaevus esset, ad gentem Koraisch pertinuisse dicunt. Hic eum potius carmine lugubri se deplorare velle dixit. Alii virum Ahmruum b. Schakik ad gentem Fihr pertinentem, alii Hafzum b. Alachjaf Ahmiritam appellant. Praeterea eum carminibus deploraruat Mosafihus aliique, quorum alia in libro, qui loca, ubi equites occisi sunt, enarrat, alia in commentario Abu-Rijaschi inveniuntur.

XLVI.
Alius quidam dixit.

1. O Djarijahe! Dum in me desiderium tui semper crescit, tu a me magis magisque removeris.

Virum Djarijah appellatum deplorat et eo luctum summum manifestat, quod temporis decursu suum mortui desiderium crescere, mortuum autem ab ipso longius removeri dicit. Scholiastes adnotavit, particulâ ا mortuum non deplorari, quippe cui rei nonnisi particulae يا et وا inserviant (Gram. Arab. T. II. p. 93.). In vocando autem nomina propria, quibus plures quam tres litterae sunt, breviora redduntur abiectâ litterâ ة conf. ibid. p. 92.

2. O Djarijahe! si anima animam mortui liberare posset, anima mea opibusque meis lubenter te liberarem!

3. Iam sperabam fore, ut per temporis spatium te frui mihi concederetur; sed Dei decretum spem meam eripuit.

Luctum et moerorem suum ostendit, dicens, se, ut eum morti eriperet, lubenter opes vitamque daturum fuisse. Cum hoc coniungit spem, quam habuerit; quam autem omnino irritam fuisse declarat. Vox حقبة tempus haud definitum; sed longum designat. Quum in hoc versu verbis قضاء الله usus sit, et in sequente الاقدار coniicere licet, poetam post Islamum vixisse.

4. Eheu! te mortuo quivis moriatur, nam propter te solum fata timebam!

Tantum suum esse moerorem, ut nullius mortem amplius timeat. Similem sensum poeta Ham. p. ٣١٢ v. 4. protulit.

XLVII.

Dixit Fathimah filia Aladjhami ad gentem Chosaah pertinens.

Pater poetriae, filius Dindinshi Chosälhtae, maritus Chalidae, filiae Hasehimi b. Abd-Almoththaleb et princeps inter Arabos fuisse dicitur. Gentem Chosaah autem nomen inde accepisse volunt, quod a gente Asd tempore, quo in regionem Hidjas locum Marib relinquentes tenderent, se separaverint (انخزع) (conf. Pocock. spec. hist. Arab. p. 473. et Reiskium de Arabum epocha vetust. Sail Ol Arem). Poeta dixit (metr. Thawil): Et quum in valle Marr substitissemus, gens Chosaah cum agminibus se a nobis separavit.

1. O ocule mi! quovis tempore matutino multum plora, propter Aldjarrahum ex quatuor angulis aculi lacrymas large effunde!

Oculos hortans, ut vir illo multis lacrymis deploretur, magnum moerorem manifestat. **(p. 413.)** In voce عين littera ى in fine abiecta est (conf. Gram. Ar T. I. p. 459.). Secunda verbi بكى forma aut multitudinem ploratus aut repetitionem significare potest. Temporis matutini mentionem fecisse dicitur, quod isto tempore in hostilem terram incursiones fecerit, ut eodem tempore pro factis suis lacrymae funderentur. Ante vocem اربعة antecedens دموع lacrymae et post vocem اربعة nomina omissa sunt. Minus accurate Tebrisius verbi قبايل الراس explicandi gratia scripsisse videtur. Quatuor oculorum angulos, quamquam nonnisi ex interioribus angulis lacrymae profluunt, significare videtur. Alii سوون العين (fistulae lacrymarum) significari putant. Quatuor autem appellavit, ut omnia loca, e quibus lacrymae prodire possent, significaret. Ex vocis صباح homoioteleuto carminis initium esse cognoscimus.

2. Mons mihi eras, ad cuius umbram confugerem; tum in loco nudo soli exposita me reliquisti.

Ut causam vehementer plorandi se habere ostenderet, mortuum cum monte comparavit, in cuius umbram contra solis ardorem confugeret. Eo mortuo solis ardori se expositum esse. Mons tutelam et potentiam designat conf. Ham. p. ol v. 1. p. lf v. 4.; sed montem illum arboribus tectum, ut umbrae locus esset, finxit.

3. Eram, quomdiu mihi vivebas, honorata; in campum prodeunti mihi manus eras.

Conditionem suam tempore, quo vir ille vivebat, describit. A nemine iniuriam se patienter tulisse, quum per eum defensus esset. Voces ذات حمية in nostro versu feminam designant, quae pudoris haud oblita iniuriam patienter non fert. Vox البراز pro فى البراز est. Dicere vult, se ob timorem personam suam non occultasse. Vox جناح proprie alam avis designans in manum hominis translata est (conf. Harir. p. ٥٠). Manus autem rei perficiendae potestatem designant ibid. p. ۴۰۴.

4. Hodie vili submissus sum eumque metuo et iniuriam mihi inferentem manu repello.

Statum suum hodiernum et agendi rationem pristino statui opponit. Quae olim ab ullo iniuriam illatam patienter haud ferebat, sed eam vi repellebat, nunc eo adducta est, ut ipsi vili se submittat timore impleta et nonnisi lenitate usa iniuriam a se removere tentet. Vox راحة (vola manus) lenitatem designat.

5. Et visum meum demitto; scio enim iam abesse aciem equitum meorum et lancearum mearum
6. Et quum turtur ob tristitiam suam in ramo aliquando vocat; ego, eheu! tempus matutinum meum! voco.

In Mersukii codice versuum ordo inversus est; sed nostrum modum praefero, nam quintus versus cum quarto sensu melius cohaeret. In codice Tebrisii voci انه subscripta est vox انني. Arabes turturem plorare putant; fingit igitur poetria se cum turture ploratu certantem, quippe quae turturis voce ad ploratum excitetur. Accusativum vocis شاجنا, cui tristitiae significationem tribuit, aut causam indicare (conf. Gram. Ar. T. II. p. 114.) aut, dum amici significationem dat, verbi obiectum esse (ibid.) scholiastes dixit. Haec amici significatio quum voci proprie non conveniat, statuendum est, antecedens omissum esse, ut شاجن is sit, qui tristitiam in altero movet. Vox صباحي verba significat, quae tristis illa pronunciat: eheu! malum tempus matutinum meum! De voce صباحاه in schollis conferas Gram. Arab. T. II. p. 90.

XLVIII.
Eadem dixit.

1. O fratres mei! ne semper absitis; sed per Deum! ime absunt.

Fratrum suorum mortem deplorat. Carmen eodem modo, quem Ham. p. ۴۰٥ v. 6. et p. ۴١٠ v. 3. invenimus, incipit. In posteriore autem versus parte se quasi corrigens dicit; eos iam periisse. Scholiastes tam أخوتي quam أخوتا legi posse scripsit (conf. Gram. Arab. T. II. p. 90.). In illo modo litteram ي pronominis primae personae proprie non quiescere, sed cum vocali Fatha pronunciandam esse. In invocando autem ob frequentem **(p. 414.)** usum vel, ut mihi rectius videtur, quod celeriter et cum vi quadam voces proferuntur, vocalem Fatham post litteram ي abiecerunt. In hoc autem أخوتا legendi modo vocalem Kesra, post quam littera ي est, evitantes litteram ي in litteram ا permutarunt, quemadmodum in vocibus باداة pro بادية et ناصاة pro ناصية factum esse videmus. Simili ratione باباعما pro بابي عما dixerunt (conf. Ham. p. ۱۱ l. 10.).

2. Si diu cum gente sua vixissent, ut honore ornarentur aut liberos procreassent,

In hoc versu, qui cum proxime sequente cohaeret, queritur, quod prima iuventute exspiraverint. Si agendi ratione inter suos ad honorem et dignitatem pervenissent aut si ipsis posteri essent, in hoc solatium esset. Quamquam in Mersukii textu ولدو legitur, ut verbi forma sit, tamen ex scholio, legi quoque وُلدٌ, videmus. Hoc si recipitur, cum nomine عشيرتهم coniungendum est, ut loco vocis ولدهم eorum filii sint; aut vox لهم supplenda est; vox enim ولد tam singularis, quam pluralis significationem habet.

3. Calamitas mihi levis fuisset aut moeror, quo afficior, levis fuisset.

In versu hoc, quo propositio consequens conditionis لو continetur, in explicanda praepositione من sententiae grammaticorum Ahfaschi et Sibawaihii discrepant. Dum ille in sententia

affirmante praepositionem superfluam esse dicit, hic rem nonnisi in sententia negante et interrogante locum habere contendit. Illa sententia recepta verborum sensus sic constituitur: كان ابتدا المهون بعض الرزية, hac autem sic: كان ابتدا المهون من بعض الرزية. Sed locus in Tebrisii scholio, qui ex Mersnkii codice desumtus est, quum mutilatus sit, sic in integrum restituendus est: قوله من بعض الرزية الاخفش يجيز زيادة من فى الواجب فعلى طريقته يكون المعنى كان ابتدا المهون بعض الرزية وسيبويه يمتنع من زيادة من الا فيما ليس بواجب كالاستفهام والنفى فعلى طريقته يكون المعنى كان ابتداء المهوّن بعض الرزية او من بعض الرزية conf. Gr. Ar. T. I, 490. Anthol. gram. p. ٤٠.

4. Quilibet virus, etsi princeps est, ad lacum pervenit, quo pervenere.

In eo, quod cuilibet viro moriendum est, solatium invenire videtur. Mors cum cisterno, ad quam cuilibet viro veniendum est comparatur. Idem comparandi modus in carmine Caabi, b. Sohair v. 28. invenitur. Similis est Antarae versus prolegom. v. 13. (metr. Camel): فاجبتها ان المنية منهل لا بد ان اسقى بكاس المنهل Eique respondi: Mors aquarium est; non potest non fieri, ut potus ex illius aquarii poculo mihi porrigatur (conf. Taraf. Moall. p. 73. et Reiskii adnott. ex Diwan. Hudseil.). Particula ما, superflua quodammodo, sensum generaliorem reddit (conf. Ham. p. ٢٣٩. ٢٧٠. ٣٤٢. Gram. Ar. T. II. p. 56. 480.). Voci حى duplex aut vivi aut gentis significatio tribui potest. Qui hanc significationem praeferunt, verbo امر numerosum esse significari dicunt, vertentes: Quaelibet gens etsi numerosa est, i. e. potentia contra mortem eam tueri non valet. Priorem autem vivi significationem praefero, quippe quae, ut sensus generalior sit, efficit. Hoc admisso verbo امر princeps factus est significationem tribuendam esse puto, quum non tam in magno vivorum numero, quam in potentia principis causa quaeri possit, cur talibus moriendum non sit. Pluralis autem واردو tam ad vocem كل quam ad vocem حى, sive unam sive alteram significationem praehabes, quippe in quibus sensus collectivus sit, referri potest. Scholiastes dixit, propositionem, quae coniunctionem ان sequatur, necesse sit, verbis واردو الحوض etc. indicari. Dicere vult, sensum esse: وان امرو ورده netsi numerosi sunt, tamen eo abeunto. Post verba الذى وردو suffixum omissum est. Scholiastes in eo causam videt, quod Arabes nomen (الحوض) cum phrasi cum eo coniuncta (الذى وردو) longum esse censeant.

XLIX.

Femina dixit.

Alii versus matri Taabbatha-Scharrani, alii matri Alsolaici b. Alsolaca tribuunt. Nomen posterius a voce سُلَك, qua avis significetur, derivandum putant. Solaic gentis Arabum nomen esse. Grammaticus Abu-l'Ahla pullum perdicis, quae se occultet, nomine سليك (conf. سليح) appellatum esse putavit, Tebrisius, (ni fallor), nomen a voce سلك aut a سالك derivari posse censuit. Bellicosus et tanta celeritate erat, ut in proverbium veniret conf. Meid. C. 18, 231. 24, 419. conf. C. 18, 28. Korranus Sahdita sequentem versum protulit (metr. Thawil): Qui e vobis, o gens Bortson! Lailam visitant, propter terrorem celerio-

res, quam Solaic Almakanib sunt (conf. Meid. C. 24, 419.). Solacah nomen matris eius erat. Versus sine dubio ante Mohammedem compositi sunt.

1. Obivit locum altum petens, ut interitum evitaret; sed periit. Utinam scirem, dum errori obnoxia sum, quaenam res te occiderit?

De metro confer. Darstell. etc. p. 184. Femina eum, qui periit, regiones obeuntem fingit, ut mortem effugiat. Cautionem inutilem fuisse. Ut qui aquas irrumpentes fugit, in altum locum confugit, sic qui mortem, cum magna aquarum mole comparatam (conf. Ham. p. ٣٣٩ v. 2.) evitare cupit, ad altum locum, quo aquarum fluxus non pertingit (نجوة) se recipere dici potest. Poetria voci هلاك articulum non dedit, ut omnem pereundi modum significaret. Scholiastes voci شعرى casum accusativum ob vocem ليت tribuit. Voci ليت duo obiecta necessaria esse dicuntur; sed si Djeuhario fides habenda est, hic construendi modus nonnisi cuidam Arabum dialecto proprius est (conf. Gram. Ar. T. I, p. 535. T. II, p. 61.). At vero scholii verba ita intelligenda sunt, ut voci شعرى, cui significatio verbi علم sciendi (conf. Gram. Ar. T. II, 74. 296.) sit, duo obiecta conveniant. Ex verbis autem **(p. 415.)** شعرت شعرة quae adtulit scholiastes, videmus, ei vocem شعرى nomen actionis (haud nomen substantivum) esse, ut duo obiecta habere possit. Propositionem verborum اى شى قتلك illorum obiectorum locum tenere. Ut autem post verba لولا praedicatum semper omissum esse, sic post vocem ليت nunquam reperiri conf. Ham. p. ٢٣٠. Accusativum vocis ضلة modo nominis actionis e verbo (eodem) omisso pendere Gram. Ar. T. II, p. 113. Errorem autem aut poetriae ipsius aut mortui esse posse. Si poetriam spectat, dubium de statu mortui significat, sin vero mortui est, poetria absentiam occisi et quod eius conditio ipsum latet, errorem appellasse videtur. Silentio praetermittendum non est, scholiasten versus a femina compositos esse negligentem semper suffixum generis masculini adhibuisse. In scholii linea sexta in Mersukii codice, e quo verba desumta sunt, rectius sic legitur: ويجوز ان يكون للمتوفى كانه عد غيبته وخفاء امره etc. Praedicatum autem vocis ليت vox واقع omissa cogitari licet.

2. Num aegrotus haud visitatus fuisti an hostis te decepit aut, quod temporis decursu perdicis pullo supervenit, te subegit?

Priorem versum explicans, mortuum absentem fuisse, ostendit, ut quae mortis causa fuerit, nesciat. Qui inter suos aegrotus est, ab amicis visitari solet. Plures res, quae homini mortem adferre possunt, enumerat morbum, hostem aut casus adversos, quibus et bestiae subiectae sunt. Vocem السلك sine dubio nonnisi homoioteleuti causa adhibuit, sed fieri potest, ut in hac voce causa sit, cur versus matri Solaici adscripserint. Loco verborum ام عدو ختلك legitur quoque: او صيد ختلك »an praeda, quam persequebaris, te decepit?« Posterior autem versus pars in Mersukii codice desideratur. Loco eius est كل شى etc. Qui autem in Mersukii codice versuum ordo varius est, quum sensus singulorum versuum melius cohaereat, eum praeferendum esse censeo. Sequuntur enim hoc ordine: 1) كل شى 2) والمنايا 3) اى شى 4) ساعزى 5) ان امرا 6) ضال ما قد.

3. Mors viro, ubicunque incedit, insidiatur. Quam autem rem pulchram, quae viro est, tu non possidebas?

Virum, ubicunque versetur, morti subiectum esse, ut variae mortis causae esse possint. Inde autem ad mortui laudem se convertit, sed paucis verbis rem expedit. Fingit, varia mortis genera (hanc enim voci المنايا significationem tribuo), in omni via, ubi homo incedat, homini insidiari. Similis autem comparandi modus est, quo mors cum venatore comparatur, invenitur Ham. p. ٣٣٨ v. 1. Alter legendi modus رَصَدٌ est. Qui hunc recepit, ei voci المنايا pluralis sensus tribuendus est.

4. Omnis res occidit, quum in tempus mortis tuae incidis; diu autem desiderio tuo sine molestia potitus eras.

Si tempus mortis nostrae advenit, nil nos a morte liberare potest; sed in eo, quod quis vitae spatium feliciter sine molestiis transegit, aliquid solatii est. In Morsukii codice طالما scriptum est, id quod, quamquam et alterum ferri potest, hoc in loco praeferendum est conf. Harir. p. ١٥ schol.

5. Gravis utique res est, quae te impedirit, quominus mihi responderes. Me consolabor, quod te interroganti non respondisti.

Quo autem maiore amore cum filio coniuncta fuerat mater, eo gravior esse debet res, quae eum impediat, quominus ipsi interroganti respondeat. Quae autem res illa specialis sit, quum matri cognita non esset, voci أمرا articulum non dedisse videtur. Scholiastes autem eius rationem habens, quod subiectum a grammaticis مبتداء appellatum maxime definitum sit (Gram. Ar. T. II, 517.), qua de causa ان الامر الذى شغلك.. فادح dicendum esset, rem ut excusaret, dixit, vocem أمرا apposito adiectivo specialem fieri, ut sensus omnino clarus fieret, dubio remoto. Hanc ob causam, quum in sermone sensus ratio haberetur, a voce subiecti locum occupari posse. Filii quoque laus hisce verbis inest, quum mater filium tanquam pium et officiis satisfacientem describat. Filius autem si pietatis officia erga ipsam negligeret, hoc mater aegre ferret; sed quum nomini respondere possit, in hoc solatii causam videt.

6. Utinam aliquamdiu cor meum patientiâ suâ te absente potiretur! utinam ego tuo loco ad mortem ducta essem!

Hoc in versu, qui in Mersukii codice non legitur, summum moerorem ostendit. Optans, ut pro filio mortem obiisset, nullum sibi revera solatium esse manifestat. Scholiastes in iis, quae Solaico acciderint, iudicium eius, quod mater Solaici versus dixerit, invenit. Huic non assentiendum puto, quippe versuum verba cum rebus gestis non intime cohaereant. Res narratae hae sunt: Solaicus b. Alsolacah cum gente Taim-Alribab[1]) exiens per regiones herbis abundantes (de vocis ريف accurata definienda significatione non consentiunt) processit

1) Quum plures gentes Taim appellatae essent, nempe: Taim b. Kais b. Tsahlabah et Taim b. Schaiban b. Tsahlabah in gente Becr et Taim-Allat nec non Taim b. Dhabbah in gente Dhabbah et Taim-Allat in gente Chesredj cognomen Alribab, quo a caeteris ista gens distingueretur, addidit. Isto autem cognomine gens Dhabbah significatur.

donec ad locum Chaffah inter ditionem gentis Ohkail et gentis Sahd b. Tamim transiens vire Malic b. Olmair b. . . . . . b. Alahtic [1]) occurrit, qui uxorem e gente Chafadjah ortam, Nawar appellatam secum habebat. Solaicum, cui cum gente Chatsahm imicitiae intercessissent, ille vir Chatsahmita rogavit, ut sibi vitam suam redimere liceret. Solaicus rem concessit ea conditione, ut perfide non agens nemini e gente Chatsahm locum suum indicaret **(p. 416.)** Vir uxorem suam, quam in matrimonium duceret, Solaico concessit. Uxor nova quum ipsum gentem Chatsahm cavere iuberet, Solaicus sequentes versus recitavit (metr. Thawil): Gentem Chatsahm me cavere iubet, quamquam scit, me virum esse, qui hostibus non tradatur. Gens Chatsahm vilis et despecta est, quae nonnisi cum vilitate coniuncta est et a vilitate stultitiaque originem ducit. Res quum ad Schiblum b. Kiladah b. Ahmru b. Sahd b. Ohwaif b. Ahtic et Anasum b. Modricah delata esset, hi viro illi Chatsahmitae adversati metuenti Alsolaice noctu supervenere sequentes versus dicenti (metr. Sarih p. p. 246.): Quis Harbe (filiae meae) me occisum esse nuntium fert? O quoties praedam collegi tanquam ramum botris refertum (largam)! O quot liberales in terra prostrates reliqui! et quot dorcades pulchras in matrimonium duxi! Et quot captivorum vincula rupi! et quot valles leonibus impletas pervadi! Anasus vero Schiblusque inter se convenerunt, ut ille Solaicum, hic socios eius occideret. Auhfus b. Iarbuh Chatsahmita, qui patruelis istius viri, Maleci, esset, istam ob rem iratus, se Anasum occisurum esse dixit, qui clientelam patrui sui irritam fecerit. Haec erat causa, cur unus alterum versibus peteret. Istam rem respiciens Anasus b Modric [2]) (metr. Basith): Quot fratribus generosis privatus sum; sed post eorum iacturam instar lapidis mansi (dolor in me vim non exercuit). Calamitati me non submitto. In ro, a qua obtinenda mors me separat, palpebras (timore perculsus) non contraho. Bellorum ego sum lapis (fortis pugnator) res tractans, dum alii ob res supervenientes oves pinguos sunt (fortiter non pugnant). Ego et quod Solaici caedes, postquam occisus est, pecuniâ expianda est, tauro similes sumus, qui fuste percutitur, quando vaccae aquam nolunt. Viro iratus eram, quum eius uxor alii viro tradita esset et super eius podicem postilena alligata esset. Scholiastes adnotavit, Arabes, si vaccae aquam renuerent, id daemonibus adscribere et timentes, ne vaccae siti conficerentur, taurum ad aquam vi impellere, ut eum vaccae sequantur. Daemonibus plura, quae hominibus accidunt mala, maxime morbos, ab Arabibus adscribi legimus (conf. Meid. 6, 75. Abulf. Annal. III, 202. et adnott. p. 685. Acta Erudit. mors. Decemb. An. 1747. De daemonibus autem conf. T. I. 129, 410. p. 561.). Grammaticum Abu-l'Ahla voci ثور significationem musci aquatici dedisse, ut poeta vaccarum montionem faciens aenigmatis modo locutus sit. Hanc ob causam priorem explicandi modum praeferendum esse puto. Poetam autem istum com-

1) Quomodo nomen derivari possit, scholiastes pluribus describit.

2) Nomen tam Modric quam Modricah enunciatur.

parandi modum, ut rem omnino negaret, (i. e. se eaedem expiaturum non esse) adhibuisse, quemadmodum proverbio (conf. Meid. 24, 13.) »Non est mihi crimen praeter crimen Zohraeu dixerit vir, ut significaret, se omni crimine liberum esse. In versu autem Ahschae: Profecto sicut tauri et Aldjiunii (aut daemonis) eius dorsum percutitur; sed quale eius crimen est, quum aquam (vaccae) bibere nolunt? vocem الجنى aut pastoris nomen esse aut daemonem significare dicunt.

I.

Dixit Alohdjair[1]) Salulita.

Grammaticus Abu-l'Fath dixit, Ohdjr gentis cuiusdam Arabum nomen esse. Nomen Ohdjair aut ab ista gente aut a comparativo أعجر (nodosus) forma deminutivi derivari potest. Quum quidam poetae Alhotbaiah oves pascendas ducenti (avaritiâ noto conf. Prologum nostrum in carmen Caabi b. Sohair p. XIII adn.) occurreret, eumque, hospitio ut exciperetur interrogaret, quid secum haberet, respondit: Fustem nodosum ex arbore Solam. Alteri autem dicenti, se hospitem esse, dixit: Hospitibus eum se comparasse. Nomen Salul autem primum inventum et non derivatum esse. Grammaticus Abu-l'Ahla alium nominis explicandi modum adnotavit. Salul est nomen feminae, matris Morrahi b. Ahmir b. Zohzaah, a qua gens appellata est.

1. Patrem hospitum nocte, qua Eurus flabat, Marwi reliquimus, dum quilibet vir fortis adversariorum cum eo pugnabat.

Cuius caedem deplorat, ei summae hospitalitatis laudem attribuit, dum patrem hospitum eum appellat. Arabes vocibus أبو (pater) et أم (mater) ad intimum inter duas res nexum significandum utuntur. Ad hunc virum tanquam filii ad patrem hospites conveniebant. Pro hisce vocibus autem أبو الجنّاء legitur, quod cognomen occisi putandum est. Idem cognomen proximo sequentis carminis auctor gessisse dicitur. Ventus Eurus nocti ipsi tributus est. Nox autem illa, quo Eurus flabat, iis, quos poeta alloquitur, nota erat. Scholiastes istum ventum ab ortu solis flare adnotavit. Vox مردى, quae lapidem, quo dactylorum nuclei franguntur, designat, in virum in bello fortem, quo hostes franguntur, translata est. Loco vocis مرو in scholiis Mersukii legendi modum بمرّ pro بمرة invenimus. Ubi loci siti sint, nescio.

2. Virum reliquimus, quem fames, quotiescunque ille in gentis mansione subsisteret, occisorem suum futurum esse cognoverat;

Pluribus liberalitatem exórnat. Tantam eam fuisse, ut fames, quam personam esse fingit, ubicunque locorum versaretur, cessaret. Arabum poetae rebus saepius personam induere solent. Sic mors, infortunium, curae personae finguntur conf. Ham. p. ١٠ v. 2. p. ٨٨ v. 2. p. ٢٢٥ v. 5. p. ٧٤٠ infr. p. ٣٣٨ v. 2. Simili modo poeta in versu sequente

1) Alohdjair b. Ahbd-Allah b. Ohbaid b. Cabb poeta pauper temporis Omajjadarum erat, cui Ebn-Salamus in classe quinta poetarum Islami locum dat.

(metr. Motakarib) noctem occidi dixit: Ne Deus dominum cineris salisque, quamdiu mater parit, removeat! Ii sunt, qui cameli gibbum edendum dant et noctem frigidam occidunt[1]).

3. Virum modo gladii formatum, non emaciatum et cuius neque pectus neque nervi crassi in pedibus laxi erant.

Corpus laudans cum virum gladio comparat. Heroes fortesque cum gladio Ham. p. ٨٤ v. 3. p. ١٣١ v. 4. p. ٢٣٦ v. 6. comparati sunt, corpus viri Ham. p. ٣٤٥ v. 2. cum eodem comparatum invenimus. Verbum قد propric de loro, quod in longum dissecatur, adhibitum hoc in versu virum longa statura praeditum esse significat. Longa statura et haud crassum corpus Arabibus laudi sunt Ham. p. ١٣٣ v. 1. p. ٦٣٦ v. 1. conf. p. ٤٤٦ v. 2. p. ٦٣١ v. 2. Comparatione autem cum gladio institutâ vis tribuitur, ut negotia difficilia bene perficere possit. Verba autem لا متضائل etc. comparationis magis explicandae causa addita sunt. Scholiastes vocem متضائل altera voce متخاشع (se submittens) explicavit; sed falsum explicandi modum esse puto. Ut in sequentibus corporis ratio est, sic in hac voce esse debet. Vox متضائل emaciatum tenuemque designat. Qui famo emaciatus tenuisque est, is robore destitutus esse solet. Vult igitur dicere, eum iusta statura praeditum non nimis emaciatum esse, ut debilis sit. Subiectum هو (is) ante praedicatum متضائل omissum est. Eundem construendi modum in sequentibus invenio. Mersukius dixit, vocis لباته casum nominativum e verbo رهل pendere. De construendi modo conf. Gram. Ar. T. II, p. 200 et 271. Plurales لباته et اباجله poeta adhibuit, ut simul partes contiguas corporis significaret et istas superiores inferioresque partes opposuit, ut totum corpus designaret. Hanc quoque ob causam alterum legendi modum بادله a Mersukio adnotatum, quippe quae vox pectoris contiguas partes designet, reiiciendum esse existimo. Vox رهل significat, viri corpus laxa pinguique carne tectum esse, quae res, mollis vitae indicium, celerem corporis motum impedit. Idem versus Ham. p. ٤٦٦ occurrit.

4. Quum in serio seria agit, eius serium tibi placet et si vult, iocosus est, ut iocus tibi placeat.
5. Iniuriâ adfectus gaudio te implet et iniuria adficiens contentum te reddit omniaque, quae ipsi imposuisti, portans.

Fit saepe, ut poetae mortui indoles tanquam viventis describant. Ad agendi rationem describendam transiens, cum quamlibet rem iusto tempore iustoque modo egisse, dicit. Ut autem omnes vitae situs verbis se complecti ostenderet, non solum serium et iocum, verum etiam statum, quo aut ipse iniuriâ amicum adficeret aut ipse iniuriâ ab amico adfectus esset, opposuit addiditque, eum ad omne onus, ut amico utilis esset, portandum paratum fuisse. Sed Mersukius, quem Tebrisius secutus est, posteriori versui alium sensum inesse vidit. Eum, si amicus iniuriâ laesus sit, opem ferre, sin amicus alterum laeserit, auxilium ad defendendum haud denegare. Sed mihi prior explicandi modus ob verba يسرك et يرضيك, quibus poeta usus est, magis placet. Tebrisius in explicandis versus verbis modum sequi non vult,

1) Cameli gibbus optimus cibus est conf. Ham. p. ٤٥٧ infr.

quem in verbis Mohammedis traditione ad nos delatis conspicit: »Adiuva fratrem tuum sive iniuriâ laedentem sive iniuriâ laesum«. Verba autem in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. C. 25, 14. De cogitandi Arabum ratione conferas Meidan. T. III. P. 2. p. 169 sq. Tebrisius cum Mersukio, qui in versu eandem ac in provorbio rationem invenit, non consentit.

6. Quum hospites adveniunt, durus erga familiam est, ut ahena disponantur.

Hic versus in Mersukii codice desideratur. Ut ab omni parte describendi modum absolveret, rationem, qua erga peregrinos hospitesque uteretur, addidit. Liberalissimus erat, ut, ne hospitalitatis officia negligerentur, erga familiam durum se praeberet, nam cunctationem in hospitalitate odio habebat. In hospitis adventu camelum statim mactare conf. Ham. p. ٩٨٩, ٧٣١ et ahena ad coquendas carnes disponere solebant conf. Ham p. ٧١٩. Vocem معذور a radice عذر (excusavit), quasi tali modo agenti excusatio opus sit, derivandam putant. Hic versus Ham. p. ٣١٩ iterum occurrit.

LI.

Dixit Abu-l'Hadjana cliens gentis Banu-Asad.

1. O vituperans! qui viro simili Hadjnae privatur, is tristis esse non cessat et eo mortuo rebus, quae viris cum feminis puris sunt, abstinet.

Hisce in versibus vocalis homoioteleuti eadem non est. Hac de re a rei metricae peritis اقواء appellata conferas libr. meum Darstellung der Arab. Verskunst p. 328 sq. Pater caedem filii deplorat et uxorem ipsum ob summum moerorem, quo adflictus sit, vituperantem refellit, dum filium mortuum laude ornat. Vox اعاذل est pro اعاذلة. Littera postrema modo, quo in advocando nomina propria breviora redduntur, ut مرُ pro مرة (ترخيم المنادى), abiecta est conf. Gram. Ar. T. II. p. 92. 569. In codico Mersukii loco vocis كحاجناء legitur بحاجناء (sed hoc correctum videtur), quo sensus parum tantum mutatur. Vox كحاجناء est pro برجل كحاجناء. Loco verborum لا يزل in codice Mersukii لم يزل legitur. Sensus idem manet, nam ut post vocem من tam futurum quam praeteritum poni potest, sic quoque tam لا تزل quam لم تزل sequitur. Mersukius dicit, virum cum feminis rem habiturum non esse, quia talem virtutibus insignem, qualis Hadjna fuerit, se procreaturum non esse, certo cognoverit. Hoc sensu admisso filius morte naturae abreptus cogitari potest. Sed, si versui idem sensus est, quam versui a scholiaste citato Ham. p. ٢٢٧ v. 5., poeta morem respicit, quo, donec caedem ulti essent, feminis abstinere solebant. Hoc recepto filius Hadjna occisus erat, ut patri ulciscendi officium esset. Ex versu citato videmus verba في العواقب esse pro في عواقب اطهار النساء. Arabes primo tempore post menstruum cum uxoribus rem habere solebant, quia sperabant fore, ut proles egregia nascatur. Caeterum vox عاقبة de prole ipsa **(p. 418.)** quoque adhibetur; dicunt enim: ليس لفلان عاقبة »Cuidam proles non est«.

2. Talis viri societas viris optata est, quum hippoperae socios virorum dehonestant.

Mortui laudem singulis enarrat. Ipso tempore itineris, quo alii commeatui provideant,

liberalem se ostendit, ut, qui aliis de suis impertiat, omnes socium eum cupiant. Duplex legendi modus حبيب et حبيبا est. Casus accusativus statum pronominis in voce بعده designat et casus nominativus vocis محبة casus subiecti e verbo pendentis est, ut sit pro حب محبة. Constructio eadem est, quae Ham. p. ٣٧ v. 2. in vocibus لباته واباجله invenitur. De construendi modo conf. Grom. Ar. T. II. p. 80 sq. Casus nominativus vocis حبيب autem est praedicatum subiecto suo محبة praemissum ibid. p. 515 sq. Propositio, quae verba اذا ما necessario sequitur (Gram. Ar. T. I, p. 172. T. II, p. 424.), priore versus parte indicata est. Virorum hippoperae commeatu impletae ostendunt, eos nil commeatus sociis impertivisse, ut poeta tales tanquam avaros describat. His mortuus oppositus est. Scholiastes dicit, poetam adhibita voce مثله eum magnificare, quasi alter ipsi aequalis non existat. Similem loquendi modum in Corano Sur. 42, 9. inveniri.

3. Vinculum hominum erat, quo coniungebantur et calamitates iniustas ab iis depellebat.

Quum omnibus benefaceret, ad eum homines conveniebant, ut eos beneficiis suis quasi vinculo coniungeret. Sed non solum beneficia in eos conferebat, verum etiam contra calamitates eos defendebat. Talis autem principis est agendi ratio. Initio versus subiectum هو (is) supplendum puto. Voces autem نظام الناس quum verbis ويصدع etc. aptae non sint, ante haec quaedam ex sensu supplenda censeo. Verbum autem صدع (fidit), quo usus est, vim gladii, quam in iis defendendis adhibuit, indicare videtur. Voci عاديات duplicem sensum tribuunt aut iniustarum aut celeriter advenientium.

4. Rebus suis, quas expertus sum, gaudio me adfecit et nonnisi experientia, quales viri sint, docet.

Res, quas de illo retulerit, dubias non esse exponit, quum experientiâ nitantur. Verbum يكشف verbis omissis explicandum est, ut pro يكشف الغطاء عن الفتيان »removet tegumentum a viris« sit. Pluralem التجارب autem adhibuit, ut varios experientiae modos significaret, qui ad virum ex omni parte cognoscendum necessarii sunt. In viris autem cognoscendis experientiam optimam magistram esse, ipsum proverbium Meid. C. III, 47. (metr. Hedjes): Vides adolescentes palmis (magnitudine) similes, sed quanam re eorum vitia interna cognosces? docet. Verba autem, quae ولم يخبرك مثل المجرب scholiastes adnotavit, in fine versus, qui Hom. p. ١٧٥ v. 1. legitur, invenimus.

5. In gratiam sero redibat, nam eius amorem, qui ab ipso recedebat, non cupiebat et ad eum, qui odium fovebat, irascentem se non convertebat.

Ad virum describendum rediens, eum levis animi non fuisse, dicit, ut eius ira haud mox defervesceret. Neque eius amorem, qui eum aversaretur, cupiebat neque odium inimici curabat. Verba بعيد الرضا a scholiaste ita explicantur, ut eum designent, qui, si iratus est, excusationes leves non admittit; sed suae dignitatis suique iuris defendendi memor iram contra eum, qui ipsum laesit, non statim abiicit. Verba sensum hunc habere possunt; sed vox رضا conditionem animi significat, qua quis re aut homine contentus est, ut verborum

sensus latius pateat. Verba لا يبتغى etc. et لا يتصدى verbis بعيد الرضا explicandi causa apposita videntur. Quae res si ita est, verba agendi rationem describunt, qua tam erga eam, cuius animus ab ipso alienus est, quam erga eum, qui ipsum odio habet, utitur. Neque illius amorem sibi comparare studet, neque huius odium mitigare cupit. Discrimen inter meam et scholiastae explicandi rationem eo consistit, quod hic triplicem in versu agendi rationem videat, ego vero nonnisi duplicem, quae verbis بعيد الرضا generali modo indicata est.

6. Quotiescunque ob rem, quam commiseram, timebam, vis tua magna, qua (inimicum meum) detinebas, animum meum tranquillum reddidit!

Versus hic, in quo viri agendi modum erga ipsum describit, cum versu quarto melius cohaeret. Eum efficacissimum ipsi auxilium praestitisse, ut omnem metum abiiceret. Verbum جنى in criminibus adhibetur. Verbo يخفض (deprimit) utitur, quod cor suum ob metum palpans fingit. Maior in vocibus ضبثك المتراغب explicandis difficultas est. Loco vocis ضبثك legitur quoque ضبنك. Illi voci vehementer prehendendi significationem scholiastes tribuens modum, quo vir manum nocituri detinet, significari dicit. Voci المتراغب (ampli) significatio adscribitur, quae potius manui convenit. Manus eius, qua alterius manum detinet, tam ampla et magna est, ut alter suam neque movere neque liberare possit. Sed loco huius vocis المتراعب legitur. Huic voci paene eadem ampli significatio convenit. Dicitur enim سيل زاعب et interdum راعب »torrens (aquae copia) vallem impleus«. Qui autem verba ضبنك المتراغب praeferunt, loquendi modum cum verbis فلان رحب الذراع »Quidam ampli brachii est« conferunt, quo viri potentia designatur.

LII.

Alius dixit.

(p. 419.) *1. Quotiescunque vir beneficia mortui laudat, ne Deus Alwalidum b. Adham mortuum esse velit!*

Poeta mortem Alwalidi b. Adham, viri liberalissimi, deplorat. Verbis لا يبعد mortuum deplorare solebant ostendentes, viri talis mortem homines dolore adficere conf. Ham. p. ٣٦٦ v. 5. Versus igitur sensus est: Quotiescunque liberalis mors deploratur, Alwalidi mors dolorem renovat, ut ista verba proferenda sint. Mihi igitur ellipsis verbi قولوا »dicite!« ante لا يبعد statui posse videtur. Scholiastes in verbis فلا يبعد diversum sensum invenit: Deum rogandum esse, ut virum ob liberalitatem propinquitate sua beet. Hic sensus, si recipitur, post Mohammedis tempus versus compositos esse indicare videtur. De Alwalido b. Adham nil inveni; sed Adham quidam, qui fortasse nostri pater fuit, temporo Merwani vixit.

2. Neque multum laetabundus erat, quum bonum ei contingebat neque, quum beneficia conferebat, exprobrans.

Duplice eum laude ornat. Eum talem fuisse, qui neque divitiis insolens erga alios fieret neque beneficia, quae conferebat, tanti faceret, ut ea exprobrans meritum suum diminueret.

3. Noctis initio nomen eius vocabatur, quum nox avarum vituperatione dignum occultabat.
4. Per vitam tuam! terra eius agendi rationem non occultavit, nonnisi vestimenta et ossa occultavit.

In tertio versu eius hospitalitatem laudat. Tempore noctis, quo avarus se occultaverit, eius nomen publice exclamatum esse, ut ad ipsum hospites invitarentur. In quarto autem versu eius beneficia tanta fuisse dicit, ut post mortem oblivioni non traderentur. Vestimenta, quae sepulta esse dicit, pannus funerens est, quo mortuus involvebatur. Panni huius nomen كفن et السبايب est Ham. p. ٣٧٧ v. 1. Occisos si quis honorare volebat, vestibus pulchris tegere solebat Abulf. An. T. 1. p. 96. Ham. p. ٣٧٤ l. 3. Hunc pannum lineum, si quis iure talionis occidebatur, propinqui mittebant Ham. p. ٣٣٩.

LIII.

Dixit Abu-l'Schaghb Ahbsita querens, quod Chaledus b. Ahbd-Allah Kesrita apud Iosephum b. Ohmar captus esset.

Iosephus b. Ohmar, cuius superbia stultitiaque in proverbii consuetudinem venerat, (Moid. C. 3, 150.) ex provincia Iemen revocatus ab Heschamo b. Ahbd-Almalic utriusque Iracae praefectus constitutus erat remoto Chalido b. Ahbd-Allah conf. Ebn-Challik. No. 212. Si nostro, quocum historicus Nowairi consentit, fides est, ille ab Heschamo in custodiam traditus est. Heschamus autem ab anno 105 usque ad annum 125 regnavit. Causam in viri superbiâ positam Nowairius exposuit Abulf. Ann. T. I. adnott. hist. p. 127 sq. Abulfeda autem auctor est, cum ab Alwalido anno 126 Iosepho occidendum traditum esse. Versus aut hoc anno aut non multo ante, si Nuwairio fidem habemus, compositi sunt, viro nondum trucidato. Chalidus antea Iracae praefecturam obtinuerat. Poeta nomen Iherischah gessit Ham. p. ٣١٧.

1. Eheu! hominum optimus sive vivit sive perit, captivus, apud gentem Tsokif catenis vinctus, est.

Hoc versu Chalidum tanquam praestantissimum virum laudat. Voces حيا وهالكا diverso modo interpretantur. Aut verbis خير الناس statui describendo inserviunt, ut ipse tam vivus quam mortuus hominum optimus sit aut accusativo vox الناس accuratius definitur modo, quem grammatici تمييز appellant conf. Gram. Ar. T. II. p. 113. 446. Homines igitur non generali sensu significantur, quo praesente tempore viventes indicantur; sed temporibus quoque praeteritis viventes, et ipsos mortuos loquendi modus complectitur. Haec Mersukius; minus bene autem Tebrisius mihi sensum exposuisse videtur, quasi poeta dixerit: Vivi eius sunt optimi viventium et mortui eius optimi mortuorum sunt. Tum in verbis sequentibus كانه كل etc. Mersukii sententiam expressit. Vocem عندهم verbis اسير ثقيف statui describendo inservire posse dixit, quasi حاضرا بهم (praesens apud eos) dixerit et eodem modo في السلاسل pro مقيدا (vinctus); cogitari enim posse dicit scholiastes, virum illum captivum neque autem simul praesentem aut vinctum. Vocem عندهم quoque الظرف appellavit, quippe quae loco definiendo sit (Gram. Ar. T. II, 97. Licet quoque vocem عندهم constructione cum vocibus في السلاسل coniungi, ut ex verbo, quod hisce vocibus indicetur, pendeat. Loco vocis هالكا in Ebn-Challikani opere, ubi versus citantur, vox ميتا legitur.

2. Per vitam meam! si Chaledum per vitae tempus in carcere retinetis et efficitis, ut modo multum gravati (cameli) incedat,

3. Profecto! genti suae facta praeclora perficiebat et in omni iusto et bono dona dabat.

4. Et si Kesritum in carcere retinetis, neque eius nomen retinebitis neque eius beneficia in gentes collata.

Scribae vitio in codice Tebrisii primus horum versuum postremum obtinuit locum. Pergens in describenda viri captivitate laudem addit. Hac in laude, etsi verbis claris prouuntiata non est, vituperatio facti latet. Tot et tanta viri diverso modo in gentes collata beneficia esse, ut captivitas impedire non possit, quominus laus eius celebretur. Tertius quartusque versus in Mersukii codice desideraatur. Si in primo versu لئن عمرتم legitur, res locum habere non potest, quippe particulam لئن (si) propositio sequatur necesse sit; sed loco vocis لئن in Mersukii codice لقد legitur. In Ebn-Challikani opere inter secundum tertiumque sequens versus insertus est: لقد كان نهاضا بكل ملمة ومعطى الهى عمرا كثير النوافل »Res graves in se suscipiebat et per vitam dona dabat, multa dona voluntaria«. In eodem Ebn-Challikani opere in tertio versu وقد, legitur. Verbo عمر diuturnitatis sensum inesse, scholiastes ex loco Corani Sur. 10, 17. probare studet. Grammaticus Abu-l'Ahla verbo عمر cultam, habitatam reddendi significationem tribuit. Scholiastes vocem وطاة, nomen actionis (pro ايطاء) ad quartam verbi formam pertinere posse dixit, quemadmodum vox عطاء **(p. 420.)** cum forma اعطى cohaereat. Secundum verbi obiectum aut الارض (terra) aut السجن (carcer) omissum esse. Nil quoque obstare, quin verbum primae formae وطى, e quo nomen actionis pendeat, suppleatur, quasi dixerit: اوطاتموه فوطى وطاة. In posteriore versus parte vir catenis onustus cum iumento comparatur, quod onere gravi pressum lento gradu incedit. Abu-l'Ahla dicit, si quis prematur aut gravi re adfligatur, comparatione adhibita dici eum calcari modo iumenti graviter onusti. Poetam autem metri causa quartam formam adhibuisse. Sensum esse: Vos effecistis, ut servos vestros et ministros adfligeret.

LIV.
Dixit Mohalhil.

Alii nomen inde ortum esse dicunt, quod primus versus tenuis texturae fecerit. Poeta Nabeghah hanc vocis significationem in versu adhibuit (metr. Thawil): Sermonem falsum tenuis texturae tibi adtulit, et veritas, quae pura est, ad te non venit. Alii hunc derivandi modum reiiciunt, quum Mohalhilus bonis poetis adnumeretur. Ebu-Alcalbius auctor est, eum nomen a versu sequente accepisse (metr. Camel): Quum vilis eorum montis partem prominentem conscendissot, vocem reciproeavi (هلهلت) Malicum aut Zinbilum cupidine viadictae persequens. Hisce in versibus fratris Colaibi caedem, quae belli Basus (Meid. T. III. P. I. p. 577.) dicti ansam dedit, deplorat conf. Meidan. 13, 114. 18, 211. Pocock. spec. hist. Ar. p. 83.

1. Certior factus sum, te mortuo ignem accensum esse et te absente, o Colaibe! in consessu verbis probrosis se invicem homines petiisse.

Mortui fratris nuntium se accepisse dicit res memorans, quae eius potentiam designant.

Narrant enim, Colaibum tam potentem fuisse, ut nemo Colaibo praesente ignem, quo hospites invitarentur, accendere auderet, quasi soli Colaibo hospitalitatis officii exsequendi ius esset aut in consessu cum altero de gloria certare aut alterum conviciis petere. Eo mortuo statum omnino mutatum esse. De Colaibi potentia conf. Meid. 18, 211. Vox أَلْمَجْلِس est pro اهل المجلس. Dubium non est, quin vox استب a verbo سب derivanda hoc in versu conviciis se petendi significationem habeat; hoc enim modo Mersukius pluribus sensum explicans formae octavae sensum formae sextae tribuit.

2. Et de omni re magna eos locutos esse, qui, si praesens fuisses, ne unum quidem verbum protulissent.

Qui Colaibo vivente in consensu tacuissent, eos illo mortuo audaces factos esse, ut in ipsa re gravissima iudicium ferrent. Ante vocem عظيمة (magna), quae origine sua adiectivum est, substantivum supplendum est. Vocem بها pro بكلمة dictam esse puto, quae vox ex sensu verbi نبس cognosci potest. Similem sensum Zafijjah, filia Ahbd-Almoththalibi, expressisse dicitur (metr. Basith): Te absente sermones erant et res gravis. Si tu praesens fuisses, sermones frequentes non fuissent. A nonnullis verba alii personae tribuuntur.

3. Et si vis, faciem haud tectam et brachium plorantis feminae vides operimento capitis tectae,
4. Quae te deplorat et feminam ingenuam non vitupero, quae lacrymis propter te tristitiam manifestat et suspiria ducit.

Hi versus, in quibus maximos ob mortuos occisi luctus iure meritoque fuisse dicit, in Mersokii codice non leguntur. In versu priore, ut e posteriore versu videre licet, occisum tanquam viventem alloquitur. In luctu ob mortuum mulieres capite haud velato plorantes prodire solebant. E nostro loco videmus, mulieris talis caput pileo tectum fuisse. Brachii autem mentionem fecit, quod vestem in pectore lacerabant et faciem sibi percutiebant. De luctu ob mortuum vide P. I. p. 430. P. II. p. 16. In posteriore versu, qui cum priore cohaeret, se omnino talem probare luctum dicit, quum tantus vir occisus sit.

Abu-Rijaschus sequentes res, quae versuum sensum et temporis historiam illustrant, adtulit. Virum Wajel cognomen Colaib a caniculą accepisse, quam vinctam in prato proiiceret, si aliis illud interdicere vellet. Pratum autem intrandi veniam, ad cuius aures caniculae latratus perveniret, nemioem habuisse. Victoriâ de gentibus Iemanensibus die Chasasa reportatâ (confer. Meid. T. II. P. 1. p. 560. et قصيدة ابن عبدون p. ٣٤), in quo proelio dux Maahdditarum esset, viri potentiam mirum in modum auctam esse, ut in proverbii consuetudinem veniret conf. Meid. 18, 211. Rem sic se habere, Farasdaki versus probant (metr. Camel): Gentem tuam interroga, quomodo veteres sui et veteres gentis Taghleb primis temporibus se habuerint. Vicerunt legiones Nohmâni[1])

1) Regis Nohmani b. Almondsir exercitus quinque partibus compositus erat: الاشاهب ,الوضايع ,الصنايع ,الرهاين et دوسر appellatis. Vox الصنايع, quamquam secundae nomen erat, tamen hoc in loco fortasse generalem

regeaque et ignes duos[1]) accenderunt, super reliquos ignes elatos. Nisi equites gentis Taghleb e Wajelo oriundae fuissent (Ebn-Kotaib. 124.) hostes tibi omnibus locis supervenissent. Colaibus Djalilam et Mawijjam, filias **(p. 421.)** Morrahi b. Dsohl b. Schaiban b. Tsahlebah, quarum mater Halah filia Monkidsi b. Ahmru etc., avia autem Basus erat, in matrimonium duxerat. Nomine Basus camelam designari dicunt, quae prolata voce بس بس lac largitor emittat. Hunc virum respiciens Abu-Djondab Hodsailita dixit (metr. Thawil): Qui in eo pacem desiderat, similis est Ahmaro-Ahd aut Colaib-Wajel. Quod femina Basus committebat, ad me adductum est, duo millia habenarum post duo millia pugnatorum[2]). Gens Banu-Djoseham b. Becr, e qua Colaib oriundus erat, et gens Schaiban timentes, ne separarentur, et ut obsequium Colaibo conservarent, in uno domicilio se coniunxeraut. Colaibus et Djassasus b. Morrah contiguas tenuere domos. Djassaso decem fratres eraut: Hammam, Nadhlah, Dobb, Cisr, Sajjar, Djondab, Sahd, Bodjair, et Albarets. Alhammamo sequentes versus adscribuntur (metr. Camel): Si res difficilis superveuit, ad eam vocor et quum cibus Hais paratur, Djondabus vocatur. Hic per vitam vostram exilis in oculis suis est! Neque mater mihi sit neque pater, si id est! Colaibus autem quatuor fratribus utebatur, Ahdijjo, Amru-l'Kaiso cognominato Mohalhel, Salamah b. Rabiah et Abhd-Allah b. Rabiah. Colaibus regionem ad terram العالية[3]) pertineutem interdixerat omnibus nisi, qui de bello certiorem eum redderent. Postea vir Sahd, e gente Djarm oriuudus, cum camela Sarab appellata ad feminam Basus viciuam (materteram)[4]) Djassasi devertorat; erat enim feminae cognatus. Sahdi igitur camela cum Djassasi camelis, qui cum Colaibo res communes haberet, ut utriusque cameli libere incederent, pastum exiit. Colaibus, qui in regione iuterdicta spatiari solebat, quum ibi alaudam (Hommarab), quae ovis incubans, viro conspecto, sonum ederet, dum alas movebat, dixit. »Tranquilla sis, nam ova tua in clientela mea sunt!« et sequentes versus protulit (metr. Redjes): O tu, alauda, in loco culto aura tibi vacua est;

significationem habere videtur. Prima الرهاين, si ex nomine recte concludo, obsidibus datis diversarum gentium compositum agmen erat, quingentos milites continens, quod per anni tempus apud Nohmanum remanebat tum aliis in eorum locum missis. Secunda الصنايع militibus e gentibus Banu-Kais et Banu-Taim-Allat b. Tsahlebah constans personae regis addicta aulam nunquam relinquebat. Tertia الوضايع appellata mille milites continens, qui Arabibus numero duplice par esset, a rege Persarum quotannis ad regem Arabum mittebatur, ut non solum ipsi contra. Arabum gentes auxilio essent; verum etiam ipsum in obseqnio retineret. Quum optime armati esseut, Arabes putabant, Persas occidi non posse. Quarta cohors الاشاهب appellata regis cognatos comprehendebat. Nomen inde ortum esse dicitur, quod colorem album in facie haberent. Quinta nomen دوسر gerens fortissimis gentium, maxime gentis Rabiah, viris constabat. Nomen a fortitudine ortum videtur. conf. Meidan. II, 163.

1) Ignes duos sine dubio dixit, quod duae partes gentis Becr at Taghleb essent.

2) Ahmar-Ahd iuco Ahmar-Tsamud dictum esse volunt. Vir hic quum camelam prophetae Zaleh in pede vulnerans interitum gentis adduceret, eum postea designabat, qui magnae calamitatis auctor erat conf. Harir. 174. Sohair. Monil. v. 32. Meid. 13, 117. Voces كليب لوايل autem esse puto pro كليب وايل.

3) Alahlijah regionis nomen est super terram Nedjdj imminentis usque ad regionem Tehamah et regionem post Meccam iacentem Kam.

4) Beatus de Sacyus iure hanc vocem, quippe quae ex priore orta esse potest, delendam esse censuit.

ova igitur pone et sibila[1]) et rostro carpe id, quod vis rostro carpere! Quum postea cameli ipsi ignoti, qui ova illa fregisset, vestigia inveniret, rem aegre ferens dixit: Per lapides erectos Wajeli![2]) camelus ex camelis gentis Wajel clientelam meam violare haud ausus est. Tanta autem ira exarsit, ut in facie appareret. Postero mane cum Djassaso, ut suos camelos inspicerent, exiens et Sahdi camelam conspiciens, quam ova illa fregisse opinabatur, dixit: Iuro tibi, iuro. Opinatus sum et si certus fuissem, ego fecissem! Ne haec camela inter hos camelos redeat! Djassasus putans, eum verba nonnisi ea de causa proferre, ut camelos suos ex prato interdicto removeret, iram concepit et dixit: Immo, per Deum! ea ut antea redibit et ubi cameli mei capita deponunt, haec quoque camela caput suum deponet. Tum Colaibus dixit. Sella equi tui inm in radicem scapularum praecessit[3]): O Djassase! per Deum! si redit, ego sagitta mea eius ubera transfigam! Djassasus autem, per lapides circa templum Meccanum iuravit, se, si alter id fecerit, lanceâ eius spinam dorsi transfossurum esse. Tum Djassasus camelam illam cum camelis suis ad latus regionis interdictae, ut a via Colaibi remoti essent, repulit. Colaibus autem ad domum suam iratus pervenit. Uxor Djalilah maritum, quamnam ob rem iratus esset, interrogavit, sed responsum non tulit. Illa autem interrogando quum instaret, dixit: Num virum noscis, qui vicinum suum contra me defendat? Neminem se nosse dixit, nisi fratrem suum Djassasum. Interrogavit igitur, num Djassasus vicinum suum contra ipsum defenderet. Illa respondit, eum, si dixerit, id facturum esse et ea tum interrogavit, num dixerit. Colaibus respondit (metr. Redjes): Is dixit (قال l.); sed verbum de me mentiens est; nisi quum perficitur. Djassasus autem dixit (metr. Redjes): Tempore quo unus alterum premit, naturae cognoscuntur, minans modo mentiens modo verax est. Num autem indoles est, nisi cui naturae sunt. Multos autem versus hac in re uterque, unus contra alterum, composuit. Quotiescunque autem Colaibus equum conscendere volebat, eum uxor Djalilah retinebat eumque adiurabat, ne propinquo suo adversaretur et cognationis vinculum rumperet; nec non fratrem suum Djassasum adiurabat. Istam rem respiciens Mohalhelus Colaibo dixit (metr. Thawil): Si a fratre et pravo cognato te separas, abrumpuntur felicitates, quarum destructiones te ipsum destruunt. Tu autem quid inter has duas res acturus es? In utraque re a recto prohiberis. Ego stoti (beat. de Sacy شتّ) ad duas fovens, quarum una sanguine impleta est, in altera autem aqua colocynthidis est. In hoc detrimentum est, et dedecus et malum vehemens inter vos cumulata sunt. Si iniuriam, quae vilitatem parit, admittis, poenitens eris. Colaibus ei sequentibus respondit (metr. Thawil): Recta via procedam, etsi in consilio

1) Haecce verba خلا لكِ etc. in proverbii consuetudinem venerunt conf. Meid. 7, 27.

2) In hisce lapidibus Arabes ante Mohammedem diis sacra offerre solebant, et ex nostro loco conicere licet, cuilibet genti proprios lapides circum templum Meccanum positos fuisse. Post Mohammedem, qui non omnia, quae cultum idolorum spectarent, delere posset, ad hosce lapides verba: لا اله الا الله non est Deus nisi Deus verus proferri iussit.

3) Res tua haud bene se habet; sed vitiosa est.

eius, quod peregi, crines anteriores (conf. Ham. p. ٣٩ l. 11.) incanuerint, (p. 422.) dum timeo, ne quis dicat: Facto suo adversatur et ne quis dignitatis meae exstructum aedificium destruat et Mohalhelo dixit: Profecto! Tu nonnisi mulierum consortio delectaris, ut si occisus fuerim, pro sanguine meo lac accipies (caedem non ulciscens). Post aliquot dies quum nuntium, camelum in prato interdicto esse, accepisset, armis sumtis eam quaesivit; sed non invenit: Intermissis aliquot diebus Colaibi cameli, quos Djassasi cameli aequebantur, ad aquam venere. Djassasi autem cameli retinebantur nonnullis eorum, inter quos Sahdi camela erat, in pedibus ligatis. Camela autem illa vinculo rupto accessit, ut pastores eam vi repellere non possent. Colaibus primum eam e numero camelorum Djassasi esse putans quum comperisset, eam Sahdi esse suspicionem concepit, eam, ut ipse vexaretur, dimissam esse, et a latere eius ubera sagittà confodit. Camela fugiens ad cubandi locum pervenit et vociferata est, dum ex uberibus lac cum sanguine mixtum efflueret. Mulier Basus appellata, camelà conspectà, velum a capite suo detraxit et clamans: O vilitatem! faciem suam percussit, dum Djarmita (Sahd) quoque clamorem tollebat. Basusa dixit: Eheu! vilitatem, eheu! vilitatem vicini (conf. Gram. Ar. T. I. p. 575.). Colaibus autem dixit (metr. Wafir): Gens Morrah cognoscet, pratum interdictum meum communis iuris non esse, et camelam lac habentem vicini sui semper mane ad domos venire. Quum camela Sarab appellata ungulis duabus suis in genua procumbit, aegrotae a sanis discernentur. Putate igitur, me crimine digniorem meque prospero successu digniorem esse. Et sinistra manus si adficitur, a dextera salutem non assequitur. Djassasus autem Basusae, ut taceret, imperavit, seque ei maiorem camelam daturum esse promisit. Ea autem contenta non fuit, donec ei decem promitterent. Noctis autem tempore alta voce, ita, ut Djassasus verba audiret, Sahdum sequentibus verbis allocutus est (metr Thawil): O Sahde! ne socors sis; sed caveas; nam in gente dego, quae tanquam mortua vicinos negligit. Camelos meos ad te sume, nam ego metuo, ne in filias meas perfidia utantur. Profecto! si in Minkari (Pars gentis Tamim est) domicilio fuissem, Sahdus iniurià laesus non esset, demorum mearum vicinus; sed ego in domicilio gentis sum, in quam si lupus incurrit, in meam ovem incurrit. Verbis auditis Djassasus dixit: Tace, o mulier, per Deum! mane quidam saucius erit, qui genti Wajil gravior est, quam tua camela. Arabes autem Basusae versus الموثبات instigantes appellarunt. Colaibus verbis Djassasi auditis dixit: Djassasus me non occisurus admissarium meum Ohlajjan vulnerare gratum habebit; sed priusquam hoc perficit, ei tragacantha nocte obscura decorticanda est (conf. Meid. 8, 13.)[1]) Djassasus autem dixisse fertur (metr. Ramal): Vicinus meus, hoc scitote, domesticis meis propinquissimis adnumeratur, et camelae vicini mei eadem ratio quam camelae ex camelis meis est. Et si vicino meo iniuriam infertis, in viris meis mihi iniuriam infertis. Vicino meo fidem praestabo, ut prudentiam

1) Proverbium hocce rem esse difficillimam, quam perficere nequeat, significat.

meam homines cognoscant. Quod manui dexterae meae a sinistra ius est, idem hominibus esse censeo. Officium nostrum est a vicino iniuriam lanceis depellere. Ne me igitur vituperate, nam opes meae vicini opes defendunt. Id verum est sine dubio, o per lapides Wajeli[1]) circa templum! Tum Djassasus, quid Colaibus ageret, explorans quum audivisset, cum arma secum habere, non exivit. Quodam autem die quum Colaibus armis domi relictis in pratum exiisset, Djassasus secum habens Ahmruum b. Abi-Rabiah Almosdalifum b. Dsohl b. Schaiban eum secutus est. Djassasus alterum rogavit, ut eum ab anteriore latore circumiret, quo melius eum occidere posset, nam Colaibus ob superbiam se retro convertere non solebat. Dixit igitur Djassasus: Cave, nam ego te occisurus sum! Dixit igitur Colaibus: Si vera dicis, mihi faciem obverte; scis enim, me retrorsum corpus non convertere. Ahmruus autem dixit: Iuste erga te egit[2]); sed non puto, te facturum esse. A tergo igitur alter eum confodit et quum prostratus esset, fugae se dedit. Colaibo tum Djassasus roganti, ut aquam porrigeret, dixit: Aqua ante te est aut, ut alii referunt: Ad aquam Alahaz et Schobaitsa transiisti[3]). Ahmruus b. Alharits autem Djassaso dixit: Te nil fecisse puto et metuo, ne nos in aerumnam conieceris. Rediens igitur Colaibum omnino interfecit Rem respiciens Mohalhelus dixit (metr. Wafir): Occisus[4]), occisus viri Ahmrui et Djassasi b. Morrah constans. Quum pater, qui in gentis consessu esset, fugientem Djassasum conspiceret, eum **(p. 423.)** magnum crimen commisisse dixit. Causam, cur hoc putaret, interrogantibus respondit, se locum corporis videre, quem non conspexerit, quamdiu interius vestimentum ille ligare soleret; in femore enim lepra adfectus erat. Ob festinationem in fuga is locus apparebat. Advenientem pater interrogavit, quid novi ferret. Se Colaibum occidisse respondenti pater dixit: Crimine tuo a gente separaberis et, ut te pro eo occidant, fune ligaberis. Per lapides sacros Wajeli, Colaibo occiso gens Wajel in bono coniuncta non erit, et vae! quantum crimen contra gentem tuam commisisti, o Djassase! Principe occiso eos separasti et bellum inter eos accendisti. Tum Djassasus dixit (metr. Wafir): Para pro te apparatum defensionis, nam res maior est, quam ut reparari[5]) possit; ego contra te bellum accendi, quod senem sputo suffocat[6]). Carmen hoc longum est. Ipsum autem vinctum domo inclusit et gentes Becr b. Wajel convocavit. Congregatos, quid fieri vellent,

---

1) Homoioteleuti causa aut a nomine وايل pluralem ايال formavit aut vocem وايل in ايال permutavit, id quod homoioteleuti causa interdum Arabes facere solent. Beatus de Sacyus putat pluralem vocis آل esse; sed conf. Ham. p. ٤٤١ l. 15. p. ٤٤٣ l. 4.

2) Hoc ad id respicere videtur, quod eum non a tergo, ut cavere posset, confodere vellet.

3) Verba in proverbii consuetudinem venerunt; sed loco vocis تجاوزت legitur تخطى cum eadem significatione Meid. C. III, 124.

4) Vocem ما superfluam esse puto eamque cum voce antecedente coniungo.

5) Vox التلاحى, nisi التلاق legendum est, in lexicis bonum sensum non offert; sed in codice hanc vocem legi dubio caret.

6) Quo senex multum augitar, ut plorans sputo paene suffocetur.

interregavit. Eum, quum Colaibum ioterfecisset, vinctum esse, ut petentibus traderetur. His verbis auditis Sahdus b. Malec b. Dhobaiah b. Kais dixit: Per Deum! eum non trademus; sed defendemus, donec omnes nos pereamus. Tum camele mactato super sanguine foedus pepigere. Et quum, ut Djassasi dictis responderetur, postularent, Morrahus dixit (metr. Wafir): Et si contra me bellum accendisti; ego neque impetens sum, neque arma vetusta habeo; sed ego, quamvis imfirmitatibus laboro, mortem excito, qui tempore matutino bibendum dat. Et, quando lanceae inter se rixantur, e vulnere lanceam trahe. Per vitam tuam! non curo, quando per decretum divinum bellum contra me excitatur. Eius vestem induam et diem opprebrii et ignominiae per id a me depellam. Et iam laetitiâ motus sum et desiderio equites contra lanceas impellendi flagro. His aliisque versibus dictis Djassasum e custodia dimisit et sequentes versus preountiavit (metr. Camel): Insolentia in eo mortem adducit et Deus gentibus insidiarum locus est. Si Wajelus iniuriâ erga nos abstinuisset, sine cervicali locum procumbendi non invenisset (i. e. morte naturae exspirasset). Maior autem horum versuum numerus est et Arabes multos de caede et iniustitia Colaibi versus protulere.

LV.

Alius dixit.

1. In loco Albaidha a latere Alhimae vir mortuus est, qui iter facientibus bibentibusque decori erat.

Mortuum laudat tanquam principem liberalemque. Eum iter facientibus decori esse, Mersukius ad principatum refert; sed nil obstat, quin liberalitatem spectet. Qui enim iter faciens de suo commeatu inopibus distribuit, is quoque iter facientium decus est. Hoc melius cum sequente voce والشرب sensu nexum esse puto, ut liberalitatem eius domi forisque laudaverit. Inter bibendum Arabes liberalissimos se gerebant, ut si quis ebrius opes suas dilapidaret, id laudi esset conf. Ham. p. ٨٧ v. 3. p. ٥٤١ v. 2 infr. Plures loci nomen البيضاء habere, e Kamusi opere videmus. Inter illos unus est, qui ad locum حمى الربذة pertinet. Rabadsah nomen loci in propinquo oppidi Medinae est. Hunc locum in versu intelligendum esse, e verbis appositis a latere Alhima conclude.

2. Filiae patrui avunculique interdiu eum circumstant sitientes, quarum sitis aquâ frigidâ, dulci non restinguitur.

Lugentes feminae, quae eum circumstaut, tanquam sitientes ob aestum in pectore describit; sed ne quis eas re vera sitientes putet, sed moerore adflictas, eas aquâ dulci haud satiari dicit. Poeta emissis substantivis adiectiva adhibuit.

3. Manibus pulverem super eum effundunt; sed non ob odium pulvis super eum excitatur.

Mulieres lugentes et praeficae ad mortuum stantes pulverem in faciem spargere solebant, quod summi moeroris indicium erat conf. Meid. 22, 37. Ham. p. ٣٦٣ v. 1. Id autem

faciebant ostendentes, se ista morte in terram quasi depressas et abiectas esse. Non poterat non pulveris huius pars in mortuum decidere, quae res causa est, cur poeta noster, non ob odium super eum pulverem excitatum esse, dicat, significaturus, ob summum moerorem factum id esse. Sed collato versu sexto pag. ۴۷, ubi eadem duo verba adhibita sunt, hoc de mortuo in sepulcro recondito dictum esse possit. Sed hoc admisso mirum videtur, feminis rem tributam esse. Praepositio من in propositionibus negantibus modo pleonastico adhiberi solet Gram. Ar. T. I. p. 490.

LVI.

Puella, quae matre defuncta a noverca affligeretur, dixit.

1. Si legatus meus ad matrem Sahdi veniret, ad matrem meam veniret et ad eam, cui res meae cordi sunt.

Puella quum ad patrem suum questa de noverca misisset, inde nil auxilii accepisse videtur. Quapropter dicit, si ad matrem meam mittere possem et ad eam, cui res meae cordi sunt, res mihi utilis esset. Propositio consequens verbis اتى امي continetur. A matre autem auxilium sperare poterat. Mater Sahdi cognomen matris eius est.

2. Sed iam ad eum venit, inter cuius cor et amorem mei clavis portae clausae est **(p. 121.)**

Queritur, quod morte matris amorem patris intercedente noverca amiserit. Novercam cum clavi comparat, qua cordis porta clausa est, ne amor puellae intrare possit. Sed fieri potest, ut hoc in versu vox غلق nomen actionis sit, quo portam clausam esse, significetur. Prior tamen significatio magis placet, quippe vox رتاج origine sua portam clausam designat. Scholiastes dicit, si vox من vocali Kesra pronuncietur, rem ad matrem referendam esse, ut voces غلق الرتاج sepulcrum significent. Isto sensu recepto فؤادها praeferrem. Sunt, qui dicant, poetriam de legato, qui rei curam non haberet, questam esse, dum alii voce رسول nuntium seu legationem significari dicunt. Priorem interpretandi modum caeteris praeferendum puto.

3. Et cui dolor capitis mei haud nocet. At amor nonnisi partu oritur.

Prior pars cum antecedente cohaeret et a patre filiae dolorem non curari dicit. Posterior causam exponit, nonnisi matrem filiam, quam enixa sit, amare.

LVII.

Dixit Omm-Aizarih e gente Cindah [1]) orlunda.

1. Mater eorum pereat! Quot laudis funes die, quo in loco Djaischan prosternebantur, resecti sunt!

Caedem virorum deplorans gloriae, qua ornati erant, mentionem facit. Verbo هوى percundi significationem tribuunt. Scholiastes ad significationem explicandam plura substantiva adfert locumque Corani (Sur. 101, 6.), in quo vox هاوية nomen Gehennae esse dicit, ut sensus sit eorum mater i. e. locus, quo se recipiunt, Gehenna est. Alii in loco Corani voci

1) Cindijj aut Cindah cognomen Tsauri, filii Ohfairi, auctoris gentis Iemanensis erat.

ﺍﻟﺮﺃﺱ significationem superioris partis capitis dantes sensum esse dicunt: Eorum summa capitis pars in locum profundum decidit. In versu nostro autem ad rem magnam admirandamque significandam poetria verbis usa est. Grammaticus Abu-l'Ahla dicit, verba, quibus Deus contra aliquem invocari videatur, ab Arabibus contrario sensu adbiberi, ut laudem significent. Hanc rem se ita habere, ex eo cognosci, quod verba nunquam in vituperatione adhibita invenirentur. Simili modo poetam in sequentibus verbis locutum esse (metr. Madid conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 181.): Eius praeda petita nunquam aufugit; qualis est! ne eius personis adnumeretur! Nomina temporis Nunnatione abiecta cum verbo saepius coniunguntur (Gram. Ar. T. II. p. 147 sq.). Djaischan nomen regionis (pagi) Iemanensis est. Hac in regione pugna commissa erat. Gloriae funes tribuuntur, quibus ad homines ligata est. Hanc ob causam verbo تصرما (resecti sunt) usa est. Similis comparandi modus Ham. p. ٣٣٤ v. 4. p. ٥٠٣ v. 3. invenitur.

2. *Neque fugere voluerunt, dum lanceae iugula eorum attingebant neque ob mortis timorem scalam conscendere.*

Eos quidem fugâ evadere potuisse; sed, quum constantia eorum hoc non permitteret, mortem fugae eos praetulisse. Effugium cum scala comparavit, in quam securitatem petens conscendit. Eundem comparandi modum Ham. p. ١٢٠ v. 1. vidimus.

3. *Si fugam cepissent, honorati fuissent; sed mortem patienter ferre, ipsis maiore honore dignum videbatur.*

Talem autem rerum conditionem fuisse dicit, ut, si fugam cepissent, ipsorum dignitas deminuta non esset. Namirita dixit, haec, si exterioris sensus ratio habeatur, probanda non esse, nam, si omnis fugiens honoratus esset, timidus honoratus esset. Verborum sensum esse, eos a suis relictos, quum hostibus numero pares non essent, fortiter pugnantes occisos **(p. 125.)** esse. In tali rerum statu si fugae se dedissent, excusatione digni fuissent, quippe qui antea fortitudinem probassent. Similem sensum Ausus expressit (metr. Thawil): Fuga hodie viro dedecus non adfert, quum heri fortitudo eius comprobata fuit.

LVIII.

Dixit Alhosain b. Mothair b. Alaschjam Asadita.

Cliens gentis Asad b. Chosaimah (tum gentis Sahd b. Malec b. Tsahlebah b. Dsudan b. Asad) erat. Eius avus مكحل appellatus servus erat, postea manumissus. Omajjadas et Ahbbasidas, quorum tempore vivebat, carminibus celebravit. Chalifam Mahdi cognominatum (regnavit ab anno 160 usque ad annum 168, cuius anni initio obiit) sequentibus versibus celebravit (metr. Thawil): Et dies calamitatis est, in quo hominibus calamitates et dies gratiae, quo hominibus beneficia sunt. Die liberalitatis manu sua beneficiorum pluvia effunditur et die poenae e manu sua sanguis profluit. Si die liberalitatis dexteram

suam super homines evacuasset, in terra egenus amplius non esset, sin autem die poenae manum evacuasset; in terra peccator iam non esset (In hisce versibus diem infaustum, quo rex Aluohman quemlibet sibi primo obvenientem occidere solebat, respicere videtur), Meid. C. T. I, p. 361. conf. Ham. p. ٧٠٣, ubi versus occurrunt. Tam carminum genere قصيدة appellato, quam eorum, quibus metrum Redjes est, insignis erat. Externo habitu et loquela deserti incolam referebat. Praestantissimis recentiorum poetarum (المحدثين) adnumeratur. Citab. Aiagh. conf. Ham. p. ١٣٥ et ٥٣٣.

1. Accedite vos duo ad Mahnum eiusque sepulcro dicite: Nubes matutinae iterum iterumque pluvia verna te irrigent!

Versus sequentes in Ebn-Chall. opere No. 742. inveniuntur. More veterum poetarum duas personas alloquitur (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1. Ham. p. ٤٣ v. 5. p. ٤٣٩ infr. p. ٤٨ v. 1.) rogans, ut Mahni sepulcrum visitent et bene ei precentur. Quod si nubibus matutinis rigatur, viride semper erit, ut solis ardor ei haud noceat. Mahnus b. Sajidah vir generositate, fortitudine et liberalitate celeberrimus anno 151 praefectus Sidjistanae diem obiit conf. Herbelot. T. II. p. 546. Ebn-Challik. No. 742. et Ebn-Kotaib. p. 134. Ut iis pluvia continuo sepulcrum irrigari significaret, tam pluralis الغوادى, quae vox adiectivum est substantivo omisso, quam vocibus مربعا ثم مربعا usus est. Vocem مربعا grammatici tripliei modo explicant aut eam esse loco adverbii ظرف (loco veris) aut verbi obiectum (pluvia verna) aut nomen verbale a verbo ربع (verna pluvia adfectus fuit) derivatum, ut vox eum verbo سقتك coniuncta pro سقيا sit. Primum reiiciendum esse puto. Ut sepulcrum pluviis irrigetur, quibus superficies vireat, optant conf. Ham. p. ٤٤٠ v. 6.

2. Et o Mahni sepulcrum! tu prima terrae fossa es, quae loco lecti liberalitati parata est.

Ad laudem liberalitatis se confert. Mahni tanta liberalitas erat, ut in proverbii consuetudinem veniret (Meid. C. 6, 88.). Versui duplicem sensum tribuunt aut eum similem esse verbis poetae (metr. Thawil): Quasi mortuus praeter te non esset et ad mortuum praeter te feminae lugentes non stetissent, quibus rem maximam esse et alteram ei similem non accidere significat aut versu significari dicunt, morte Mahni liberalitatem ipsam periisse. Mahni liberalitas quum tanta esset, ut omnium liberalitatem complecteretur, morte eius ipsa liberalitas periisse videtur. Hunc ego sensum praeferendum puto, nam desperantis loquendi modus est. Accusativus vocis مضجعا statui describendo inservit. In Ebn-Challicani opere tertius hic ordine versus est. Loco voeis للسماحة legitur للمكارم (actionibus generosis). Legitur quoque فيا.

3. Et o Mahni sepulcrum! quomodo eius beneficentiam occultasti, qua terra mareque impleta erant?

In Ebn-Challicani opere secundus ordine versus est. Legitur ibi فيا. Iterum dolore adfectus sepulcrum alloquitur, ut admirationem suam ostendat. Terra mareque re vera beneficentiâ Mahni repleta non erant, sed terram mareque opposuit, ut omnia loca significaret, qua in

descriptione hyperbele est. Quod praedicato مترعا ad duo nomina referendo singularis numerum dedit, huius rei duplicem causam scholiastes adootavit. Poetam verborum ioversionem animo cogitasse, quasi dixerit: البر مترعا والبحر مترع »terra plena et more plenum«. Vocem repetendam autem eum omisisse, quum vocis coniunctae eadem ratio esset, ac vocis quacum coniuncta esset. Similem rationem in verbis poetae inveniri (metr. Thawil): Ego et Kajjarus (equus meus) ibi peregrini sumus, oam vox غريب ad suffixum et ad equum redit. Alterum autem scholiastes ad explicandum adduxit, poetam, quum vocis coniunctae et vocis, quacum coniuncta esset, eadem ratio esset, satis habuisse cum uno tantum praedicatum coniungi. Similis construendi modus in versu sequente inveoitur (metr. Thowil): Rem mihi obiecit, qua et ego et pator meus immunes eramus et e septo putei[1]) murati me petivit. Similem sensum poeta Ham. p. ٣٢٣ v. 7. expressit. De sepulcro conf. T. I. p. 217. T. II. p. 25. 34. 53. 89.

4. Immo! beneficentiam capere potuisti, dum ea mortua est; sed si viva fuisset, nimis angustum ruptum esset.

Sententiam prioris versus exornans causam quandom rei profert. Ut poeta Ham. p. ٧٧٣ v. 3. turpitudinis personam fingit, sic noster beneficentiae personam mortui et vivi imponit. Vocem بلى post interrogationem aut negationem adhiberi (Gram. Ar. T. 1. p. 514.) videmus. **(p. 426.)** Hanc interrogationem scholiastes omissam esse putot, quasi admiranti poetae sepulcrum dixerit: Nonne eum occultavi? Hanc igitur interrogationem poeta respiciens in nostro verso respondet. Littera Alef in voce تصدعا homoioteleuti causa addita est.

5. Vir est, qui post mortem ob beneficia sua vivit, sicut torrentis locus, postquam cessarit, pratum est.

Tanta autem eius beneficia fuisse, ut vir post ipsam mortem iis rebus, quas praeclare gesserit, vivere videatur. Vocem فتى etc. scholiastes duplici modo explicari posse putat. Casum accusativum dicit e verbo omisso اذكر peodere, qui loquendi modus laudi inserviat conf. Gram. Ar. T. II. p. 81 sq. Sed vox نعم queque omissa cogitari potest conf. Gram. Ar. T. II. p. 224. Alterum autem, quem proponit explicandi modum, praeferendum habeo, quo voci فتى taoquam praedicato, cuius subiectum هو (is) omissum sit, casus nominativus datur. Nil quoque obstare dicit scholiastes, quin verba عيش فى معروفه eius beneficiis divites factos significent aut ea, quae in pium usum legaverit, durare, ut homines iis subsistant aut denique eum primum beneficeotiam alios docuisse. Io eo aotem, quod praeteritorum beneficiorum vestigia appareot, cum torreote virum comparavit. Qui quum pluvia cessante disparet, herbae revirescunt. In explicooda posteriore versus parte scholiastes dicit, vocem مجراه, cui casus nominativus sit, verbum كان, a quo recta sit, sequi debuisse; sed ob pronomen, quod ad vocem السيل pertineat, ante hanc vocem locum habere non potuisse, quum pronomen voci, ad quam referatur, antecedere non possit. Vocem autem illam impeditam

1) Beatus de Sacyus vox الطوى nomen proprium esse putavit, sed quum vox جول de septo putei in usu sit et vox طوى de puteo quoque adhibeatur, non assentior. Sensus horum verborum autem nuo umnino clarus est. Mihi autem maxime, ut homoioteleuto satisfieret, poeta sic scripsisse videtur.

esse, quominus verbum ipsum regens statim sequeretur, rc, quae ad pronomen cum ipsa coniunctum pertineat, non re, ad quam (pronomen) pertineat, ut sic verborum sensus constituendus sit: Sicut locus, ubi torrens fluit, pratum post cum (torrentem). Dicere vult pronomen ad vocem سيل ct non ad vocem مُجرى pertinere.

6. Quum Mahnus decessisset, liberalitas decessit et iam nasus actionum generosarum amputatus est.

Hic versus, qui, liberalitatem mortuo Mahno disparuisse, dicit, post quartum versum potius ponendus fuisse videtur, ut versu quinto carmini finis imponatur. In posteriore versus parte actiones generosas personam esse finxit eamque in contemtum venisse dixit. Hoc comparatione institutâ cum persona, cuius nasus amputatus est, expressit. In proverbio dicitur: منك انفك وان كان اجدع »Nasus tuus est, ctsi amputatus est« (Meid. C. 24, 261.). Contemtus quoque auribus resectis significatur. Sic dicitur: فمشوا باذان النعام المصلم »Incessere auribus struthiocameli rcaectas aures habeutis«. Vox عرنين proprie superiorem nasi partem significans, tum in nasum elatum translata est; sed in naso depresso haud adhibita videtur. Littera Alif in voce اجدعا homoiotelcuti causa addita est. Legitur quoque وانقضى.

LIX.
Alius dixit.

1. Quod lacrymas Watsirahus b. Simac tam plorantium feminarum, quam virorum excitavit!

Admirans et interrogans, quot lacrymas tam mulierum quam virorum mors Watsirahi excitaverit, incipit. Eo, quod non solum feminas, verum etiam viros plorasse dixit, summum moerorem omnium indicat. Ex homoioteleuto initium carminis esse cognoscimus. De modo, quo grammatici voces ما ذا explicant conf. Ham. p. ٥٣٩ v. 6. Voci اجال circumvertendi significationem dederunt, sed, num recte cum lacrymis vox coniungatur, nescio. Sensui aptior est vox احال »effudit« ct اسال, (profluere fecit), quae vox in Mersukii codice legitur. Vox احال in hemistichio metri Wafir sequente effundendi significationem habet Effundunt situlas super situlas. Nomen quoque mortui diverso modo scriptum invenitur. Nomen وثيرة a وثير (mollis) derivatum putant ct voci وتيرة, qui alter legendi modus est, varias significationes tribuunt, inter alias partis terrae asperae, quae calcando subacta et aequabilis facta est et inde viae. Nomen quoque وبيرة Wobairah et مزيرة Masirah scriptum invenitur.

2. Vir, cui captivorum oculi et periturorum animae adfixi erant, decessit.

Causam admirationis interroganti quasi respondens exponit. Virum beneficentissimum decessisse, cum nempe, qui aut captivos redimeret et in pauperes, qui interitui imminerent, beneficia conferret. Haec erat causa, cur oculi semper in eum directi essent, quippe quibus isto mortuo pereundum esset.

LX.
Dixit Aschdjah b. Ahmru Solamita in Mohammedem b. Manzur b. Sijad (confer. Ham. p. ٣٦١).

1. Viri liberalitatis mortem liberalitati annuntio. Ei, cuius mortem annuntio, similis non exsistit.

Ex homoioteleuto in fine prioris hemistichii initium carminis cognoscitur. Viri liberalissimi mortem annuntiat, qui cum liberalitate intime coniunctus liberalitatis vir appellatus

erat. Mortem viri liberalitati ipsi tanquam personae annuntiat, ut cum hominibus lugeat. In posteriore parte modo ab Arabibus التفات appellato loquendi modum, quo incepit, **(p. 427.)** relioquens, quo magis hominis iactura ab omnibus sentiatur, ei similem in liberalitate non exsistere dicit.

2. Viri mortem annuntio, post quem terra aquam remanentem e ligno exsuxit.

Terram ipsam morte huius viri tam mutatam esse, ut omnino arida, pluvià liberalitatis haud amplius decidente, humorem ex arboribus suxerit, quae inde aruerint.

3. Gloria eo (mortuo) rupta est tali modo, ut eius latus reparari non possit.

Gloriam hoc in versu cum vaso comparans verbo انثلم (ruptus fuit) et voce مسدود (obstructus) usus est. Quum vir gloriam defenderet, ut nemo eam diminuere posset, morte illius vas gloriae ruptum esse dicit, et quum mortuus in vitam non redeat, illa gloriae noxa reparari non potest. In codice vox ثلمة tam cum vocali Fatha quam Dhamma pronunciatur. Hic versus cum sequente in Mersukii codice desideratur.

4. Hoc igitur tempore liberalitatis lapsus timetur et avaritiae impetus contra liberalitatem.

Quum iste vir liberalitati vehementer operam daret, eam quasi tutus est, ut isto mortuo timendum sit, ne avaritia liberalitatem vincat. Avaritiam cum liberalitate pugnantem finxit.

LXI.
Dixit Abhd-Allah b. Alsobair Asadita.

Tempore Islami in oppido Cofa educatus Chalifis Omajjadarum addictus erat. Quum Muzihbus b. Alsobair oppido Cufa potitus esset, poetae captivo benefecit. Quae res causa erat, ut poeta eum laudans nunquam eb eo discederet, donec ille occideretur. Poeta tempore Abhd-Almaliei b. Merwan diem obiit (Cit. Alaghan.).

1. Calamitas mulieres gentis Harb tantopere adflixit, ut omnino attonitae essent.

Hisce versibus non dubito, quin principis e gente Omajjah mortem poeta deploret, quum mulierum gentis Harb mentionem fecerit; Harb enim filios Omajjahi erat. Scholiastes in priore versus parte inversionem videt, ut loquendi rationi aptius dicturus fuerit: رمى المقدار....بحدثان, ut voci مقدار eandem significationem, quam voci مقدرة (providentiae divinae) tribuisse videatur. Inversione autem non admissa voci المقدار nquantitatis rei definitae significatio tribuenda est. Verbum سمد s o c o r d e m e t m e o t o a t t o n i t u m e s s e, significare scholiastes noster ex Mersukii opere desumsit et significationis probandae causa locum Corani (Sur. 53, 61.) attulit. Grammaticus Abu-l'Abla autem in versu significari vult faciem mutari ob tristitiam, quasi fimo eincreque adfecta sit, dum alius quidam significari contendit, a mulieribus capita tolli in lomeutando.

2. Tum, ut nigra earum coma alba fieret, faciesque earum albae nigrae fierent, effecit.

Effectum moeroris describit. Tanta erat, ut coma albesceret et facies in luctu percussa

nigresceret. Alohrjanus b. Alhaitsum Abbd-Almalico interroganti, quomodo se haberet, responsum dedit, in quo simili loquendi modo uteretur: Pars mea, quam vellem albam esse, nigra evasit, et plura addens denique dixit (metr. Thawil): Iuventus mea candida et florida erat; sed iam factus sum paulum remotus a senectute, valde niger.

3. Quod si fletum Hindae et Ramlae vidisses, quum genas percuterent,
4. Fletum plorantis feminae et plorantis viri audivisses, cuius unicum abstulit tempus.

In hisce versibus, qui in Mersukii codice non leguntur, luctum describit. Scholiastes dixit, accidere posse, ut, qui versuum sensum non intellexerit, ei vitiosi videantur. Hinda et Ramla feminarum nomina esse et nihilominus verba باكية وباك feminini et masculini generis sequi. Denique واحدها ut pronomen ad unam personam referatur, poetam dicere. Sensum esse, feminas duas simul lamentari et neutram earum ab altera in agendo dissentire, ut nonnisi una plorare videatur. Voce autem وباك, quasi dixerit: وباك كذلك »et eodem modo plorans vir«, verba ابان etc. cum voce باكية poetam coniunxisse.

LXII.

Dixit Moslim b. Alwalid uxorem mortuam deplorans. (p. 428.)

Poeta cliens Asahdi b. Sorarah Chesredjitae erat. Cognomen صريع الغوانى »Prostratus pudicarum feminarum« ob versum sequentem accepit (metr. Thawil): Num vita alia re consistit, quam quod vespera in amore versaris et per diem poculi et oculorum amplorum prostratus es. Cognomen Abu-l'Walid gerebat. Cufae educatus tempore Abbasidarum poeta celeber, qui primus ornamenta artificiosa البديع appellata (conf. librum meum Darstell. d. Arab. Poesie p. 519.) in poesi adhibuisse dicitur. Eius modum Abu-Tammam Thajjita imitatus est. Alraschidum et Barmacidas carminibus celebravit, tum Iasidum b. Däud b. Hatim. Praecipue autem cum fratre suo personae Iasidi b. Mosid et Mohammedi b. Manzur b. Sijad se addixit, qui Diwano redituum[1]) praeerat. Postea Alfadhlo b. Sahl summo principis ministro[2]) se dicavit, a quo muneri rerum iniustarum inquirendarum (المظالم)[3]) in provincia Djordjan praepositus diem obiit. Quum Alfadhlus b. Sahl (Ebn-Challik. No. 540.) ab anno 196 usque ad annum 202 summus regis minister esset, hoc temporis spatio munus accepit. Post mortem Alfadhli munus eum administrasse, ex eo videmus, quod mortem Alfadhli carmine deploraret Ebn-Challik. No. 540 vers. fin. Poetae carmina in Diwano collecta esse, ex Ibn-Challikani opere T. I. p. ١٨ videmus.

1. Desiderium et desperatio quomodo conveniunt, dum eorum loci in corde diversi sunt?

Miratur, quod uxoris mortuae desiderio plenus sit, quamquam bene sciat, eam in vitam

1) Vox الخراج »Reditus principis ex fundis significat Abulfed. Ann. T. III. adnot. 395. Anno 190 ab Harun-Alraschido in Aegypto res instituta est.

2) Alfadhlus b. Sahl duplicem praefecturam belli et rerum administrandarum رياسة الحرب والقلم a Mamuno anno 196 accepit, quapropter ذو الرياستين cognominatus est.

3) De hoc munere conf. beat. de Sacy Chrest. Ar. T. II. p. 93. ed. pr.

redituram non esse. Qua in re summi amoris indicium video; fieri enim solet, ut, si animus noster rei amore omnino impletus sit, nos ea privatos esse, cogitare vix possimus et desiderio rei omissae de novo teneamur. Ex homoioteleuto hemistichiorum primum carminis versum esse cognoscimus.

2. Mane abiit, dum humus ei magis convenit, quam amicus, ad habitaculum remotum, quod oculis propinquum est.

Suspiria trahens statum uxoris mutatum describit. Prior versus pars sensu poetae verbis quodammodo similis est Ham. p. ٤٠٩ (metr. Camel): Deus tibi desideratae propitius sit, quum locus incultus tibi non conveniat, posterior pars ad sensum sequentium proxime accedit conf. Ham. p. ٤٠٥ v. 5.: »Eorum vicinitas propinqua est, at locus occursus longe remotus«.

3. Non est moeror habendus, donec oculus aquam suam exhaurit et viscera palpitationi adsuefiunt.

Mororem magnum generalibus verbis loquens indicare videtur. Se mortem uxoris deplorare, donec lacrymae exhaustae sint et cor semper palpitet. Cor autem quum diu palpitat, palpitando non amplius repugnat, ut ei adsuefiat. Hanc verbi عرف significationem verbis poetae scholiastes affirmare studet (metr. Thawil): Contra adsuefactas occursui, austeras (equos significare videtur). In verbis لا وجد praedicatum omissum est, ut sit pro لا وجد حاصل »non est moeror exsistens. Voci بالخفقان in Tebrisii codice alter legendi modus للخفقان superscriptus est.

LXIII.
Idem dixit.

Mersukius adnotavit, Abu-Tammamum, quamquam Moslimus suo tempore viveret, versus, quos pulchros inveniret, in librum suum recepisse. In libro Ebn-Challikani No. 830. edit, Wustenf. p. 11. quatuor versus nostri addito quinto citati sunt, quibus Moslimus b. Alwalid Iasidum b. Mosid deflevisse dicitur, qui in oppido Bardaah in extrema Aderbidjana sito diem obierit, quapropter قبر ببردعة ibi legitur. Alii autem dicunt, poetam Iasidum b. Ahmed Alsolami deplorasse, alii Malicum b. Ahli Alschosahi et legendum esse قبر بحلوان. In Ebn-Challikani opere post primum versum sequens insertus est: ابقى الزمان على ربيعة بعده حزنا لعمر الله ليس يعار »Reliquit tempus genti Rabiah eo defuncto tristitiam, quae, per Dei vitam! non auferetur. Ordo versuum ibi sic mutatus est 1) قبر 2) ابقى 3) سلكت 4) نفضت 5) فاذهب.

1. Sepulcrum apud Holwanum, cuius fossa gloriam occultavit, quam caeterae dignitates non aequant.

Ut poeta Ham. p. ٤٢٥ v. 3. miratus erat, sepulcrum liberalitatem abscondere, sic hic miratur, quod gloriam occultet. Scholiastes autem vocem خطر pro ذو خطر dictam esse vult, ut gloria excellens, nobilis designetur. In versu duplex legendi modus a Mersukio adnotatus est aut استتر aut اسر. Priori repugnat, quod lexicographi decimae formae transitivam quartae significationem non tribuerunt. Voci intransitivam significationem esse, ex

verbis استسر القمر ليلة او ليلتين »Luna (in fine mensis) per unom aut duas nocies occulta esto, videre licet. Qui autem hunc legendi modum defenduut, ii ad rem illustrandam formam استعجب, cui eadem significatio ac formae عاجب sit, contuleruut. Posteriori legendi modo contrarium est, quod contra grammatices regulas vox حلوان cum Nunuatione, ut metrum versus completum sit, pronuncianda est. Voce خطر altitudinem dignitatis et gloriae significari scholiastes dixit. Vox تقاصر est pro تمقاصر. Voci aut debilitatis aut brevitatis significationem tribuendam esse censeut. De oppido Holwan inter Bagdadum Hamadonumque sito conf. Kaswini Kosmograph. p. ٢٣٩.

2. Strata clitellarum tua causa excussa sunt, ut suo loco manerent et urbes peregrinos suos repetivere.

Hoc in versu liberalitatem mortui laudat, quae tanta erat, ut ad eum e locis remotis multi convenirent. Viro autem mortuo nemo iter ad eum suscipit; qui apud eum versontur, in oppida sua redire coacti sunt. Qui loco suo manere vult, strata clitellorum, quibus in itinere uti solebat, excutit, ut ea iu posterum conservet. Peregrinos outem apud illum virum degentes, quasi deposita esseut, descripsit, quae oppida, e quibus ad eum profecti essent, isto mortuo reposcerent. Scholiastes vocem نزاعها a verbo نزع cum nomino **(p. 429.)** actionis نزاع (desiderio adfectos fuit) derivari posse dixit.

3. Abi, sicut nubes matutinae abierunt, quas campi collesque laudant.

Eius beneficia tum, quod copiosa sunt, tum, quod florem status hominum producunt, cum pluvia nubium matutinarum comparavit conf. Ham. p. ٣٨٣ v. 7. p. ٦١٤ v. 1. Harets. Moall. v. 57. edit. Vull. Ut beneficia saepius repetita esse indicet, nubes matutinas, plurali numero utens, dicit. Ut autem post talem pluviam tam campi quam colles laeti revirescunt et quasi gratias nubibus agere videntur, sic liberali mortuo hominum status laetus est beneficiis eius largiter expansis. Poetae interdum mortuum alloquuntur, ut in nostro versu sic Ham. p. ٤١٣ v. 1. Vocem غوادى cum Voce مزنة coniunxit, quia partes eius sunt et plures congregatae nubem (مزنة) efficiunt. Sed de accurata vocis مزنة significatione Arabes non consentiunt. Scholiastes voci غوادى pluviarum matutinarum significationem dari posse dixit et quum vox غوادى proprie adiectivum sit, vox امطار ante eam suppleri posse dubium non est.

4. Te duce Arabes via ad honores ducente incesserunt, donec, quum mors te praecedens abriperet, obstupuere.

Mortuum tanquam ducem fingit, qui exemplo suo praeiens Arabes ad generosam agendi rationem duceret, ut gloria ornarentur. Eo autem mortuo stupefacti subsistunt nescientes, quanam via ipsis incedendum sit. Mortem autem tanquam personam describit, qui alios praevertens ducem illum abriperet. Obiectum verbi سبق omissum est, ut pro سبقهم sit.

LXIV.

Abu-Henesch Hilalita Iacobum b. Dâud deplorans dixit.

Nomen Henesch a serpente aut reptili derivari posse dicunt. Dilhbilus dixit, poetam

Chodhairum b. Kais Nomairitam Bazrensem fuisse dixit, qui Corani librum memoria tenens centum annos vixerit. In societatem Iacobi, Veziri Almahdii, admissus huius, quum ab Almahdio incarceratus[1]) esset, calamitatem carmine deploravit.

1. O Iacobe! Ne pereas! O si mortem effugias! Nos tempus tuum, cuius terra humida est, deplorabimus.

De viro in carcere vincto eundem loquendi modum, quo in mortuo uti solent, adhibet (conf. Ham. p. ۴۰٥ et p. ۴۱۲) verba scilicet لا تبعد »Ne pereas!«; sed, ut summum moerorem patefaceret, eum verba جنبت الردى addidisse, scholiastes adnotavit. Raro autem quum illis temporibus accidore solcret, ut quis haud occisus diu in carcere detineretur, poeta timore adductus, ne occideretur, sic locutus videtur. In posteriore versus parte eius liberalitatem cum pluvia comparavit (conf. v. 1.), qua terra tempore suo semper madida erat, ut herbarum copiâ abundaret conf. Ham. p. ۷۱۸ v. 1. Terra madida tempori tribuitur, quod praeteritum esse deplorat.

2. Profecto! Si calamitas ipsa te visitat, tum tu ea adfligeris: talis generosi sors est, ut adfligatur.

In hoc versu tum solatium tum laus esse videtur. Solatium, quod ei idem accidisse dicit, quod generosis omnibus accidere soleat; laus, quod eum generosis adnumerat. Scholiastes autem voci البلاء mortis significationem tribuit, cui sententiae ego assentiri non possum, vix enim cogitari potest, poetam mortem, qua sero et non in carcere functus sit, significare in animo habuisse. Et in proxime sequente versu causam, cur vinctus sit, respicere videtur. Poeta infortunium personam hospitis esse fingit et hanc ob causam فلقيه »ei obviam it, eum excipit« dicit conf. Ham. p. ۳۳۸ v. 2. p. ۴۴٥ v. 5. Scholiastes in voce بنفسه addita vim sermonis videt. Calamitatem nuntium suum mittere, non satis habuisse; sed ad tantum virum ipsam venisse. In Mersukii codice hoc scholion legitur: افاد قوله بنفسه اكبار الامر وتعظيع الشان فى موته وفقدانه كانّ البلاء لم يرض فى الذهاب به بان يعتمد على نايبته ورسله بل جاء بنفسه. De usu vocis لقى conf. Ham. p. ۳۱٥ v. 1.

3. Viros video te mordentes, quos paupertate pressos omnimodo ditavisti.

Aut eos, qui beneficiorum immemores, quae maxima in eos contulerat, calumniis virtutes eius detrectantes effecerant, ut in carcerem conijceretur aut eos, qui in carcerem coniectum calumniis petebant, vituperat. Priorem sententiam probo, nam ex loco Abulfedae (T. II. p. 48.) hoc factum esse videmus. Ingratos autem istos cum serpente aut animali mordente poetam comparasse, ex verbo ينهسونك cognoscimus. Serpentibus scorpionibusque inimici designantur Ham. p. ۱۲٥ v. 1. conf. Ham. p. ۱٥٦ v. 1. Praepositio من in vocibus من فاقة aut e verbo omisso (a paupertate liberans) pendet aut causam indicat (ob paupertatem) aut significationis praepositionis بعد (post) offert, quemadmodum Mersukius explicat. conf. Gram. Ar.

1) Iacobi filius vita in opere Ebn-Challikani No. 840. descripta est. Anno 166 incarceratus tandem anno 175 regnante Harun-Alraschido dimissus est (conf. Abulf. Ann. T. II. p. 48.). Anno 187 in urbe Mecca diem supremum obiit.

T. I, p. 489 sq. T. II, p. 472 sq. Voces كل الغنا pre كل الاغناء sunt; Arabes enim interdum loco nominum actionum ipsa substantiva adhibere solent.

4. Si bonum, quod in eos contulisti, malum fuisset erga eos, qui iniusti erga te **(p. 430.)** *fuerunt, profecto! id modum transgressum non esset.*

Iniustitiam eorum in Iacobum maximam esse ostendit. Eos tam iniustes in eum fuisse dicit, ut si loco beneficiorum, quae in eos contulisset, mala eis inflixisset, puniendi iustum modum haud transgressus esset. Vocem كله casum nominativum obtinuisse, quod pronomini in verbo كان latenti confirmando inserviat aut nomen verbi كان sit, scholiastes dixit. Pronomen in verbo عدا ad vocem شرا redire obiecto omisso. Sed quae sequuntur verba كانه قال عدا عليك loco suo non sunt; obiectum enim omissum vox عليك esse non potest. Mersukius sensum sic explicavit: لو ان خيرك عندهم كان شرا كله سوا اى لما جاوز ذلك اى لما جاوز فعلهم بك ومكافاتهم لك ما تراه ومعنى عدوا عليك ظلموك ومعنى لما عدا لك لما جاوز.

LXV.
Dixit Zafijjah Bahelitica.

Scholiastes nomen poetriae explicans et voce صفى lacte abundantem camelam designari probaturus versum sequentem adnotavit (metr. Camel): M a c t a v i t c a m e l a m l a c t e a b u n d a n t e m ; s e d s e g m e n t a e i u s c a r n i s n o n a s s a v i t e t s i m i l e s c a r n e s e i u s n o n a s s a n t u r et versum metri Redjes: U t f u g i t i v u s , n u d u s v o c a t s i n e o p e r e u l t r o c i t r o q u e m e a n t e m, quo vocem باهل ultro citroque meantem sine opere et instar pastoris sine baculo designare probet. Gentis vero Bahilah b. Ahzer nomen a loquendi modo بهله الله »Deus ei maledicat! derivatum esse.

1. Instar duorum ramorum in una radice eramus, qui aliquamdiu pulcherrimo modo arborum alti erant.

Conditionem eius, qua mortuus, quem deplorat, cum ipsa coniunctus fuisset, cum ramis duobus in una radice crescentibus comparavit. Quem comparandi modum si recte intelligo, mortem fratris luget, comparatio enim in fratris sororisque conditionem maxime quadrat. Fratrem autem eiusdem aetatis et adultum fuisse tum ex comparatione, tum ex eo, quod ramos altos fuisse dicit, videmus.

2. Donec, quum dicerent homines, longa esse eorum flagella et bonam eorum umbram, omnibus fructus exspectantibus,

Conditionem utriusque poeta magis explicat. Hi duo rami laeti in altum crescebant, ut umbram facerent et fructus ferre possent. Vox فرع e ramo prodeuntes ramulos designat. Formam decimam verbi ut formam octavam exspectandi significationem habere; sed pro hac voce استنصر legi, scholiastes adnotavit. Recte idem adnotavit, priorem legendi modum praeferendum esse, nam significatio r e m b o n a m i n v e n i r e fructibus tam apta non est.

3. Mors unam mei partem perdidit et tempus nullam rem relinquit et superstitem esse sinit.

Eum, quocum intime coniuncta fuisset, morte periisse, quippe tempus nulli parceat.

Verbo اخنى cum praepositione على p e r d e n d i significationem lexicographi tribuunt, nil ad rem explicandam addentes. Significationem ex versu Nabeghahi sequente cognoscimus (metr. Basith): امست خلاء واضحى اهلها احتملوا اخنى عليها الذى اخنى على لبد (D o m u s) v a c u a e f a c t a e s u n t e t e a r u m i n c o l a e a b i e r e; e o s i d e m p e r d i d i t, q u i L o b a d u m p e r d i d i t. Lobad nomen vulturis Lokmani est, qui diu vivens tandem periit (conf. Meidan. C 7, 47.). Non autem dubito, quin verbi significatio ex verbi اناخ, transpositis litteris, significatione orta sit. Bellum, infortunium, mors, tempus cum camelo comparantur, qui decumbens premendo hominem perdit H a m. p. ١٤٠ v. 1. p. ٣٣٥ v. 2. p. ٥٣٦ v. 3. Sic verbum اخنى cum على ex verbis اناخ على ortum videtur, quomodo transpositis litteris novae voces ortae sunt, ut اوثق et اثوق, قاوه et قاعى, تهور et توهر, اعبد et ابدع etc. Voce واحدى poeta significat, mortuum ipsi unicum fuisse conf. H a m. p. ٩ l. 3 infr. Verba ريب الزمان generaliore sensu calamitatem designant c o n f. Harir. p. ١٣٠. Hoc in versu autem nil nisi mortem significare possunt c o n f. Anthol. gram. p. ١. Verba وما يبقى etc. sententiam intermediam efficiunt et verbi يذر obiectum omissum est.

4. Instar stellarum noctis eramus, inter quas luna est, quae tenebras pellit; sed luna e medio earum decidit.

De novo familiam suam cum stellis fratremque inter eam degentem cum luna comparat. Ut luna inter sidera minora splendet et noctem obscuram illustrat, sic frater toti familiae decori erat. Bellatores ob armorum splendorem Ham. p. ٣٦٠ infr. et principes Ham. p. ٧٠٠ v. 2. cum stellis comparatos invenimus. Feminas pulchras cum luna Ham. p. ٨٣ v. 1. et p. ٥١٥ v. 2. et viros cum lunis Ham. p. ١٨٠ v. 3. poetae compararunt. Ut comparationis modum poetria indicaret, verba n o c t e m o b s c u r a m i l l u s t r a t addidit. Talem eius excellentiam inter caeteros fuisse dicit, ut solus calamitates removeret. Versus nostri sensum Abu-Tammamus imitans dixit (metr. Thawil): Q u a s i g e n s B a n u - N a b h a n d i e m o r t i s s u a e s t e l l a e c o e l i s i n t, e q u a r u m m e d i o l u n a p l e n a d e c i d i t.

LXVI.

Dixit Taimita Manzurum b. Sijad deplorans (fratrem Iahjae b. Sijad c o n f. Ham. p. ٣٩٣).

Abu-Hilalus poetam nominatum dicit Ahbd-Allahum b. Hiob, cognominatum Abu-Mohammed, Arabem campestrem facundum disertumque regionis Iemamah fuisse. Quum Alfadhlus b. Sahl[1]) Abu-l'Chaththabum Asditam, quis istius temporis maximus poeta esset, interrogasset et hic Moslimum dixisset, ille Taimitam praeferendum esse dixit. Celebribus vulgatisque eius versibus sequentes adnumerantur (metr. Thawil): P e r v i t a m t u a m! N o b i l e s i n o m n i t e r r a, e t s i m a g n i s u n t, n o n n i s i F a d h l i (b. S a h l) m i n i s t r i s u n t. V i-

1) Alfadhlus b. Sahl Mamuni summus minister anno 196 constitutus, anno 202 necatus (Abulf. Ann. T. II. 90. 100. et 116. conf. Ebn-Challik. No. 540.) est. Isto igitur tempore poeta floruit. De poeta Moslim b. Alwalid appellato No. 60. locutus sum. De poeta Ahbd-Allah Taimita appellato conferas librum Citab-Alaghani.

des proceres inter homines Fadhlo submissos quotiescunque apparet; sed Fadhlus Deo submissus est; se submisit, quum Deus eum magis exaltasset et apud illum quilibet altus submissus est.

1. Heu te! ob gemitum timentis, qui vicinitatem tuam desiderat, quando nemo est, **(p. 431.)** *qui in vicinitatem eum recipiat.*

Viri mortem deplorat beneficiorum mentionem faciens, quibus egenis auxilium tulerit. De voce لهفى conferas Ham. p. ۱۹ v. 1. Praepositionem ل in voce للهفة cum sensu, qui voci لهفى insit, cohaerere, scholiastes dixit. Sensum verborum sic constituendum esse: Te gemo ob gemitum viri, qui, quum contra temporis calamitatem ad te confugere vellet, te non invenit. Scholiastes dicit, vocem حين verbo يبغى temperi definiendo inservire, vocem يبغى autem voci خايف loco adiectivi esse, praedicatum denique verbi ليس omissum esse, quasi dixerit: »non est in vicinitatem recipiens in mundo aut qui eum cadentem tollat aut huic simile quid«. Vocem حين Mersukii verba adhibens scholiastes sic explicat: Vox حين cum voce ليس coniuncta est. Tum indeclinabilis (conf. Gram. Ar. T. I. p. 394.) facta est, quod vox ليس cum ea coniuncta casuum mutationem non admittit (conf. Anthol. gram. p. ۳۳ l. 9 et p. ۹۷ infr.). Inde vox indeclinabilis facta est et vocalis Fatha causa in eo quaerenda est, quod indeclinabilis sit, quasi οἷος, quod regularis sit, nonnisi ratione habita, vocem cum sequente coniunctam non esse putaverit.

2. Sepulcra propter vicinitatem sepulcri tui frequentata sunt, dum domus sepulcra sunt.

Quum mortuus omnibus hominibus benefecerit, ad sepulcrum visitatum veniunt, ita ut domus, incolis abeuntibus, hominum frequentia destitutae sepulcris similes sint. Scholiastes putavit, poetam, licet vox قبر generis masculini sit, feminini pluralem اوانس cum ea coniunxisse, quod forma pluralis قبور multa sepulcra (conf. Gram. Ar. T. I, p. 372.) designet (conf. Gram. Ar. T. II. p. 265 sq.). Voci اوانس Nunnatio metri causa data est. Scholiastes adnotavit, poetam in posteriore versus parte verba non adhibuisse, quae verbis oppositis in priore parte apta essent (conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 532.), sed voce usum eum esse, quae sensum illi aptum indicaret. Dicere vult, quum vox قبور in posteriore parte sensu voci اوانس opposita non sit, poetam melius vocem وحشة adhibiturum fuisse. Quominus faceret, homoioteleuti ratio impedivit.

3. Merita eius quum communia sint, casus eius communis est. Omnes igitur homines eius casu adfliguntur.

Maxima eius merita in homines esse dicit, ut omnes homines eius casu adflicti sint.

4. Eius quoque lingua, in quem beneficia non contulisti, te laudat, propterea quod laude dignus es.

Si mortuum nemo laudat, nisi qui beneficium ab eo accepit, hoc grato eius animo tribui potest et fieri solet, ut interdum hanc ob causam indignus laudetur; sed ex eo, quod ii, in quos beneficia non contulisset, laude eum ornarent, eum ex omni parte propter merita sua virtutesque laude dignum esse, cognosci potest.

5. Beneficia sua ipsi vitam reddunt; est ac si, quod illa divulgantur, resuscitatus sit.

Beneficia eius quum in hominum ore semper sint, mortuus non esse videtur. In versu quidem verborum lusus est, quum poeta voces نشر et منشور adhibuerit. Nomini actionis نشر aut passivi significatio tribuenda est (Gram. Ar. T. II. p. 164.) aut, si activi significatio est, suffixum obiecti locum tenet, ut sit pro من نشر الناس لها »quod homines eo divulgant«. Mersukius de mortuis resuscitotis tam primam quam quartam verbi formam adhiberi dixit. Quartam elegantiorem loquendi modum esse.

6. Hominibus propter eum communis luctus est; in qualibet domo planctus et suspiria sunt.

Ob summa eius merita omnes homines mortuum lugent, ut tanquam mulieres lugentes ad eius funus stare videantur et in qualibet domo planctus gemitusquo audiantur. Vox مأتم mulieres designat in bono et molo conveuientes. Hoc in versu mulieres lugentes designantur. De his conf. Ham. T. II. p. 17. 110.

7. Oh mirum! In fossa quatuor ulnas longa et quinque spithamas lata mons altus magnusque est.

Mirotur, quod tantus vir in sepulcro locum habeat. Cum monte, quo potentia, honor, mognitodo et tutela indicatur conf. Ham. p. ol v. 1. p. ١١٣ v. 4. p. ١١٥ v. I. p. ٣١٣ v. 1., sto vir comparatus est. Ut autem parvum sepulcri spotium desiguaret, eius longitudinem atitudinem quo descripsit. Scholiastos putot, poetam formam اربع adhibuisse, quod nomen ذراع generis feminini sit; sed خمسة eum dixisse, ut vox شبر generis masculini suppleatur. Ut autem montis comparationem exornaret, adiectiva اشم et كبير addidit.

LXVII.

Dixit Nahâr b. Tausiah b. Tamim .... b. Taim Allah b. Tsahlabah e poetarum gentis Becr b. Wajel numero.

(p. 432.) Gentis Becr in regione Chorasan optimus poeta mortem fratris sui Ihtban deplorat. Poeta tempore Omajjadarum aut Abbbasidarum vixisse puto, quum gens Becr b. Wajel in terra Chorasan sedes habuisse videatur. Scholiastes nomen Nahâr explicaturus versum adtulit, in quo pluralis نهر invenitur (metr. Redjes): Intrita noctis tempore et intrita diei tempore. Regulae autem convenire, pluralem vocis نهار non formari, quum nominibus actionis ea iu re similis sit. Eandem rationem voci ليل sensu oppositae esse. Huius vocis dualem in verbis poetae inveniri sequentibus (metr. Sarih): Ego quotiescunque nox duplex est et agoso camelorum (canens) duas linguas in ore huc illuc versat et poetam, quod rem totam in partem transferret, dualem adhibuisse modo, quo genus in speciem transferretur in verbis قمت قيامين »duabus vicibus stetis. Maiorem tamen grammaticorum partem, vocem نهار pluralem habere, negasse. In verbis Corani (Sur. 37, 137.)«. Vos transitis ad eos temporo matutino et per noctem«, nomen totius in partem translatum esse, quum fieri non possit, ut per totam noctem, quae cogitetur, transeant. Metaphoricum esse loquendi modum. Cum voce نهار et ليل coniungi formas comparativi انهر et اليل. Grammaticum Sibawaihi dixisse, in usu vocum نهار et ليل rem

totam in partem transferri. Vocis نهار cum significatione pulli avis Carawan pluralem انهر esse. Hoc regulae consentaneum esse, quum infinitivus significationem amplioris ambitus (ut non amplius infinitivus sit) acceperit. Nomen Ihtban a loquendi modo: »Quidem me favore (عتبى) amplecti dixit; sed eum probans favorem (عتبان) apud eum non inveni«, derivatum esse.

1. O Ihtbane! vir eram, cui refugium esset, donec te privatus eram (et fortuna deprimitur).

Mortuum fratrem deplorans isto mortuo omni refugio, quo in calamitate se converteret, privatum se esse dicit. In hac calamitatis suae descriptione mortui tanquam fortis fiduciaque digni laus est. Verba والجدود sententiam intermediam efficere, quippe verba sequentis versus cum antecedentibus cohaererent, scholiastes dixit. Pluralis جدود variam fortunae conditionem, ut Hom. p. ٣١٨ v. 1. plurium fortunam, designat.

2. In consessu superbe intuebar non curans; tum id, quo tendebam, observari et vena in collo erecta erat.

Statum suum ante mortem fratris et post mortem describit. Ante mortem superbus erat, post mortem animum abiiciebat. Inter ea, quae scholiastes ad explicandam vocem سامر adnotavit, ei adsentior, quo vox proprie eum designat, qui res non videt. Verba نظرت قصدى ita explicant, ut vox قصدى sit pro مكان قصدى »locum, quo tendebam«. Hoc admisso Mersukio vox loco adverbii loci (ظرف) esse videtur. Fieri quoque posse dixit scholiastes, ut nomen actionis pro فنظرت اقصد قصدى sit, aut statui describendo (pro فنظرت قاصدا قصدى) inserviat. Nomen actionis verbum indicare et vocem, quae statui designando inserviat, verbum ipsum esse. Proverbialis autem loquendi modus est dicere: لاقيمن اخدعيك »Profecto! efficiam, ut venae duae colli tui erectae sint« similis verbis لاقيمن صعرك »Profecto! efficiam, ut obliquitas colli tui recta sit!« (c o n f. Meid. C. 23, 234.), quibus cuiusdam superbiam deprimendam esse, significant.

3. Et amisi fratres meos, per quorum vitam quod volebam ego aut dabam aut recusabam.

In priore parte, se fratris morte afflictum esse, dixerat, in hoc se aliis quoque fratribus privatum esse addidit, ut calamitates iterum iterumque, donec solus remaneret, eum fratribus privarent. Potentiae suae conditionem pristinis temporibus describit. Obiecta verborum اشاء et امنع omissa sunt. In Tebrisii codice alter legendi modus من اشاء superscriptus est.

4. Cuinam autem ego dicam, quum res gravis mihi supervenit: Consilium mihi da! aut ad quemnam confugiam?

Omnibus amicis se privatum esse, ut neminem habeat, qui consilium det aut auxilium ferat. Vox ملمة proprie rem nobis accidentem designans in malam partem de rebus gravibus, calamitatibusque adhibetur. Verbi ارنى o s t e n d e m i h i! obiectum secundum الصواب aut simile quid i. e. rectum consilio dato mihi ostende, omissum est. Scholiastes verbum رأى, si o c u l i s v i d e r e significet, nomen actionis رؤية, et رأى, sin animo, nonnisi nomen actionis رأى habere adnotavit et rei probandae causa Sobairi versum adscripsit (metr. Thawil): P r i n c e p s

meus dixit: Quid consilii in eo, quod tibi videtur, das? Num decipiendus est, ut socors sit an vi a nobis invadendus? In versu adducto prius ما ترى generalem interrogandi scosum habere, verba (Mcrs. (ترى) رأى ما ترى autem specialem, ut responso indicot, qualis via eligatur. In explicaudis verbis الى من افزع schollastes discrimen ioter vocem مفزع et مفزعة ostendit. Illud refugium cum praepositiooe الى, hoc timoris causam (p. 433.) cum من significare. Formam autem singularis in omni numero et geoere adhiberi

5. *Et profecto! aliquando dies tibi superveniet, quo, dum panno ferali indutus es, non audiens deploraberis.*

Hoc in versu se ipsum alloquitur. Quum omnibus amicis, qui ipsum defcodant, privatus sit, se occisum iri praevidet. Poetam sortem suam futuram, quae omnibus hominibus contingat, hoc in versu descripsisse non puto. Scholiastes dixit, accusativum vocis مقنعا statui describoudo inservientem cum verbo يبكى tanquam regento coniungendum esse et verba لا تسمع adiectivi locum vocis مقنعا tenere. Vocem لتأتين e iureiurando omisso pendere et vorba يبكى عليك adiectivi loco cum voce يوم cohaerere, ut sint pro يوم يبكى عليك فيه aut يبكاه عليك (i. e. ut loco obiecti habeatur). Similem loquendi modum io Corani loco (Sur. 2, 117.) reperiri. Silentio praetereundum non est, in Corani loco pro ما تجزى, ut in Mersukii codice لا تجزى legi.

LXVIII.

Dixit Iasid b. Ahmru Thajjita.

In codice Mersukii legimus Alatsramum (الاثرم) auctoritate Abu-Ohbaidali fretum versus Nabeghaho Dsobianitae tribuisse et eos in Diwanum huius inserentem tam in ordino quam in litteris plura mutasse. Versuum auctorem Sijadum b. Ahmru appellatum esse, quod oomen Nabeghahus gereret. Versus autem referendos esso ad pugnam die Schiraf, quo dio Hoznus b. Hodsaifah, comitante Nabeghaho, gentem Thai iovaserit. Alios, inter quos Alazmäihus sit, Nabeghahi nomen fuisse Sijad b. Moahwijah b. Djaber b. Dhibab b. Iarbuh b. Ghaidh b. Morrah, dixisse. Abu-Tammamum autem versus Sijado b. Ahmru Thajjitae adscripsisse. In modo autem, quo Abu-Tammamus versus retulerit, indicium esse, versus Iasido, nec vero Naboghaho adscribendos esse.

1. *Ardor cordis adficiens lacrymas meas effudit, et noctis meae sollicitudo rediit, tum eam (noctem) prolongavit.*

Moerorem suum describit. Tantum esse, ut lacrymas effundat et noctu somoo careat. In priore versus parte diei, io posteriore noctis conditionem poeta describere videtur. Qui noctis tempore non dormit, ei longior videtur. Voce احتمام hominis statum inquietum ob sollicitudines significari, scholiastes dixit. Vocem poeta cum nocte coniunxit, quod res noctis tempore contingit. Alii احتمامى legunt, ut vox ليلتى tempori definiondo inserviat. Scholiastes inter verba اهتم et احتم tale discrimen esso statuit, ut illud tempori diei, hoc tempori noctis proprium habeatur.

2. Heu quis gentem vidit, cuius viri palmis similes erant, ad quas resecans venit, tum eas deiecit?

Interrogans moerorem ostendit. Ex hoc autem versu videmus, poetam non unius viri mortem lugere; sed plures in pugna occisos. Ob proceram corporis staturam, quae Arabibus laudi erat (Ham. p. ۱۳۴ v. 1.), eos cum palmis comparavit, ob mortis modum cum palmis resectis, quae in terram deciduut. Similis comparatio in Corani locis Sur. 57, 20. كانهم اعجاز نخل منقعر »Quasi ii radices palmarum omnino evulsarum sint« et Sur. 69, 7. كانهم اعجاز نخل خاوية »Quasi ii radices palmarum omnino evulsarum sint«. Scholiastes ista comparatione tam occisos quam vulneratos indicari putat. Verbo امّتْها vulneratos poeta indicare potuit. Grammaticus Abu-l'Ahla alterum legendi modum عاصف loco vocis عاضد adnotavit. Huic repugnare videtur tum quod voci de vento violento adhibitae femininum genus, quippe quod voci ريح sit, melius conveniret, tum quod verbum اتاها vento minus aptum est. Abu-l'Ahla difficultatem sentiens masculinum positum putat, quod يوم عاصف poeta animo cogitaverit. Quo loquendi modo adhibito omnibus clarum esse, venti violentiam die significari, ut, si quis رجل ازرق dicat, omnes eum coeruleis oculis praeditum esse, sciant. Sed quum lexicographi ريح عصف adnotaverint, una difficultas tollitur, dum altera manet. Sed cur a bona voce عاضد recedamus, causam non video.

3. Eius occisos sepelio et vulneratos curo eamque res a Deo decretas effugere non posse scio.

Statum suum describens, se erga gentem officio satisfecisse, dicit, quamquam res ab ipso peractae non poterant non dolorem animi augere et simul fortem se patientemque esse indicat; qui enim, rem a Deo decretam mutari non posse, scit, is res patienter ferre solet. Vocem منى Muna pro مُنى Munija dicere dialecto gentis Thai proprius pronunciandi modus est conf. Ham. p. ۴۰۷ l. 4 infr. p. ۹۰۷ l. 9 infr.

4. Quot feminae dicebant: Qui ad eam tendit, eius nox longa est! Iasidus b. Ahmru ad eam tetendit; tum Deus ad eam direxit.

In sensu versus constituendo interpretes non consentiunt. Mersukins sensum expressit, qui in versione est. Verba sic grammatice explicavit. Verba من امها loco subiecti esse, cuius praedicatum verba طال ليله sint. Verba يزيد بن عمر ob antecedentibus separanda, ut sermo denuo incipiat, novum subiectum esse, cuius praedicati locum vox امها teneat. Verba autem فاهتدى لها mihi alterius praedicati locum occupare videntur. Sensum autem versus sic exposuit: Plures feminas dolore afflictas dixisse, qui ad illos occisos gentis eat et ad eos perveniat, eius noctem longam esse i. e. eum somno privatum iri, quum eorum adspectus eum summo moerore adfecturus sit. Tum Iasidum b. Ahmru respondisse, se ad **(p. 434.)** eos ivisse. Poetam verbum اهتدى adhibuisse, quum locus, ubi gens occisa esset, ipsi quaerendus esset. Tebrisius vero sensum sic exposuit: Quot feminae dicebant: Quis ad hanc gentem ivit (vox eius longa sit!), ita ut verba طال ليله invocando inserviant, rem non narrent. Reliqua autem versus parte responsum contineri dixit. Hunc verborum sensum esse, ex eo apparere putat, quod suius (gentis) occisos sepelire dixerit, quum sua gens ipsum, ut cum ista gente pugnaret, instigaverit.

LXIX.
Dixit Kasamah b. Rawahah Sinbisita.

Nomen Kasamah pulchritudinem et homines, rem talem esse aut non esse, iurantes significare, scholiastes dixit. Nomen Rawahah autem non derivatum est, siquidem verbum راح nonnisi nomen actionis رواح (non رواحة) habent.

1. O quam prava sors gentis a duobus fratribus relicta est, parvos camelos propellere et camelos aquae hauriendae destinatos furto auferre!

Hoc in versu poeta gentem vituperat, quae caedem duorum sociorum caede non ulciscens camelos hostium diripere satis habeat; sed poeta implicite et improprie loquitur, dum gentis sortem queritur, quae diripiendis camelis occupata sit, ut caedem duorum sociorum ulciscendam non curet. Poeta fratres appellavit, ut socios designaret modo, quo Arabes fratrem gentis Becr Becritam significaturi dicunt. Camelorum autem parvorum viliumque et aquam e puteo extrahentium, quippe cui operi viles adhibeantur, mentionem fecit, ut, rem ipsi despectam esse, significaret. Simili modo Cabschah, soror Ahmrui, locuta est Hamas. p. lv v. 1. Scholiastes adnotavit, camelo aquam e puteo trahenti opus rigandi tributum esse, quomodo agricola النضاح rigans appellatus sit. Significationis probandae causa versum Abu-Dsoaibi sequentem adnotavit (metr. Basith): In valle Rohath[1]) (feminae) descenderunt et caput vitta circumligarunt, quemadmodum agricola inter domos palmarum truncos irrigat. Vitta caput circumdans cum aqua palmam circumdante comparata videtur.

2. Occisorum gentis Risahi in loco Ahlidj sanguis tam recens quam siccus esse non cessavit.

Plures enim occisos tum antea tum hoc tempore in loco Ahlidj esse dicit. Familiam Risah ad gentem Thai pertinere non dubito. Ubi locus Ahlidj situs sit, nescio in Kamusi opere nil nisi eum arenosum esse legens. Ut gentem suam ad ultionem instiget, sanguinis tam recentis quam veteris; sed non obliterati mentionem fecit. Locum caedis testem esse et sanguinem ante hominum oculos. Sanguis autem occisorum nonnisi sanguine hostium occisorum deleri potest.

3. Aves, ut e loco Dharijjah advenirent, sanguis vocans advocavit, qui effusus non cessat.

Verba versus secundi magis exornat. Sanguinem in illo loco effusum e loco remoto aves rapaces advocaro, ut cadaveribus occisorum, qui inhumati iaceant, vescantur. Haec autem res, ut caedem ulciscantur, gentem vehementer instigare debet. Sanguini plures voces tribuit, ut iteratis vicibus eum vocare significet. Hunc sensum in vocibus دواعى دمر invenio, quae pro دماء داعية »multus sanguis vocans« sunt. Scholiastes vocem ضرية nomen vici (aut oppidi) esse ad viam Bazrâ Meccam ducentem esse dixit. In Mersukii codice legimus, nomen montanae regionis esse (conf. Meid. C. 4, 28.), id quod versus sensui magis consentaneum est. Vox مبراق aut sanguinem effusum aut locum, ubi sanguis effusus est, designat. Mersukius posteriorem significationem praefert, ut inter haec verba et verba دمر ناقع او جاسد versus prioris discrimen sit.

1) In Kamusi opere legimus, Rohath locum esse spatio trium noctium ab urbe Mecca distantem ditionis gentis Tsakif.

4. Fieri potest, ut gens Thai post hos occisos e gente Thai ardorem renum et costarum (pectoris) exstinguat.

Ex hoc versu cognoscimus, bellum inter duas partes gentis Thai gestum esse. Scholiastes adnotavit, inter varias gentis Thai tribus bellum nunquam quievisse. Poeta sperat, fore, ut post hos occisos gens postea caedem ulciscatur. Hunc sensum poeta alius sequente versu expressit (metr. Thawil): Ego in vobis spem pono, etsi nunc tardi propositi estis, quomodo in ventribus gravidarum spes est. Significare vult, spem suam certam esse. Verbum عسى in spe adhiberi, scholiastes scripsit et **(p. 435.)** litteram س ante futurum locum particulae أن tenere (conf. Gram. Ar. T. II. p. 213.). A verbo كاد rem propinquam esse indicante eo differre, quod futurum, particula أن omissa, statim vocem كاد sequatur ibid. Verba بعد غد statum praesentem omnium rerum, quarum mentionem fecit, complectuntur. Scholiastes dixit, ardorem, qui nonnisi in corde et iecore sedem habeat, renibus et parvis costis a poeta adscriptum esse, ut, qui ad istas partes pertigerit, maximum esse significaret. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, a loco Dharijjah febrem appellatam esse; sed vocem حمى hoc in loco febrem significare dubitans, aut ab Abu-l'Ahla aut in Hamâsa falsum pronunciandi modum adnotatum esse puto, nam in Meidanii proverbiis C. 4, 28. montem Dameh in regione حمى ضرية situm esse legimus. Locum illum a Dharijjah filia Rabiahi b. Nisar b. Maahdd b. Adnan nomen accepisse putant modo, quo aqua inter Bazram Meccamque sita Alhauab de filia Calbi b. Taghleb, ... b. Kodhaah appellata sit. Poetam dixisse (metr. Thawil): O aquila nidi in loco Dharijjah! nubes matutinae te aquilam in nido irrigent! Ex hoc versu et versu Hamâsae illam regionem ab avibus rapacibus habitatam esse cognosci.

LXX.

Dixit Solaiman b. Kattah Ahdawita.

Grammaticus Albarki versus Abu-l'Rahadjo[1]) Chosäihtae adscripsit. In caedem Alhosaini eiusque sociorum dicti videntur conf. vers. 3. Anno 61 in loco Cerbela occisi sunt (Abulf. Ann. T. I. p. 388 sq.). Abu-l'Ahla plura de nomine Solaiman disputans, Arabes ante tempus Islami suis hoc nomen non imponentes post illud tempus, ut res bene evenirent, suis prophetarum nomina dedisse dicit. In versu Nabeghahi nomen reperiri (metr. Basith): Nisi Salomo, quum Deus ei dixisset: In creaturis surge et ab errore eas retine! Forma sua deminutivum vocis سلمان esse. Gentis autem السلامان deminutivum Solaiman, abiecta priore littera Alif, formandum esse. Alios praeter grammaticum Sibawaihi appellatum Solajjiman, nulla litterâ abiecta, dicere. Grammatici Almobarrad appellati hunc derivandi modum esse. Nomen Kattah a radice قت derivant. Verbum قت de sermone haud vero adhiberi ex Rubahi verbis (metr. Sarih): Dixi et sermonem meum mendacem esse putarunt, probant. Nomen العدوى derivatum esse a voce عدى plurali vocis عاد. Vocem autem العدى agmen hominum inter se inimicitiam exercentium significare.

1) Quum in codicis Mersukli margine ابو رجع inveniam, sic in Tebrisii quoque codice, ubi vox laesa est, legendum puto.

Modum pluralem formandi frequentem esse. A voce طس pluralem طسيس provenire ut in verbis poetae (metr. Sarih): Modus, quo manus ludentis feminae catinos pulsat.

1. Ad domos gentis Mohammedis transivi et illis similes eas die, quo habitatae erant, non vidi.

Hic versus ad rem, quam enarraturus est, praeparat. Mutatas esse domos familiae Mohammedis et vacuas incolisque carentes inveniri, ut gentis luctus inde cognosci possit. Poeta domui ipsi luctum tribuere potest, ut in sequentibus versibus videmus (metr. Thawil): بكت دارهم من فقدهم فتهللت دموعى فاى الجازعين الوم امستعبر يبكى من الهون والبلى ام اخر يبكى شجوة ويهيم Eorum domus, quum ii desiderarentur, ploravit et lacrymae meae manarunt; sed quemnam tristium duorum vituperabo? Utrum lacrymantem, qui ob contemtum calamitatemque plorat, an alterum, qui ob moerorem plorat et amore captus est. Eundem modum poeta Mohammed b. Wahab in laudando secutus est (metr. Camel): طللان طال عليهما الامد درسا فلا علم ولا نضد لبسا البلى فكانما وجدا بعد الاحبة مثل ما اجد Duo domus vestigia vetustate adflicta obliterata erant, ut signa non essent et supellectilia disposita. Vetustate induta erant, quasi amicis absentibus eodem, quo ego moerore adflicta sint. Grammatici scholae Bazrensis vocum ال et اهل eandem significationem esse contendunt. Rei iudicium in eo esse, quod vocis ال deminutivum اهيل sit. Grammaticus Alcesäi autem dicit, se Arabem campestrem facundum audivisse, qui diminutiva utriusque vocis اهيل et اويل formaret. Grammaticus Tsahlab (scholae Cufensis) dixit, voces a diversis radicibus ortas diversas significationes habere. Abu-Ohmarus Alsahid auctor est, Tsahlabum sic distinxisse. Vocem اهل significare propinquos sive asseclas habeant sive non habeant, vocem ال autem familiam cum asseclis. Hanc rem causam esse, cur optimas preces pro Mohammede factas eas esse putent, in quibus dicant: صل على محمد وعلى ال محمد. Narrant Ahlium Mohammedem de precibus pro ipso faciendis interrogantem mandatum illa verba adhibendi accepisse.

(p. 136.) *2. Ne Deus domos gentemque earum longe removeat! etsi, pro dolor! me invito incolis privatae sunt.*

3. Heu! occisi in regione Althaff e gente Haschemi Mohammedanorum colla depresserunt, ut vilia facta sint.

In priore versu caedem occisorum deplorat et domos incolasque coniungit. Fieri potest, ut, Hosaino et sociis occisis, domus quoque destructae sint, isto enim tempore in Ahlidas multum saevitum esse legimus aut, ut poeta domorum, etsi re vera non essent, cum incolis occisis tanquam destructarum mentionem fecerit. Verba autem لا يبعد aut لا يبعد الله (conf. Ham. p. ٣٠٥ v. 6. p. ٣١٠ p. ٣٢٦) in mortuis adhibentur. Mersukius versum sic explicavit: وقوله فلا يبعد الله الديار واهلها فيه دلالة على انه جعل الدار واهلها كالمفقودين واحوالهم اذ كانت لفظة لا تبعد ولا يبعد الله تستعمل فى الغايبت وقوله وان اصبحت منهم برغمى تخلت تحسر على اهل الدار والدار جميعا. In posteriore versu caedem tanquam perniciosissimam describit, quippe qua omnes Mohammedani adflicti sint et depressi. Occisos tum loco, quo occiderint, tum

familia, e qua oriundi sint, clarius designat. In loco Cerbola Hosainum cum suis occisum esse vidimus; sed loco ipso in re omnibus nota haud appellato regionis mentionem facere satis habet. Grammaticus Abu-l'Alıla, istam regionem, quae terrae Iracae propinqua sit, hoc nomine appellatam esse dixit. Verbo autem طف propinquitatis significationem esse, e versu Ahdijji b. Said apparere (metr. Wafir): Kazirus[1]) naso suo novaculum admovit, quamquam nasi sui avidus avarusque erat. Alii dicunt, voce الطف regionem Arabum, imminentem Iracae littorali designari; Alazmäihus autem dixit, eam regionem ita appellari, quod regioni litorali propinqua sit. Idem poeta quum initio رقابا من قريش »colla gentis Koraisch«, dixisset, Ahbd-Allahum b. Alhosain, poeta Ipso vehementer probante, verba رقاب المسلمين »colla Mohammedanorum« eorum loco posuisse narravit.

4. *Auxilio fuerunt et tum damno evasere. Heu! haec detrimenta magna sunt et immensa!*

Occisos istos qui aliis antea auxilio fuerint, calamitati aliis fuisse, quum qui illos secuti essent, malis adfligerentur. In hoc igitur occisorum laus est.

LXXI.

Dixit Kotailah[2]) filia Alnadhri b. Alharets b. Caladah b. Ahlkamah b. Haschem b. Ahbd-Manaf, cuius patrem Mohammedes (propheta) ligatum occiderat.

Alii versus sorori Alnadhri, cuius fratrem propheta occidisset, tribuunt. Scholiastes nomen poetriae formam deminutivi a voce قتلة derivandam esse dicens, poetam Alahscha in carminibus suis amorem erga feminam, quam modo Kotailah modo Katlah appellaret, ostendisse narrat. Sic in versu sequente (metr. Camel): Dixit Kotailah: Quamnam ob causam facies tua macilenta est, dum ego vestes tuas vetustas tritasque esse video et in sequente (metr. Sarih): Katlahae colles in loco Alsafh et Alchabtain in terra elata desiderio te adfecerunt. Grammatici Bagdadenses in hoc versu vocem Katlah pronunciarunt, dum alii Kitlah dicunt; Mohammedes in verbis traditione ad nos delatis hostiarum in loco Mina mactandarum mentionem faciens dixit, Deum iussisse, eas haud festinanter; sed bono modo mactandas esse, ne animae quasi cursu praecurrerent. Significationem occidendi in alias res ex. gr. in vinum, famem, frigus transferri, scholiastes adnotavit. Nomen quoque a voce قتل Kitl (hostis) derivari posse, ut littera ة postea addita sit. Quod autem viro nomen ab hoste قتل inditum sit, id ad modum sensus versus sequentis factum esse (metr. Hesedj): Dorcadem hodie in domibus gentis Connah vidi leni loquela praeditam, quae, quamvis debilis est, leones prosternit et versus Djeriri (metr. Basith): Oculi, in quorum intuitu morbus est, nos occiderunt, tum occisos nostros non resuscitarunt. Cordatum pro-

1) Res, quae Kaziro b. Sahd Lachmitae cum Saba erant, respicit. Res in Meidanii opere T. I, p. 428. et T. II, p. 450. pluribus narratae sunt.

2) In libro Citab Tahdsibi-l'Asmai nomen p. 593. Kobailah scriptum legimus. Nuptam eam fuisse Alharitso b. Omajjah et filium habuisse Ahbd-Allahum in Ebn-Challikani opere No. ٥٠١ videmus.

sternunt, ut motus ei non esset, dum eae infirmissimae creaturarum Dei robore sunt. Fieri igitur posse, ut feminae nomen Kotallah et Katlah acceperint, quod ii (Arabes) feminas per viros describi in animum induxerint[1]). Et poetam Alahacha dixisse (metr. Chafif): Quoties poculum magnum effudisti (i. e. quot occidisti) isto die et quot captivi ex coetu hostium occisorum et dixisse Ohbaid-Allahum b. Kais[2]) (metr. Chafif): Peregrinatus sum ab Ahmire b. Leajj remotus in terra, ubi multi hostes erant. Et alium dixisse (metr. Chafif): Vernorum habitacularum facies migrante gente ita mutata est, ut hostes esse viderentur. Vocem قتل in duali ut تنان et حتنان duos aequales designare et dici نحبت النبل حتى »Sagittae aequali modo abierea. Nomen Alnadhr aurum significare dicunt. Abu-Cabirum dixisse (metr. Camel): Et pulchritudo faciei, cuius pulchritudo mutata non erat, instar frusti argenti aut instar inauris aureae. Sed in hoc versu vox الانضر quoque cum vocali Fatha pronunciatur. Nomen autem pulchritudinem designat et vox نَضْر tanquam adiectivum cum tempore et folio coniungitur. Nomen Caladah denique duram asperamque terram designat.

(p. 437.) *1. O eques! Locus Alotsail locus est, quo matutino tempore diei quinti pervenies, si a Deo in itinere adiuvaris.*

Hoc in versu locum, ubi mortuus, quem deplorat, sepultus erat et distantiam, qua locus ille a loco, ubi ipsa versabatur, remotus erat, definit. Camelo vehentem matutino tempore diei sexti post iter quinque noctium eo perventurum esse dicit, nam ante vocem خامسة vox ليلة (nox) supplenda est. Ne autem quis ipsam erroris accusare posset, voce مظنة usa est et verba وانت موثق addidit; fieri enim potuit, ut aliqua de causa adventus retardaretur. In Kamusi opere legimus Otsail nomen vallis esse in tractu oppidi Medinae aut nomen vallis potius esse Dsu-Otsail sitae inter locum Badr et Alzafra[3]) palmis abundantis, quam familia Djahfari possideret. Vir, quem poetria deplorat, quum in pugna Bedrensi captivus factus esset, Mohammedes post reditum in oppidum Medinam Alijjo b. Abi-Thaleb aut, ut alii dicunt, Mikdado b. Alaswad, ut eum occideret, imperavit. In loco Alzafra appellato mandatum exsecutus est conf. Ebn-Challik. No. 501. ed. Wust. et Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 593. ed. Wustenf. Causam, cur Mohammedes virum occiderit, hanc fuisse scholiastes adnotavit. Mohammedes, ut se Dei legatum esse Arabibus probaret, multas maximam partem ex Iudaismo haustas res veterum israelitarum Arabumque, quae Arabibus ignotae erant, tradiderat. Alnadhrus, vir, ut videtur, isto tempore doctus et in historiis Persarum et Graecorum versatus, ut Mo-

1) Vox تخييل in arte rhetorica significat, scriptorem usum esse voce duplici significatione praedita, una clara, altera remotiore, dum scriptor remotiorem in animo habet; audienti autem statim clara se offert. Quod si igitur quis a feminis prostratos esse viros dicit, caedem intelligi non vult; sed utitur voce, quae proprie in viris adhibetur, quamquam de feminis loquitur. Hac autem voce تخييل voluisse videtur scholiastes, hoc in usu sermonis causam invenire, cur feminae nomen قتلة et قتيلة acceperint, quamquam re vera haud occidant.

2) De poeta عبيد الله بن قيس الرقيات appellato conferas librum Citab-Alaghani.

3) Vallis nomen inter Meccam potius Medinamque aut vallis inter locum Beer et oppidum Medinah.

hammedis auctoritatem diminueret, res ab imperatoribus Persarum Graecorumque gestas opposuit et Arabibus libros, in quibus illae res narratae erant, praelegit concludens, si in talibus rebus enarrandis prophetae munus consisteret, se non minus prophetam quam Mohammedem esse. Talibus rebus Mohammedes ira exarderet necesse erat. Hisce autem ex rebus enarratis cognoscimus Arabes Meccae, quippe qui mercaturae causa in varias regiones iter facerent, alienarum rerum cognitione scientiisque non omnino destitutos fuisse. Ebn-Abbbasus (conf. Ham. p. 2 adn. 10. et Abulf. Ann. T. I. p. 416.) locum Corani Sur. 31, v. 5. in Alnadhrum dictum esse vult, quippe qui libros Persarum Graecorumque et libros incolarum Hirae coemens res in iis descriptis incolis Meccae exposuerit et Corani effata ludibrio habuerit. De causa, cur vox راكبا, casum accusativum habeat, conferas Gram. Ar. T. II p. 89 vers. fin.

2. Ad mortuum ibi salutem perfer, salutem, qua cameli vectarii tremere non cessant!

Ad mortuum, qui in loco Otsail sepultus est, salutem mittit. Ad mortuos salutem poetae mittere solebant conf. Ham. p. ٣٦٨ v. 1. Obiectum verbi بلغ alterum, quod omissum est, ex sequentibus فان تحية cognoscitur, ut vox تحية supplenda sit. Quod si vero loco vocis فان legitur بان, sequentia verba loco obiecti sunt. Particulam ان post vocem ما saepius superfluam invenimus conf. Ham. p. ٣٦ v. 1. p. ٨٣ v. 6. p. ١٥٣ v. 2. p. ١٧٣ v. 3. Verbum خفق motum lenem significat, ut, si verbo cum praepositione ب apportandi significatio detur, vertendum sit: quam salutem cameli vectarii leniter se moventes non cessant adducere. Dicere vult, se patri mortuo salutem mittere. Camelis autem adscribitur, quod vehentibus convenit. Mersukius versus sensum sequentibus explicavit verbis: تريد يا راكبا بلغ بهذا المكان ان اتيته مقبورا فيه تحيتى فان التحيات ابدا تخفق بها الركايب ويبلغ اربابها والخفق الاضطراب.

3. A me ad eum (tendentes) et lacrymas effusas, quarum aliae hausturo largiter proveniunt, aliae (eum) suffocant.

Verba منى اليه cum verbo omisso, quod verbo praecedente بلغ indicatum sit, cohaerere putant, ut اوصل aut ادّ »perduc« supplendum sit. Voces وعبرة مسفوحة cum priore obiecto تحية verbi بلغ cohaerent. Forma vocis, qua una lacryma designatur, usus est, ut unam lacrymam fluentem alteri suffocanti opponeret. Oculum tanquam lacrymarum fontem cum puteo comparavit. Qui lacrymas elicit cum eo comparatus est, qui in puteum descendit, ut aquam hauriat. Aut patrem mortuum, cuius mors lacrymarum causa est (et haec scholiastae sententia est), aut se ipsam, quae moerore ob patris mortem lacrymas effundit et quasi ex oculi puteo haurit, significare potest. Vox مايح eum significat, qui, quum paucum aquae in putei fundo sit, descendens haurit, sed pro voce لمايحها ex Mersukii codice vocem لماتحها, qua ad puteum stans et aquam hauriens significatur, legi cognoscimus. Sensus non multum differt, nisi quod poetria priore voce lacrymas paucas esse indicat. Hoc vero praeferendum esse puto, largiter enim fluentes lacrymae neque suffocant, neque maximi moeroris indicium sunt. Fieri quoque potest, ut, quum ad patrem mitteret, lacrymas suas tanquam paene exhaustas describere voluerit. Ante vocem اخرى substantivum عبرة supplendum; obiectum verbi تخنق omissum est.

4. Alnadhrus audiat, quum eum vocas, si mortuus audit aut loquitur!

Optat, ut nuntium missum audiat et moerorem filiae inde cognoscat; sed, spem talem irritam esse, queritur, quum mortuus neque verba audiat, neque responsum det. Verba versus inversa sunt, nam conditionis verbis ان ناديته expressae propositio consequens verbis antecedentibus ليسمعن indicatur. Post conditionem, quae verbis ان كان يسمع etc. continetur, propositio consequens supplenda est. Ordo verborum sic constitui potest: ان ناديت النضر فليسمعن نداءك وليجيبنك ان كان الميت يسمع او ينطق. Vox autem ينطق a voce يسمع, quacum coniungenda erat, homoioteleuti metrique causa separata est.

5. Gladii fratrum suorum eum attigerunt. O Deus! qualia propinquitatis vincula ibi rumpebantur!

Queritur, eum cognatorum gladiis, qui ipsum tueri debuerint, occisum esse. Quatuor sequentes versus, paucis mutatis, in Ebn-Challikani opere No. 501. citati sunt. Verbum ناش tam in hastis quam in gladiis adhibetur conf. Ham. p. ٣٧٩ v. 1. Scholiastes dixit, praepositione admirationem (للتعجب) indicari (conf. Gram. Ar. T. I. p. 474.; sed est potius modus, quo res tanquam magna Deo adscribitur (للاختصاص) ibid. p. 473. Cognatio autem modo loquendi Arabibus frequente cum vinculo confertur et hanc ob causam poetria verbo تشقق usa est.

6. O Mohammedes! Et tu proles feminae ingenuae ex eius gente es et admissarius nobilis erat.

Prior pars versus cum proxime sequente cohaeret, posterior autem sententiam intermediam continet, qua status Mohammedis significatur. Eum tam a patris quam a matris parte nobilem esse. Talis duplex origine nobilitas perfectissima putabatur. Hoc igitur versu Mohammedis benevolentiam captat. Voci محمد metri ratione adductus Nunnationem dedit (Gram. Ar. T. II. p. 89.). Et in versu quoque casus accusativus esse licet. Grammaticus Sibawaihi doctrinam Ihsac b. Omar Tsakefitae et Alchalili b. Ahmed sequens casum Nominativum praeferendum putavit, dum Abu-Ahmru b. Alahla casum Accusativum praehabuit. In **(p. 438.)** sequente versu uterque casus a grammaticis adlatus est (metr. Thawil): A h d i j j u m v o c a v i, d u m d e s e r t a i n t e r n o s e r a n t, e h e u! o A h d i j j e! o A h d i j j e b. N a u f a l. Loco vocis ضنء legitur نجل sensu haud diverso. In libro Tahdsibo-l'Asmäi صنو est. Heroes cum camelorum admissariis comparantur conf. Ham. p. ٣٤٧ v. 3., quae res causa est, cur de patre Mohammedis voce فحل poeta usus sit. Scholiastes adnotavit, vocem معرق, etsi, quum vox عرق tam in malam rem quam in bonam cadat, significationis primariae ratione habita in malam quoque partem adhiberi posse videatur, nonnisi laudi inservire, ut eum, cuius origo nobilis sit, designet.

7. Quid tibi, si condonasses, obesset? et vir irâ plenus interdum condonat.

Mohammedi adulatur dicens, eum maiorem esse, quam ut, si peccati veniam dedisset, inde noxam capturus fuisset. Non autem deesse homines, qui irati peccati veniam dent. Hisce autem verbis Mohammedem non tam vituperare voluisse videtur, quam commovere, ut in ipsam patris peccatum non amplius ulciscatur. Vox ما tam interrogando quam negando inservire potest, dum sensus idem manet. Voces غيظ et حنق ita differre videntur, ut illa

irae impetum vehementem, qui non durat, haec iram vehementem ex odio ortam, quae durat, significet. Talis vir quum alteri raro condonare soleat, poetria voco ربما usus est.

8. Alnadhrus inter eos, quos cepisti, affinitate propinquissimus erat et eorum dignissimus, qui liber dimitteretur, si libertas conceditur.

Ostendit, patrem suum condatione dignum fuisse tum ob cognationem, qua cum Mohammede coniunctus esset, tum alias ob res. Loco vocis اصبت in Ebn-Challikani opere loco citato تركت (reliquisti) legitur. Hoc legendi modo recepto, eam ex eorum numero, quos vivos reliquerit, patrem suum Mohammedi cognatione propinquissimum fuisse dicit. In posteriore versus parte tam ellipsis quam verborum inversio est: Verba sic constituenda sunt: واحقهم بان يعتق ان كان عتق. Particulae autem frequenter omittuntur. Sic in versu sequente (metr. Thawil): الا ايهذا الزاجرى احضر الوغا وان اشهد اللذات هل انت مخلدى Eheu! tu me vituperaus, quod proelio intersim et voluptatibus fruar, num tu mihi vitam aeternam das? ante vocem احضر particula ان omissa est, id quod ex sequente وان اشهد videre licet. Verbum كان autem hoc in versu verbi وقع sensum offerre, ex eo videre licet, quod praedicato caret. Hocce verbum a grammaticis تامة appellatur conf. Gram. Ar. T. II. p. 58. 299.

LXXII.

Dixit Alnabeghah Djahdita.

Poeta ante Islami initium et post id vivens nomen Hassan et cognomen Abu-Laila gessit. De longa eius vita multa fabulori videntur. Alii eum centum et octoginta annos, alii ducento et quadraginta annos vixisse et Izpahani diem obiisse dicunt. Alii eum usque ad tempus Ebn-Sobairi, qui anno 73 periit, vixisse contendunt. Eum autem post mortem Nabeghahi Dsobjanitae in vivis fuisse narrant. Mohammedis amicum intimum eum fuisse legimus. Memoir. de l'Academ. Tom. I. p. 360. conf. Ebn-Kotaib. p. 117. Harir. 138. Anthol. Gram. 129. et Cit. Alagh. nec non Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 586.

1. Vir erat, cuius indoles aliae amicum gaudio implebant, quamquam aliae inimico displicebant.
2. Vir erat, cuius virtutes perfectae erant, nisi quod liberalis erat, ut opum nil relinqueret.

Virum tum ob summam fortitudinem, qua amicum defendebat et inimicum malo adficiebat, tum ob liberalitatem laudat, quae tanta erat, ut opum nil haeredibus reliquerit. Hae autem duae virtutes Arabibus veteribus non solum maximae habebantur, verum etiam paene unicae erant. Scholiastes adnotavit, quum inter homines inveniantur, qui hominibus mali nil inferant, poetam timentem, ne his ille adnumeraretur, quem tanquam perfectum laudare voluerit, ab eo inimicos malo adfici addidisse, quo laus perfecta redderetur. Vox فتى in utroque versu aut casum accusativum habet modo, quo verbum اذكر supplendum est, aut nominativum tanquam praedicatum obiecti omissi. Verba على أن etc., etsi duas invicem oppositas res coniungunt, tamen priora statui describendo inserviunt, quasi dixerit: فيه ما يسر صديقه مركبا على ما يسوء الاعادى. Alii autem in eo exceptionem vident, qua nova re excepta priori laudi altera additur. Prior hic versus Ham. p. ٣٧٥ repetitur. Posterioris autem versus ratio eadem

est ac prioris, dum priori laudi altera exceptione adlata additur. Similem loquendi modum in versu Nabeghahi invenimus (metr. Thawil): ولا عيب فيهم غير ان سيوفهم بهن فلول من قراع الكتايب **In iis vitium non est, nisi quod in ensibus suis ob percussionem exercituum rimae sunt.** Loco vocis فما in Mersukii opere فلا legitur. Vox باقيا casum accusativum obtinuit aut quod obiectum verbi est aut locum nominis actionis ابقاء tenet. Similis loquendi modus in versu sequente reperitur (metr. Wafir): **Ab Asmâ (muliere) remotum esse sufficit,** nam كاف est pro كافيا et hoc pro كفاية. Simili modo in sequente hemistichio (metr. Redjes): **Quasi earum manus (pedes anteriores) in campo aequabili«** e voce ايديهن vocalis Fatha abiecta est. In voce الاعاديا littera Alif in fine homoioteleuti causa addita est.

Silentio praetereundum non est, Mersukium ante hos duos versus versum tanquam ad Hamâsae opus pertinentem eiusdem auctoris inseruisse sequentem: فتى كان يغنيه الغنى من صديقه اذا ما هو استغنى ويبعده الفقر »Vir est, cuius divitiae, si dives est, efficiunt, ut amico suo carere possit et quem paupertas (ab eo) removet«. Huic sensu simillimus versus Ham. p. ٣٨١ exsistit. Ad eum quoque proxime accedunt verba Hodsailitae (metr. Motakarib): ابو مالك قاصر فقره على نفسه ومشيع غناه **Abu-Malicus paupertatem sibi soli ferendam imponit; sed divitias suas divulgat.** Sensu tamen sequentem versum praeferendum esse (metr. Thawil): اذا افتقروا عضوا على الفقر حسبة وان ايسروا عادوا سراعا الى الفقر **Si pauperes sunt, dentibus compressis paupertatem contento animo tolerant; sin autem divites fiunt, ad paupertatem celeriter redeunt.**

LXXIII.
Alius dixit.

1. Qualis vir erat, cui die Thowailihi valedixi vesperâ, qua nos eum salutavimus et is (nos) salutavit.

p. 439.) Ex sequentibus versibus cognoscimus, virum, quem poeta deplorat, in itinere periisse. Proficiscentem quadam viae parte amici usque ad locum Thowailih valedicentes comitati esse videntur. In Kamusi opere Thowailih aquae nomen esse gentis Tamim in regione Alzamman [1]) esse legimus. Viri virtutes admirans loquitur, ut inde moeroris magnitudo cognoscatur. In fine versus post vocem سلما, litterâ Alif homoioteleuti causa additâ, vox علينا supplenda est. Verbum ودع aut de valedictione in itinere, e quo quis ad suos redit aut de valedictione, post quam reditus spes non est, adhiberi potest; discedenti enim dicitur: غير مودع i. e. tibi non valedicimus et Deus te ad nos reducat! Hoc sensu verbi recepto, sensus prioris partis cum sensu verborum سلمنا etc. non cohaeret. Mersukius, poetam Tharafah in versibus sequentibus vocem sic adhibuisse, dicit (metr. Thawil): قفى ودعينا اليوم يا ابنة مالك وعوجى علينا من صدور جمالك قفى لا يكن هذا تعلة ساعة لبين ولا ذا حظنا من سوالك **Subsiste et hodie nobis valedic, o filia Maleci! et pectora camelorum tuorum ad nos deflecte! subsiste, ne in hoc praetextus horae separationis sit, neque haec portio eius, quod te rogavimus.**

1) Alzamman locus in regione Ahlidj est. Ahlidj autem locus arenosus est Kam.

2. Pectora camelorum rubicundorum instigavit, ut in Eurum spirantem intrarent et nemo, posthac, quo abierit, scivit.

Hoc in versu modum, quo perierit, paulo accuratius indicavit. Quum in desertum, ubi Eurus flat, cum camelis anis iter direxisset, inde non redeuntis nuntius ad suos non pervenit. In eo autem, quod mortis nuntius adlatus non esset, ut eum sepelire non possent, maioris moeroris causa erat. Rubicundorum camelorum mentionem fecit, qui optimi sint c o n f. Amru-l'Kaisi Diw. p. 105 adn. Pectus autem ea pars corporis est, quae ante alias in regionem dirigitur. Voce autem رمى celerem gressum indicare videtur. Verbia منخرق الصبا desertum amplum, planum designat, quod viatori, quum signis viae careat, vento vestigia delente, periculosissimum est c o n f. Ham. p. ٢٢ v. 2. In voce بعدها suffixum ad res illas, quarum mentionem fecit, referendum est.

3. O tu, qui viris beneficia rependis, pro beneficio beneficium ei tribue et, si peccavit, condona!

Deum hoc in versu alloquens rogat, ut mortuum pro beneficiis, quae in homines contulerit, praemiis ornet et eius peccata condonet. Prius autem, eum beneficum fuisse, tanquam certum, posterius, eum peccasse, tanquam incertum profert. Loco vocis مجرما alter legendi modus اظلما est. Forma comparativi interdum significationem formae فاعل habet, ut in hoc hemistichio (metr. Thawil): Via est hacc, in qua unicus non sum.

LXXIV.

Schabib b. Ahwanah dixit (c o n f. H a m. p. ١٥٨).

Nomen Schabib nomen actionis radicis شب esse dicunt. Vocem عوانة eodem modo cum voce عوان, quo vox رواحة, cum voce رواح cohaerere dicunt, ut aoibo ad recenter orta nomina (احداث الاعلام) pertinere videantur.

1. Mulieres eiulantes eiulatu Abu-Hodjorum deplorent, ad quem praeficae stant!

Viri mortem, quem patrem Hodjori cognominavit, ut magno eiulatu deplorent, mulieres instigat. Hanc ob causam vocem بعولة cum verbo تنبك coniungendam addidit. Mortem viri magno luctu dignum esse verbis indicat. Scholiastes adnotavit, mandatum plorandi ad statum praesentem et continuum pertinere, quamquam imperativus maximam partem rem futuram spectet. Simili modo in Corani loco (Sur. 4, 135.) verba آمنوا بالله statum continuum designare. Verba قامت etc. statum describunt, ut vox بذلك omissa sit. Conferas autem de hisce verbis et luctu ob mortuum Ham. p. ٣٩٣ v. 1. et T. I. p. 430. T. II. p. 16, 105.

2. Ahkilahus ad foveam lateris sepulcri sui eum demisit, dum eius vestes splendebant et Alchimsus sepulcrum parabat.

Modum, quo defunctus sepultus sit, describit. Chimsus sepulcrum paraverat et Ahkilahus defuncti corpus in sepulcrum demiserat. Qui sepulcrum paraverat, eum poeta cum viro, qui aquam haurit, comparavit. Comparandi autem modus ostendere videtur, sepulcrum profundum fuisse, ut ad latus vir staret, qui terram e sepulcro modo, quo aqua e puteo hau-

ritur, ope situlae aliusve rei extraheret. Non igitur unus vir ad hoc sepulcrum conficiendum suffecisse videtur. Mortui autem pannum feralem, quem eius vestimonta appellat, splendoisse dicit, defuncti conditionem dignitatemque significaturus. Splendore autem color albus nitidusque designatur conf. Ham. p. ٣٧٧ v. 1. Mertuus paunis feralibus albis tegebatur. In sepulcri latere fevea erat لحد appellata, in quam funus demittebatur. Sepulcrum, quod, illa in latere fossa deficiente, in fundo fossam habebat, nemen ضريح habebat, quod, quam rem ex nestre versu cegnoscimus, in tetum sepulcrum, cuius pars لحد erat, translatum est. Quum defunctus in sepulcrum demissus cum situla in puteum demissa comparetur, verbum دلاء peeta adhibuit. Similis cemparandi modus in versu, quem schollastes adnetavit, cernitur (metr. Thawil): Situla putei eram, quum (anima) merti se expesuisset, et pannis feralibus vestitus eram et brachium meum tanquam cervical mihi suppesitum erat[1]. Qued poeta singulas sepulturam spectantes res enumerat, in eo, virum mortnum aucteritate gavissum esse, indicium video.

3. Crassis lateribus praeditus, ut sella ei nimis angusta esset ac si eius duo stapedes ob longitudinem ad puteum stans extendisset.

Corporis staturam defuncti describit. Perfecte et crasso corpore et lenga statura praeditum eum fuisse. Djeuharius veci خدب crasse corpore praediti significationem tribuit; scholiastes sensus versus ratienem habens de crassis lateribus dictam esse vult. Sed vocem non tam de corpere crassa carne tecte, id qued Arabibus vituperatieni erat (conf. Ham. p. ٣٨٩ l. 16. et p. ٩٣٩ v. 2.), quam de crassis essibus, in quibus roboris indicium est, adhibitam esse puto. In Mersukii codicis margine الخدب الضخم الجبين »Crassus in extremo frontis latere« legitur. De sellis conf. Ham. T. I. p. 506, 520. Longos quequo ei pedes tribuit, quibuscum longa corporis statura coniuncta est, quae ab Arabibus laudatur (Ham. p. ١٣٢ v. 1.). Ob lengitudinem pedes cum fune, qui ab aquam hauriente in puteum demittitur, comparati sunt. Ut vox سرج nonnisi de ephippiis adhibetur, sic nennisi stapedes in ephippio ركاب appellautur. In sella camelina غرز nemen habent.

LXXV.

Alius dixit[2]).

(p. 440.) *1. O Abu-Chalide! Quam gravis calamitas erat, qua gens Maahd adflicta est die, quo tu sepulcro conditus es!*

Morte viri, quem alloquitur, omues Arabes adflictes esse dicit. A Maahdde filie Adnani quum Arabes originem duxerint, hoc in versu eum loce omnium Arabum ponit (Ebn-Kotaib. p. 63.). Censtruendi modus in versu idem mihi videtur, qui in verbis admirandi adhibetur,

1) Poeta dicere vult, quum in pugna morti se exposuisset, se sepulto similem fuisse; spes enim non erat, fore, ut vitam eriperet. Vocem تبسلت vocalibus primae personae addici metrum non patitur. Vocem نفس anima supplendam puto.

2) In libro Ebn-Challikani versus Mansuro Nomairitae, quibus Iasidum b. Mosid mortuum deploraret, adscripti sunt conf. No. 830 p. 12. ed. cl. Wust. Vixit tempore Abu-Tammami conf. Ham p. ٢٢٨.

ut ما كان ادعى pro ما ادعى i. e. ما اعظم dictum videatur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 218.). Vox يوم Nunationem amisit, quod cum sequente versu cohaeret conf. ibid. p. 146 sq. Verbum ثوى proprie de stabili mansione adhibitum hoc in versu in sepulcrum translatum est, unde nemo procedit.

2. Per vitam meam! si inimici laetantur et tum gaudium manifestant (eo fit), quod ad domum tuam vacuam transiere.

Illius viri mortem esse gravem calamitatem, pluribus exponit. Familiam gentemque suam contra inimicos defenderat, eo igitur mortuo inimici gaudio adficiuntur. Laudat igitur virum tanquam fortem, qui familiae iura contra inimicos defenderet. De construendi modo in priore versus parte conferas Ham. p. ۴۰۴ v. 2. Verbis لقد مرو iurisiurandi propositio consequens continetur; propositio autem, quae conditionem in verbis لئن sequi debet, verbis لقد مرو indicatur. Mersuklus sic verborum sensum constituit: والمعنى وبقائى لئن كان الاعادى مسرورين لموتك شامتين بذويك وعشيرتك لفقدهم لك فقد وقعت الشماتة فى وقتها وحينها ووافقهم السرور لحادث امر عظم موقعه لانهم قد مروا بربعك خاليا منك والمعنى ان ما كان ممدودا على ذويك واوليائك من نطاق الاعتزاز بمكانك والاعتلاء بجدك وجدوه قاصرا زائلا منقطعا »Et sensus est: Per vitam meam! profecto si inimici laetantur ob mortem tuam, gaudio adfecti ob malum familiae tuae gentisque, quae te amiserunt, gaudium ob illa mala suo tempore locoque est et gaudium eos implet ob calamitatem, quae accidit, magnam, propterea quod ad domum tuam, quae te vacua est, transiere.« Sensus est: Vestis dignitatis ob locum tuum et celsitudinis ob fortunam tuam, quae extensa erat super cognatos propinquosque tuos, eam invenerunt brevem, cessantem, amputatam.

4. Etsi noctes eum celeriter perdiderunt; tamen fama eius superstes noctes abolebit.

In hoc versu indicium esse videtur, mortuum non ab hoste occisum, sed morbo oppressum diem obiisse. In eo autem mortui laus est, quod mortui famam duraturam esse dicit. Littera Nun a futuro apocopato verbi كان saepius abiicitur conf. Ham. p. ۳۱ v. 1. p. ۳۸ v. 2. Post verbum أوشكت obiectum فى افنائه (eum perdere) supplendum est. Noctes eum celeriter perdidisse dicens, indicare potest, aut flore aetatis, ut non diu vixerit, abreptum eum esse, aut morbum haud diu durasse. Fama autem eius duratura, multa eum in homines beneficia contulisse, probat. Similem loquendi modum in sequente versu videmus conf. Ham. p. ۴۰۹ v. 8. »Si Kesritam in carcerem coniicitis, neque eius nomen neque eius beneficia in gentes collata in carcerem coniicere poteritis.«

LXXVI.

Femina e gente Cindah dixit.

1. Hominibus nil nuntiate, nisi vos principem vestrum deseruisse, et si vos dimicassetis, defensus fuisset.

Verbis satyricis gentem suam alloquitur adhortans, ut principem suum relictum a suis et occisum fuisse, aliis nunciet. Non autem poterat non id genti opprobrio esse, quum eum

defendere debuerit. Mortuum igitur deplorans gentem suam increpat; sed versus verbis contrarius potest sensus esse, re vera enim gentem suam adhortari non potest, ut rem, quae ipsi dedecori futura sit, divulget. Exceptio hoc in versu منقطع appellatur, quod nonnisi rei exceptae mentio est conf. Gram. Ar. T. II. p. 403.

2. Viri mortem annuntio, qui quovis die, quo sol ortus est, aut nocuit aut profuit.

Vidimus Ham. p. ۴۳۸ v. 3., virum, qui amicis benefaciat, sed inimicis haud noceat, ex Arabum cogitandi ratione virum perfectum non esse. Haec est causa, cur in nostro versu, eum quovis die aut nocere aut prodesse, poetria dicat. Illud ad inimicos, hoc ad amicos referendum est. Eundem sensum Alahdi sequente versu expressit (metr. Thawil): اذا انت لم تنفع بودك اهله ولم تنك بالبوسى عدوك فابعد Quum neque amore tuo eis, quos amas, utilis es neque calamitate inimico tuo noces, longe absis! Voci طالعة casus accusativus tanquam statum, quo verbo antecedentia confirmantur[1]), describenti datus est (conf. Alfiyya v. ۳٥۰ sqq.). Modum hunc accusativi adhibendi grammatici scholae Cufensis على القطع »modo separationis« appellarunt. Ut autem accusativus, qui statum describit, confirmando inservit, sic quoque adiectivum adhibetur. Illius exemplum in verbis رايته فى الحمام عريانا »Eum in balneo nudum vidi« (quum in balneo nemo nisi nudus sit); huius in verbis فعلت كذا امس الدابر »Hoc hesterno die praeterito feci« scholiastes adnotavit, nam quilibet dies hesternus praeteritus est. Res in glosso marginis codicis Mersukii pluribus explicatur, quam sperans fore, ut legentibus utilitati sit, adscribo: ومثال الصفة ايضا كقوله تعالى ومناة الثالثة الاخرى ومثله فى الخبر قول العجاج بات يقاسى امره أمُبْرِمُهُ اعصمُهُ ام السحيلُ اعصمُهُ فاعصمه الثانية زيادة لا يحتاج اليها الا للتوكيد لانك اذا قلت ازيد عندك ام عمرو لم تحتج الى عندك بعد عمرو وذلك لان المخبر عنه واحد فى المعنى فلم تحتج الى اكثر من خبر واحد لان معناه ايهما عندك ولا تجيز ايهما عندك عندك الا على ما ذكرناه من ارادة التوكيد وذلك ان يقاسى هنا يراد بها يقايس فقلب فكانه قال بات يقايس امره ويتامله اى امرُّه اعصم اسحيله ام مبرمه وذلك تفسير ابى على.

LXXVII.

Femina e gente Asad dixit.

1. Amici mei duo! consistite (nam hoc nobis necessarium est), ad sepulcrum Ohbani, quod nubes tonantes irrigent!

More veterum poetarum in itinere versantem se fingit et duos ipsam comitantes amicos (conf. Ham. p. ۴۲۱ v. 5. p. ۴۲۹ infr. p. ۱۸۱ Amru-l'Kaisi Moall. v. 1.) initio carminis alloquitur. Verba انها حاجة لنا sententiam intermediam efficiunt, quae ad sensum complendum haud necessaria nonnisi, ut metro satisfiat, interposita videtur (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 527 sq.). Scholiastes eam pulchram esse dicit, quod socios duos ad voluntati eius satisfaciendum propensos reddat. Suffixum ها ad vocem القصة referendum est conf.

1) Hoc dicit, quod verbis تذر الشمس sensus vocis طالعة continetur, ut nisi confirmando inserviat, vox superflua videatur.

Gram. Ar. T. II. p. 371. Arabes, ut sepulcra amatorum pluvia rigentur, optare solent, qua eorum superficies vireat conf. Ham. p. ٣٢٥ v. 1. Ante vocem الرواعد tonantes vox السحايب (nubes) supplenda est. Nubium tonantium mentionem fecit, quod earum pluviae terram maxime fecundant.

2. Ibi enim vir est, vir perfectus, qui a debili longo spatio distabat.

Causam prioris versus adducit, virum eum dignissimum esse dicens, ad cuius **(p. 441.)** sepulcrum subsistatur. Vox الفتى in versu non tam describendo quam laudando inservit et ad laudem eius amplificandam verba كل الفتى addidit i. e. qualibet viri indole praeditus. Quam viri indolem velit, posteriore versus parte indicat. Fortissimum eum descripsit, ut haud incitatus ab aliis ad pugnandum paratus esset. Vox المزجى eum proprie designare videtur, qui ad pugnam excitandus est; aliter non pugnans.

3. Quando homines certantes in sermonem se dabant, neque in sermone impeditus erat neque iis, qui cum eo erant, imperitans.

Laudat modum, quo vir ille in consessu aliis inter se sermone certantibus se gesserit. Neque supra modum silentium tenebat neque arrogans sermone aliis molestus erat. Huic simillimus versus Ham. p. ٣٧١ invenitur. Verbum انتضل proprie in sagittis, quibus iaculando certant, adhibitum, in sermonem translatum est. Maxime cum praepositione ب construitur, quae hoc in versu abiecta est. Scholiastes ad verbum illud explicandum versum sequentem adnotavit (metr. Basith): Sagittis tecum certant et ex pharetra sua gloriam antiquam et sagittas ruptas crenas non habentes expromunt. Scholiastes dixit, poetam hoc in versu verbis »gloriam antiquam« ad morem respicere, quo, si quis equitem celebrem captivum fecerit, eius antias amputatas in pharetram recondere soleret conf. Meid. T. I. p. 688. nec non Alchansae versum in Additamentis ad histor. Arabum ante Islamismum p. ٧١ et 64 vers. Voce ربا exprimere vult, eum tanquam dominum loqui, ut reliqui taceant; sed pro illa voce et عبا et لغبا legitur. Voce عبا (onus) recepta eum aliis molestum esse significat poeta. Vocem لغبا, qua eum fatuum esse, significaret, versus sensui minus convenientem omnino reiiciendam puto.

LXXVIII.

Cahb b. Sohair dixit.

(De poeta ante Islamum vivente conf. Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 521 et librum meum Caabi b. Sohair carmen etc. p. XII—XXI.). Carmen ante Islami tempus compositum videtur.

In definienda vocis كعب, quae pedis hominis partem designat, non consentiunt, dum alii partem protuberantem supra calcem in utroque pedis latere, alii partem protuberantem in superiore pedis parte (dorso) significari dicunt. Voce partem quoque exiguam butyri spissi in utria fundo remanentem significari, dum vox قوس dactylos remanentes in latere cophini et vox ثور partem lactis spissi (اقط) (reliqua parte effusa e vaso) designet. Vocem autem

زهير formam deminutivi aut a voce ازهر abiectâ litterâ Alif aut a voce زهر derivandi esse dicunt. Grammaticus Alferra contendit in nomine, abiectâ litterâ, formam deminutivi haud oriri, nisi antea nomen proprium factum sit.

1. Profecto! Djowajjus iuramento suo agmen praefecit, cuius frater ultione non caret.

Occisi Djowajji, quem deplorat caedem, gentem, quam ille reliquerit, ulturam esse dicit. Verba ولى اليته indicare videntur, Djowajjum iurasse, gentem suam, si ipse ceciderit, caedem suam ulturam esse. In posteriore versus parte gentem talem describit, quae semper fratris caedem ulciscatur. Inest igitur verbis fortitudinis laus. Vox اخوها autem est pro دم اخيها (sanguis fratris eius). Eodem modo poeta locutus est dicens (metr. Camel): تلكم هريرة لا تجف دموعها اهرير ليس ابوك بالمطلول Huius Harirae lacrymae non siccantur. O Harira! patris tui sanguis ultione non caret.

2. Si, o Djowajje! peris, (scias) quamlibet animum aliquando ad mortem rapi.

Fingens Djowajjum nondum mortuum esse, ei solatium adferre cupit dicens, omnes homines morti succumbere. Sed in hoc versu explicando ante oculos habendum est, ab Arabibus nonnisi ultione expleta occisum carmine lugubri laudari conf. Ham. p. ۴۴۸ infr. et Mersuk. Decreto divino inevitabili Arabes se consolari solent conf. Ham. p. ۳۷۹ v. 4. Voce جالبوها varios casus, quibus homo ad mortem rapitur, designat. Versus autem in Mersukii codice desideratur.

3. Et si, o Djowajje, peris, bellum post te, sicut putasti, accensum erit.

Versus hic cum primo versu sensu cohaeret. Futurum esse dicit, ut bellum caedis Djowajji ulciscendae causa oriatur. Bellum cum igne comparatum est conf. Ham. p. ۱۸۰ v. 1. p. ۲۸۱ v. 2. 3. Scholiastes dixit, vocem موقدوها subiectum verbi كان esse et vocem كظنك praedicati locum tenere. Phrasin esse praedicatum particulae أن et nomen particulae أن (subiectum) (conf. Gram. Ar. T. II. p. 105.) articulo definitum non esse, quae res licita habeatur, proptorea quod res nota sit conf. ibid. p. 106. Admitti quoque posse, verba كان كظنك etc. locum adiectivi vocis حربا tenere, ut praedicatum particulae أن omissum sit, quasi dixerit: ان حربا هذه صفتها وقعت »bellum, cuius haec descriptio est, oritura. Versum poetae Alahscha sequentem utrique modo explicando inservire posse (metr. Monsarih): Nobis locus subsistendi et locus itineris est, et in itinere, quum proficiscuntur, lentus progressus est, quum utraque voce محلا et مرتحلا articulo haud definita, vox لنا supplenda sit.

4. Opinio tua de lanceis prava non erat die, quo iurabas, quod iusiurandum eas dirigentes servabant.

(p. 442.) Hic quoque versus ad primum sensu referendus est, quem poeta magis exornat. Iurans gentem suam ipsum occisum ulturam esse, bonam de viris, qui lanceas gerebant, opinionem conceperat, sed, quod viris tribuendum erat, id de lanceis in versu dixit. Vox المشرعون viros designat, qui lanceas in hostem dirigunt. Hi quum occiso fidem servant, efficiunt, ut iusiurandum servetur. Vox بارماح cum voce ظنونك coniungenda est.

5. Et si unquam gentis factum ad occisum pervenisset, te sane stricti gladii gaudio adfecissent.

Fieri quidem non potest, ut ad mortuos vivorum res gestae perferantur; sed talem gentis agendi rationem in caede ulciscenda futuram esse, certo scit poeta, ut inde mortuus, si ipsi nota fiat, gaudium percepturus sit. Vox سيوفك (gladii tui) est pro سيوف قومك (gladii gentis tuae). Praepositio من mihi ad explicandam للتبيين (conf. Gram. Ar. T. I. p. 490. 493) esse videtur. Est autem dictum pro لسرك منتضو سيوفك ordine verborum inverso, ut tam metro quam homoloteleuto satisfieret.

6. Ob votum tuum, et vota solvuntur, quum ii, ad quos spectant, pudorem inde concipiunt.

Hoc in versu, qui in Mersukii codice non legitur et in Tebrisii codice tanquam neglectus in latere adscriptus est, dicit, non potuisse non fieri, ut votis, quae mortuus fecerit, satisfieret, quum iis neglectis gens ignominia adficeretur.

7. Quasi tu die, quo vestes tuae spoliarentur, ea scires, quae spoliantibus contingerent.

Occisi ultionem tam perfectam et verbis occisi tam consentaneam fuisse dicit, ut, qui eam praediceret, eam novisse videretur. Vox يوم Nunnationem amisit, quod cum verbo sequente cohaeret (conf. Gram. Ar. T. II, p. 147.). Hoc in versu voce الثياب (vestes) arma significari, ex verbo بز cognoscimus, quippe quod in armis spoliandis adhibeatur, ut teste Ebn-Doraido nomen بز loricam, galeam ensemque (spoliatum) complectatur. Vox سيلقى est pro سيلقاه. Vindictam autem significare vult.

8. Sed per gentes Cabbi dorcades mactatae non sunt et quinquaginta petentes minorem numerum non satis habuerunt.

Duplicem hoc in versu, qui in Mersukii codice non legitur, sententiam expressit, gentem neque omnino ultionem neglexisse neque prius abstitisse, quam ulciscendi modus perfectus esset. Scholiastes priorem versus partem explicans proverbialem loquendi modum esse dicit: Vovisse Arabem, se, si ovium suarum grex numerum certum attigerit, unam ovem aut plures pauperibus cibo mactaturum esse, postea vero, quum res contigerit, eundem, ut ovibus parceret, nonnisi doreadem unam aut plures mactasse. E posteriore versus parte, gentem Cabbi pro occiso quinquaginta occidendos esse vovisse, cognoscimus; nam ante Mohammedis tempus, non unum pro uno, id quod Mohammedes postea lege sancivit, sed, si unus alterum pretio haud aequare videretur, interdum plures occidendos esse putarunt (Ham. p. ١٣ v. 2.). Posterior autem pars hunc verborum sensum offert: واذا طلبوا الخمسين ثأرا ما قصروا عن ذلك.

9. Matutino tempore gladii tenues gentem Chesredj invaserunt, quorum auctores artifices distinxerant.

Hic versus nonnisi in quibusdam exemplaribus invenitur, insuntque res, quae dubium movent. Sensus clarus est. Videmus ex versu partem gentis Chesredj virum, quem poeta deplorat, occidisse. Si verbum صبحكن rectum est, aut ad nomen سيوف (gladii) omissum pertinet, ut vox مرهفات gladiorum conditioni describendae inserviat, aut cum voce مرهفات,

ante quam vox سيوف gladii supplenda est, tanquam subiecto coniungendum est, cui nominativus conveniot. Beatus de Sacyus in uno codice, quem inspexerit, nec non in codice commentarii Abu-l'Fathi (Ebn-Djinnii) صبحنا »nos matutino tempore invasimus« se invenisse adnotovit, et in Mersukil codicis margine sic pro voce صبحكن corrigenda scriptum est. Hoc recepto vox مرهفات est pro بمرهفات. Tenues autem gladii secantes designant. Posterioris portis, quoe clara non est, sensum scholiastes dubitans, sic definiendum putavit: Ipsi poetam dicere videri, artifices, qui glodios cudissent, regum nomina, in quorum usum aut quorum tempore facti sint, iis inscripsisse. Voci أرومة radicis seu originis significatio est, et ذوو أرومة ii esse videntur, quorum iussu enses facti sunt. Quod vero ad vocem ذووها adtinet, scholiastes cum voce ذو et formis inde derivatis pronomen haud solere coniungi, adnotavit; sed, si huius versus auctor Arabs disertus sit, metri necessitate rem excusari posse. Causam autem, cur non item ذوك ut فوك »os tuum« dicatur, talem esse vult: Vocem فو, etsi pars eius abiecta sit, tamen re vera nomen metonymiao (conf. Grom. Ar. T. I. p. 434.) haud particeps esse et hanc ob causam pronomen cum ea coniungi licere. Vocis autem ذو rationem diversam esso. Esse metonymiam, qua res significaretur, Arabibusque duas metonymias coniungi [1]) haud placere. Praestare autem dici ذووك, quam dici ذوك, quippe vocis vis additâ litterâ و in plurali aucta sit.

Versuum causam talem fuisse narrant. Djowajjus vir od gentem Mosainah pertinens ad gentes Aûs et Chesredj tempore, quo pugnarent, transiens cum gente Aus, cuius gens Mosainah foederata esset, se coniunxerot. Qui quum telo confossus iaceret, Tsobetus b. Almondsir b. Hisam, pater Hassani poetae [2]), transiens eum sic allocutus est: O Mosainita! quid in hanc calamitatem te coniecit? per Deum! tu ad gentem pertinea, quae te non defendit. Moribundus autem Djowajjus capite sublato respondit: Per Deum iuro, e vestrûm numero quinquaginta viros occisos iri, inter quos neque monoculus neque claudus erit. Quae verba quum ad terram Ahmk [3]), regionem gentis Mosainah, perlata essent, gens ob verba Tsabeti excitata est. Taabetus autem certior factus de adventu gentis Mosainah caedem Djowojji ulturae dixit (metr. Basith); Gens Mosainah e regione Ahmk, ut terrorem nobis incuteret, venit. Fuge, o gens Mosainah! et in podice tuo funes sunt (i. e. in podice vulnerata es). Gens Mosainah in loco Boahts (et بغاث quod loci nomen prope Medinam siti) occurrens mogna clade eos adflixit et Tsabetum b. Almondsir captivum fecit. Mokarrenus autem b. Ghajids, gentis dux, se eum nisi pretio hirci nigri cornibus carentis liberum dimissurum esse iuravit. Medinenses **(p. 113.)** ex eo iram concipientes se rem facturos esse negarunt. Tsabetus igitur dixit:

---

1) Scholiastes igitur pronomen vocibus, quas grammatici كنايات appellat, adnumerat conf. Gram. Ar. T. I. p. 430.

2) Tempore Ohmari grandaevus erat, ut ocalorum usum non amplias haberet conf. Chrestom. meam grammat. histor. p. ٧٤ sq.

3) Ahmk regio est inter Antiochiam, Baghrasum et Haremum ditionis Halebi in latere occidentali circiter duorum dierum spatio remota conf. Abulfed. Geogr. p. ٤١. In Kamusi opere distinguitur inter locum aut aquam huius nominis in ditione gentis Mosainah et illam regionem in ditione Halebi. Sed quam distantia loci pugnae nimis longa videatur, alibi regionem sitam fuisse, vix dubitari potest. In Kamusi opere esse nomen vallis in ditione Thajeß legimus, quae vallis melius conveniret; sed pluribus locis commune nomen est.

Si nolunt, fratrem gentis capite et ei fratrem suum (hircum) date! Tandem quum rem se effugere non posse cognoscerent, talem hircum adduxerunt, quem in loco Obeaths Mokarrenus accepit et dimisso Tsabeto mactavit. Quum gens Mosainah in suam regionem rediisset, Mokarrenum uxor, quomodo rem peregerit, interrogavit. Mokarrenus sequentibus versibus respondit (metr. Camel): Cur non interrogasti, dum tu blaesa non es (et interrogatio de re latente ignorantem sanat) de praesentia mea in loco Boahta, quum gens Ghassan gladiis secantibus lanceisque ad eum accederet et de modo, quo ego manibus collo iniectis Tsabetum arripiebam in pugnae loco, ubi fortitudo viri requiritur. Tum pro hirco cornibus carente in loco Obeaths eum vendidi stantem, dum eam (gentem) lux diei clara congregabat. Aliud libertatis pretium pro eo non inveni et tale eorum pretium redemtionis tempore praeterito erat. Vir ego sum, qui verecundiam semper conservavit et indoles mea generositas naturae est et verborum turpium evitatio, dum ad gentem portiuco, in qua admissarii domini sunt leonesque saltuum proelio[1]) accenso, quae irruit corpore cuiuslibet viri bellum accendentis instar flammae ligno arboris Ghadha accensae (pro من الغضا). Abu-Mohammed Alarabi Namaritam refellens more suo proverbium adtulit (metr. Wafir): Iesaro camelae foetae disgregatae sunt et nesciebat, num (butyrum) concrescere faceret an liquescere sineret[2]). Namaritam autem in explicandis versibus, qui diceret, nomen جوى sine puncto diacritico scribendum esse, in errorem incidisse. Grammaticus Abu-l'Ahla contendit, nomen جوى abiceta littera ex voce جوية ortum esse; si in origine Hamza careat, formam esse deminutivi a voce جوة aut جو (interior pars) derivandi. Vocem in versu Nabeghahi occurrere (metr. Basith): Circum eam gallinae incedunt et eà vehens obrius est in interiore parte (tabernaculi) festi Paschae[3]) crapula laborans. Sin vero voci Hamza sit, nomen deminutivum vocis جؤوة (color nigricans ex spadiceo) putandum esse.

LXXIX.
Alius dixit.

1. Mortem Alsobairi adnuntiavit et dixi: Viri gentis regionis Hidjasi et Nedjdi mortem annuntiae.

Non ipsum Sobairum; sed filium eius Abd-Allahum, qui anno primo Hedjrae in oppido Medina natus anno 73 occisus est (conf. Abulf. Ann. T. I. p. 76. 420.) significari puto. Cuius in obsequium quum incolae provinciarum Hidjasi et Nedjdi (et Iemen) tempore, quo Chalifam se fecisset, iurassent ibid. p. 404., a poeta vir regionum Hidjas et Nedjd appellatus esse potest. De hisce provinciis conferas Abulfed. Geogr. p. ٧٨ sq. De provinciae Nedjd

1) In codice ألوعا legitur, cui voci eadem significatio quam voci ألوغا tribui potest.

2) i. e. Tantis difficultatibus impeditus fuit, ut quid ageret, nesciret. Proverbium in Meidanii opere C. 24, 120. legitur. Sed nonnisi posterior pars ما يدرى in proverbii consuetudinem venit. Iesar viri nomen est, cui in versu sine dubio pastoris munus datum erat. Tale nomen apud Meidanium C. 14, 4. 25, 109. 28, 11. occurrit.

3) Aut vox جوة de medio tempore adhibetur aut vox باغوت de tabernaculo festi Paschae intelligenda est.

ambitu dissentiunt conf. ibid. p. ٧١ et Ritters Erdkunde T. XII. p. 220. Quem locum Dsat-Ihrk scholiastes appellavit, is in finibus Iracae situs est. Alnibadj nomen oppidi in deserto (بادية العرب i. e. البادية) siti est. Vox تنعى aut verti potest: »mortem annuntias« aut particulà interrogandi omissâ: »num mortem annuntias?«

2. Levibus femoribus praediti, deserta celeriter peragrantis, sociorum servi, dum servus non erat.

Virum haud carnosum et hanc ob causam alacrem celeremque describit et erga socios officiosum, ut voluntaria servitia eis praestaret. De verbis خفيف الحاذ conferas Hamas. p. ٣٤٣ v. 3. Verba scholiastae, qui voci الحاذ in alio loco status (et commeatus المؤنة Mors.) significationem tribuendam esse dicit, verba traditionis isto loco citatae respiciunt. Voci فيفاة deserti aqua carentis significationem tribuunt. In tali deserto itineris celeritas necessaria est. Qui tale desertum peragrat, is vir fortis et patiens in perferendis molestiis est. Vocem نسال eodem modo omissa praepositione في quam vox قطاع (peragrans) cum sequente substantivo poeta coniunxit. Vox صحابة proprie nomen actionis, tum loco adiectivi adhibita, conditione adiectivi tam invaluit, ut modo nominis adhibita loco nominis descripti poneretur. Eadem vocis صاحب ratio est, quae tanquam nomen agentis, non amplius adhibetur; dici enim haud licet: هو صاحب زيدا, ut هو ضارب زيدا sequente accusativo dici potest. In fine versus poeta غير عبد addidit, ne quis, eum re vera servum esse, in opinionem induceretur.

LXXX.
Rokaibah Djarmita dixit.

Nomen Rokaibah vario modo derivari posse putant. Carmen post Islami tempus ob verba عباد الله in versu secundo compositum videtur.

(p. 441.) *1. Dico, dum in linteis feralibus candidus, laude dignus, cuius facies primam barbae lanuginem produxit, instar rami Araci est:*

Ex huius versus sensu a poeta iuvenis mortem deplorari videmus, quem ob teneram staturam cum ramo arboris Arac (conf. Ham. T. I. P. 1, 419.) comparavit. Num filius an amicus iuvenis ille deploratus fuerit, pro certo non habeo; sed filium eum fuisse, ex verbis versus quarti verosimilius videtur. Versus constructionem talem scholiastes exponit; verbi اقول nempe obiectum verba versus sequentis احقا etc. esse, verba في الاكفان statui describendo inservire, verba كغصن الاراك loco adiectivi vocis ابيض esse et vocem وجهه subiectum, cuius praedicatum in verbis حين وسما reperiatur, ita ut verborum phrasis antecedentibus loco adiectivi sit. Mersukius adnotavit, verba tempori definiendo inservientia personas non complecti, ut dici nequeat الزيد اليوم »Saidus hodie«; sed verborum in versu eandem rationem esse, quam verborum الهلال الليلة »novilunium hac nocte« quippe quod dictum sit pro طلوع الهلال الليلة »novae lunae ortus hac nocte«. Mersukius versus sensum hisce verbis exposuit: اقول متلهفا وقد كفن بمرا منى شاب مجتمع كريم شريف حسن الشطاط كانه غصن من الاراك ووجهه قد وسم حديثا والمعنى اعتبط ولم يمتع بشبابه ولا امهل لاستكماله واكتهاله فاقول... »Dico gemens, dum ante oculos meos vir iuvenis ad virilem aetatem perveniens, generosus, nobilis, pulchra statura praeditus, quasi

ramus arboris Arac sit, linteis feralibus involutus est, dum eius facies prima lanugine tecta erat. Et sensus est, eum invenem morte abreptum, ut iuventute non frueretur et iuventute haud defensum esse eique moram concessam non esse, ut perfectus fieret et ad plane adultam aetatem perveniret et dico...« Ad vocem وسمر explicandam scholiastes adnotavit, formam secundae formae significationem quintae habere, ut وجه pro توجه dicatur. Verba cum illis cognata لوز, طر et بقل adduxit et tertiam vocem nonnisi ex auctoritate grammatici Abu-Hatimi, qui Alazmäilium secutus sit, in secunda forma adhiberi posse dixit, aliis grammaticis praeter eum primam formam praeferentibus.

2. Num verum est, o servi Dei! quod post hodiernum diem Rifaahum nonnisi imaginando videam?

Queritur, se iuvenem oculis non amplius conspicere. Versus huic similis Ham. p. ٤٨٣ legitur. Grammatico Sibawaihi accusativus vocis حقا modo a grammaticis ظرف appellato positus videtur, ut pro فى الحق sit conf. Gram. Ar. T. II. p. 70. 97. 511. Scholiastes, ut dubitationem eorum, qui rem fieri non posse dicerent, removeret, rei explicandae causa sequentia addidit. Poetam, quum alios dicentes افى حق كذا et افى الحق audivisset, quibus verbis casus accusativus tribuatur, istum modum secutum esse. Mersukius, ut istum loquendi modum probaret, versus sequentes adnotavit (metr. Wafir): Num rectum est, quod, qui fratrem vestrum opibus meis consolor, a debili[1]) iniuste tracter? et (metr. Thawil): افى الحق انى مغرم بك هائم وانك لا خل هواك ولا خمر Num rectum est, quod ego tibi (o femina) omnino deditus sim obstupefactusque et quod tuus amor neque acetum neque vinum[2]) sit. Ex usu verborum عباد الله, versus post Islami tempus compositos esse coniicio; ista enim verba ante illud tempus in usu fuisse, vix putaverim. Vox ان pro انى est. Loco verborum بعد اليوم in Mersukii codice طول الدهر (per totum temporis spatium) legitur, quae verba in scholiis vocibus ابد الدهر »nullo unquam tempore« explicata sunt. Vocem توهما statui describendo inservire, ut pro متوهما sit, idem dixit. Mersukius denique loquendi modum, quo noster usus sit, ad verba Nabeghahi prope accedere dicit (metr. Thawil): يقولون حصن ثم تأبى نفوسهم Dicunt: Hizn, tum eorum animi abhorrent, ut enim Nabeghahus, nuntium falsum esse, declaraverit, sic noster adspectum. Talem autem loquendi modum, ut res maxima ostendatur, adhiberi solere.

3. Iuro autem, eum quamlibet rem gravem, qua generosi homines premuntur, ipsi impositam lubenter tulisse.

4. Et quotiescunque dixi: Lente! dum in media gente ira accensus erat, leniter risit.

In priore versu mortui tam obedientiam, qua voluntati poetae satisfecerit, quam patientiam animique fortitudinem laudat, qua res duras ipsi ei impositas tulerit. Quod dicit res, quae ipsos generosos gentis premunt, iis verbis adolescentem illum generosis aequiparat. In posteriore versu magnae auctoritatis, quam in eum habuerit, mentionem facit, quae tanta fuerit, ut si ille in hominum consessu ira vehemente exarserit, unum verbum eum omnino quietaverit.

1) In codice Mersukii الشريس malignus est; sed alter Tebrisii السريس legendi modus ferri potest.

2) Haec verba proverbialem loquendi modum continent conf. Meid. C. 24, 123. et ibid. T. III. No. 823.

LXXXI.

Alius dixit.

1. Heu! Post mortem Ebn-Naschirahi vir perfectus non exsistit et omne beneficium abiit decessitque.

Mortuum duas ob virtutes laudat, unam viri, quam fortitudinem esso puto, alteram liberalitatis. Sed fieri potest, ut priori parti generalior sensus tribuatur, quippe virilitas (الفتوة) omnes viri virtutes complectatur. Quod si admittitur, eodem modo voci عرف generaliorem significationem tribuendam puto, ut hominis agendi rationem, qua nil nisi bonum et aequum peragatur, significet. Scholiastes dixit, praedicatum vocis فتى et praedicatum vocis عرف omissum esse, ut post vocem فتى voces في الدنيا et post vocem عرف vox موجون (iuventum) suppleatur. Dicendum est, poetam in priore et posteriore hemistichio eundem loquendi modum non retinuisse, nam pro verbis الا قد تولى dicendum fuit: بعد تولى عرفه. Scholiastes, vocem فتى Nunnatione eodem modo, quo vocem عرف, privari posse contendit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 63 sq. et p. 413 sq.); sed hoc in versu metro id contrarium esset. Quod si vero quis لا عرف diceret, hoc regulis linguae haud contrarium, in metro quandam difficultatem adferret, ut vocis الا Hamza abiecta, Nunnatio cum sequente legendo (La orfo-nilla) coniungenda esset. Discrimen inter utrumque legendi modum scholiastes sic exposuit. Adhibito casu accusativo rem totam eiusque genus modo perfecto (على الاستغراق) (Gram. Ar. T. II. p. 414.) negari, ut responsum verborum sit, num vir exsistit? nominativo autem posito, genus viri non negari; sed virum talem esse, negari. Scholiastes autem noster vituperandus est, quod a Mersukii verbis recessit, quippe qui accuratius clariusque sic rem expressit: والرفع لا يكون فيه الاستغراق لكونه جواب وهل بكونه فتى وهل عرف. Nil quoque obstare dixit, quin de una re e toto genere interrogatum et responsum sit. Vox فالبرا quum ad sensum complendum nil faciat, nonnisi, ut homoioteleuto satisfiat, addita videtur.

2. Vir gentis Hentselah, cuius legati aut beneficia semper conferebant aut res ingratas avertebant.

Mortuum tanquam virum dignitate pollentem describit, quem equitantem magna comitum turba, quibus mandata dabat, sequebatur. Non igitur satis habebat, in proximos beneficia conferre, sed in locos remotos hac de causa legatos mittebat. Mersukius dixit, ركابه esse pro اصحاب ركابه i. e. رسله. Haec verba causa sunt, cur vocem ركابه de stapedibus et non de camelis onerariis intelligendam putem. Ad latus equitantis, si dignitate et potentia pollebat, ministri incedebant, ut mandata perficerent. Dicitur كان تحت ركابه eius minister erat conf. Wakid. p. 50 sq. Stapedibus autem ipsis tribuit, quod viro tribuendum fuit. Voces معروف et منكر oppositae bonum malumque et significatione specialiore beneficia et malefacta designant. Voci فتى casum nominativum dedit, ut praedicatum subiecti omissi (pro هو فتى) esset; sed voci quoque casum accusativum tribui potuisse, ut laudi inserviret, scholiastes adnotavit conf. Gram. Ar. T. II. p. 94. Anthol. gram. p. ١٣ l. 11 text.

(p. 115.) *3. Deus gentem dedecore adficiat, quae te deseruit et longos equos, quos graciles dextera tua dono dederat, ad fugam incitavit!*

Hoc e versu modum, quo occisus erat, cognoscimus. In proelio, in quo gentem suam

dux contra hostem duxerat, a suis relictus cecidit erat. Virorum vituperatio hoc in versu est, dum dicit, eos ipsos equos generosos, quos dono accepissent, ad fugam instigasse, ut fugientes clientelae officia negligerent. Verbo جرد in lexicis significatio, quae in scholiis tanquam versui conveniens adnotata est, non invenitur; sed cum voce جريدة agmen expeditum et celeroe cohaeret. Mihi proprio agmen equitum esse videtur, quod impedimenta secum non habet et hanc ob causam ad celere iter aptum est. In versu igitur, eam equos impedimentis liberasse (denudasse), ut celeriter fugere possent, significare potest. Fieri potuit, ut illa gens impetu subito ab hostibus facto in equis sellis relictis fugae se daret. Vocem عناجيج generali significatione de generosis equis adhiberi, lexicographi adnotarunt, in scholiis nostris de longis equis, in scholiis ad Diwanum Hudsailitarum de longo collo praeditis adhiberi legimus, quod item generosis equis proprium est. Sed in nostro scholio longitudo potius in partes quasdam equi, ut collum et pedes (conf. Ebu-Doraid. Makz. v. 81. et Ham. p. ٣٨٤ v. 1. l. 6 schol.), nam longum equi dorsum pro vitio habetur, transferenda est. Vox ضمرا statui describendo inservit. Addita autem voce hac poeta significare voluisse videtur, illos equos dono datos bene praeparatos fuisse; solebant enim, priusquam cursus certamen iniretur, equos praeparare, ut graciles redderentur. Sic hos equos ad bellum faciendum praeparatos fuisse, vox significare potest (conf. Ham. T. I. p. 410.).

LXXXII.
Alius dixit.

1. Gens Chosaah terram totam amplam implerit; tum noctium transitus partes orae eius resecuit.

In hoc versu, qui in Mersukii codice desideratur, poeta ad sequentes versus praeparare videtur. Queritur, gentem Chosaah olim numerosam, quae pars gentis Asd est, temporis vicissitudinibus diminutam esse. Gentem autem cum vestimento comparasse videtur, quod totam terram tegeret. Tempus eius extremas oras resecuisse. Verba ما اتسعت aquae eius amplitudo esta modo posita esse, quem Arabum grammatici ظرف appellarint (conf. Gram. Ar. T. II. p. 70. 97.), scholiastes enutendit, eaque verbis مقدار الارض كلها »spatio totius terrae« explicavit«. Quod vero dicit, primariam verbi قص significationem esse »vestigia sequi«, id neque verum est neque in explicando versu commodum adfert.

2. Abu-l'Kasimus in deserto habitat, ubi venti pulverem dispergentes super eum pulverem concerrant.

Ad rem ipsam, quam tractaturus est, venit, ut mortem Abu-l'Kasimi deploret, in deserto sepulti. De mortuis, quum e sepulcro non prodeant, verbum ثوى adhiberi, Ham. p. ff· v. 1. vidimus. Vox بلقعة proprie terram incultam et inhabitatam designat, ut nonnisi de mortuo ثوى ببلقعة dici possit. Verba تسفي ارياح cum verbo اضحى tanquam praedicatum cohaerent. Verbum سفى vento proprium est, quod ventum vehementem res abripere et asportare significat, et nonnisi praepositione على addita significationem congregandi obtinet. Obiectum التراب (terra) omissum est. Voces من سوافيها, quarum significatio verbo تسفي indicatur, quum ad sensum accuratius definiendum nil faciant, homoioteleuti versusque causa addita videntur. In versu autem rem non narrat, sed rem ita se habere, queritur.

3. Flavit, quum motum in eo non esse, sciret et tempore, quo ipse cum eo certabat, debilis (ventus) erat.

Dubium non est, poetam hoc in versu mortuum laudare, quomodo autem comparandi ratio intelligatur, dubio non caret. De vento vehemente, qui in deserto pulverem abripit, in versu sermo est. Scholiastes dixit, Arabes liberalem, cuius liberalitas ad omnes pertingat, cum vento, qui ad omnes verveniat, comparare. Liberalis cum vento nonnisi comparari potest, quatenus ventus pluviam, qua in homines beneficia confert, adducit (conf. Hamas. p. ٣٨٣ v. 7. p. ٦١١ v. 1. et doct. Vullers ad Harets. Moall. v. 57.). Talis autem venti quum in versu mentio facta non sit, hic comparandi modus in versu non ex omni parte quadrat. Comparatio ad potentiam mortui potius spectare videtur. Heroem cum vento vehemente, qui tentoriorum funes evellit, comparari Ham. p. ۴٩٠ v. 6. vidimus et poeta dicere videtur, ventum, qui olim viro vivente vehementer flare haud ausus sit, mortuum non timere. Hunc sensum Mersukius ante oculos habuisse videtur scribens: يقول هبت الريح عليه رافعة الحشمة فى ابتذالها اياه عالمة انه لا هبوب لريح دولته ولا نفاق لامره ولا استقامة لصولته وقد كانت اذا همت بمباراته تقف حسيرا بهيرا لا اختراق لها ولا مجر لذيلها. Vox هبوب Nunnationem amisit, quod tota res omnino negatur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 63.). Scholiastes adnotavit, vocem تكون loco vocis كانت esse et rem licitam esse, quod particulâ اذ praeteritum tempus indicetur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 522.). In hoc cum scholiaste non consentio. Poeta futurum adhibuisse videtur, ut statum tempore praeterito durantem significaret. Rem autem praeteritam esse tam sensus, quippe vir nonnisi tempore vitae cum vento certare possit, quam usus particulae اذ indicat.

4. Cibus hospitalis morti evenit, deserto oppigneratus, dum ipse tempore matutino pugnae mortem cibo hospitali excipere solebat.

Dum mortuum deplorat, eius fortitudinem laude ornat. Mors saepius tanquam persona descripta est (conf. Ham. p. ۴٣ v. 2. p. ٣٣٥ v. 3.). Mortuum cibum, quo mors adveniens tanquam hospes exciperetur, fuisse in nostro versu legimus. Simili modo vir fortis curas tanquam hospites excipit Ham. p. ٣٣٨ v. 2. Mortuus deserti quoque pignus appellatur, quod inde procedere non potest. Priori versus parti posterior sensu oppositus est. Mortuum, quum esset fortissimus, die proelii multis occisis, tanquam cibo hospitali mortem excepisse. Scholiastae autem hic versus ad primum respicere videtur. In versu numerum gentis Chosaah deminutum describi dicit.

LXXXIII.
Ahkil b. Ohllafah etc. dixit.

(De poeta confer. Ham. p. ١٩٦.)

1. Mors, ubi velit, mane adveniat; veniendi licentia post mortem Ebn-Ahkili data est.

Filii sui mortem deplorans moerorem tantum describit, ut nullius personae mors ipsum tristem reddere possit. Est ac si morti permittat, ut quemvis velit, auferat. Sensu similis est versus Ham. p. ۴١۴ v. 4. Loco vocis لتغد Reiskius in adnotationibus ad Tarafam p. 94. تسعى habet, vertitque »currunt mortes« at vero minus probandum est. Post verbum تغد obiectum

personae, quod cum praepositione على construitur, omissum est. Verbum autem غدا verbi اصاب, quod scholiastes explicandi causa adnotavit, significationem per se non habet; sed nonnisi, quum mors eius subiectum est, talis significatio cum eo coniuncta cogitari potest. **(p. 416.)** Voce الفتى eum tanquam virum perfectum describit.

2. Viri, cuius amicus in colle locum habebat. Eo mortuo amici in loco depresso habitarunt.

Scholiastes duplicem explicandi modum proposuit, unum, quo loco elato potentia et securitas, alter, quo hospitalitas significatur. Mons potentiam et tutelam Ham. p. ٥١ v. 1. p. ١١٤ v. 4., nec non honorem Ham. p. ١١٥ v. 1. designat. Locus altus potentiam et fortunam, locus depressus infortunium designat conf. Ham. p. ١٤١ v. 4. Qui in loco alto habitat, is defensus est Ham. p. ١٤٦ v. 3. Sic igitur in versu nostro poeta significare potest, clientem vivente illo potentem et honoratum fuisse, mortuo autem depressum. Vocem مسيل (locus, ubi fluit aqua, qui et locus elatus esse potest) potius ut homoioteleuto satisfieret, quam sensus causa voci نجوة poeta opposuisse videtur. Scholiastae non adsentior, qui putat, poetam locum designare voluisse, ubi clientem torrens perderet conf. Ham p. ٤١٣ v. 1. Alter autem explicandi modus verbis minus convenit. Arabes quidem, ut hospites noctu allicerentur, in loco elato ignem accendere solebant conf. Ham. p. ٥٣ v. 3. p. ٦١١ v. 1. et Reisk. ad Taraf. p. 45.; in versu autem non de igne in loco elato accenso; sed de viro, qui loco alto sedem habet, sermo est. Qui autem huic interpretandi modo assentitur, dicit, clientes antea in alto loco habitantes, ut ab hospitibus conspicerentur, illo viro mortuo ad paupertatem redactos in locis depressis se occultasse, ne hospites advenirent. In locis elatis autem neminem nisi fortem aut generosum habitare, e versu sequente, cui metrum Sarih est, cognoscimus: »Ego Horaitsus et filius Saidi-Alchail sum, a cuius domo fluxus torrentis removetur.«

3. Longum gladii balteum habentis, robusti, quasi, quum ad auxilium eum vocares, cum gente impetum faceres.

Mortuum tum ob proceram corporis staturam, tum ob robur laudat. Quo longior vir erat, eo longiore gladii balteo utebatur. Magna statura Arabibus laudi erat conf. Ham. p. ١٣٢ v. 1., parva vituperabatur conf. Ham. p. ٦٣٦ v. 1. et p. ٤٤٦ v. 2. Tantum autem eius robur et fortitudinem fuisse, ut in pugna agmen aequaret. Vox وهم proprie in camelo adhibita in hominem translata est.

4. Est ac si mors optimos nostros petat odio eorum ducta aut indicio ducatur.

Quae dixit, ea rerum naturae consentanea sunt. Fortissimus quisque quum periculo se maxime exponat, non potest non fieri, ut prae aliis fortissimi occidantur. Hos igitur mors prae aliis odio ducta petiisse aut quodam indicante invenisse videtur. Eadem sententia in Moallak. Tarafae v. 64. expressa est.

LXXXIV.

Mosafih[1]) b. Hodsaifah Ahbsita dixit.

1. Num post mortem filiorum Ahmrui tempore futuro gaudio adficiar aut rei praeteritae solatium inveniam?

Moerorem maximum ob mortuos, quos deplorat, eo ostendit, quod dicit, se iis mortuis ex nulla re gaudium percepturum neque solatium rei inventurum esse, quasi omne gaudium cum eorum vitâ cohaereat. Interrogatio negandi vim in versu habet. Posteriori parti versus similis est versus Ham. p. ٤٠٧ v. 1., priori versus p. ٤٠٢ v. 2.

2. Sed post rem nulla res est, quae eam tibi reddat, quum praeteriit, praeter patientiam; patiens igitur sis!

Querelas inutiles esse dicit, quum res praeteritae reddi non possint; patientiam solam utilem esse. Hoc igitur in versu se quodammodo consolatur et ad patientiam hortatur. Scholiastes recte adnotavit, adiectivum post vocem الشي omissum الفايت »praeterita« voce وراء indicari et patientiam, quamquam rem praeteritam reducere non possit, tamen laudi esse, ut in hac solatii causa inveniatur. Verba سوى الصبر exceptioni sunt, quam grammatici خارج aut منقطع appellant, in qua nonnisi rei exceptae mentio fiat (conf. Gram. Ar. T. II. p. 403.). Quam magni in calamitatibus perferendis Arabes patientiam fecerint vide Meid. T. III. P. 2. p. 156 sq.

(p. 447.) *3. Salutem tibi (a Deo), o gens Banu-Ahmru, loco, ubi bubones vestri sint; o pulchritudinem conventus, hastarum et loricarum!*

Ad laudem mortuorum transit et optans, ut Dei misericordiâ beentur, tam in gentis consessu quam in pugnis eos laude dignissimos fuisse indicat. Ad locum Ham. p. ٣٦٧ v. 3. in salutandis mortuis vocem عليك praemitti vidimus; est igitur vox عليكم supplenda, ut ut sequens praepositio على cum praecedente voce سلام coniungenda non sit. Salus autem de misericordia Dei, quam mortuo optat, intelligenda est. Ante verba بنى عمر particula يا o! supplenda est et voces على حيث ubicunque sit vertendas puto. De anima mortui, quae in avem transire dicitur, conferas, quae ad Hamas. p. ٤٠٠ adnotavi. Praedicatum موجود (inventus) vocis هامكم omissum est. Scholiastes, Ebn-Djinnium sequens hanc phrasin loco genitivi cum voce حيث coniuncti esse dicit. Scholiastes noster ante vocem جمال particulam يا supplendam putat, sed cum Mersukio accusativum e verbo اذكر, ut laudi verba inserviant, pendere potius putaverim. Quod si vero particula يا suppletur, ut invocando verba inserviant, ante vocem جمال antecedens »possessores« aut simile quid supplendum videtur. De voce سنور locum Ham. p. ٣٥٤ v. 1. conferas. De loricis conf. Ham. p. ١٨٩ adnott.

4. Ii filii boni malique erant unius alteriusque simul et aequi, quod contingit, reique ingratae.

Mortuos tanquam viros perfectos describit conf. Ham. p. ٤٣٨ v. 3. et p. ٤٤٠ v. 5. Scholiastes vocem كليهما cum antecedentibus nonnisi tanquam appositam coniungi posse dicens,

1) Poeta fortasse filius est Hodsaifahi ben-Badr Fesaritae, qui tempore Kaisi b. Sohair (ante Islamum) vixit, nam Fesarah Ahbsi filius erat.

diversae grammaticornm sententiee mentionem fecit, quippe qui vocem indefinitam in partiendo cum voce, quae adfirmando iuserviat, coniungi licitum habeant. Ex horum sententia in verbis قرات كتابا كله „legi librum quondam totum“, vocem كله confirmando (للتوكيد) inserviro, dum grammatici Bazrenses rem licitam habentes, illam explicandi modum negent et adpositionem esse dicant. Vox جميعا statui describendo inservit. Mersukius verbis ومعروف المر etc. res ab ipsis non adductas ob iis, quarum auctores fuerint, discerni putat.

LXXXV.

Alrabih b. Sijad in Malicum b. Sohair Ahbsitam dixit.

Tempore Nohmaui b. Almendsir vixit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 305. De poeta conferas Hom. p. ٢٢١. Cormen dictum est initio belli Dahes et Ghabra, de quo conferas Meid. T. II. p. 278. Rasmusseni Additamento ad historiom Arabum ante Islamum p. 36 sq.

1. Ego vigilari et palpebras non contraxi, o Haritse, ob pravum nuntium, gravem, noctu venientem.

Ex merte Malici, quum poetao nuntiate osset, sc tantum dolorem concepisse dicit, ut somnus ipsum omnino fugeret. In fine prioris hemistichii tam homoioteleuten quam pedis mutatio, quae eadem in fine posterioris est, cernitur. Ab Arabibus rei metricoo peritis hoc nomino تصريع designatur (conf. libr. meum Darstoll. d Arab. Versk. p. 117 adnet.). Vox حار est pro حارث, id quod e grammaticis ترخيم المنادى oppollotur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 92.). Vox السارى, quoo ad sensum nou multum faciet, potissimum homoioteleuti causa addita videtur.

2. Ob simulem (nuntium) mulieres vesperâ velo oblectae non sunt et eiulantes primi diluculi tempore stant.

Viri illius mortem magnum genti luctum importasse, ex eo coguoscimus, quod poeta, mulieres copite nudato vesperâ apporuisse et eiulantes por totem noctem constitisse, dicit. Tali modo nonnisi in morte summopore dilecti et veueroti viri se gerere solebant. De luctu ob mortuum conferas Hom. T. I. P. I. p. 430. P. 2. p. 16, 105. Loco vocis تمسى legitur quoque تمشى (incedit), id quod reiiciendum est, quum vespero matutino tempori beno opposita sit. Vox حواسرا metri causa pro حواسر est. Metri quoque rationi tribuendum videtur, quod poeta una vice pluralem fractum حواسر, oltera singularem معولة posuerit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 263 sq.). Quod poeta pluralem الاسحار posuit, eius rei nullam cousam nisi homoioteleuti rationem video.

3. Num post caedem Malici b. Sohair finem status sui puri mulieres sperant?

Omnes viros ad coedem Malici ulciscendam animum tam intenturos esso dicit, ut cum uxoribus rem non haboant; solebont enim Arobes tempore coedis ulciscendee sibi omnes res intordicore, e quibus voluptatem caperent, ut odoribus uti, rem cum uxoribus habero, vinum bibero etc. (conf. Ham. T. I. P. 1. p. 421. P. 2, 46.). Scholiastes adnotavit, Arabes primo puritatis tompore cum uxoribus rem habere solere, inde generosiorem prolem orituram osso putantes. Hisce verbis, etsi interrogando insorviro videntur, poeta ad caodem ulciscendam instigat. Malicus b. Sohair ab Hodsaifaho, ut filii caodem ulcisceretur, occisus ost (conf. Meid. T. II. p. 278.).

De voce عواقب conferas Hamas. p. ٢١٧ infr. Quod vero poeta hoc in versu, qui primus carminis non sit, pedem متفاعلْ in pedem متفاعلْ mutaverit; id rei metricae periti aegre tulerunt. Sed veteres poetae quum naturam ducem haberent et regulas seriore tempore inventas ignorarent, haud raro posterioribus poetis illicitam rem sibi licitam putarunt. Similem sensum poeta Alachthal expressit dicens (metr. Basith): قوم اذا حاربوا شدّوا مآزرهم دون النساء ولو باتت باطهار »Viri, qui si bellum gerunt, vestes suas mulieribus neglectis constringunt, etsi illae statu puritatis pernoctarint.«

4. In eius caede prudentibus nil nisi iumenta, quae sellis instructa sunt, video
5. Et ad latera ductos (equos), qui nil pabuli gustant et tam pullos mares quam pullos feminini generis pedibus percutiunt.

Ut omnes gentis viros ulciscendi cupidos designet, eos camelis, ad quorum latera equi ducantur, vehentes describit. Arabes enim in itinere camelis uti solebant, ne equi ante pugnam fatigarentur (conf. Ham. p. ٤٥٨ v. 3.). In proelio ipso equis vehebantur et nonnisi camelis utebantur ii, quibus equi non erant. Qui et camelis et equis carebant, pedites incedebant. Ut autem neminem retromansurum esse ostendat, dicere videtur, eos quoque equas, quibus pulli essent, adhibitas fuisse. Vox مطيّة iumentum potissimum in camelis et كور de sellis cameliuis cum apparatu adhiberi solet (conf. Ham. T. I. P. 506, 540.). Sella duobus cingulis adstringi solebat, uno sub ventre بطان appellato, altero حقب conf. Moid. C. 23, 252. In dorso autem loro ثفر appellato tenebatur. Generale nomen cinguli حزام fuisse videtur ibid C. 5, 50. Particula ان post particulam ما superflua est conf. Ham. p. ٨٣ v. 6. (p. 448.) p. ١٥٣ v. 2. p. ٤٧ v. 2 etc. Grammaticus Abu-l'Ahla ob pedis ultimi in priore hemistichio mutationem versum defectum (نقص) appellans, Chalilum talem versum مقعد; Abu-Ohbaidum autem mutationem اقوا appellasse dicit (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 158 adn. de voce اقواء conf. ib. p. 328.). Huius rei ad versus sequentes mentionem fecit (metr. Camel): Nawarah desiderio adfecta fuit et non erat, cur desiderio adficeretur et id quod Nawarah occultaverat, apparuit. Quum aquam membranae foetus bibitam et fimum manu expressam vidisset, clamorem edidit. In priore hemistichio versus posterioris vox مشربا pedem مفعولن efficit. Idem grammaticus, esse, qui in versu Hamasae عذوقة legant, ut pes regulis aptus sit, adnotavit. Grammaticum Abu-Ohbaid inter ea, quae ad homoioteleuta pertinerent et regulis contraria essent, rem اقواء appellatam esse adnotasse. Voce autem defectum litterae in parte pedis فاصلة appellata significari (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 63 sq. et ibid. p. 328.). Eum Hamasae versum tanquam exemplum adnotantem, significationem vocis فاصلة non explicasse, ut quis facile in errorem ducatur putans, rem aut فاصلة صغرى aut فاصلة كبرى in versu appellatam significari. Rem autem aliter se habere, quippe littera desiderata in versu partem rei فاصلة appellatae non sit; sed ad rem وتد (clavus) (conf. ibid. p. 63. 65.) appellatam pertineat. Ipse, quum magistrum suum Abu-l'Kasimum Raccensem de re interrogasset, se hoc responsum accepisse dixit. Grammaticum Abu-Ohbaidum a grammatico Abu-Oh-

baidaho, cui rei metricae notitia non fuisset, rem adsumsisse. Sibi autem Abu-Kasimum voci الفاصلة illam (aut maioris aut minoris) inter rei metricae peritos vulgatam significationem tribuisse et hanc ob causam de Abu-Ohbaidaho tale generale iudicium tulisse videri. Quendam autem doctum dixisse, vocem الفاصلة eandem significationem quam الفصل (ultimus pes hemistichii prioris) habere. Re sic se habente defectum re vera in ista parte versus reperiri, ut duplex species eius, quod اقواء appelletur, sit, una diversae vocalis aut Kesra aut Dhamma in littera, qua homoioteleuton efficiatur, altera defectus litterae in fine prioris hemistichii (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 328 sq.[1]). Idem adnotavit, voce عدوف (cum د et ذ enuncianda) de cibo potuque adhibita minimam eius partem significari. Hisce autem verbis festinatio in itinere indicatur. Equas autem pullos suos calcibus percutere dicens, eas vehementer fatigatas ostendit. Grammaticus quoque ille adnotavit, discrimen esse inter pluralis formam foolat et foalat. Illum enunciandi modum superiori parti Arabiae (العالية) i. e. provinciae Hidjas, quippe qui in Corani adhibeatur, proprium esse. Ebn-Alkahkahum vero in Corano (Sur. 49, 5.) الحجرات Alhodjarat legere. Sic enunciantes, ut duas vocales Dhamma sequentes evitarent, operam dedisse. Alios autem dicere, istum enunciandi modum regulis aptum esse, quum a singulari مهرة pluralis مُهَر Moharon formetur, quocum ille enunciandi modus cohaereat. Abu-l'Ahla autem مهرات والامهار foetus, quos in utero gestent immaturos, qui ob vehemens iter perirent, significari putavit. Idem dixit, loco verborum لذوى النهى legi quoque لذوى القوى, quibus prudentes significarentur.

5. Et belli concitores ferri rubigine tectos, quasi facies pice oblitae sint.

Se nonnisi viros fortes videre armis tectos, quorum facies, quum proeliis semper intersint, pulvere et sudore pice oblitae videantur. Bellum cum igne comparatur (conf. Ham. p. ١٨٠ v. 1. p. ١٩٩ v. 3. p. ٢٨١ v. 2. 3.; pugnantes igitur, qui efficiunt, ut belli ignis ardeat, cum titione in ignem iniecto conferri possunt conf. Ham. p. ٧٨١ v. 4. Aequali modo محش حرب dicitur Ham. p. ٣٢٨ v. 2. Vox مساعرا pro مساعر ex licentia poetica est. Rubiginis autem ferri mentionem fecit significaturus, viros illos semper in proeliis versari, ut otium arma poliendi non sit. Facies illorum virorum autem quasi pice oblitas esse, dicens ista comparatione ostendere vult, eos semper in proeliis versari, ut tum solis ardore eorum facies nigrescant, tum pulvere et sudore mixto tectae sint.

6. Qui ob caedem Malici laetus est, is ad feminas nostras initio diei veniat!

Duplicem interpretandi modum versus verba patiuntur, sive tempore, quo nondum caedem ulti essent, sive post ultionem versus dicti putentur. Qui huic opinioni assentiunt,

---

1) In Kamuso vox الفصل sic definitur: الفصل فى القوافى كل تغيير اختص بالعروض ولم يجز مثله فى حشو البيت وهذا انما يكون باسقاط حرف متحرك فصاعدا فاذا كان كذلك سمى فصلا. »Vox فصل in versibus omnem permutationem in ultimo pede prioris hemistichii, quae in media parte حشو appellata licita non est, significat. Haec autem permutatio nonnisi una littera pluribusve vocalibus motis abiectis efficitur. Res ita constituta فصل appellatur.« conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 157 adn.

tali modo sensum constituunt: Laetitiae causam ob caedem Malici non amplius esse, quum caedes ulti sint. Rem ita se habere, eum cogniturum esse, qui mane mulieres plorantes conspexerit. Mos Arabibus erat, ante vindictam sumtam neque mortuum deplorare neque carmine lugubri celebrare conf. Rasmussen Addit. p. ٣١. v. ٢. Morem neglectum esse admittunt, qui Alrahibum ante ultionem hosce versus composuisse opineutur. Morem autem semper observatum esse non puto conf. Ham. p. ٣٩v. Hi versus sensum sic definiunt: Tantam esse calamitatem caede illius viri genti adlatam, ut inimici laetitiae causam inveniant. Verbis بوجه نهار initium diei significari putant. Grammaticus Abu-l'Ahla adnotavit, esse, qui verba وجه نهار nomen loci esse contenderent. Hanc sententiam Almofadjdjahus in libro de interpretibus كتاب الترجمان adnotavit. Versus autem sequens maxime effecisse videtur, ut verba وجه نهار nomen loci esse putarent, quippe cuius verba verbis: فليات نساءنا بوجه نهار **(p. 449.)** contraria viderentur. Abu-l'Ahla autem cam reiiciendam esse putavit, quum in evigilando dolorem renovari tristium sit. Rei probandae causa versum Almofadhdhali Nocritae hunc adnotavit (metr. Wafir): Omni tempore Aurorae (feminae) canibus respondent, dum ob planctum guttura rauca facta sunt et versum Alchansae (conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 251.) (metr. Wafir): Zachrum ortus solis mihi in memoriam revocat et in quovis solis occasu eum recordor. Mersukius adnotavit esse quoque, qui محزونا (tristis) legant, ut ad amicos vox referenda sit. Silentio denique praetermittere non possum, Abu-l'Fadhlum b. Alahmid (Mersukii tempore viventem) miratum esse, quod Abu-Tammamus, aliter in verba a poetis haud bene adhibita intentus, ut ea mutaret, verba فليات نساءنا reliquerit. Verbis enim sensus Arabibus ingratus et haud probatus tribui potest. Haec sunt Mersukii verba: ورايت الاستاذ الرئيس ابا الفضل بن العميد يقول انى لاتعجب من ابى تمام مع تكلفه رم شوائب ما يختاره من الابيات وغسله درن بشع الالفاظ كيف ترك قوله فليات نسوتنا وهذه لفظة شنعة وكيف ذهب عليه قوله قولت لقوم فى الكنيف تروحوا عشية بتنا مادون رزح تنالوا الغنى او تبلغوا بنفوسكم الى مستراح من حمام مبرح حتى جمع بين كنيف ومستراح وتامل امثال ما ذكره وبينه من شرايط الاختيار conf. Ham. p. ٣٣v infr. In fine autem huius versus nil nisi vox قل (dixit) deesse videtur, ut schollon hoc cum sequentis versus scholio coniungendum sit.

7. Mulieres velo haud tectas inveniet eum deflentes, matutino tempore facies suas percutientes.

Magnum gentis luctum versus describit. Futurum apocopatum يجد cum futuro apocopato versus prioris فليات cohaeret. Vox حواسرا ob metrum Nunnationem accepit. Poeta autem pluralem بالاسحار nonnisi homoioteleuti ratione ductus posuisse videtur conf. Ham. p. ٣٣v v. 4. Eandem autem vocem cum eadem significatione in homoioteleuto iterum adhibitam esse, rei metricae periti vitio vertunt, cui nomen ايطاء impositum est conf. Darstell. d. Arab. Verskunst pag. 325. In nostro loco vitium minus grave est, quod in uno loco vox praepositionem Ba coniunctam habet, in altero praepositionem مع ab ea separatam. Versus sensus sic definitur: Qui ad nos tempore Aurorae venit, is, feminas nostras ante Auroram mortuum deplorasse cognoscet. Abu-Hilalus adnotavit, nonnullos legere يلدمنه

بالصبح قبل تبلج الاسحار »eum deplorant re manifesta ante apparens diluculum«. Scholiastes enim dicit, voce الصبح »veritatem«, verum statum et rem claram significari, sicuti in versu sequente (metr. Thawil): Nos homines sumus, pro quibus verus rerum status loquitur, et non vidimus meliorem rei interpretem quam manifestum statum verum[1]. Adnotavit scholiastes, si in isto altero legendi modo voci الصبح Aurorae significatio tribuatur, sermonem absurdum esse, quippe Aurora ante id, quod تبلج appelletur, non sit. Sed quod voci الصبح talis significatio tribuatur, rei consentaneum non videtur, fieri enim potest, ut poeta generalem vocis بالصبح significationem additis verbis قبل تبلج الاسحار, quibus specialior sensus est, dilucidarit.

8. Velo faciem tegere solebant sed hoc die, quo in hominum conspectum prodiere

Gentis feminas tanquam nobiles describit, quo enim nobilior femina erat, eo minus vultu denudato in hominum conspectum veniebat. Nonnisi in hostium subito impetu, ne in captivitatem abducerentur aut in luctu ob mortuum honoratum id fiebat conf. Ham. p. ۴۴۰ p. ۴۴۷ v. 4. Si verba حين برزن ut pag. ۴۴۴ v. 1. loco praedicati vocis فاليوم esse putantur, voci فاليوم casus nominativus convenire videtur. In codice de Sacyano legitur: فاليوم قد ابرزن conf. Anthol. gram. p. 140.

9. Ob virum, cuius indoles purae sunt et fama bona, faciem ingenuam percutiunt.

Moris erat in luctu faciem percutere. Hoc narrans causâ additâ, laudem mortui celebrat. De verbis حر الوجه conf. Ham. p. ۳٦۰ v. 3. Vocis شمايل singularis شمال nonnisi a poetis adhiberi videtur. Sic in hemistichio Djeriri (metr. Thawil): الوم وما لومى اخى من شماليا Vitupero et quod fratrem meum vitupero, indolis meae non est.

Scholiastes ad versus illustrandos sequentes res narravit: Malicus b. Sohair e gente Fesarah quum uxorem duxisset, in loco Allofuthsah prope Alhadjirum[2] habitabat. Filio Hodsaifahi occiso Kaisus b. Sohair fratrem, ut noctu fugeret, sequentibus versibus missis monuit (metr. Thawil): O Malice! ne securus a gente Fesarah sis; sed eam time, nam si securus es, peribis. O Malice! si domicilium tuum in ea rectum esse putas, in consilio tuo, o Malice, erras. Huic respondens dixit Malicus, se contra gentem Badr crimen non commisisse; ipsi culpam eius, quod commiserit, ferendam esse; se autem habitaculum suum relicturum non esse. Sequentes versus addidit (metr. Camel): O Kaise! Tibi sufficit, quod perpetrasti; me igitur sine gentemque Fesarah; ego me contineo. Num putas, Hodsaifahum ob delictum me puniturum esse, quod manus mea non commisit, dum tu is es, qui quid agat, non curat. Kaisus autem, incursionis suae contra Alrabihum mentionem faciens et se Hodsaifahum in certamine vicisse; sed repulso equo se iniuste tractatum esse narrans hos versus dixit (metr. Wafir): Nonne ad te pervenit, dum nuntii perfe-

1) Beatus de Sacyus versum sic vertit: »Nos homines sumus, quorum vel infimi veritatem loquuntur«; sed huic ob alteram versus partem adsentiri non possum.

2) Kamusi auctor adnotavit, Alhadjir nomen stationis Medinam peregrinantium in deserto esse.

runtur, id quod camelis lac in uberibus habentibus gentis Banu-Sijad contigit, dum apud Koraischitam[1]) retinebantur, venditis pro loricis gladiisque secantibus; sicuti mihi a Hamalo filio Badri eiusque fratribus loco Dsat-Olizad contigit (conf. Meid. T. II. p. 276). Illi contra me sine causa gloriati sunt et a scopo equum meum excellentem repulerunt« postea sic pergit: Vagor, quamdiu vagor, tum ad vicinum instar vicini Abu-Duadi[2]) devertor. Scholiastes autem addidit, vicinum illum fuisse Alharitsum b. Hammam b. Morrah b. Dsohl b. Schaiban, qui Abu-Duadum Ajaditam poetam in vicinitatem recepisset. Hic si in pecoribus detrimentum cepisset, illum semper rem restituisse, ita, ut, quae aucta essent, sibi haberet. Tharafahus rei mentionem faciens dixit (metr. Basith): In sollicitudine, quae mihi supervenit, vicinus mihi suffecit, sicut vicinus Hodsakitae[3]), qui laudatus **(p. 150.)** est. Nadbaho, filio Hodsaifahi, occiso, Kaisus, quo se converteret nesciens tandem ad suam gentem, quamquam Rabihi camelos ob loricam ipsi ab illo ereptam rapuerat, redeundi consilium cepit et ut Rabihum eiusque fratres sibi propensos redderet, sequentes versus composuit (metr. Wafir): Si in gente Banu-Sohair fiduciam pono, tum maxime in gente Sijad fiduciam habeo. Rabiho igitur dicite! Hospes ad te venit, cui ne alienatio mentis commotui sit. Quod praeteriit, omitte, nam boni nil in eo est! et si facis, diu apud te manebit. Hisce versibus ad Rabihum perlatis Alrabihus b. Sijad fratres consulens dixit: Quod Kaisus in me commisit, maius est, quam quod in eum commisi. Eius loricam cepi, quod meam esse contendebam; ille autem camelos meos rapuit detrimento me adficiens. Ut ad me redeundi venia esset, rogavit; sed nil vult, nisi ut ego contra gentem Dsobjan ipsum defendam et contra gentem Banu-Ahmir auxilium prestem, ita ut caput (princeps) fiat, postquam Deus vilem eum reddidit. Frater eius Ohmarah b. Sijad sic respondit: Mihi bonum videtur. Quod dicis, eum tibi maius intulisse, quam tu ei intulisses, scias, si numero criminum punirentur homines, nemo alteri iniuriam inferret; sed tu incepisti et ille iniustus fuit. Qui autem quum te carere non possit, se humiliat, eum admitte! Tum Rabihus dicens, se nescire, quid fratri regereret, hunc versum recitavit (metr. Wafir cuius prima syllaba deest): Aegre fero Kaisum repellere et aegro fero genti Banu-Sijad malum inferre cum pluribus aliis versibus. Hisce autem versibus ad Kaisum perlatis dixit: Me accepit; per Deum, bellum iis accendam! In ora autem regionis gentis Abbs castra posuit. Arabes inter Kaisum et Hodsaifahum intercedentes Kaiso dixerunt, in gente Gathafan rupturam futuram esse haud reparandam, et instarunt, ut Hodsaifaho centum camelos per decem menses gravidas pretio caedis Nadbahi b. Hodsaifah mitteret. Alii dicunt, Auhfum b. Badr a Kaiso incursione facta occisum esse et posteaquum pax composita esset et homines sese miscerent, Hodsaifahum perfido egisse. Quum ipse misisset,

1) Gentem Koraisch tanquam eam, quae mercaturae faciendae dedita erat, appellavit.
2) Cahb b. Mamah vir liberalitate notus tanta liberalitate erat, ut in proverbium veniret. Idem quum benignissime erga vicinos gerere se soleret, proverbio dicitur »Vicinus ut vicinus Abu-Duadi« conf. Meid. C. 5, 27.
3) Hodsakita idem est, qui cognomen Abu-Duad gerebat. Hodsak nomen gentis ad Ajaditas pertinentis est.

qui Malicum b. Sohair occideret, eum contra ipsius voluntatem a gente Asad, avunculis Nadbahi virum occisum simulasse. Rabiho autem, qui isto tempore Hodsaifahi vicinus esset, roganti, ut ipsum dimitteret, tres noctes, quibus eum non persequeretur, concessas esse. Tempore praetermisso equites eum expedivisse, qui eum si attingerent, occiderent, quippe qui sperarct, fore, ut bibendo vino, cuius partem residuam secum sumsisset, occupatus cunctaretur. Spes autem eum fefellit, nam equites persequentes quum in via abiecta utensilia, ut iter accelerarent, invenirentur, post trium dierum spatium frustra ad Hodsaifahum rediere. Hamalus b. Badr, qui Hodsaifaho Rabihi occidendi consilium dederat, tum se Rabihum melius novisse dixit. Rabihus autem gentem Ahbs ad occursum gentis Fesarah congregavit. Cuius rei quum Hodsaifahus certior factus esset, initium aggrediendi faciens camelis potitus est virosque occidit. Tum gens Ahbs gentem Fesarah aggressa camelos rapuit; sed neminem occidit. Post has res gestas gens Fesarah cum omnibus copiis contra gentem Ahbs profecta est. Gens Ahbs copiis collectis quum in occursu tantum Fesaritarum agmen conspexisset, a congressu abhorruit. Tum Djonaidibus ben-Chalifah Ahbsita ad singulum certamen **(p. 151.)** provocans rogavit, ut quem arma occultarent, Auhfus personam suam indicaret et quum Auhfum b. Badr occidisset, gens Fesarah in fugam se dans foeda clade adfecta est. Hodsaifahus autem post magno cum studio debellanda gente Ahbs occupatus erat. Re Ahbsitis nuntiata Kaisus b. Sohair Rabihum b. Sijad sic allocutus est: Quid tibi in re agendum videtur? Tum alter: Ego censeo, tibi debitum solvendum esse, quemadmodum ii solverunt. At Kaisus dixit: Nonne eos excusatos habebimus, nam nobis cognata gens est. Nos Auhfum occidimus, ii Malicum. Ego ad Hodsaifahum me conferam et si Auhfum pro Malico occisum esse concedit nobisque camelos, quas pro Auhfi caede solvimus, reddit, id nobis gratius erit. Sin vero facere recusat, Arabes non audient, nos socii eorum caedem expiavisse, dum ii socium nostrum impune occiderunt. Kaisus igitur et Ohmarahus ad Hodsaifahum venientes rem exposuerunt et hortantibus Baihaso Ghorabita, socero Malici, viro in gente Fesarah dignitate pollente, et Homaidhaho Fesarita, cuius avunculi gens Ahbs erant, res eo pervenit, ut se illis camelos redditurum esse diceret. Post autem, quum pullos retineret, qui duos aut etiam plures annos nati essent, haec res causa erat, cur proelia committerentur. Quae autem si enarrarem aut carmina hanc ob causam dicta proferrem, id longius foret.

LXXXVI.

Cahb b. Sohair dixit (De hoc poeta vide p. ٢٢١.).

1. Per vitam tuam! Ohajjo loca stragis inter Kawwum et Alsolajjum non timui.

Mortem istius viri in illa regione inexspectatam dicit. Virum in deserto iter facientem alti periisse legimus et in hoc mortis modo causa quaerenda est, cur poeta ista verba protulerit. Scholiastes dicit, Kaww locum esse, cuius superior pars in ditione gentis Asad, inferior in ditione gentis Ahbs esset; Alsolajj autem vallis nomen esse, in qua acaciae gummi proferentes sint prope Alnibadjum [1] sitae. Morsukius dixit, poetam pluralem مصارع posuisse, quod

1) Alnibadj est oppidum in deserto البادية situm Kam. conf. Ham. T. II. P. 2. p. 146.

quaelibet pars viae intor illa loca ei locus stragis viderotur. Vir nomine Obbajj occurrit Ham. p. ۴۰۷, ۴۷۷.

2. Sed Obajjo crimen lanceae suae contra omnes gentes timui.

Talom mertom viro so non timuisse, sed violentam; quum omnes gentes invasisset. Agendi rationem crimen appellavit, quod lanceae adscripsit indicaturus, oum haud laesum, sed forti animo impulsum gentibus bellum intulisse et multos occidisse, ut ultio ei timonda esset. Laus fortitudinis igitur verbis inest.

3. Inter viros dulcis, amarus, rectum falsumque iubens.

Eum tanquam virum perfectum, cuius mandato quilibet obsequium praestaret, descripsit. Priori vorsus parti eundem sensum inesse puto, quam Ham. p. ۳۸۴ v. 1. »Duo ei sapores orant mellis et colocynthidis etc.« Id est: Inimicis noxà illatà amarus, amicis beneficia conferens dulcis erat conf. Ham. p. ۳۸۴ v. 1. p. ۴۴۷ v. 2. ۷۷۰ v. 2. In posterioro autom eius parto summam potentiam describi puto. Scholiastes ex Mersukii opere adnotavit, praepositionom من cum voco omissa cohaerere, quasi poeta dixerit: من بين القبايل. Et ex Mersukii codice in textu nostro legendum est: كانه قل من بين القبايل. Sed loco verborum من الفتيان alter legendi modus in Tebrisii codice est فى الفتيان invenitur. Vox مُحلول, in cuius fine littera ى abiecta est, duodecima forma a verbo حلو (dulcis fuit) derivanda ost, qua forma significationis vis augetur conf. Gram. Ar. T. II. 139. Scholiastes dixit, vocem ممر a verbo امر cum subiecto rei »amara fuit res« derivandam esse et significationem verbi, quao in proverbiali locutione ما احلى ولا امر »neque dulce neque amarum attulit« (conf. Meid. C. 24, 195.) occurrat, non habere. Genitivus vocis ممر positum videtur, ut sonus idem ac in voce مُحلولِ sit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 93 sq.). Quibusdam autem dialectis vocem مر eum significatione »amara fuit« propriam esse, dixit. Sic vocem a poeta in sequente versu adhibitam esse (metr. Thawil): Profecto! si in Carmana nox mea amara est, profecto! longa ost. Verba in scholii linea quarta حتى يكون مثل مُحلول, quae explicandae voci ممر inserviunt, haud recte inserta sunt. Mersukius ea post vocem لعالما habet, sed hic quoque locus mihi non omnino aptus vidotur. Si post vocem ممر locum haberot, ut ita scriptum esset: ولكن يجب ان يكون من امر الشى فهو ممر حتى يكون مثل مُحلول mihi magis placeret. Scholiastes dixit, nomen actionis ارشاد loco nominis رشد positum esse, ut sensum intransitivum habeat, quippe ut nomen (p. 452.) pro nomine actionis, sic nomen actionis pro nomine adhibeatur. In versu Alkathamii vocem عطاء loco vocis اعطاء adhibitam inveniri (metr. Wafir): Et postquam tu dederas contum libere pascentes camelos. Post vocem الرتاع autem verba يضعون الاعطاء موضع العطاء »ponunt nomen actionis اعطاء loco nominis عطاء« ex Mersukii codice omissa deesse non possunt.

4. Heu! quam magna tristitia pauperum et orphanorum et Obajjum deplorantium mulierum!

Hoc in versu summam liberalitatem mortui memorat, dum singulos, qui beneficiis egeant, summa tristitia ob mortuum adfectos esse dicit. Illo mortuo nemo est, qui in illos beneficia

conferat. Pluralis ارامل a singulari ارمل derivandus primum caelebos significans in pauperes translatus est, et tum marem quam feminam designat. Tribus autem vocibus in versu adhibitis omnes, qui eius auxilio egebant, poeta complectitur.

LXXXVII.

Alius dixit.

1. Filius Tohmahi multum circumvagans, dum securus erat, mortem invenit.

Diahmahum b. Tobmah doplorat. Vir habitaculum saepius in aliam regionem traastulisse legimus sive ut locorum pericula effugeret sive aliam ob causam; accidit autem, ut loco, ubi securum se haberet, morte consumeretur. Mersukius adnotavit, تطواف formam esse, quae in rebus adhibeatur, in quibus efficiendis minima molestia suscepta sit. Hanc autem vocem tanquam nomen generis cum speciali voce coniunctam esse. Vocem المنا statui verbi كلا definiendo quum inservire dicat, vocem statui definiendo inservientem anteponi licitum esse addit, si vox regens verbum sit mutationibus obnoxium (متصرفا) i. e. e x a l i a h a u d p e n d e n s (sed in Mersukii codice generalius dictum est فعلا verbum) c o n f. Gram. Ar. T. II. p. 445 sq. et Alfiyya vers. ٣٢٤ et p. 86.

2. Quae ei insidians inopinanti a tergo venit, imo a facie.

Mortem, si legendi modus رصدا praefertur, tanquam personam aut animal rapax, praedae insidians, depingit c o n f. Hamas. p. ٤٣ v. 2. p. ٣٣٥ v. 3. p. ٤٤٥ v. 5. Virum, cuius mortem deplorat, incurium et nil timentem designat. Sed loco vocis رصدا, quae voci حمام statui describendo inservit, وصدا legitur. Verbo صدا significationem e l a t u s f u i t, ut adiectivum صوادى de palmis proceris adhibetur, tribuerunt; sed primae formae eandem quam quintae تصدى (obviam venit) tribui significationem, magis placet. In posteriore autem versus parte, ne quis virum illum mortem fugisse, opinetur, se quasi corrigens لا بل امامه dicit. In hoc igitur laudem fortis animi invenimus. Scholiastes dixit, vocem امامه casum accusativum obtinuisse, quod cum verbis من خلفه coniuncta sit, quae verba locum accusativi tanquam ظرف occupent.

3. Vir deceptus est, cui anima spem fecit, fore, ut semper salvus esset.

4. Quam multum abest! Iam veteres, o Diahmahe! morbi tui remedium invenire non potuere.

Virum quidem sperare fore, ut salus, qua fruatur, duratura sit; sed spem illam non posse non falsam esse. Haec autem spes animae adscribitur, quae eam provocat. Arabes autem in homine duas animas esse putant, quarum altera virum ad spem excitat, altera eum deprimit. Hanc opinionem in versibus poetae sequentibus expressam invenimus (metr. Redjes): شاور نفسي طمع وخيبة تقول هاتي لا وهاتيك بلى فشجعته نفس حرص ضمعت وحذرته نفسه الاخرى الردى

A n i m a s d u a s a v i d i t a t i s e t f r u s t r a t i o n i s q u u m c o n s u l e r e t, h a e c d i x i t: M i n i m e! a l t e r a: I m m o v e r o. A v i d i t a t i s a n i m a, d u m c u p i d a e r a t, a d f o r t i t u d i n e m e u m i n s t i g a v i t; s e d a l t e r a a n i m a e u m i n t e r i t u m c a v e r e i u s s i t. Vox هيهات nomen verbi est sensum verbi بعد (longo remotus fuit) habentis. Huius autem

verbi subiectum verbis prioribus indicatur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 545.). Mortem autem morbo similem esse, cuius remedium nemo noverit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 139.

LXXXVIII.

Ghowajjah b. Solmijj b. Rabiah dixit.

(Poeta ante Islami tempus vixisse videtur, quum filii eius verba in proverbium venirent conf. Ham. v. foo supr.)

Nomen Ghowajjah deminutivi formam vocis غية, postea quam nomen factum sit, ortam esse posse, scholiastes dixit. Sic addidit, quod a nominibus actionis deminutivi forma non derivatur. In nominis usum igitur antea transierit vox غية, necesse fuit. De iis, quae in scholiis sequuntur conf. Gram. Ar. T. I. p. 309 sq.

(p. 453.) *1. Eheu! Omamah (femina) profectionem annuntiavit, ut tristitiâ me adficeret; sed te non curo!*

Hic versus, qui, quemadmodum ex homoioteleuto prioris hemistichii videre licet, initio carminis est, ad rem ipsam praeparat. Aut fingit poeta aut re vera ita se res habet, uxorem aut amicam Omamah profectionem minitatam esse. Hac se ipsum haud adfligi dicit, quippe cuius animus maioris rei tristitia adficiatur. In altero exemplari loco vocis باحتمال cum eadem significatione بارتحال legitur. Mirum est, scholiasten dixisse: فلا بك ما ابالي على الدعاء. Verba فلا بك ما ابالي invocando inservire i. e. ne accidat, quod curo, legendi modo فأبك potius convenire videntur. In scholiis alium legendi modum, quam qui in textu receptus sit, explicari, saepius invenimus; sed in hoc loco ipsa explicanda verba adposita sunt. Vox باحتمال tanquam obiectum cum verbo نادت cohaeret. Verba autem فلا بك ما ابالي vario modo explicantur. In Mersukii codicis margine particulam لا superfluam esse legimus. Mersukius dixit: Narrandi modum relinquens eam alloquitur; sed in iureiurando ludibrium est. Verbis autem لا بك eadem ratio est, quae verbis لا بالله non, per Deum! et verba ما ابالي responso iurisiurandi sunt i. e. res iureiurando confirmata Gram. Ar. T. II. p. 612. Alii contendunt, eum voluisse: te non curo لا بك ابالي, ita ut voci ما modus a grammaticis صلة appellatus (conf. ib. p. 259. 261.) sit et verbis iurisiurandi sensus non insit. Scholiastes autem noster Abu-l'Ahlae sententiam fuisse dicit, istis verbis iurisiurandi sensum contineri. Hoc legendi modo admisso versus duabus partibus constat, quarum posterior فلا بك etc. a priore separata est. Altero autem legendi modo فأبك ما ابالي recepto res aliter se habet. Vox فأبك invocando inservit, ut sensus sit: Deus te removeat! et sic in versu sequente invenitur (metr. Thawil): Removeat te (Deus)! cur non, quum nox primae lunae est, visitas, dum a diebus tu negligeris? Hunc autem legendi modum scholiastes noster praeferendum putat. Versus autem sic constitutus tribus partibus constat, quarum prima pars rem narrat, secunda Dei invocationem et tertia pars a secundâ seiuncta verba ما ابالي (non curo) complectitur.

2. Proficiscere, si tibi videtur aut mane! et quam rem tu actura es, sine odio (de mea parte facies).

Se minas parvi facere ostendit, ut, quae velit, peragere possit. Scholiastes noster dicit,

sensum esse: quid illa actura sit, se eam sempor odio habore; sed dubitare licet, num hic sensus rectus sit. Quod feminam dure tractaverat, ut se eum relicturam esse minaretur, id non tam ob odium, quam ob summum moerorem, qui efficere potest, ut erga alios duri simus, fecerat. Hanc ob causam praepositio عن significare posse videtur, odium non adesse, et se eam hanc ob causam odio habiturum non esse. Mersnkius verba ما بدا لك sic explicavit: Verba locum eius, quod a grammaticis ظرف appellatum sit, occupare et verbi بدا significationem apparere esse, ut sensum verborum سيرى مدة ظهور السير فى رايك habeant i. e. »tempore, quo iter in consilio tuo apparet, proficiscere« (i. e. sine cunctatione). Subiectum verbi بدا vocem السير (profectio) esse, quod verbo سيرى indicetur. Vocem ايا casum accusativum ob verbum انيت obtinuisse et sequentem vocem ما a grammaticis صلة appellatam esse (Gram. Ar. T. II. p. 259. 261.). Voci quidem اى, ut cum altera cohaereat, convenire; vocem cum ea cohaerentem, quum nota sit, omissam esse. Verba autem عن تقالى e verbo omisso pendere, quasi dixerit: اى الامرين انيت انيت عن تقالى et post تقالى vocem منى supplendam esse.

3. Et quomodo mulier separatione, quoad vivo, me terrere potest post mortem equitis Dsu-Thilali?

Morte illius equitis maior se tristitia sollicitari quam, ut mulier in ipsum vim exerceat; fieri enim solet, ut uno moerore omnino occupati, alterius rei rationem non habeamus. Vox حياتى est pro مدة حياتى (per spatium vitae meae). De voce ذو طلال non consentiunt, aut nomen equi aut loci in ditione gentis Morrah, ubi occisus sit, esse dicentes.

4. Et post mortem Abu-Rabiahi, Ahbd-Ahmrui, Masuhdi et Abu-Hilali,
5. Quos omnes laude dignos mors attigit? Tempore matutino eorum tam patruus quam avunculus meus piaculo sit!

Viros, quorum morte maximo moerore adflictus sit, enumerat et in posteriore versu laudem eorum praedicans, quam cari ipsi fuerint, ostendit. Verba فدى etc. ab antecedente sermone separata sunt. Hisce verbis poeta modo التفات[1]) appellato, narrandi modum relinquens quendam alloquitur dicens: Pretio cognatorum tam a patris mei, quam a matris parte tempus matutinum vespertinumque vestrum (i. e. vitam vestram) redimo. Scholiastes a plurali irregulari اطراف dualem اطرافان formavit, ut eum tempore matutino cogitatione tempus vespertinum coniungendum sit. Scholiastes quoque dixit, illorum temporum in incursione hostili et hospitalitate hisque similibus, quibus alteri alter aut noceat aut prosit, mentionem fieri. Mihi autem hisce verbis dies vitaeque tempus significari videntur. Voce ممسى tempus usque ad initium noctis et voce مصبح tempus usque ad meridiem significari dicunt. Denique in scholio legimus, voce مصبحهم locum, ubi matutino tempore in sepulcris suis sint, designari. Hoc admisso paulo aliter sensus vertendus est. Silentio praetermittendum non est, vocem لمصبحهم inter voces عمى et خالى metri causa interpositam esse conf. versum in Gram. Ar. T. II. p. 241 infra.

1) In opere Arabico de definitionibus vocem التفات sic explicat auctor: الالتفات هو العدول عن الغيبة الى الخطاب او التكلم او على العكس.

6. Quorum ob mortem si tristitiâ omni modo adfligerer (hoc excusandum esset); maiore enim apud me in honore quam familia opesque erant.

Hoc in versu se omni officio lugendi non satisfecisse indicans so quodammodo excusat, nam, quum ipsi cariores quam familia opesque fuissent, hae abiiciendae essent. In versu ellipsis propositionis, quao particulam لو sequatur, necesse est, statuenda est, quam Morsukius sic explevit: فالشرط الذى ذكره ليس هو شرطا فى كونهم عزيزا لانهم اعزآء عليه فى كل حال وانما هو شرط فيما يوجبه التوجع للمتوفى لو تكلف على وجهه وكنهه فكانه قال لو اعطيت الجزع حكمه لكان حالى حينئذ بخلاف حالى الساعة ولكان لى عذر فى ذلك لانهم اعز علىّ من اهلى ومالى لكنى تركت ذلك اقتداء بالناس فى جزعهم لمصابهم فذكر السبب ان ما يظهر منه ليس يعده شيا مغنيا مع ما يستحق وهم يكتفون بذكر السبب عن المسبب وبذكر المسبب عن السبب كثيرا. Causa autem, cuius Morsukius mentionem fecit, verbis لكانوا اعزا etc. continetur. Hoc ex Abu-l'Fath (Ebn-Djinnii), commentario, cuius locum beatus de Sacyus adscripsit, desumtum est. Similem loquendi modum in versu sequente reperiri, hic grammaticus dixit (metr. Thawil): ذر الاكلين الماء ظلما فما ارى ينالون خيرا بعد اكلهم الماء »Eos, qui aquam per iniustitiam edunt sine, nam bono non video eos potituros esse, postquam aquam ederunt. Grammaticus dicit, homines illos aquam vendere et pro aquae pretio cibum emere. Aquae mentionem factam esse tanquam causae pretii, quod pretium causa cibi sit. Hunc autem loquendi modum tam in Corano quam in carminibus saepius reperiri.

LXXXIX.

Korad b. Ghowajjah b. Solmijj b. Rabiah b. Sabban dixit.

(Filius poetae antecedentis est.)

1. Utinam sciam, quae Mocharikus dicturus sit, quando bubones, quibus acclamatur, buboni meo respondent!

Hoc in carmine poeta mortuum non deplorat; sed tempus, quo ipse mortuus sit, mente cogitans optat, ut sciat, quomodo filius, quem reliquerit, isto tempore se gessurus sit. Scholiastes adnotavit, se antea dixisse, praedicatum vocis ليت semper abiici, quomodo praedicatum particularum لولا abiiciatur. Verba haec generali sensu intelligenda non sunt, sed nonnisi loquendi modum ليت شعرى spectare possunt; Kamusi enim auctor scripsit: ليت كلمة تمن تنصب الاسم وترفع الخبر تتعلق بالمستحيل غالبا وبالممكن قليلا وقد تنزل منزلة وجدت فيقال ليت زيدا شاخصا »ليت vox est, quae optando inservit, quam subiectum in accusativo, praedicatum in nominativo sequitur. In re impossibili maxime adhibetur, raro in possibili. Interdum modo verbi وجدت adhibetur, ut duplex accusativus sequatur«. Cum hoc Djeuharius consentit, nisi quod grammaticos esse dicit, qui posteriorem construendi modum Arabibus **(p. 454.)** quibusdam proprium esse, putent. Alii autem sunt, qui in versu, quem citavit, vocem رواجعا (conf. Gram. Ar. T. II. p. 61 adn.) casum accusativum, quod status describendo inserviat, obtinuisse putent (conf. praeterea Gram. Ar T. I. p. 535. T. II p. 610.). Vox شعرى quum vocis علمى (τὸ scire me) sensum offerat, verbis, quae sequuntur, ratio duplicis obiecti est conf. Gram. Ar. T. II. p. 163 sq. conf. Alfiyya v. 221 sq. Scholiastes dixit, poetam formam يقولنّ, ut futurum tempus indicaret, adhibuisse; futuri autem

energici duas formas in interrogando et sermone haud affirmante adhiberi. De hisce formis conf. Gram. Ar. T. I. p. 207. T. II. p. 40. Mocharikus filii poetae nomen est. Vox هامة avem nocturnam designat, in quam occisi ossa, cuius caedem ulti non sint, mutari putabantur (conf. Ham. T. II, P. 1. 626.). Mohammedes autem in verbis traditione ad nos delatis rem negavit. Poeta aliorum virorum caesorum bubones suo advenienti et clamanti responsuros esse fingit. Sed est triplex vocis المصبح legendi modus 1) cum vocali Fatha formae passivi, 2) cum vocali Kesra formae activi, ut vis significationis primae formae activae augeatur (multum clamantes) 3) المصبّح »ad quos matutino tempore ventum est«. Sed quum isti bubones mortuorum nonnisi clamantes putentur, dum caedis vindicta nondum exacta est, poeta se occisum iri fingit optatque, ut sciat, num filius ultionis votum facturus sit nec ne.

2. Et in foveam curvam demittor, dum eius terra super me dispergitur, in cuius habitaculo ego diu subsisto.

More poetico posteriorem versus prioris partem magis exornat, sepulturam suam describens. Ex usu verbi دليت funus ope funium in sepulcrum demissum esse coniicio. In fundi latere fovea curva لحد appellata erat, in qua funus ponebant (conf. Ham. T. II, P. 2. p. 25.). Est igitur substantivum حفرة, quod more poetarum omissum est, ante adiectivum زوراء supplendum. In hac fovea funus terra tegebatur. Scholiastes dixit, voci طويلا casum accusativum datum esse, quod personae in verbo دليت statui describendo inserviat. Vocem اقامتى autem subiectum (فاعل) vocis طويلا esse. Scholiastes hoc in loco substantivum فاعل appellavit, quod طويل loco verbi est, ut طال اقامتى dicere potuerit (conf. Gr. Ar. T. II. p. 98. 519.).

3. Et dicunt: Eheu! Ne eius superbia vehementiaque absint, quum admissarii (heroes) inter se de praestantia certant!

Luctum ipsius mortui describit, quocum laudem fortitudinis suae contexuit. In luctu ob mortuum: »Ne mortuus sis!« dicere solebant (conf. Ham. T. II. P. I. p. 430. 767.). Superbiam sibi tribuit suam in se positam fiduciam significaturus. Duces autem saepissime cum camelis admissariis comparati sunt conf. Ham. p. ٣٣ p. ٣٤٧ v. 4. Vox قرم nonnisi in generoso admissario adhibetur.

4. Et absentia nil aliud est, nisi quod auxilium meum et pulchritudo mea ab hominibus remota sunt.

Verba: Ne absint! etc. homines nulla alia de causa proferre, nisi quod magnum ex ipsius morte detrimentum ceperint. Vox قسامة pulchritudinem exteriorem corporis designat. Talem se esse dicit, ut homines ipsius adspectu laetarentur. De viro adiectivum قسيم, de facie مقسّم adhibetur. Dixit poeta (metr. Thawil): Aliquo die cum facie pulchra ad nos venit, quasi dorcas ad frondescentem arborem Salam caput attolleret. Vocem قسّم eandem significationem ac قسامة habere, ex versu metri Redjes videmus: Albae, venustae, pulchrae, quae facies tenebris tectas ostendunt. Vox قسم pluralis quoque forma a قسمة derivati esse potest. At vero voce قسام in versu Nabeghahi (metr. Wafir): Fructum Barir (arboris Arac fructum) eius

edit et in eo usque ad posteriorem diei partem cum vehemente aestu ultro citroque it vehementem aestum significari dicunt.

5. Num plorabit sicuti ego, si ante me mortuus esset, eum deplorarem et num donorum meorum liberalitatisque gratias mihi aget?

Versus hic versum primum spectat et cum eo quodammodo sensu cohaeret. Optat, ut sciat, num filius omnibus officiis erga ipsum mortuum aliquando satisfacturus sit, nec ne. Post interrogationem verba أم لا (nec ne) omissa sunt, quippe quae e sensu totius facile suppleri possint. In posteriore versus parte plures legendi modi inveniuntur. Legitur aut 1) يشكر لي بذلي, ita ut بذلي pro على بذلي sit; praepositionibus enim omissis fit, ut nomen tanquam obiectum ad verbum referatur, aut 2) يشكرِ مِنْ بذلي. Quae autem ad hunc modum explicandum adnotavit, poetam in hoc dialectum eorum secutum esse, qui personam tanquam obiectum cum verbo coniungant, ea ad tertium potius legendi modum يشكرني بذلي referenda sunt. In hoc autem vox بذلي locum adpositionis ad pronomen in verbo يشكرني pertinentis locum tenere potest. Grammaticus Abu-l'Fath (Ebn-Djinni) in loco, quem beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit, hunc explicandi modum sic exposuit: تجوز ان يكون اراد على بذلى فحذف فنصبه بالفعل قبله وتجوز ان يكون بذلى بدلا من ضمير المتكلم اى يشكر بذلى وانما يجوز البدل من ضمير المتكلم وضمير المخاطب اذا كان بدل البعض او بدل الاشتمال نحو قولك عجبت منك عقلك وضربتك راسك .... ولو قلت قمتُ زيدٌ ومررتُ بك جعفرٍ او كلمتك ابا عبد الله على البدل لم يجز من حيث كان ضمير المتكلم وضمير المخاطب غاية في الاختصاص فبطل البدل لان فيه ضربا من البيان. »Licet statuere, poetam voluisse dicere على بذلي »ob beneficia mea« et abiecta praepositione nomen verbo antecedenti tanquam obiectum in accusativo addidisse; sed licet quoque esse vocem بذلي adpositionem pronominis primae personae, ut sit pro يشكر بذلي. Talem adpositionem pronominis primae et secundae personae admittere licet, si appositio est, quam grammatici بدل البعض et بدل الاشتمال adpellarunt (conf. Gram. Ar. T. II. p. 528.) ut in verbis: عجبت منك عقلك »tuum ingenium admiratus sum« et ضربتك راسك »caput tuum percussi.... et si dixisses: »steti Saidus« et »transii ad te Djahfarum« aut »tecum locutus sum Abu-Abd-Allaho« modo appositionis, res licita non esset, quippe pronomen primae et secundae personae sensum omnino specialem offerunt, ut appositio, quae explicando inserviat, inutilis sit.«

(p. 455.) *6. Nam patruus benignus et pater amans materque, quae molliter stravit et sopivit, ei eram.*

Quanta cum cura in filium suum educandum animo intentus fuerit, eo ostendit, quod suam agendi rationem triplicem et patris et matris et patrui appellat. Praeter parentes maxime cognati e patris parte (patrui), raro a matris parte (avunculi), homini auxilium praestant. Qualemcunque igitur benefaciendi modum haec enumeratio complectitur. Verba اما مهدت فنامت in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meid. C. 1, 62.), quo cura, quam unus alteri impendit, significatur; sed in Meidanii opere loco vocis مهدت legitur فرشت, non multum diverso sensu; sed vox مهدت, quippe quae curam matris melius describat, aptior est. Di-

verso modo in sequente hemistichio (metr. Thawil): **Sicuti pulchra, storilis (femina) marito molle sternit lectum.**

XC.

Almisdjah b. Sibah Dhabbita dixit.

Nomen Misdjah formam adiectivi habet et grammaticus Abu-l'Fath ex adiectivo nomen factum putat a loquendi modo derivatum, quo Ahjescha post pugnam cameli anno 36 Ahlium alloquens ملكت فأسجح »Vicisti; condona igitur!«, quae verba in proverbii consuetudinem venerunt (conf. Meid. 24, 131.), usa erat, ut forma مفعال a participio quartae coniugationis derivata sit.

1. Profecto! in regionibus multum obiri, donec attritus essem et iam mihi tempus esset, si perirem.

His in versibus mortuum non deplorat; sed de fine vitae necessario obeundo loquitur. Longum vitae tempus quum exegerit, moriendi tempus sibi esse dicit. In verbo آن subiectum, quod ex sequente verbo cognoscitur, البيود suppleudum est.

2. Meque consumserunt, dum ipsi non consumuntur; dies enim et nox, quotiescunque abeunt, redeunt.

Hominis sortem describit, qui, dum tempus immutatum manet, mutatur conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 138 sq. Duo verba nonnisi unum nomen regens habent, sed quum verbi sensus idem sit, inde nil dubii oriri potest. Scholiastes, grammaticos subiectum cum altero verbo coniungi praeferre, dicit conf. Gram. Ar. T. II. p 248 sq. In posteriore versus parte verbum يمضى in singulari ad duas voces نهار وليل pertinent, quas autem intime coniunctas et tanquam unam rem putans poeta verbum singularis numeri posuit.

3. Et mensis novus post mensem et novus annus post annum praeterlapsum.

Ut magnum temporis spatium se peregisse describat, maiora temporis spatia praeterlapsa enumerat.

4. Et amissus, cuius mortem vehementer dolebam, quando mors veniebat et natus speratus.

Huic versui et priori varius sensus tribui potest sive cum verbo افناني sive cum verbo يفنى coniungatur. Priore coniungendi modo praebabito tempus eum perdidit. Huic contraria si quis putat verba ومامول وليد, quippe natus speratus eum perdere non possit, cura, quum pater iam decrepitus sit, hoc effici dicunt. Altero recepto tempus semper nova adducens describit; sed posterior versus ad tempus vix referri posse videtur. Mihi autem uterque versus cum priore haud intime cohaerere videtur; sed rebus in prioribus generaliore modo dictis exornandis inservit, dum singulae temporis mutationes et quae adducunt, describuntur. Ut unus mensis annusque novus alterum praeterlapsum sequitur, sic mortuum infans speratus sequitur. Talem esse temporis rationem et sortem humanam. Mihi voces ومامول وليد homoioteleuti causa pro ووليد مامول positae videntur.

XCI.

Hasas b. Ahmru ad gentem Ahbd-Manat pertinens dixit.

Mortem Said-Alfawaresi, Ahmrui aliorumque patruelium deflet. (Said-Alfawaris ante Mohammedis tempus vixit conf. Ham. p. ٢٧٨).

Nomen Hasas furfures capitis designat. Alii nomen Hassas, quae vox animi aegritudinem significat, proferunt. Hanc vocis significationem in versu Alschammachi (conf. Ebn-Kotaib. p. 48, 107. Anthol. gram. 461. Citab-Alaghani) iuvenimus (metr. Thawil): Quum eam vendidisset, oculus lacrymis manavit, dum in corde moeroris aegritudo pungens erat. Abu-l'Ahla dixit, nomen quoque Chasas, quasi a nomine montis derivatum sit, enunciari.

1. Ob iuvencum camelum, pro quo vinum bibi, plorat. Ob camelum iuvencum plorare, stultitiae est.
2. Cur non ob Said-Alfawarisum, Said-Allatum aut cur non propter Ahmruum

(p. 456.) Uxorem suam vituperat, quae ob camelum iuvencum venditum plorat, quum maior plorandi causa in morte tot celebrium virorum sit. Simile carminis initium Ham. p. ٣٦٨ infr. sq. reperitur. In versu loco vocis شربت legitur شريت omi. Obiectum verborum (vox خمر vinum) supplendum est. Est quoque duplex legendi modus سفها et سفه. Prior vox casum accusativum obtinuit, quod causam exprimit (conf. Gram. Ar. T. II, p. 114. 522.). Vox metri causa aliis anteposita est, dum voci تبكيها tanquam subiecto casus nominativus datus est et voces على بكر praedicati locum tenent. Sin casus nominativus voci datur, praedicatum subiecto praepositum est et verba على بكر ad sensum constituendum haud necessaria a grammaticis لغو appellantur (conf. Gram. Ar. T. II, 609.). In Tebrisii codicis margine سفه اجود i. e. vocem سفه praeferendam esse, legimus. Verbis autem سفها, narrandi modo interrupto ad quendam praesentem modo التفات a grammaticis appellato, se convertit. In posteriore versu plures viros mortuos dignos, qui defleantur, appellat. Versus cum proximo sequente voce تبكين cohaeret modo, qui nomine تتميم seu تضمين a rei metricae peritis appellatus reprobatur (conf. Darstell. der Arab. Versk. p. 332.). Singulis enim versibus oportet esse sensus integer.

3. Ploras (ne lacrymae tuae sedentur!), aut cur non (ploras) ob duos maiores gentis Nasr?

Verbis لا رقّت دمعك uxori malo precatur, quod, si plorare velit, alia plorandi causa adsit. Scholiastes dixit, poetam dualem سلفى adhibuisse, ut tam patruos quam avunculos significaret. Pro voce نصر in codice Mersukii textu نضر, in scholiis قصر legitur. Quid rectum sit, dubito.

4. Decedentes tempus super me reliquerunt et tanquam scopus tempori erectus remansi.

Queritur, viros e vita decedentes temporis onus ipsi portandum reliquisse, ut solus calamitatibus expositus sit. Usu vocis علىّ vidomus, tempus tanquam onus sibi portandum poetam descripsisse; sed ante vocem الدهر antecedens عبء (onus) aut simile quid suppleri potest. Scholiastes ex Mersukio alium interpretandi modum proposuit. Tempus cum ave

rapace, quae venando adhibetur, contulisse videtur, quum vocem خلي de ave ad venandum dimissa adhiberi dicat. In posteriore autem versus parte tempus sine dubio cum sagittario, cuius scopus homo est, confertur. Similis comparandi modus Hom. p. ١٧١ v. 2. reperitur.

5. Illorum mors gravis calamitas est tempore, quo ludens sagittas eius, qui ludo praeest, detestatur.

Talium virorum mortem maximam calamitatem esse dicit tempore penuriae, quo in pauperes beneficia conferenda sint; sed, quum in ludis mactatos camelos inter pauperes distribuerent, huius ludi in versu mentionem fecit. De ludo illo confer. Ham. T. II. P. 1. p. 309. 369. 469. 487. P. 2. p. 87. Scholiastes dixit, vocem ما esse صلة i. e. inservire coniungendae voci الاكل cum antecedente; sed mihi vox potius significationem rei (conf. Gram. Ar. T. I. p. 537.) habere videtur, ut ad verbum vertendum sit: »ros horum est vera calamitas.« In sequentibus tempus, quo illa calamitas maxime sentiatur, indicatur; ludo enim illi tempore penuriae hiemisque maxime operam dabant. Vocem خالع inde significationem ludentis accepisse dicunt, quod, qui isti ludo deditus sit, et alterum et se ipsum opibus privet. Grammaticus Abu-l'Ahlo, voce eum designari posse, dicit, qui ob vitam dissolutam a suis relictus sit. Duplex autem invenitur legendi modus قر et قر. Istum praeferendum putant, quippe vox summam penuriam esse significet, dum is, qui illi ludo deditus sit, animo invito ad rem accedat. Cuius autem rei causa nonnisi in eo inveniri potest, quod, ne ipse penuriâ prematur, postremam opum partem ludo sacrificans metuit. Vox قر recepta nil significat, nisi in ludendo sagittas moveri. Sagittas autem in ludo movere solebant.

6. Viri intelligentiâ praediti tempore, quo intelligentia (aliorum) levis erat, hominibus beneficia aut concedebant aut denegabant.

Hoc in versu prudentiam illorum virorum laude extollit, quae in rebus difficilibus, quibus vincendis aliorum prudentia par non esset, se manifestaverit. In posteriore autem parte illam prudentiam accuratius describit dicens, eos in illos, qui re vera amici essent, beneficia contulisse; adulatoribus autem, quae inimicitiam in animo occultarent, beneficia denegasse. Pluralem الحلوم adhibuit, quod de pluribus viris sermo esset. Verba عرف et نكر, quae in radicibus suis oppositam significationem habeant, hoc in versu opposita significationes offerant, necesse est.

XCII.

Sowaihir b. Alharits b. Dhirar dixit.

1. Nonne vidisti, die, quo a Mutsiro me separavi, veram mortem mihi contigisse, si (me) occidisset?

Separatione filii fratris sui tanto se moerore adfectum esse narrat, ut lubenter mortem obierit, si quis eum occidere voluerit. Verba الم تر hoc in versu sensum vocis اعلم (scito!) offerre, scholiastes e loco Corani (Sur. 105, 11.) probare studuit, quippe in Corani **(p. 157.)** loco de videnda re, quae priore tempore acciderit, sermo esse non possit. Verbum فارق de separatione a mortuo Ham. p. ٣٢٧ v. 5. adhibitum invenimus. Pro voce الصريح (mera) sine puncto diacritico الصريخ (clamans, invitans) legitur; sed priorem legendi modum praeferendum

putant. Tum pro voce قتل legitur قبل. In utroque autem suffixum primae personae omissum est, ut sensus sit, mortem ipsum se offerentem non accepisse.

2. Et coniugis eius separatio matutino tempore, quo camelo vehens ea abierat, similis erat diei, quo ipse decesserat.

Viro defuncto, summum dolorem poëta perceperat; sed remanente aliquamdiu uxore inter ipsos, inde solatium ceperat; at vero quum illa tempore luctus finito aut ad familiam suam rediret aut a novo marito abduceretur, novus non minus magnus moeror poetam invasit. Ante vocem عرسه vox يوم dies ac. separationis supplenda est, ut sequens يومه sit, pro يوم فقده. In aliis locis vox يوم diem mortis designat, et eandem significationem hoc in versu admitterem, nisi vox عرسه, ante quam e sequente vox يوم supplenda est, me impediret. Scholiastes, ut mihi videtur, minus accurate ad verborum construendi modum vocem مفارقة (separatio) supplendam putat. In versus verbis inversio est, ut verba sic disponenda sint: عرسه غداة غدت منا يقاد بها الجمل مثل يومه. Nomen غداة Nunnationem amisit, ut in primo versu vox يوم, quod cum sequente coniunctum est (Gram. Ar. T. II. p. 147.).

3. Columna nostra et domus nostrae princeps erat, et omnia, quae mihi, eo mortuo, eveniebant, levia erant.

Laudat absentem tanquam eum, ad quem omnes confugerint. Vox عميد proprie res, qua quis nititur, in principem ducemque gentis translata est. Verba بيضة البلد tam in vituperatione quam in laude adhiberi, antea vidimus (conf. Ham. p. ٣٧٣ v. 1.); sed verba بيضة البيت et بيضة الخدر nonnisi in laude adhibentur. De significatione verborum بيضة البيت non consentiunt. Aut virum cum struthiocameli ovo comparasse videntur, ad quem omnes redeant, ut struthiocamelus ad ovum suum semper redit, aut cum ovo, e quo pullus prodit. Scholiastes loquendi modum cum verbis traditione ad nos delatis »Nos sumus radix legati Dei, e qua prodiit et ovum eius, e quo rupto processit« comparat. Voci جلل, cui et gravis et parvi negotii significatio est, hoc in versu parvi negotii significatio tribuitur. Similem sensum in priore versus parte poeta Ham. p. ٣٣٢ v. 5. expressit.

XCIII.

Ebn-Ahnamah Dhabbita mortem Bisthami b. Kais, ab Ahzimo b. Chalifah occisi, deflens dixit.

Ebn-Ahnamah quum in gente Schaiban tanquam vicinus degeret, hoc carmine gentem Schaiban sibi propensam reddere studet. Poeta autem ad gentem Alsid b. Malec b. Becr b. Sahd b. Dhabbah pertinebat. Poeta ante Islami tempus vixit. Ahzimus Bisthami occisor tempus Islami attigit conf. Ham. p. ٢٨٣.

1. Vae habitaculo terrae! Quid texit in loco, ubi via ad montem Alhasan appropinquat?

Queritur reprehendens, quod terra talem virum in sepulcro texerit, cuius factis terra nimis angusta fuerit. Hanc sententiam quamquam verbis haud clare expressit, ea tamen subesse

potest conf. Ham. p. ٣٢٥ infr. Voci رمل hoc in versu habitaculi aut sepulcri significationem tribuendam esse puto. Grammaticus Alazmaih dixit, vocem ويل, quae in vituperando adhibeatur, tanquam subiectum, licet indefinitum sit, casum nominativum habere et invocandi sensum, qui verbis sit, nomen definitum aequare. Grammatici autem Arabici putant, subiecti naturae definitum convenire (conf. Gram. Ar. T. II, p. 106 et 107 adn.). Verborum sensum esse ثبت لمر الارض ويل »firmum est habitaculo terrae malum«, quae verba (quum verbum praeteriti formam habeat) rem exsistere exprimant. Vocem ما, quae hoc in versu interrogando inservit, poeta, ut admirationem suam ostenderet, adhibuit. Scholiastes nomen Alhasan montis arenosi esse dixit. Kamusi auctor potius collem arenosum esse vult. In Mersukii codice vox رمل omissa est, et fieri potuit, ut vocis جبل accuratius explicandae causa inserta sit. Duo autem sunt invicem propinqui colles, quorum alter Alhasan, alter (sine dubio minor) Alhosain appellatus est. De duobus autem dualis الحسنان in usu erat.

2. Eius opes inter nos dividimus et Abu-l'Zahbâum vocamus, quum vespera inclinavit.

Mortui res relictas inter se distribuentes, ad luctum denuo excitantur, dum viri beneficia in memoriam revocantur, quae vesperae tempore in hospites advenientes contulerat. Haec autem est causa, cur vesperae mentionem fecerit. Abu-l'Zahba autem Bisthami cognomen est. Vocant eum verbis in luctu adhibitis وا بسطاماه aut لا تبعد (Ham. T. II. P. 1. p. 430.).

3. Te obsecro! tu eum non vides et eum non videbis, dum camela robusta, celeriter **(p. 458.)** *incedens eum aufert.*

Eum in expeditionem proficiscentem describens mortem eius praevidere videtur. Solebant in expeditiones proficiscentes camelis uti; tum pugnaturi equum, quem ad latus secum ducebant, conscendere. Equo autem in itinere non vehebantur, ut tempore proelii fatigatus non esset (conf. Ham. T. II. P. 1. p. 286.). Vocis اجدك explicandae duo modi inveniuntur, unus Alazmâihi, qui dictum esse pro اجد منك جدا vult, ut ob praepositionem abiectam casus accusativus positus sit, alter Abu-Ahmrui, qui sensum esse dicit ما لك اجدا منك, ut accusativus modo nominis actionis sit conf. Anthol. Gram. p. 468. Grammaticus Tsahlab dixit, vocem sic enunciatam vocalem Kesra habere; cum littera و initio vocalem Fatha accipere. Djeuharius autem duas vocales eodem modo adhiberi vult. Mersukius sensum sic explicavit: فاقبل على نفسه يستبثها وقال اعلى جد منك انك فى مستقبل الاوقت لا تراه. »Et ad animam suam convertens petit, ut ipsi patefaciat, dicens: num serium tuum est, quod cum futuro tempore haud conspecturus esu etc. Qui legendi modum لا تراه ولن تراه sequitur, verba لا تراه in statum praesentem, verba لن تراه in statum futurum referat, necesse est. In Mersukii codice لن تراه ولن تراه legitur. Poeta negationes repetivit, ut tempore futuro diversum statum esse ostenderet. Priorem negationem statum pacis, posteriorem statum incursionis spectare dicit, ut hisce oppositis omne vitae tempus significetur. Verba تخب etc. statui sulfixi describendo inserviunt. Vox currendi modum significat, de quo lexicographi non consentiunt. De voce عذافرة conf. Caab b. Sohair carm. v. 14. Vox ذمول camelum designat, cui incessus ذميل (de quo conf. lex. m.) appellatus proprius est.

4. Cuius hippopera lorica brevis et sella est, dum ad latus incedit equa in domo educata, alacriter incedens.

Modum profectionis describit, e quo clarum est, eum ad pugnam proficisci, nam camela, qua vehebatur, post ipsum in dorso loricam et sellam in cophino portobat, et ad latus equa incedebat, qua in pugna uti vellet. Do, loricis conf. Ham. T. II. P. I. p. 512. P. 2. p. 28. Ut scholiastes voci ملأن c o l e r i s i n c e s s u s significationem vindicaret, versum Amru-l'Kaisi (quom vero in Diwano eius non inveni), sequentem adnotavit (metr. Thawil): I n a l a c r i (e q u o) q u a s i l e v i s s i m a e i u s l o x i t a s i n c u r s u e t c u r s u s l o u i t e r s u b l a t i s s i m u l p e d i b u s a n t e r i o r i b u s i n o e s s u s v u l p i s s i t.

5. Ad locum conventus magni, densi (austeri), in cuius lateribus equi exercentur.

Itineris causam clorius indicat. Ad oxeroitus conventum proficiscitur. Ante vocem ارعن substantivum جيش (exercitus) omissum est. Vocem ارعن de exercitu duplici modo explicant, aut oxorcitum, in quo superfluum sit, cum monte, cui prostans pars sit, comparatum esso aut exorcitum, in qno ob multitudinem molus sit, sic appellari. Voci مكفهر scholiastos a l t i et a u s t o r o v u l t u p r a e d i t i siguificationem dat. Verbum ضمر proprie de equis adhibetur, qui exercitando, ut ad cursum praeparentur, graciles redduntur c o n f. Ham. T. II. P. 1. p. 410. Haec quoque significatio in versu nostro locum habere potost, cogitare enim possumus, singulos equitos in lateribus exorcitus equos suos exercitare. Scholiastes dicit, sensum esso, equos cum arte bene tractari et temporo matutino vespertinoque ali; sed loco huius vocis vox تضمن legitur, quam significare dicunt, oquos ad latus camolorum adligari. Loco vocis جوانبه legitur جوانبها, ut suffixum ad vocem كتيبة, quoo significatione voci جيش aequalis est, refercudum sit.

6. Tibi quarta pars praedae ab eo factae et optimae eius partes et mandatum tuum et praeda, antequam ad locum concursus perventum erat et praedae pars, quae dividi nequit.

Hoc in versu narrandi modum relinqnens mortuum sic olloquitur, ut videro liceat, eum summum ducem exercitus fuisse, cui praeda ducis deberetur; proedam enim oius ennmerat. Tompore ante Islamum duci quarta pars totins praedae (مرباع), unde dux nomen الرابع accepit, concessum erat. Hic mos lege Mohammedica ita mutatus est, nt post Islamum quinta (الخمس) pars praedao ducis esset. Res in Corani loco Sur. 8, 42. tractata est. Erat quoque duci o tota proedo sibi unam rom, quamcuuque vellet, onte omnes distributas oligendi ins. Mohammedes post victoriam die Bedri (c o n f. Meid. T. III. P. I. p. 593. et Abulf. Vit. Moham. ed. Gagn. C. 27.) ensem Monabbihi b. Alhadjdjodj Dsu-l'Fakar cognominatum sibi ologisso dicitur. Die Almoraisih (c o n f. Meid. T. III. P. I. p. 594. Abulf. Vit. Moham. ed. Gagn. C. 42. Abulf. An. T. I. p. 114.) e praoda e gente Almozdalik reportata Djowairijam filiam Alharitsi sumsit et secum coniugio coniunxit libertate tanquam doto concessa. Elegit quoquo Zafijjam filiam Hojiiji et secum eodem modo coniunxit. Si quis singulus eques contra alterum ante proclium prodiens hosto occiso armis potitus erat, duci ius concessum erat, ista

arma victori dono dandi aut tanquam partem praedae communis toti addendi, id quod الحكم appellabant. Hic mos lege Mohammedica abrogatus non est. Erat quoque duci praeda, qua in itinere occasione oblata potiebantur. Sic arx Fadak anno Hedjrae septimo, quum sponte, haud oppugnata, sese tradidisset, Mohammedis facta est, nam lex Mohammedica istum usum haud abrogaverat. Quae autem in scholiis de vocibus النشيطة et النشط Ham. p. ٤٥٩ v. 1. adnotata sunt, ea falsa esse Reiskius putavit. Mirum est, quod in Mersukii codice, e quo scholion Tebrisii desumtum est, prima manu sic quoque legebatur, ita tamen ut vox النشط alia manu in البسط corrigeretur. Reiskius igitur (in adnotatt. histor. ad Abulf. Ann.) in loco e Mersukio descripto البسيطة والبسط scripsit et lexicographi nil de voce البسيطة dicentes voce انبسط camelam aut equam cum pullo, dum hic non retineatur, significari adnotarunt. Vox igitur significat pullum, qui camelam ipsi tributam sponte sequatur, duci concedi tanquam numerum haud augentem. Reiskium البسيطة recte scripsisse dubito; sed vox النشيطة duplicem rem significasse videtur, ita tamen ut alteri rei et nomen البسط (num النشط vehementer dubito) daretur. Si res nonnullae, praeda omni inter milites distributa, restarent, quae dividi non possent, ducis praedae tanquam superfluae, unde quoque nomen الفضول acceperunt, addebantur. Mos hic Mohammedis lege sublatus est. Silentio praetermittendum non est, ante Islami tempus duci ius fuisse, ante praedam distributam camelam mactandi, cuius carne homines cibaret. Talis camela النقيعة appellabatur. Post Islami tempus hic mos cessavit. Huius camelae poeta in versu mentionem fecit dicens (metr. Camel): Nos gladiis capita eorum percutimus modo, quo lanius camelum Nakiah ducis percutit.

7. Gens Said b. Ahmru eum perdiderunt, et Bisthamum occisus haud aequat.

Gentem indicat, a qua Bisthamus occisus sit et magnam Bisthami dignitatem laudat. Scholiastes dixit, verbum فات, quum in prima forma unum obiectum habeat, in quarta duo obiecta habeat, necesse esse. Supplendum igitur esse الناس (homines), ut sensus sit: Gens illa Bisthamum occidens utilitatem hominibus eripuit. Ante Islami tempus si quis dignitate pollens occisus esset, unus hostis occidendus ad ulciscendum haud sufficere putabatur; sed plures occidebantur (conf. Ham. p. ١٠٤ v. 2.) et interdum a tota gente caedis vindicta sumebatur. Hanc ob causam, quum Bisthamus vir summae dignitatis fuisset, alterum lugendi modum قبيل (gens) praeferendum esse putant.

8. Et super arborem Ala procidit, cervicali haud suffultus, quasi eius frons gladius politus esset.

In priore parte modum, quo Bisthamus occisus erat, respicit, in posteriore vultum eius laudat. Bisthami aures duae lancea confossae erant, ut statim ab equo in arborem Ala appellatam, ad quam locum haberet, procideret. De priore versus parte locum Ham. p. ٢٨٢ conferas. Mersukius dicit, loquendi modum لم يوسد saepius in occisis adhiberi; sed bonum id non esse, quippe nonnullis occisis cervical supponatur conf. Ham. p. ٤٣١ l. 4 infr. Frontem autem mortui, frequentem galeae ob usum crinibus nudatum, cum ense polito comparavit aut,

quum nunquam moerore adficeretur, frontem haud corrugatum eum habere voluit. Utrumque Arabibus laudi est. Beatus de Sacyus exemplari suo adnotavit, in codice tres versus, quos etiam Abu-l'Fathus (Ebn-Djinni) agnoscat, sequentes reperiri: فإن يجزع عليه بنو ابيه فقد فجعوا وفاتهم جليل بمطعام اذا الاشوال راحت الى الحجرات ليس لها فصيل ومقدام اذا الابطال حامت وعرّد عن حليلته الحليل »Si ob eum fratres sui tristes sunt, adflicti iam sunt, dum vir illustris ex iis decessit, per multum hospitalem, quum camelae praegnantes ad caulas redeunt pullum non habentes et fortissimum, quum strenui obeunt et maritus ab uxore sua abit.« Eos in Mersukii codice haud inveniri mirum non est, quippe Abu-Tammamus saepe plures carminis versus omiserit. In codice Mersukii فخر legitur.

XCIV.

Alhodsail b. Hobairah dixit.

Vir e gente Horfah b. Tsahlabah b. Becr b. Hobaib b. Ahmru b. Ghanam b. Taghleb. Carmine viri mors non deploratur. Loco nominis Alhodsail in Mersukii codice Alhodslul legitur.

1. In legatione me adiuva, et filii Alghorairahi dignitatem integram relinque, ad Chaledum tendens e gente Salma b. Djandal.

Hoc in versu quendam alloquitur rogans, ut verba, quae in secundo versu prolaturus ait, ad Chalidum perferat et contumeliam in Ebn-Alghorairahum non dicat. Vox الكنى est pro الكنى, ut pro الكك dictum sit الاك. Ebn-Alghorairahus quis sit, nescio; in Mersukii codice ابن العزيزة Ebn-Alahsisah legitur et in Tebrisii codice ابن الغريزة Ebn-Algharisah superscriptum est. Verbum وفر cum accusativo personae et accusativo rei, tum cum ل personae et accusativo rei construitur significans, rem alteri haud deminutam reddi, ut accipiens contentus sit. Cum hoc proverbialiter loquendi modus cohaeret, quem in Djeuharii opere, monento beato de Sacyo, invenimus: توفر وتحمد »res haud imminuta tibi reddetur et laudem acquiresa. Scholiastes vult, in versu verborum sensum esse, Ebn-Alghorairahi nullam rationem habendam esse, ut ad latus relinquatur. In Mersukii autem codice legitur: الى خالد من ال سلمى وجندل »ad Chalidum o gente Salma et Djandal«.

2. Malicum post Darimum non desidero et post Nahschalum Darimum haud desidero
3. Et post Djandalum Nahschalum non desidero, quotiescunque vocans ad rem gravem vocat.
4. Et post Chalidum Djandalum non desidero noctu advenienti aut captivo vincto.

Hisce versibus legationis verba, quae ad Chalidum perferenda erant, continentur. Plures gentes enumerat, quarum exemplo probat, gentis auctoritatem et meritum in duce niti, ut, si dux occisus sit, nil boni amplius a gente exspectandum sit. Sic a gente Malic, quae e Hantsalaho oriunda ad gentem Said Manat (Tamim) pertinebat, incipiens dicit, se in gente Malic fiduciam non ponere, postquam gens Darem inde separata sit, in gente Darem gente Nahschal inde separata, in gente Nahschal, postquam Djandalus inde secesserit, se fiduciam non ponere, si quis ad rem gravem vocaverit et in gente Djandal absente Chalido, si quis viator noctu hospitii causa advenerit aut captivus vinctus liberandus sit. In hoc igitur laua

hospitalitatis et liberalitatis est. Vox مُجِلّ duplicem pronunciandi modum habet aut passivi aut activi. In scholiis activi modus explicatus est, nam verba يجلّ الناسَ significant, eam ad omnes homines pertinere.

Ad explicandum versuum sensum in scholiis sequentia relata sunt: Alhodsailus **(p. 460.)** die (pugnae) Cinhil (nomen aquae gentis Auhf b. Ahzim) incursione in gentem Abu-Rabiah b. Dsohl b. Schaiban facta camelos abegerat. Gens haud contenta eum incitavit, ut in alios quoque, ad quos transirent, incurreret. Gentem igitur Banu-Cus et gentem Hàdjar, quae pars gentis Dhabbah erat, invasit. Huius gentis triginta feminas, inter quas Mandhurah, filia Schakiki, soror Ahmiri b. Schakik erat, captivas fecit. Omnes suo loco, dum in domo earum versabatur, dimisit excepta Mandhura, quam in terram gentis suae secum abduxit. Rei nuntio ad maritum fratremque, qui tum temporis absentes erant, perlato, hi ipsam petentes advenere. Alhodsailus uxori inter utramque partem eligendi potestatem concessit, se eam dimissurum esse promittens, si abire vellet, sin manere praeferret, se eam daturum non esse. Viri rem in alium diem differendam esse dicentes virum quendam gentis Taghleb adiere rem narrantes, ut ipsos in clientelam reciperet. Re concessa cum iis ad Alhodsailum pervenit, hunc certiorem faciens, se, ut promissis staret, eos in clientelam recepisse. Alter in re consentiens quum uxori eligendi potestatem dedisset, ea se maritum coniuge haud orbaturam et fratrem haud adflicturam esse dixit. Illam igitur ipsis datam abduxere. Rem versibus sequentibus descripsit (metr. Thawil): Ex ignotis hominibus gentis Cus et Hàdjar triginta libere dimisi, quarum sinus ob scortatum haud diffissi erant et Mandhuram pulchram, quam elegeram, libere dimisi, quum maritus eius ad me venisset. Hodsailus, cuius animo mulieris illius amor infixus esset, incursionem in gentem Dhabbah, quae in loco Dsu-Bahda et vallibus Alharimi [1]) sedes habebat, fecit. Contra eam magnum agmen e gentibus Iemen, Taghleb et Ijad congregaverat. Illi re comperta gentem Banu-Sahd b. Said-Manat b. Tamim in auxilium vocarunt. Utroque agmine occurrente e gente Taghleb nonnulli occisi sunt; caeteri in fugam turpissimam se dederunt. Iasidus b. Hodsaifah e gente Morrah b. Ohbaid b. Alharets b. Cahb b. Said-Manat Alhodsailum captivum fecit; Ahmirus b. Schakik e gente Dhabbah Hassanum Hodsaili filium. Quem quum in domo sua vinculis oneravisset, filia Koraih, quam e triginta feminarum numero Hodsailus die captivitatis dimisisset, solutis vincilis absente patre eum abire iussit et iumentum dedit. Hozaiuus autem, filius Ohwajjahi, unus e gente Cus Schabibum et Djoaihschum, Hodsaili filios, captivos fecerat. Nec non filii duo Naschirahi b. Sohair b. Djandal b. Nahschal, Ahbd-Allahus et Ahbd-Alharitsus tanquam vicini in gente Dhabbah viventes Mischwalum, Hodsaili filium, captivum fecerant. Hozainus b. Ghowajjah autem, quocum nupta esset Asma, filia Ahbd-Ahmrui, Ghadherita e gente Banu-Asad, Schabibum genti Ghadherah tradidit, (Alhodsailus enim Malicum Ghaderitam captivum fecerat). Gens viro hoc data et additis triginta camelis illum captivum redemit. Iasidus b. Hodsaifah autem Alhodsailum libertate do-

1) Nomen oppidi in provincia Tehamah esse, in Kamusi opere legimus.

naverat et trecentes cameles, ut meritum pensaretur, acceperat. Quod ad Mischwalum attinet, mater Ebn-Algharisae, qui e gente Djandal b. Nahschal erat, apud gentem Taghleb captiva erat. Ad hes igitur Alhodsailus filii sui causa se contulit virum rogans, ut eum aut pretle dato, aut beneficium conferens dimitteret. Se facturum esse ille promisit; sed quum cunctaretur, alter istes praemissos versus cempesuit et Chalide recitavit. Hic igitur quum filio Naschirahi centum camelos dedisset, Hodsailo filium ille tradidit. Hanc rem Aschrasus b. Baschamah b Hasn Nahschalita in versibus sequentibus cemmemoravit (metr. Thawil): Nes filium Hedsaili genti suae tradidimus vinculorum signis distinctum, ut eius venae in femerum radicibus[1]) (aut latera) sanguine manarent. Per eum famam accepimus, quae vobis dedeceri nen est, quum narrationis verae rea admirandae divulgantur.

XCV.

Ijasus b. Alaratt dixit.

Scheliastes nemen Ijas tanquam infinitivum radicis ايس, quae Seccarii[2]) sententia est, derivari posse negans a radice اوس derivandum esse dicit. Verbo ايس, quum e vece يئس inversa ortum sit, infinitivum nen esse; cui si infinitivus esset, inversum non esset. Eius prima, secunda et tertia[3]) littera infirmae essent, ut diceretur in praeterito است, in future اواس. Vex ارت eum designat, in cuius lingua festinatio est; Abu-l'Ahla autem dixit, voce eum designari, cuius lingua impedita sit. Vir, cuius cognemen Aratt erat, nemen Chalid gerebat.

(p. 461.) *1. Quum Auroram adparentem conspexissem, Abu-Ausum vocari; sed locutus non est.*

Hec in versu, qui sequentibus quasi introducendis inservit, narrat, se Abu-Ausum tempore Aurorae aut, ut aegrotum, quemodo se haberet, interrogaret aut, ut e semno eum excitaret, vecantem respensum neu tulisse. Aurorae faciem peeta tribuit. Propositio, quae particulam لما sequi debet, verbis دعوت etc. centinetur. Particula ان superflua est conf. Ham. p. ٨٣ v. 6. p. ١٥٣ v. 2. p. ١٧٣ v. 3 etc.

2. Et fratris tibi sinceri separatio accidit, qui multus in malo erat; geminus boni.

Quum vecatus ille haud responderet, eum mortuum esse cognovit. Eum autem tanquam virum perfectum laudat, qui hestibus multum malum inferret et amicis tam bonus esset, ut boni quasi geminus videretur conf. Ham. p. ٣٣٨ v. 3. p. ٢٤٠ v. 5. p. ٢٤٧ v. 1. p. ٢٥١ v. 3. In Tebrisii codice voci ناصح alter legendi modus صالح subscriptus est.

---

1) Voci جوانبه in codice Tebrisii alter legendi modus مناكبه (humeri eius) superscriptus est. Vox جوانبه sic in codice scripta est, at de legendi modo dubitari haud liceat; sed de significatione dubium est.

2) Grammaticus celeberrimus appellatus Alhasan b. Alhosain b. Abd-Allah b. Abd-Alrahman b. Alahla b. Abi-Zofrah notus cognomine Alsoccari Abu-Said natus anno 212 diem obiit anno 275.

3) Quomodo tertia littera radicalis infirma (ى vel و) dici possit, non video.

3. Kirwaschus b. Laila et Ahmirus se invicem secuti sunt et gaudium die, quo mortui sunt, oblectum erat.

Redit ad prius tempus, quo duo viri ipsi carissimi, unus post alterum mortui erant et quantum delorem perceperit, describit. Triplex legendi modus مدمما »tectus«, quae vox mihi significare videtur, gaudium ita eccultum esse, ut neme id ob multarum moerorem ostendere auderet. Mersukius autem vecem ita interpretatus est, ut gaudium omnino expulsum esset, et مدمدما »nemnine tectus (ut nan amplius appareret)« et مذمما »vituperatus« invenitur. Tertia vox significat, maererem cemmunem fuisse, ut, si singulus gaudio se tradere vellet, vituperaretur. Veci ماتا in Tebrisii codice alter legendi modus بانا (separati sunt) superscriptus est. In Mersukii codice مات »mortuus est« legitur, ut Abu-Aus (vers. 1.) subintelligatur.

4. Apud animum versavi, me iis mortuis in vita remansurum non esse; sed patientia perennior (gloriâ) et honoratior erat.

Tanto se moerere adfectum esse dicit, ut de vita sua desperaret, tum cogitanti sibi patientiam laude digniorem visam esse. Scheliastes dixit, pest particulam أن futurum Nasbatum positum esse, sed quoque futurum cum vocali Dhamma licitum esse, ita, ut suffixo abiecto pro باقي dictum sit. Sed loce vecis ابقي legitur queque أتقى »magis conservans« (religienem et honerem). Silentie praetermittendum non est, iu Tebrisii codice أصون الدين legi; sed magis convenit Mersukii madus أصون للدين. Poeta vitam cum cibo çemparavit.

XCVI.

Kabizah b. Alnazrani Djarmita e gente Thai dixit (conf. Ham. p. ٣٠٠).

1. Eheu! o ocule mi! diligentiam adhibe et multum plora ob principem, qui (pro hominibus) morti sufficit!

Oculum suum tanquam personam allequitur hertans, ut in plerande diligentiam adhibeat, quum tempus plorandi sit. Principem cum admissario comparavit (conf. Ham. p. ٣٢٧ v. 4. p. ٤٥٤ v. 2. Ut quantus sit, ostendat, eum merti suificere addit. Scheliastes secundum vecis كاف ebiectum الناس (hemines) omissum esse putat. Pre vocibus على قرم alter legendi modus على حوط »prepter Hauthum« est. De vece عين pre عيني conferas Gram. Ar. T. I. p. 439.

2. Et quid est, quod oculus ob Hauthum Suidumque et utriusque patruelem Dsofafum non ploret?

Mertues, ut magnitudo meereris sui cegnoscatur, enumerat. Nomen Dsofaf proprie celerem significare scheliastes dicit.

3. Et Abd-Allahum? vaeh eum! et Said-Manat neminem latet.

In enumerande pergit dicens, simul talium virorum mortem neminem latere. **(p. 462.)** De voce لهفي conf. Ham. p. ١٩ v. 1. Vaci خاف casus nominativus tanquam subiecte verbi يخفى tribui petest, quasi dixerit: لا يخفى خاف بزيد. Saidus autem is est, qui latet, ut lequendi modus similis sit verbis: لقيت بزيد اسدا »Saide leoni occurri«. Nil quaque ebstat, quin بزيد subiecti lece sit, ut praepositie simili modo adhibita sit, que in Corano (Sur. 4, 81.) كفى بالله شهيدا »Deus tanquam testis sufficit«. Hec admisso vox كاف loco nominis actienis كفاء est. Scholiastes accusativum haud pesitum esse dixit modo, qui in hemistichie metri Redjes in voce ايديهن quasi eius pedes anteriores in campo

plano inveniatur; sed utriusque sermonis ratio diversa est conf. Ham. p. ۱۶٥ v. 5 schol. p. ۶۳۸ l. 4 iofr. et Darstellung d. Arab. Versk. p. 483. Sunt denique, qui ob praepositienem ب sequeutem verbo خفى significationem transitivam tribui posse dicant. Gram. Ar T. I. p. 470.

4. Earum autem opum jactura per fortunam tuam! quarum causa tripodes disposuisti nobis levior erat.

Hoc in versu, si nexu sensus cum priore cohaeret, poeta dicit, opum iacturam, quae hospitalitatis causa perderentur, facile ab ipsis ferri; sed talium virorum, quales in priore enumeravit, mortem summo moerore adfligere. Inest igitur in versu liberalitatis hospitalitatisque laus. Vox هلكا casum accusativum obtinuit, quod modo a grammaticis تمييز appellato, voci اعون accuratius definiendae inservit conf. Gram. Ar. T, I. p. 113. 446. Vox وجدك iurando inservit, dum per fortunam eius, quem alloquitur, iurat. Scholiastes, nomen اثفية a verbo ortum (et non vice versa verbum a nomine) putans dicit, qui verbum in quarta forma اثفى adhibeant, eis formam nominis فعليّة esse pro اثفوية, ut littera ا radicalis sit; qui autem verbum in secunda forma ثفّى dicant, iis nominis اثفية formam افعولة haberi.

XCVII.

Abu-Zahtarah Baulanita in filios fratris sui dixit (conf. Ham. p. ٥٦۴ et ٦٥۴).

Abu-Fathus grammaticus, Zahtarah nomen unitatis plantae (pulegii) esse, dixit. Enunciandi modum cum littera Zad elegantiorem esse, quam cum littera Sin. Hunc populo proprium loquendi modum esse, Abu-l'Ahla adnotavit, nomen Baulan inventum nomen esse a radice بول derivandum. Formam فوعل esse non posse et radicem بلن non inveniri. Formam فوعل rariorem esse quam فعلان et denique vocem indeclinabilem esse. Inde sequi litteram Nun radicis non esse. Et si quis dicat, id nomen fortasse (tanquam cognomen) genti adpensum esse, respondendum esse, eodem modo nomen gentis esse posse, et si partitio id portet, id (nomen) (ita ut addatur) in mentem revocari magis convenire [1]).

1. Socairahus eiusque duo fratres uterini me sollicitum optantemque reddunt et quotiescunque absens sum, cogitatio eorum animum meum occupat.

Socairahus eiusque duo fratres filii fratris poetae erant. Fratre mortuo quum filiorum relictorum tutor poeta esset, ob illos multum sollicitus erat, ut absens semper timeret, ne quid mali illis accideret. Ante voces الهمّ والمنى voces antecedentes omissae sunt, i. e. illi sunt res (sollicitudinum et optatorum).

2. Amore eos amplector, qui quum animo innatus sit, super costis lucet, dum nox obscura est.

Amorem erga eos cum luce comparavit, quae in corpore, quamquam amor in animo lateret, nocte obscura conspiceretur. Aut poeta indicaturus, se ipso noctis tempore, quo omnes quiescant, filios relictos summae sibi curae habere aut maxime, ut versus homoioteleutonque perfecta sint, verba والليل دامس addidit, nam, quae scholiastes attulit, poetam

---

1) Scholii posterior pars perobscura est, ut beatus de Sacy, se verba haud intelligere, adscripserit. Mihi sensus talis esse videtur: Nomen بولان genti ipsi tanquam cognomen, ut ازد شنوءة adpositum esse potest, ita ut nomine gentis abiecto cognomen pro nomine remanserit. Hoc autem admisso, ut pars gentis i. e. بولان genti, quacum coniuncta sit, accuratius definiendae inserviat, ut eam quasi portet, gentis nomen addi magis conveniret.

sic dixisse, quod, si res tempore noctis obscurae niteat, ea diei tempore magis niteat, necesse sit, ea minus vera videntur. Huic contrarium est, quod lux nocte obscura magis luceat quam die, ita ut comparatione cum luce intelligendi modus mutetur.

3. *Viri filii sunt, qui, si virus fuisset, inimicorum meorum, quibuscum mihi res est, damnum repellerem, auxilium mihi tulisset.*

Causam, cur ipsi tantopere cordi sint, addit Fratrem sincero amore ipsi **(p. 163.)** deditum fuisse, ut auxilium contra hostes ab ipso semper exspectare possot. Verba بنو رجل praedicatum subiecti omissi هم sunt. Sed in Mersukii codice بنى رجل legitur, ut verbum اذكر, e quo accusativus pendeat, omissum cogitetur. Post vocem امارس suffixum هم omissum est.

XCVIII.

Alghathammasch e gente Schakirah b. Cabb .... b. Dhabbah oriundus dixit (conf. Ham. p. ۴۹).

Nomine Ghathammasch proprio iniustum significari dicunt, et nomen Schakirah nomen unitatis esse florem Anemone appellatum designans. Dixit poeta (metr. Thawil): Porto lanceam nodis surdis tinctam sanguine hostis (rubro) simili flori Anemone.

1. *Eheu! quotiescunque, qui me absentem traducit, cupit suum patrem me esse, a quo nomen habeat et ad quem referatur*

Se contra eos, qui ipsum absentem traducunt, defendit, eos contra animi sententiam invidià commotos loqui dicens. Sed quomodo hic versus et proxime sequentes cum quarto sensu cohaereant, non video. Vox من hoc in versu significationem haud definitam plurium hominum habet, quacum vox يغتابنى adiectivi loco coniuncta est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 357.). Verba autem ود اننى cum voce اب loco propositionis consequentis coniuncta sunt.

2. *Sive modo recto matris eius sive pravo modo, ut admissarius generosos procreans ei (matri) vim inferat.*

Sensum posterioris partis versus prioris clarius exponit. Se quocunque modo eius filium esse vello. Verba رشدة (cum vocali Fatha aut Kesra) et غية hoc in versu opposita sunt, ut modus rectus, quo in matrimonio filius nascatur et modus pravus, quo concubitu illicito significetur. Vox رشدة cum vocali Kesra enunciandа modum rectitudinis, ut اسم الهيئة a grammaticis appelletur, vox غية unam actionem erroris indicat. Sunt quoque, qui voci غية vocalem Kesra, ut enunciandi modus formae رشدة aequalior sit, tribuant. Futurum Nasbatum فيغلبها ex omissa particula ان pendet (conf. Gram. Arab. T. II. p. 25 sq.). Posterior autem versus pars sensum vocis ambiguae لغية clarius explicat, et quanto pretio rem habeat, ostendit. Se ipsum autem cum admissario comparavit, e quo generosa proles nascitur (conf. Ham. p. ۳۴۷ v. 4.). Scholiastes ad explicandum loquendi modum فيغلبها supposuit, quendam dicere: وددت اننى اجيئك فتكرمنى, ut in voce فتكرمنى futurum Nasbatum adhibitum sit. Hanc autem vocem cum voce اجيئك coniunctam non esse, quod posterior pars sermonis a priore discrepet. In priore parte optatum haud affirmans

esse, in pesteriore parte optatum non esse; sed rem affirmari. Discrepantibus igitur his in priore nomen animo cogitasse et post litteram ف nomen supplevisse, ut littera nomen cum nomine coniungeret, quasi dixerit وددت مجيئى اليك فاكرامك لى. Eodem modo verba الا ماء فاشربه »Nonne aqua est, ut eam bibam?« explicanda esse, ut in priore parte optatum sit, in posteriore res affirmata sit لو كان ماء لشربته »Si aqua fuisset, eam bibissem«; quod nominibus expressum sic sonaret: الا ماءا فشربه. Hucusque Mersukius. Tebrisius addit, praeferendum esse futurum cum vocali Dhamma, quod verbum ود in optando minus significet, quam vox ليت. Adhibita voce ليت futurum Nasbatum praeferendum esse. Qui vocem رشدة cum vocali Fatha pronunciant, id fecisse videntur, ut eandem ac vox غية vocalem habeat.

3. Tu autem per bonum et non per malum amorem meum spera; cuinam enim viro imperium concedetur, dum eum timemus?

Sincero amore; sed non simulate, cui odium subsit, amorem alterius comparari posse; haud enim futurum esse, ut quis alteri, quem timeat, in se potestatem concedat. Scholiastes dixit, vocem مودتى esse pro مودتك لى, dum cum infinitivo eodem modo obiectum coniungatur, quo subiectum. Posteriori versus parti sensum inesse: viri, quem timemus, amor non desideratur. Ut verbi اقتال significationem explicet, hemistichium versus Cahbi b. Sahd (metr. Thawil): Quo imperio medicus in me usus est? scholiastes adnotavit.

4. Dico, dum oculi mei lacrymis manant, terram video durantem, dum amici decedunt:

5. O amici mei! Si alia res, quam mors vos adflixisset, irascerer; sed tempus obiurgari non potest.

(p. 161.)

Quum, quomodo priores tres versus cum sequentibus cohaereant, nesciam, tres priores versus fortasse seriore tempore additos esse, conîicere licet. In quarto et quinto versu ob mortem amicorum queritur; temporis autem obiurgationem inutilem esse dicit conf. Meid. 24, 471. 612. 24, 290. 344. In priore versu verba وقد فاضت etc. sententiam intermediam constituunt, quacum verba ارى etc. scholiastae coniuncta videntur, dum verbo اقول verba اخلاء etc. loco obiecti sint. In Mersukii codice بعينى (dual. forma) legitur; sed singularis ferri potest, ut loco dualis sit. Sunt nonnulli, qui اخلاى dicant, sed noster enunciandi modus, ut suffixi littera ى (ut in غلام) omissa sit, scholiastae praeferendus videtur. De hisce verbis vide Ham. p. ٣٠٦.

XCIX.
Mulier quaedam dixit.

1. Eheu! Lacrymis oculorum tuorum absiste, nam patrem ei similem non videbis, ad quem laudes perveniunt!

Patrem suum mortuum deplorat, eumque laudibus extollit. Mersukius dixit, poetriam se consolantem dicere, lacrymas inutiles esse et patrem ab inferis reduci non posse. Vocem فاقصرى aut a prima forma, aut a quarta, ut litterae Alif enunciandae modus mutatus sit (id quod a grammaticis الدرج appellatur Gram. Ar. T. I. p. 38.) derivari posse. Verba تنمى etc. significant, eum tanquam scopum esse, ad quem laudes dirigantur. Sed alter est legendi modus ينمى, ad eum laudes referri, si cum adversario de honore certet.

2. Et iam gentes sciunt, filias eius, quem defunctum luctu celebrant, veraces esse et minus facere, quam debeant.

Laudem, qua eum celebret, veram quidam esse, sed meritis defuncti inferiorem, gentes scire dicit. Maiora autem defuncti merita esse, quam ut ab ipsis filiis luctu satis celebrari possint. Post vocem قواصر res supplenda est, cui perficiendae impares sunt. Abu-Rijaschus dixit, se hosce versus Mohammedi b. Baschir o gente Alcharidjijjah, quae pars gentis Ghaswan b. b. Ahmru b. Kais-Aihlan sit, adscribendos putare. Eum Abu-Ohbaidahum b. Ahbd-Allah b. Samaah b. Alaswad b. Almoththalib b. Asad b. Ahbd-Alohssa b. Kozajj, qui pater Hindae, matris Mohammedis et Ibrahimi, filiorum Ahbd-Allahi b. Hasan b. Hasan b. Ahli fuerit, deploraro. Samaahum unum eorum fuisse, qui in gente Koraisch cognomen زاد الركب (commeatus iter facientium) gesserit. Praeter hunc autem duos viros sc. Mosafirum b. Abi-Ahmru b. Omajjah b. Ahbd-Schams et Abu-Omajjahum b. Almoghirah b. Ahbd-Allah b. Ohmar b. Machsum isto coguomino usos esse. Hi enim tres viri, quotiescunque in Syriam cum sociis Koraischitis iter faciebant, omnibus commeatum in itinere suppeditabant. Haec res effecit, ut ازواد الركب cognomen acciperent (conf. Meidan. C. 21, 133). Abu-Ohbaidaho b. Ahbd-Allah mortuo, qui Mohammedi b. Baschir (De hoc viro conferas librum Citab-Alaghani) benefecerat, Ahbd-Allahus b. Hasan hunc poetam ad se vocavit petens, ut Hindam de morte patris versibus consolaretur. Quum se tales versus composuisse profiteretur, introductus sequentes versus recitavit (motr. Thawil): Quum ad filii viri cognominati »commeatus iter facientium« pernoctantis elapso mense Zafar, lectum non appropinquavit ultionis cupidus [1]), surge, o Hinda! oculos tuos percute, patrem ei similem non videbis, ad quem laudes perveniunt. Ego, quotiescunque volebam, patrem extollebam, qui ornamento erat, sicut armillae manibus ornamento sunt. Et iam gentes sciunt, filias eius, dum defunctum luctu celebrant, veraces esse et minus facere, quam debeant. Illa autem hisce verbis auditis surgens cum puellis suis clamorem sustulit, dum poeta simul clamabat. Ahbd-Allahus autem dixit: O Dei inimice! te advocavi, ut ei solatium adferres; sed ad fletum eam excitasti. Ille autem respondit: Quibusnam verbis ego filiam viri illius consolari possum [2]). Quis me eo mortuo consolatur? Per Deum! eo mortuo alios non consolor; sed ad tristitiam excitabo.

C.

Alkolach dixit.

Grammaticus Abu-Hilalus dixit, tres viros nomen illud gerere, unum, filium Hasni b. Djnoab

1) De Sacyus exemplari suo adscripsit: postquam elapsus est mense Zafar absque ut quisquam ultionis cupiditate motus accesserit ad eius lectum. Sensus est, ni fallor, mortem ipsius non imputandam esse inimico cuidam, fusi sanguinis ultionem ab ipso petenti quum elapsus sit post absolutos sacros menses, mensis unus, nemine ab ipso ultionem petente. Hisce addo, Arabes mortuum deflere solitos non fuisse, nisi post ultionem, ut hisce verbis ad mortuum deflendum excitasse videatur.

2) De constructione verbi عسى conferas Gram. Ar. T. II. p. 213 sq. Singularis est loquendi modus, quod verbo عسى verbum كنت antepositum est. Beatus de Sacyus loquendi modum كنت قد قيل لى (conf. Gram. Ar. T. I. p. 214.) comparavit; sed verba قيل et عسى diversa sunt.

b. Minkar metro Redjes utens, cui sequentia verba tribuantur (metr. Redjes): **E g o (p. 165.)** A l k o l a c h u s b. D j a u a b b. D j a l a s u m, alterum filium Saidi e gente Ahmru b. Maloc dicentem (metr. Thawil): A e q u a l i a n o n s u n t, o S a i d o! c a p s a m u l i e r i s t h u r i b u l u m q u e e t c u s p i s l a n c e a e i n b e l l i s a c u t a, tertium Alhnbaritam, cuius Dibbilus inter poetas oppidi Bazra mentionem fecerit. Poetam nostrum filium Hasni esse. Nomen Kolach inventum et non translatum est. Verbum قلخ barritus cameli modum designat.

1. Tumulum, qui Aribum b. Ahsahs abscondit, pluvia nubis irriget, cuius imber ante tonitru decidit!

Ut tumulus, qui mortuum abscondat, floreat, largam pluviam ei optat. Similis loquendi modus Ham. p. ٢٧٣ v. 2. invenitur. Vox غيث de largo effusa pluvia adhiberi putant; sed Djeuharius voci nubis significationem tribuit. Poeta, ut pluviam largam esse significet, voce وابل usus est et vehementem pluviam ante tonitru venire dixit, nam in pluviis, quae cum fulgure et tonitru coniunctae sunt, pluvia largius effundi solet, si ante tonitru audito effundi incipit. Voce العين hoc in versu coeli regionem significari dicunt, quae inter Iracae plagam meridionalem et solem occidentem sit. Inde pluvia maxime exspectatur, quae per plures dies durat, ut vix spem fallat. In Djeuharii opere lego: العين ما عن يمين قبلة العراق يقال نشأت السحابة من قبل العين والعين مطر ايام لا يقلع « Vox العين plaga in latere dextera regionis australis Iracae est. Dicitur: Nubes ab ista regione orta est. Vox العين quoque pluviam per plures dies durantem significat«. Grammaticus Abu-l'Ahla in explicando nomine A r i b voce prudentem designari dixit et versum Ahntarae sequentem adnotavit (metr. Wafir): U n a v i c e l e v i i c t u v u l n e r a v i t, a l t e r a v i c e o c c i d i t e t o d i o i m p l e t u m p e r p r u d e n t e m a d f l i g i t; significationem autem sagittae in ludo felicis per metaphoram a viro desumtam esse, quasi prudens et victoriam petens sit. Poetam Alahscha dixisse (metr. Motakarib): S i s e n e x s u m, d i o c o n s e s s u s a p o c u l o a m p l o a u x i l i u m p e t o. Nomen Ahsahs a verbo عسعس derivandum, quod contrario modo tam advenire noctis obscuritatem quam abire significat. Dixit poeta metro Redjes utens: D o n e c q u a n d o A u r o r a e i u s i l l u c e t e t n o x a b e a r e c e s s i t a b i i t q u e.

2. Durans, ut, quum in terrae regionem onera sua abiicit, eius fluctus terrae campos tegat.

Pluviam tanquam durantem et largam describit. Ex adhibita voce ملث (subsistens loco) pluviam eum camelo onerario, cuius, si aliquo loco subsistit, onera deponuntur, comparatam esse, cognoscimus. Similem loquendi modum in Moallaka Amru-l'Kaisi v. 77. adhibitum esse videmus. Verbo تغمد tegendi significationem esse. Inde nomen gentis Ghamid [1]) ad gentem Asd pertinentis derivatum esse, quae a tegendo condonandi peccata significationem acceperit, ut in sequente versu (metr. Thawil): C r i m e n, q u o d i n t e r g e n t e m m e a m e r a t, t e x i e t r e x H a d h u r i t a m e G h a m i d a p p e l l a v i t. Djeuharius, qui sub radice حضر versum hunc adnotavit, H o d h u r nomen oppidi in Arabia felice esse dixit. Vox قيل regulum in regione

1) In Kamusi opere legimus, Ghamid cognomen viri Obmar b. Abhd-Allah appellati esse. Eum, qui auctor novae gentis fuisse dicitur, cognomen accepisse volunt, quod res inter gentem in bonum statum redigeret.

lemen designat. Loce vocis ذنبا in Djeuharii epere شرا et leco vocis فسماك legitur فاسماك. Snnt, qui Ghamidum ab hec versu, cuius aucter sit, cognemen accepisse dicant. Alazmāihus auctor est, putcum aquâ abundaro, voce significari.

3. Nullum ex hominibus virum, quem nobis tanquam columen ex iis peteremus, cum eo commutaremus.

Huuc virum tanqnam praestantissimum, quo omnes niterentur, describit. In hoc eutem verba inversa esse et Abu-l'Fathus et Mersukius dixerunt, parum tantum discrepantes. Abu-l'Fathus sic verba dispesuit: ما من فتى من الناس كنا نبتغى به واحدا منهم عميدا نبادله. Mersukius voces من الناس loco adiectivi vocis فتى esse dixit et prenomen in voce به ad vecem فتى redire, ut sensus sit: »Eiua causa desiderabamns nnum ex iis (sc. heminibus).« Vocem واحدا obiectum verbi نبتغى esse et vocem عميدا illi adiectivi loco insorvire. Vox نبادله autem est abiecta praepositione pro نبادل به الناس »pro que hemines acciperemns«. Eedem medo praepositio in versu Ahriki Thajjitae abiecta est (metr. Thawil): N o n o s t f u g a h a b e n d a, q u a i s p r a e c e d i t, nam vocem سابقه pro سابق به dictam esse velunt. Praedicatum autem vocis ما emissum est, quasi dixerit: Nen est vir talis inventus.

4. Die defendendi honoris aut depellendi infortunii, quum onus molestum portans **(p. 466.)** *portare non valet.*

Sensus tertii versns dilucidius explieatur. Virum eum esse, in que in defendendo gentis honore et malis depellendis fiducia penatur, dum alli rei impares sint. Praepositio ل cum verbe نبادله coninngenda est. A verbo عىّ et عَيِىَ haud contrahendo (sed prius frequentius adhibetur), plurales عَيُّوا et عَيُوا formantur, ut حَيُّوا et حَيُوا. Scheliastes dixit, verbi عصل primariam significatiooem esse impediendi et angustum reddendi. Femina si matrimenio impediatur, verbum عضّل cum accusative obiecti adhiberi ot si ipsa difficilem partum habeat, vecem عضّلت in usu esse.

5. Quotiescunque robustum, quem leo in antro suo fortitudine non superat, quum hostis contra eum pugnat,

Ad fertltudinem eius describendam pergens cum leene eum comparat. Viri fortes cum leonibus saepius conferuntur conf. Ham. p. ١٠ v. 3. p. ٥٧ v. 1. p. ١٥٤ v. 1. p. ١٧٨ v. 3. Ut autem fortissimum eum designent, pootae leenem in antro suo Ham. p. ١٣٣ v. 3. et catulos snos defendentem appellarunt c o n f. Ham. p. ٣٢١ v. 3. Voces اصل غابة interierem aotri partem designant. Veces ذو تدرا eum preprie designant, qui allerum vebemonter repellit. Casus genitivus ex emissa vece رب pendet. Scheliastes, verba ما الليث vocibus ذى تدرا loco adiectivi esse dixit.

6. Manu tenuisti, donec eum obsequentem redderes et donec officio satisfaceret, dum eius dorsum depressum erat!

In hoc versu, qui cum priere intime cohaeret, fertitudinem pluribus describit. Eum

adversarium vicisse et ad officium implendum coegisse dicit. Vox يفى est pro يفئ per licentiam poeticam Hamzâ abiectâ, ut يجى pro يجئ dicitur (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 475. 478 sq.). Est igitur للحق pro الى الحق. Si voci اخضع nominativus datur, vox praedicati subiecto antepositi loco est; sin autem casus accusativus, statui describendo inservit. Hoc admisso vox كاهله verbi يفى subiectum est, et Mersukius sequentibus verbis sensum expressit: وحتى عد كاهلة خاضعا للحق راضيا به. Hic autem vocem للحق cum voce خاضعا coniunxit.

7. Vir, qui pudore adficiebatur et sciebat, se cum mortuis coniunctum iri et doni sui mentionem futurum esse.

Hoc in versu, dum ad narrationem indolis viri redit, liberalitatem et munificentiam laudat. Eum ab omni re turpi et avaritia abstinuisse, dum bene sciret, suam famam bonam ob beneficia duraturam esse.

CI.

Dhabbita dixit.

1. O Obajje! ne mortuus sis! sed vivus non semper durat et quem mors adtingit, is longe remotus est.

Carminis metrum Camel appellatum est. Obajjum deplorans verbis لا تبعد in deflendis mortuis frequenter adhibitis, ut tristitiam de iactura ostendat, utitur conf. Ham. p. ٢٠٥ et ٢١٢; tum gemens, talem esse sortem generis humani addit et denique, eum, qui mortuus sit, ad vitam revocari non posse, concludit. Grammaticus Abu-l'Abla dixit, futurum apocopatum verbi تصب e voce من pendere et huic conditioni propositionem consequentem deesse, quasi dixerit: فهو بعيد, quibus in verbis illa propositio consequens esset. Sic quoque in versu sequente (metr. Basith): Qui bonas res peragit, Deus pro iis gratias agit et malum malo (rependit); apud Deum duae res similes sunt[1]) vox الله pro فالله est et in versu Abu-Dsuaibi (metr. Thawil): Tum dixit: Plus, quam vales, tibi impone! ea onere gravata est; qui ad eam venit, is ei non nocebit, vox لا pro فلا est.

2. O Obajje! Si mane habitaculo tanquam pignus traditus es, cuius latera glabra sunt et cuius fundus in latere excavatus est,

Hic versus cum proxime sequente sensu intime cohaeret. Eum e vita decessisse dicit, postquam praeclara facta peregerit. Hoc versu conditio continetur, quam verbis ان تصبح expressit; sed conditio iam completa est, quum vir mortuus sit. Mortuum cum pignore comparat, quod habitaculo traditum non reposcitur. Habitaculum autem tali modo describit, ut sepulcrum significari pateat. In sepulcri latere aut fundo fossa curva لحد appellata erat, in qua mortuum ponebant conf. Ham. T. II. P. 2. p. 57. Scholiastes litteram ة in nominibus locorum frequenter aut addi aut abiici adnotavit, ut in vocibus قرار et قرارة, دار et دارة etc. Litterâ additâ significationem specialiorem fieri.

1) I. e. Duae res similes iis, quas agimus sc. bonum et malum, quibus rependit.

3. Et quot moestos, post eos in pugnam rediens, defendisti, dum fratres eorum testes erant,

Mortuum virum fortissimum describit, qui aliis a suis in pugna relictis auxilium praestaret et contra hostium impetum defenderet. Voces كررت وراء significant, eum in pugnam rediisse, quum alterum ab hostibus pressum cognevisset et verba وبنو ابيه شهود, quae statui describendo inserviunt, indicant, tantum fuisse periculum, ut cognati eius in pugnam redire non auderent.

4. Ob dedignationem et defendendi studium et quod defendis tempore, quo is, qui **(p. 467.)** *honorem defendere solet, vix defendit!*

Hoc in versu causam, cur ita agat, addit et virum supra alios laude extellit. Eum, quamquam periculum bene noverat, tamen non potuisse non alterum defendere, quippe qui ob cognatorum agendi rationem indignatione impietas animi sui naturâ ad defendendum rejictum incitaretur. Verba انفا وحمية, quae cum priore versu coniungenda sunt, modo a grammaticis مفعول له appellato (conf. Gram. Ar. T. II. p. 114.) casum accusativum obtinuerunt, quibus causa agendi indicetur. Scholiastes adnotavit, verbum ذاد proprie in cameliis adhiberi, qui vehementer ab aquae receptaculo propellantur, tum in homines, qui defendantur, vocem translatam esse.

5. Quot captivorum vincula solvisti, et quot petentibus dedisti, qui matutino tempore abeuntes te laudabant!

Hoc in versu et liberalitatem, qua captives redimeret et hospitalitatem, qua petentes exciperet et donis dimitteret, laudat. Hospitalitas autem eius tam excellens erat, ut hospes mane abiens eum laude ornaret. Fieri tamen potest, ut et posterior versus pars beneficentiam designet, qua petenti dona dederit, quum poeta vocibus سائل et اعطيته usus sit. Re sic se habente poeta in versu diversum liberalitatis modum describit. Mihi vere verbum غدا »(mane) abiit« ad hospitalitatis donum petins respicere videtur. Scholiastes, verbum hoc in versu sensum perfectum efferre »matutino tempore exiit«, adnotavit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 575 sq.). Verbi فككت suffixum emissum est.

6. Te laudabat, dum tu laude eius dignus eras et si plus etiam petit, tu plura das.

Summam eius liberalitatem fuisse dicit, nam etsi tam multa dederit, ut laude dignus esset, tamen si ille plus etiam petiturus fuisset, non denegasset. Vox لما hoc in versu pro لن posita est, ut Ham. p. ٢٠١ v. 1. et لما pro لم Ham. p. ١٧٨ infr. et ٣٦١ v. 1.

CII.

Ihcrischah pater Schaghbi filium suum deplorans dixit.

Poeta Ham. p. ٣١١ cognomine Abu-l'Schaghbi Ahbsitae occurrit. Tempore Omajjadarum (Hischami b. Ahbd-Almalec) vixit.

1. Schaghbo si Deus vitam conservasset, dignitas fuisset, qua gentis Modhar dignitas aucta foret.

Mors filium flore aetatis, qua parentes optime de filiis sperare solent, abripuerat. Maxime

autem ob talis filii mortem dolet, qui, si ad maturam aetatem pervenisset, toti Arabum genti decori futura fuisset. A Modharo filio Nisari (conf. Ebn-Kotaib p. 65 sq.) quum maior Arabum pars originem duxerit, hoc in versu nomen totum Arabum genus designat.

2. Schaghbum amisi, dum ob senectutem curvus arcui similis factus eram et quam pravae sunt duae indoles, status filio orbati et senectus!

Queritur, se senem filio privatum esse. Senectutem autem tanquam sibi molestam, ut filii auxilium ipsi opus fuerit, descripsit et gemens dixit, grandaevum et simul filiis privatum esse pro summo malo habendum.

3. Utinam montes in pulverem comminuti corruissent in loco, ubi prostratus est et ne lapis quidem ex eorum fulciminibus remansisset!

Hoc in versu apparere videtur, eum in pugna prostratum periisse, quum poeta vocem مصرع adhibuerit. Optans, ut montes corruissent, summum moerorem ostendit. Verbum تداعى adhibetur, quum plures rei partes corruunt. Montibus autem columnae, quibus nituntur, tributae sunt.

CIII.

Alius filium deplorans dixit.

1. Quam bene egerunt, qui vesperâ te sepeliverunt! Nonne eos terrebat, quod tibi imberbi in sepulcro habitandum erat?

Qui filium suum sepeliverint, eos laudat; sed quasi admirans, quod adolescens imberbis morte abreptus sit, queritur. Mortuum sepelire beneficii loco habebatur et hanc ob causam verbis لله در etc. poeta usus est. Vox در proprie fluxum lactis largum designans in bonum beneficiumque transferri potest. Omne magnum in suo genere Deo tribuitur, ut ad verbum voces illae vertendae sint: Deo est fluxus largus etc. conf. Harir. p. ٣١١. In voce الدافنيك suffixum tanquam accusativum cum participio, quamquam hoc tanquam nomen articulum habet, coniunctum est. Hoc autem locum habere potest, quod الدافنوك idem est ac si dixerit الذين دفنوك confer. Gram. Ar. T. II. p. 184 sq. Scholiastes, vocem, si articulo gaudeat, raro cum sequente voce coniungi, adnotavit. Vox امردا, in qua littera Alif homoioteleuti causa addita est, suffixi vocis مثواك statui describendo inservit. Scholiastes, vocem ab arbore foliis carente et arena herbis nuda in hominem translatam esse, putat.

2. Tanquam vicino gentis, inter quam mutua visitatio non est, quam qui in domibus suis visitat, vita carentes visitat.

Mortuum in sepulcro habitare, magis exornat. Qui inter mortuos habitet, eum, quamquam multorum vicinus sit, tamen consortio carere, quum vicini vitâ privati sint. Scholiastes vocem صمدا proprie in igne adhibitam in alias res translatam esse dicit; tum ad vocem در prioris versus explicandam redit. Vocem proprie nomen actionis in versu significationem intransitivam habere, ut ei boni (خير) significatio tributa sit, neque vero aut tanquam adverbium temporis et loci aut ad statum describendum adhiberi. Hic autem in vocibus explicandis ordo

intordum turbatus indo ortus est, quod in Meraukii codice, ex qno maior scholiorum pars derivata est, duo versus unus statim post alterum scripti et explioati inveniuntur. Mersukius eundom loquendi modum in soquentibus versibus inveniri dicit (motr. Thawil): **(p. 468.)** O arbor Chabur! quid est, quod folia emittas, quasi ob Ebu-Tharifum tristis non sis? sed maiore eloquentia alterum nsum esse dicentem (metr. Thawil): Num post occisum in oppido Medina, ob quem terra tenebris tecta fuit, arborea Ihdhah truncos suos movent? Verbum اهتز (se movere), saepius de plantis, quae redounte vere folia emittunt, usurpari beatus de Sacyus exemplari suo adscripsit.

CIV.
Lebidus dixit.

Voce Lebid saccum, in quo pabulum ad collum iumenti adpouditur, significari scholiastes adnotavit. Plures esse idem nomen gerentes poetas. Nostrum Lebid b. Rabiah [1]) esse. Alter poeta Lebid appellatus est filius Obtharedi b. Hadjib b. Sorarah b. Ohdos. Huic sequens versus adscribitur (metr. Motakarib): Caput ante tempus senectutis canum evasit, et in rebus accidentibus nobis monitum est. Tertius deniquo Lebid filius Asnami o gento Abbd-Allah b. Ghathfan oriundus est.

1. Per vitam meam! Si nuntius verax est, gens Djahfar infortunio adflicta est.

In Mersukii codico hic versus cum scholiis conjunctus maioribus litteris distinctus non est. Tertius versus in margine adnotatus legitur. Lebidus fratrem suum Arbad deplorat, qui fulmine precante Mohammedo ictus erat. Quasi dubitans, nam magnum infortunium verum non esse putamus optantes, ut vera non sit, licet de re non dubitabat, fratrem mortuum laudat. Totam gentem eius morte adflietam esso dicit. Eundem loquendi modum poeta in sequonte adhibuit (metr. Thawil): Dixerunt Hizn, tum animae eorum noluerunt etc. (conf. l. 2 infr.). De voce لعمرى confer. Ham. p. ۴۴۰ de voco نثق p. ۳۱۵ v. 1.

2. Ob fratrem meum, qui quamlibet mihi roganti rem dabat et omne mihi delictum ignoscebat,
3. Qui, et si fulmine nubis ictus est, tamen antea in occursu hostium invadens victoriam reportabat.

In priore versu fratrem erga ipsum liberalem et ad condonandum pronum, in posteriore tanquam fortem laudat. Simili loquendi modo poetae saepius usi sunt conf. Ham. p. ۳۸۸ v. 3. p. ۳۹۴ v. 3. p. ۴۱۹ v. 7. p. ۴۲۱ v. 4. p. ۴۴۰ v. 3. Voci نوء, quao aliis in locis pluviae significationem habet, hoc in versu fulminis significatio tribuenda est.

CV.
Sainab filia Althatsrijjae fratrem suum Iasidum deplorans dixit.

Sunt, qui a fratre Tsaur b. Salamah aut a matre versus dictos esse contendant. Ebn-

1) Poeta tempore Nohmani b. Almondsir vivens Cufae, quo Ohmaro regnante se contulerat, versus finem regni Moahwijahi aetate 145 annorum diem supremum obiisse dicitur. De tempore mortis dissentiunt conf. beat. de Sacy Calil. w. Dimnah, in quo libro Moallakat eius est at Ebn-Kotaib p. 116. Herbelat. T. II, 479. Cit. Alaghani et Tahdsibo-l'Asmâ p. 525.

Challik. No. 832. Iasidus hic, filius patris الصمة appellati, tempore Abbasidarum a gente Hanifah occisus est conf. Ham. p. ٥٦٠. Mater poetriae, cuius filia appellabatur, e gente Iomanensi طثر oriunda erat. Vox طثرة, a qua nomen derivatum esse dicunt, laetis crassi conditionem designat. Sic in versu metri Sarih: Venerunt ad te cameli portantes medicamentum alvum solvens, aquam e into promtam (i. e. celeriter ventrem solventem). Djeuharius s. v. حوث versum hunc adnotavit. Loco vocis عمير habet عميس. Pro nomine Sainab, quod haud derivatum est, etiam Sanbah dicitur. Grammaticus Taahlab Abu-l'Abbasum auctorem citans quendam dixisse refert: Deus amitam meam Sanbah misericordiâ beet. Eam edentem non conspexi, nisi quum pone eam hominem stantem putarem, cui cibum porrigeret.

1. Arbores Atsl vallis Ahkik in vicinitate mea perseverantes video, dum infortunia Iasidum perdiderunt.

Queritur, quod aliae res, quae ei minus cordi sint, immutatae manserint, dum frater, quem in summo amore haberet, interierit. Scholiastes, eam putasse dixit, omnium rerum statum morte fratris sui mutatum iri. Quae autem res quum aliter accideret, eam gementem ista verba protulisse. Arborum Atsl (tamaricis orientalis Forsk.) nonnisi mentionem fecit, quod istae arbores in valle Ahkik ipsi propinqua frequentes erant. Ahkik quum plurium vallium nomen sit (conf. Abulf. Geogr. p. ٧٦ sq.), scholiastes vallem in ditione gentis Abmir, ad Hidjasi provinciam pertinentem esse adnotavit. Plura de vallibus sic adpellatis vide in Ebn-Challikani opere No. 832 fine. Vox مجاورى cum voce بطن sensu coniungenda est, et vox مغيبها loco secundi obiecti verbi أرى est. Similem sensui versum sequentem esse (metr. Thawil): Dicunt Hizn, tum eorum animae nolunt, et quomodo Hizn, dum montes inclinantes sunt? Poeta dicere voluit, eos Hiznum mortuum esse putare noluisse, quum resurrectionis advenientis tempus non vidissent; putabant enim, futurum esse, ut montes morte Hizni mutentur. Simili modo Iasid b. Rabiah b. Moffarigh Himjarita[1]) dixit (metr. Camel): Ventus plorat in moerore suo et fulgur in nube coruscat **(p. 469.)** et ego Bordum (servum) vendidi. Utinam ego Bordo absente bubo (i. e. mortuus) sim! i. e. Cur Bordus venditus est, dum resurrectionis tempus non venit, ut ventus et fulgur abeat.

2. Virum modo gladii formatum, non emaciatum, cuius neque pectus neque mammarum caro laxa erat.

Viri corpus cum gladio comparans laudat; sed idem versus Ham. p. ٣١٧ occurrit. In scholio alter legendi modus وأباجله, qui in Mersukii codice in textu reperitur et in Tebrisii codice superscriptus est, explicatus est, quippe totum scholion ex Mersukii commentario desumtum sit.

3. Quum hospites adveniebant, durus erga familiam erat, ut ahena disponerentur.

Hoc in versu summam viri hospitalitatem et studium, quo hospites exciperet, laudat, quod tantum erat, ut in ipsam familiam dure se gereret, quo celerius hospitalitatis officio satisfieret, ut cibus praepararetur. Et idem versus Ham. p. ٣١٧ occurrit.

1) De poeta conferas Ebn-Challikani opus No. 831. Anno 69 Hedjrae mortuus esse dicitur.

4. Decessit et nos ab eo haereditate accepimus tritam amplam (loricam) et album (politum ensem) Indicum, cuius balteus longus est.

Tanta eius liberalitas hospitalitasque erat, ut mortuus nil relinqueret, nisi quod heroi necessarium erat, loricam scilicet gladiumque. In hoc autem versu eum simul tanquam virum fortissimum laudat, nam eius lorica nulla re nisi crebro usu in pugnis attrita esse poterat, tum quoque gladio longum balteum (conf. Ham. p. ۴۴۹ v. 2. et p. ۴۷۹ v. 4.) tribuens eius staturam tanquam proceram, quippe quae laudi apud Arabes esset (conf. Ham. p. ۱۳۲ v. 1 et p. ۹۳۹ v. 1.), designat. Scholiastes adnotavit, in verbo وورثنا praepositionem من abiectam esse, ut pro ورثنا منه sit. In verbis دريس مفاضة adiectivum دريس ante adiectivum مفاضة, tanquam nomen positum est. Sensus est درعا دريسا مفاضة, nam poetae adiectiva loco substantivorum ponere solent (conf. Ham. p. ۳۱ v. 1. p. ۴۷ v. 2.). Adiectivum ابيض fulgentem gladium designat (conf. Ham. p. ۲۰۷ v. 1.). Gladii autem Indici celeberrimi erant conf. Ham. p. ۲۱۸ v. 2.

5. Manu sua gladium Maschrefiticum rigabat et dona eius ad extremum gentis tractum perveniebant.

Tanta fortitudine erat, ut in nemine nisi in se fiduciam ponens hostes vulneraret et tanta liberalitate erat, ut dona non solum ad propinquos pervenirent, verum etiam extremum gentis tractum attingerent. Gladii Maschrefitici a pagis Syriacis nomen acceperunt (conf. Ham. p. ۱۱۴ v. 3. Beat. de Sacy Chrest. Ar. T. III. p. 53.). Scholiastes dixit, poetam vocem بكفه eam ob causam addidisse, ut ipsum, aliis in auxilium non adhibitis, ista perpetrasse indicaret.

6. Generosus erat, quum ei ridenti occurrebas et si tergum vertebat, dispersum capitis capillum et disiectum habebat.

Eum generosum describit et talem, qui in vestitu habituque se negligeret rebus gentis omnino occupatus. Ante vocem كريم subiectum هو (is) omissum est. Tebrisius verba Mersukii haud bene exscripsit, nam pro على الحال (lin. I.) dicendum fuit فانتصب متبسما على الحال. Propositio autem consequens, quae vocem اذا sequatur, necesse est, voce كريم indicatur. Scholiastes hunc versui sensum inesse dixit: Quum ei occurris, dum contentus, quietus (Mersukius loco vocis ساكتا »silens« habet ساكنا et post addit متبسما »subridens«) est, tibi obvertit faciem generosorum eorumque agendi rationem et quum a te se avertit abitque, eum invenis pulvere inquinatum caput habentem et multis crinibus tectum, cui sui ipsius res tam sibi quam vestimentorum curae non sunt; sed qui nonnisi incursionibus hostilibus et rebus gentis suae bene instruendis occupatus est.

7. Quum viri ad eius domum tendunt, is optimorum consiliorum, quae eum capturum **(p. 170.)** *esse putaverunt, auctor est eademque exsequitur.*

Hoc in versu bonam viri agendi rationem, ut hominum exspectationem non falleret, describit. Scholiastes putavit, voce القوم tam viros gentis suae quam viros aliorum significari posse. Sic quoque verbis versus generaliorem sensum tribuit; sed si versus proxime sequentis, in quo de camelo mactando sermo est, rationem habemus, ad hospitalitatis et liberalitatis officium verba generaliter prolata referenda esse videntur.

8. Lanios eius duos trepidare vides, dum super eius igne ligna crassa aridaque sunt.

Hic versus, in quo hospitalitatem describit, versum tertium, si sensus ratio habetur, melius sequitur. Ut in versu tertio studium, quo hospitalitatis officio satisfaciebat, indicavit, sic quoque in hoc. Duos lanios tremore dixit. Hoc aut fieri potuisse ob timorem, quum dominus ad festinandum impelleret aut ob frigus, quum tempore hiemis et penuriae pauperibus cameles mactare solerent, scholiastes adnotavit. Prior explicandi modus praeferendus videtur, tum quod frigus in illis regionibus tam vehemens vix cogitari potest, ut qui mactando animali, e quo calor prodiret, labore haud facili occupati essent, frigore tremerent, tum quod verbi passivi forma illi aptior est. Pluribus operibus duo simul occupati esse solebant. Ut aqua haurienda, camelo mulgenda, sic camelo mactando duo occupati erant. Voce عداميل vetera et crassa ligna significantur, dum substantivum الخشب ante vocem الهشيم emissum est; sed loco vocis illius vox عدولىّ legitur. Vox عدولى nomen loci in provincia Bahrain est, unde naves appellatae sunt. Alii ad virum aut gentem vocem referunt. Scholiastes dixit, in fluminibus Tigride aliisque arbores coniunctas in modum ratis devehi, ut talia crassa ligna poetria significarit. Quod scholiastes عداميل a singulari عدمل et عدملى derivavit, id minus accurate fecit, quum singularis عدمول in usu sit.

9. Camelam, quae secunda vice peperit, trahunt, cuius optimum os vicina accipit, cuius statum eâ semper occupatus optime novit.

Hospitalitatem eius modumque, quo erga vicinas se gerit, laudat. Optimae camelae mactantur et optima pars mactatae camelae vicinae dono mittitur et nullo modo vicina negligitur. Subiectum verbi يجران duo lanii sunt, qui camelam ad locum, ubi mactatur, vi trahunt. Camela autem, quae secunda vice peperit, optimae aetatis est, ut vix mactetur. Osse mihi os medullosum significari videtur; medulla autem ut cameli gibbus cibi delicati loco ponitur; sed fieri potest, ut os loco membri posuerit. Ex Mersukii commentario لجارة vicinae legendum esse videmus. Scholiastes dixit, vocem خيرها esse pro خير ابدائها »optimum membrum eius«. Vox بصيرا statui describendo inservit; sed ad mortuum, quem deplorat, referenda est. Personam autem quum sequatur (sc. vocem جارة), quacum re vera non cohaeret, pronomen هو exprimeretur, necesse fuit, ut dicendum esset بصيرا بها هو. Nomina enim agentis et adiectiva hisce similia (construendi modo) facta (conf. Gram. Ar. T. I. p. 321.) si voci antecedenti adscribuntur sive tanquam adiectiva, sive modo a grammaticis صلة appellato (conf. Gram. Ar. T. II. p. 259. 261.), sive ad statum describendum, sive loco praedicati, pronomen in se non habent modo, quo verbum ob debilitatem suam id portat. Maior pars grammaticorum Bazrensium pronomen esse expressum vult, ut Abu-l'Hasanus sermonem, qui hanc rationem non sequatur, vitiosum esse putat, dum grammatici Cufenses et pars Bazrensium omitti pronomen, licitum esse dicunt. In Mersukii codice sequuntur verba: وهذه الشاعرة دعتها الضرورة الى وضع المتصل موضع المنفصل فتركت التغيير »et haec poetria metri necessitate coacta fuit, ut coniunctum loco separati poneret et mutationem intermisit i. e. ita posuit, ut cum voce جارة coniunctum videretur.

CVI.

Abu-Hacim Morrita filium suum Hacim deplorans dixit.

Abu-Hacimus sequentes versus dixerat (metr. Thawil): Noctium transitus laetitiâ me adficiunt, dum vitae meae spatium breve reddit, quod Hacimus adolet, metu, ne mors eo relicto mihi superveniat et ad domos gentis ille patre orbatus veniat. Sed quum Hacimus ante patrem morte abriperetur, eum sequentibus versibus deploravit.

1. Sperabam fore, ut Hacimus ad me stans, quum feretrum abiret, humeris me portaret;
2. Sed ante me eius feretrum adlatum est et eum portavi, et vae animae meae! ob feretrum, quod ego portavi.

Pater infortunium, quod filius ante ipsum mortuus sit, queritur. Vox نعش lecticae, in qua rex aegrotus portatur, similem rem significans tum ipsum feretrum, in quo funus effertur designat. In scholiis l. 1. pro ثمر كثر, melius in Mersukii codice est ثمر كثر استعماله. (p. 171.) Vox قيامة verbo ارجى loco obiecti est. Scholiastes adnotavit, isti voci casum genitivum tribui posse, ut voci حكيم adpositioni sit et verbo ارتدانيا locum obiecti teneat. Verbo autem زال abeundi significatio tribuenda est et verbum ارتدانيا verba قيامة على accuratius explicantur. In scholiis l. 3. loco verborum ارتدانيا لقيامة على legendum est ارتدانيا تفسير لقيامة على. In Mersukii quidem textu eodem modo ac in nostro legitur; sed beatus de Sacyus difficultatem sensit, et in Mersukii margine تفسير صح adscriptum est, quo vocem تفسير tanquam bonam inserendam esse, significare solent. Verbum ارتدى proprie significat re tanquam pallio uti et inde rem tanquam pallium in humeris portare. Hoc loco significat, funus in humeris portare. De funere portando etc. conferas Ham. p. ٣٧٧.

CVII.

Monkids Hilalita dixit.

Poeta iterum Ham. p. ٥٣٢ occurrit. Viri nomen apud Meidanium C. 12, 17. invenitur, sed, num idem sit, quis dicere potest?

1. Ut tempus consuetudine nos coniunxit, sic tempus nos separavit.

Tempori res accidentes tribuit conf. Meidan. T. III. P. 2. p. 138 sq. Sed in hoc versu dolorem suum ostendit. Prior versus pars cum posteriore usu vocum بين الفتنا et بيننا non omnino consentit. In posteriore parte vox كذاك ad sensum prioris partis respicit. Scholiastes, istam vocem verbis فرق بيننا statui describendo inservire, adnotavit, ut sensus sit: وكتاليفه فرق ايضا. Vocem الدهر poeta in fine versus repetivit, ut sermonis vis augeretur.

2. Sic in vicissitudinibus agit, dum vindicta tempus non adtingit.

Sensum prioris versus magis explicat. Temporis vi nullam rem resistere posse, dum tempus semper immutatum maneat. Vox كذاك loco obiecti verbi يفعل est. Et in versu substantivum الدهر loco pronominis repetitum est.

3. Eorum avarus eram, qui mihi erepti sunt et longo temporis spatio intermisso solatium adhibui.

Se quidem dolorem ex eorum iactura percepisse; sed tempus solatium adtulisse dicit.

4. Optima autem res, quae tibi in calamitate contingit, patientia est, qua, dum illa advenit, uteris.

Hoc in versu patientiam laudat, qua quis in calamitate occurrente statim uti debet, ut ad eam rofugiendum sit. Similem sensum Mersukius in versibus Chosaimitae invenit (metr. Thawil): وانى وان اظهرت صبرا وحسبة وصانعت اعدائى عليك لموجع ولو شئت ان ابكى دما لبكيته عليك ولكن ساحة الصبر اوسع Et si potientiam et dignitatem[1]) manifesto et erga ioimicos meos simulatione utor, tamen propter te dolore adflictus anm et, si voluissem sanguinem pro lacrymis offundero, enm offudissem; sod tractus potientiae amplior est.

CVIII.

Maijah filia Dhirari Dhabbitae fratrem suum Kabizah deplorans dixit.

Poetria ante tempus Islami vixit. Dhirar, mortui pater, Nohmani tempore vel paulo ante vixit conf. Meidan. T. III, P. 2. p. 256.

1. Ne mortuus sis! sed omnis res abit, o decus conciliorum conventusque, o Kabizahe!

(p. 472.) Ut dolorem suum ostendont, verbis une remotus sis (i. e. ne mortuus sis)! utuntur conf. Ham. p. ٣١٠, ٤٠٥, ٤٦١, tum mortuum alloquens laudat, qui gonti docori fuerit. Io verbis, omnem rem abituram esse, solatium sibi invenit, nam in re, quam necessariam et haud evitandam nobis putamus, facilius solotium admittimus. Verba: net omnis res abitu seotentiam intermediam efficiunt. Scholiastes, poetam voces المجالس والندى, quae eandem significatiooem haberent, adhibuisso adootavit, ut voce المجالس speciales consessus (est enim loco verborum مجالسة خالصة legendum مجالسة خاصة, ut in Morsukii codice legitur), si rerum ab ipso petendarum causa adiebatur, designaret, voce autem الندى totius gentis consessum. Vox قبيصا homoioteleuti causa pro قبيصة posita est. Scholiastes dicit, vocem casum accusativum obtiouisse, ut praecedenti loco adpositioois, modo a grammaticis عطف البيان appellato, sit (Gram. Ar. T. II. p. 284. 529.) aut tauquam personam vocatam ibid. p. 89 sq.

2. Complicabat, quotiescunque avaritiâ seram suam clauseral, ventrem extenuatum propter commeatum turpem.

Hoc in versu mortuum tanquam rerum muudanarum haud avidum; sed generosum liberalemque describit. Tempus penuriae tempore, quo avaritia seram suam clausit, designat; isto enim tempore nemo non rebus suis parcet, ut eas haud facile aliis distribuat. Sed loco activi ابهم passivi vocalos cum nominativo substantivi reperiuntur. Scholiastes horum verborum seosum defioieos dixit, eius rem firmatam esse, ut tanquam lege dofinita res transiri

1) Vox حسبة, quam perperam autumavit beatus de Sacyus, eadem in codice Mersukii reperitur, ut recta habenda sit. Mihi hoc iu versu digoitatis aut huic similem significationem habere videtur, ut cum voce حسيب (maguo aestimatus) cohaereat.

non possit, Arabes ventrioaum non laudant (conf. Ham. p. ٥٥٦ v. 5. p. ٦٣١ v. 2. p. ٧٠٨ v. 1.). Arabibus quoquo laudi est, famen tolerare, ut aliis cibus perrigatur. Hanc rem poetria verbis طوى بطنا (ventrem complicuit) expressit; ventrem enim coustringentes famem melius toleramus conf. Harir. p. ٥٥٥ sq. Talis cibus, qui altero esuriente sumitur, commeatu turpi designatur.

CIX.

Ihcrischah Ahbsita filios suos deplorans dixit.

De poeta conferas Ham. p. ٤١٩, ٤٢٧.

1. Deus tumulos irriget me absente, quos in suburbio Kinnisrini reliqui, pluvia guttatim fluente!

Optat, ut tumuli filiorum pluvia guttatim defluente, qua magna vehemensque pluvia sine dubio significatur, irrigentur (conf. Ham. p. ٤٢٥). Causa, cur hoc poeta optet, iu eo est, ut tumuli semper vireant; contrarium enim verba poetae indicant (metr. Basith): »Ne eos nisi igne ardente irriget!« In itinere, sic coniicio, filii mortui in suburbio oppidi Kinnisrin sepulti erant. De voce حاضر et suburbio Kennisrini conf. libr. meum: Selecta ex histor. Halebi adnot. p. 44 sq., quo in libro plura de situ et historia oppidi Kinnesrin occurrunt conf. Indic. nec non Abulf. Geogr. p. ٣٢٦.

2. Abierunt nolentes vespertino tempore iter facere et temporis calamitates, quemadmodum Deus decreverat, iis supervenere.

3. Et si vesperâ iter facere possent, mecum vesperâ iter facerent et mane cum viventibus in terra versarentur.

Eorum mortem deplorans et gemens dicit, se eos, quum vesperâ proficisceretur, reliquisse. Voces على ظهر sunt pro على ظهر الارض.

4. Per vitam meam! sepulcra occultarunt et ad se traxerunt manus, quae hastas fuscas firmiter tenebant.

Hoc in veram filiorum roborem et fortitudinem laudat. Videmus filios iam adultos fuisse, quod hastarum mentionem fecit. Vox اسل nomen arboris spinis longis praeditae, a cuius similitudine lanceis hoc nomen inditum est. Lanceae fuscae appellantur, quod arundo, e qua lanceae maximam partem conficiebantur, si dura evasit, talem colorem ducere soleret conf. Ham. p. ٣٣١. De lanceis autem pluribus locis sermo fuit conf. P. I. p. 51, 408. 522.

5. Omne bonum, quod vidi malumque eos mihi in memoriam revocat; et eorum recordationem semper habebo.

Scholiastes priori versus parti varium sensum esse dixit. Se, quotiescunque **(p. 173.)** bonum aut pravum hominem viderit, comparatione instituta, eos recordaturum esse aut se eos ob bonum, quod in amicos contulerint et malum, quo inimicos adfecerint, in memoriam revocaturum. Hic autem interpretandi modus mihi maximo arridet, nam, qui ita agebat, perfectus vir habebatur, ut in versu perfectorum virorum laus sit (conf. Hamas. p. ٤٣٨ v. 3. p. ٤٤٠ v. 5. p. ٤٤٧ v. 2.). Tertius interpretandi modus est, eos bonum perfecisse, malo abstinuisse, ut, quotiescunque unum aut alterum videret, filiorum in mentem veniret.

CX.

Vir e gente Asad fratrem deplorans dixit.

Qui quum in terra peregrina morbo implicatus esset, locum relinquens in itinere diem obiit. In Mersukli codice وكان مرض melius legitur.

1. A die mortis tuae longe fugisti; sed quo Dei decretum te perduxit, id transgressus non es.

Rei, quam narravimus, mentionem facit. Eius, quum aegrotus esset, spem fore, ut sanaretur, quum profectus esset, irritam fuisse. Dei decretum neminem effugere posse. Haec verba Arabibus consuetae cogitandi rationi consentanea sunt conf. Meid. T. III P. 2. p. 137. Loco vocis ابعدت legitur ابعطت. Verba من يومك, dum vox يوم diem mortis significat, cum voce الفرار verbis inversis coniungenda puto. Scholiastes vero praepositionem cum verbo ابعدت coniungendam putavit, ut verbo fugiendi significationem tribuerit, et tali modo sensum definiverit: »fugisti a termino vitae tuae longâ fugâ«. Grammatici partem sermonis cum altera coniunctam صلة appellatam anteponi non posse autumant; id quod quamquam in prosa interdictum sit, tamen in poesi interdum admitti posse videtur. Sed loco vocis ابعدت legitur quoque اسرعت. Hac voce recepta, quum grammatici voces من يومك neque cum verbo اسرعت neque cum voce الفرار coniungi posse dicant, verbum, quocum cohaereat, supplendum putant. Verba حيث etc. locum obiecti verbi جاوزت occupant. Locus Corani, quem huius rei probandae causa scholiastes citavit, Sur. 6, 124 invenitur, quo autem loco in textu impresso رسالته legitur, dum رسالاته alter legendi modus est. Idem loquendi modus in verbis, quae tanquam diserta ab Arabibus adhibita sunt, est »Ea hominum pulcherrima est ubi adspiciens adspicit i. e. facie sua«.

2. Si cautio a morte liberaret, te cautio ab eo, quo adflictus es, liberasset.

De cogitandi modo conf. Meid. 5, 91. 23, 343. 515. Virum tanquam cautum descripsit, ut ob segnitiem, quae ab eo profecta sit, morti non succubuerit. Cautionem hac in re inutilem esse, Vocem الحذر in versu repetivit, ut inde vis sermonis cognosceretur.

3. Deus tui miserebitur, in cuius amore fiducia digni nil impuri erat.

Quum fratrem suum sincero amore amplexus sit, ut summam fiduciam in eo ponere posset, ei mortuo misericordiam a Deo futuram certo scit. Ex hoc autem versu sequi videtur, versus post Mohammedis tempus compositos esse Praepositio من ad accuratius definiendum (للتبيين) (conf. Gram. Ar. T. I. p. 490.) inservit. Qualis autem fiducia sit, e sequentibus videmus. Fiducia in amore sincero est.

4. En! ita tempus abit et in eo scientia perit et vestigium deletur.

Quae autem ipsi acciderint, nova non esse; sed tempus suo semper modo agere, ut, quae nobis nota sint, evanescant et eorum vestigia deleantur. In Mersukii autem codice, sensu haud mutato, versus sic legitur: فهكذا يمضي الزمان ويذهب العلم فيه ويدرس الاثر.

CXI.

Mater Kaisi e gente Dhabbah oriunda dixit.

1. Quis ligitantibus erit, si clamor magnus ab iis tollitur, post mortem Ebn-Sahdi et quis equis gracilibus longis collis praeditis?

In Ebn Sahdi morte deploranda primum queritur, quod illo mortuo nemo sit, qui lites dirimat et qui equis generosis vehatur. Litigantes tanquam tales descripsit, qui magnum clamorem tollerent, ut vehemens litigatio cognosceretur. Scholiastes, ut vocem ضجاج nomen esse probaret, poetae Alahdjdjadj versum adnotavit sequentem, quo bellum descripsit (metr. Redjes): Effecit, ut clamor cum strepitu magno homines tegeret et eius (belli) malum timens clamavit et vehementer barrivit. Graciles equi laudantur conf. Ham. p. ٦٨ v. 2. Longum collum equis laudi est.

2. Quot in consessibus, in quibus vicem absentium omnino gessisti, dum principes hominum praesentes erant **(p. 474.)**

Hoc in versu, qui cum proxime sequente sensu cohaeret, mortui auctoritatem et eloquentiam in hominum consessibus laudat. Is absentium iura defendebat, dum principes aderant. Casus genitivus vocis مشهد e particula و, quae loco vocis رب est, pendet. Vox ناصية *nantiae* eodem modo, quo ذوابة, cui eadem significatio est, principem significat.

3. Rem sermone haud obscuro in tuendis iuribus et corde intrepido rem clare exposuisti!

Hisce verbis versus prioris sensus completus fit. Vocem لسان (lingua) pro sermone posuit et in Corani loco Sur. 14, 4. ipsa legatio nomine لسان insignitur.

4. Quum viri debilitas lanceam vilem reddit, Ebn-Sahdus hastam duri ligni movet.

In rebus difficilibus, in quibus alii animum abiiciunt, durum se fortemque probat. Lanceae mentionem fecit, ut virum se aliis non submittere, significaret. Poetae saepius talem animi indolem probaturi lanceam commemorant. Sic Sohaim b. Watsil Rijahita dixit (metr. Wafir): Lanceae nostrae cortex dura laedit, collum socii ea vehementer extendit. Melius Ahmru b. Celthum in Moallaka v. 57 sq. rem descripsit.

CXII.

Alnabeghah Djahdita dixit.

De poeta conf. Ham. p. ٣٣٨. Ibi altera pars eiusdem carminis esse videtur, nam unus versus idem est.

1. Nescisne, me Moharibo privatum esse et hodie neque tu neque ego eo fruimur.

Coniugem alloquens se ipsum et coniugem filio suo morte privatos esse queritur. In voce لنا littera Alif homoioteleuti causa addita est.

2. Et ante eum Wahwahum amisi, qui frater meus uterinus erat amicusque sincerus.

Filii mors maiore tristitia poetam adficit, quod antea fratrem amiserat, ut nulla solatii causa remaneret. Frater ex eadem matre natus sincera amicitiâ ei deditus fuerat. Nomen

Wahwah derivatum esse dicunt a leni sono, qui similis litterae Ha similisque sono تخنع appellato e pectore emittatur. Venatori pernoctanti وحوحة esse i. e. ob frigus manus eum afflare, et mulierem repudio dimissam, coram obstreticibus anhelantem relinqui dicunt. Poeta Dsu-l'Rommah dixit (metr. Thawil): Iam effecerat, ut possessor sagittarum vigilaret, qui fame adfectus, dum ei super extremitatibus cubitorum suorum anhelitus erant, pernoctavit.

3. *Virum, cuius virtutes perfectae erant, nisi quod generosus erat, ut nil opum relinqueret.*

Summam illius viri liberalitatem laudat. Voci فتى aut accusativi casus, ut laudando (conf. Gram. Ar. T. II. p. 94 et p. 81 sq.) inserviat aut casus nominativus, ut loco praedicati subiecti هو omissi sit, tribui potest. Verba غير انه etc. exceptionem, in qua res excepta cum praecedentibus non cohaeret, efficiunt conf. Gram. Ar. T. II. p. 403. Modum hunc laudandi Abu-l'Ahbbasus Mohammed b. Iasid[1]) nomine الاستثناءات insignivit et nostrum versum et Nabeghahi (Dsobjanitae) (metr. Thawil): Vitium in iis non est, nisi quod eorum gladii rupturas habent, quod cum turmis strenue pugnabant pro exemplis adnotavit. Scholiastes dicit, grammaticum Ebn-Barhanum ipsi sequentem versum, **(p. 175.)** qui Ohmaraho b. Ahkil b. Bslal b. Djerir b. Ahthijjah b. Alchathafa[2]) tribuatur, recitasse (metr. Thawil): Deus bonum retribuat, et retribuendi facultas in eius manu est, genti Banu-Darem pro omni iniusto et debitore. Ii sellam meam portaruut et depositum meum solverunt et plumas anteriorum pennarum[3]) mihi reddiderunt. Et vitium in iis non est, nisi quod ahena eorum pecoribus tam nota sunt, quam anni steriles et filiis suis, etsi gloriam iis reliquerunt, drachmarum opes non reliquerunt.

4. *Vir erat, in quo perfectae erant indoles, quibus amicum gaudio adficiebat, quamquam aliae (indoles) inimico displicebant.*

De hoc versu, ubi loco verbi تمم legitur كان, locum Ham. pag. ۴۳۸ conferas.

CXIII.

Vir e gente Banu-Hilal patruelem deplorans dixit.

1. *Num post eius mortem, qui e gente Maihsi in loco Alnohf sepultus est, in loco Marran viator hospitalitatem sperat?*

Mortuo summam hospitalitatem adscribit, ut eo mortuo hospitalitatem desiisse queratur. Cur scholiastes hoc in versu vocem النعف nomen proprium loci esse dixerit, causam non video, nil enim obstat, quin tanquam nomen appellativum locum sepulcri designet.

1) Grammaticus cognomine Almubarred natus sine dubio significatur. Natus est anno 210 aut 207 mort. anno 286 aut 285 in urbe Bagdad conf. Ebn-Challik. No. 647.

2) Poeta insignis, disertus in deserto Bazrae degens. Chalifas gentis Ahbbasidarum adiens pulchra dona accepit. Grammatici Bazrenses in lexicographia eum auctorem sequebantur. Seriem poetarum disertorum hunc poetam clausisse dicebant conf. Citab Aiaghan. et Ham. p. ۷۷۴.

3) Verbis ريش القوادم opum depositarum partem minimi pretii significare videtur.

2. *Noctu advenientibus ipse (vir) locus pulcher, ubi quietem caperent, erat et matutino tempore advenientibus locus pulcher, ubi meridie quiescerent.*

Hospitalitatis modum describit. Non solum noctu advenientes, quemadmodum mos ferre solebat, hospitaliter excipiebat, verum etiam mane advenientes. In hoc maioris hospitalitatis indicium invenio. In Mersukii commentario legimus, voces أى معرس esse pro معرسا واى معرس et sic أى مقيل esse pro مقيلا واى مقيل, quibus verbis admirandi sensus insit, ut hospitalitas eius vehementer laudetur.

3. *Memor sis filiorum mulierum pudicarum, nobilium e gente Malici, quae filios optimo marito educant.*

Quomodo versus hic sensu cum antecedentibus cohaereat, non video. Accusativus vocis بنى ex omisso verbo اذكر pendet, ut verba laudi inserviant.

CXIV.

Cibd-Alhazah Ihdjlita dixit.

Ante Mohammedem vixit, quum Almocassirus, cuius mortem deplorat, die Dau-Kar (conf. Meid. T. III. P. I. p. 557. et Pocock. specim. p. 438. 461.) vixerit.

1. *Eheu! Almocassirus periit, o gens Becri! et nobilitas periit et gloria antiqua.*

Magnam calamitatem morte viri accidisse dicit, quum ipsi omnis nobilitas et gloria antiqua cum ipso viro periisse videatur. Sine dubio significare vult, gentis nobilitatem eo mortuo imminutam esse. Simili modo poeta Ham. p. ۳۹۸ v. 2. et p. ۴۳۱ v. 2. locutus est. Verbis يال بكر in auxilium vocari dixit Mersukius et discrimen statuit esse inter hunc loquendi modum et يا لبكر, qui admirationem exprimat conf. Gram. Ar. T. I. p. 475. Vox باع proprie spatium inter duas manus extensas significat. Inde verba طويل الباع »Is cuius spatium inter manus extensas longum est« potentem et contra قصير الباع impotentem designat. Tum minus bene hisce verbis liberalis beneficusque et contra avarus significari videtur, quasi vox باع eandem significationem quam vox يد »manus« habuerit. Minime probandum videtur, quod denique potentiam ipsam et liberalitatem voce باع significarint, ut in nostro versu sic apud Harir. p. ۳۷۷ conf. ibid. p. ۴۰۸. Verba الحسب التليد gloriam a patribus hereditate acceptam significant, duplex enim honor erat aut hic aut factis generosis paratus.

2. *Eheu! Almocassirus periit! Tum attritos pedes habentes equi quiescebant et gens ab aliis remota.*

Virum laudaturus in terras remotas incursiones factas narrat, quibus longe itinere pedes equi attererentur. Eo mortuo utrique parti quies est. Voci حريد separati et ab aliis remoti significationem esse, scholiastes versu Djeriri probare studuit (metr. Camel): In viae latere domos nostras exstruimus neque aliorum vicinitatem petentes neque seorsim habitantes et versu metri Redjes: Si duo noctem nubibus nigris praeditam in servitutem redigunt ex proposito per omnem stellam separatam et versu alius (metr. Motakarib): Separatim in luce subsistens, solus, zelotypus

(p. 476.) Scholiastes adnotavit, Almocasair cognomen eius esse, qui nomen Iasid b. Henthselah b. Tsahlebah b. Sajjar gerens die Dsn-Kar sequentes versus dixerit (metr. Redjes): E g o E b n - S a j j a r s u u m i u s d e f e n d e n s s u m, q u i e v o b i s f u g i t, a c o m p o t o r e s u o f u g i t e t a b e o, q u o d d e f e n d e n d u m e s t, f u g i t[1]. U t i q u e c o r r i g i a e c o r i o s u o r e s e c a t u r. Quum agmen gentis Thai in regionem gentis Becr b. Wajel incursionem faciens captivos adduxisset, Mocassirus in gentem Thai irrumpens omnibus opibus potitus est et captivos fecit. Said-Alchailus[2]) autem gentem Taim-Allah b. Tsahlabah invadens dixit (metr. Thawil): Q u u m g e n s I h d j l p e r n o s c r i m e n a l i o r u m f r i c a t, n o s c r i m e n g e n t i s I h d j l p e r g e n t e m T a i m - A l l a t f r i c a m u s[3]). Abn-Hilalus, poetae potius حفيات »attritas ungulas habentes« dicendum fuisse, adnotavit, quum vox حاف significationem nudi pedis habeat. Hanc significationem hoc in versu locum habere non posse, quippe Arabum equi ferrati non sint. Contra autem alii dicunt, viri huius equos ferratos non fuisse, quod nimis occupatus aut alias ob causas rem omitteret.

CXV.

Ebn-Ohban Fakahsita fratrem deflens dixit.

1. Propter virum instar Hammomi sinum diffindunt et luctum manifestant mulieres maritis orbatae.

Ob mortem Hammami luctum magnum esse dicit. Ut Hammamum extolleret, على مثل همام »propter virum instar Hammami« dixit, quibus in verbis virtutis laus est; sed neminem nisi Hammamum ipsum istis verbis designare vult. De luctu ob mortuum c o n f. P. 1. p. 430. P. 2. p. 16. 105.

2. Vir gentis erat, cui si in gente occurrebas aut si alio loco conspiciebatur aut loca conventuum viros continebant,

Ubicunque locorum et omni statu eum viri virtutibus ornatum principatum gessisse dicit. In voce فتى, ut Ham. p. fff v. 6., laus est; sed subiectum هو ia supplendum est. Ut autem eum talem omni loco et omni statu se ostendere, significet, gentem suam aliis opposuit, nam verba سوى الحى aliam gentem quam suam mihi significare videntur. Sed quum verba او حضر etc. genti opposita non sint, status viri, qui concionibus virorum oppositus est, cogitari potest. Scholiastes loca, ubi gentes in conventibus regum convenirent, cogitavit; sed in verbis nil video, quod ad reges spectet.

3. Contendens sermone cum hominibus neque lingua difficilis erat neque molestus iis, qui una aderant.

Moderationem in sermone, ut rectum modum semper teneret, laudat. Neque talis erat, qui loqui non posset, neque semper verba faciens aliis molestus erat. Loco vocis لا »dominus«

1) Sequentia verba in proverbii consuetudinem venere. Inter duas res similitudinem et cognationem esse significant. confer. librum Citab-Alaghani et Meidan. T. III. P. 2. 308. Rasmussen Additam. p. ٣٣.

2) Ob multos, quos possidebat, equos cognomen obtinens postea a Mohammede ob bonas viri indoles cognomen الخير boni accepit. Filius Mohalheli ben-Saidan e gente Thai oriundus erat.

3) Loquendi modus c r i m e n f r i c a r e a corio, quod fricando aptatur molleque redditur, desumtus videtur. Noxâ aliis illatâ crimen minus molestum ingratumque redditur.

i. e. talis, quo alter, quominus loqui auderet, impediretur, عبا onus legitur i. e. talis, qui nimium loquens aliis oneri esset. Post vocem يقاعد suffixum supplendum est. Huic simillimus versus Ham. p. ۴۴۱ legitur.

4. Longum gladii balteum habens, dum eius venter mane gracilis erat et petentes eum laudabant.

Tam eius corpus quam liberalitatem laudat. Corpus procerum, qualis nobilium est (conf. Ham. p. ۱۳۲. ۴۹۱ v. 3.), habebat, sed minime obesum, qui vituperationi esse solet (conf. Ham. p. ۹۳۱ v. 2.). Moslimus dixit (metr. Thawil): يطول مع الرمح الرديني قامة ويقصر عند طول كل نجاد Cum lancea Rodainitica eius statura longa est et omnis longus balteus ei nimis brevis. Matutino tempore, quo cibum Arabes sumere solent, cibo abstinebat, ut petenti daret.

CXVI.

Ebn-Ahmmar Asadita filium Mâihn appellatum deflens dixit.

1. In loco Chosr-Sabur versatus sum, quum gemitus tuus, o Mâihne! me expergefaceret. **(p. ۴۲۲.)**

Narrat, se in loco peregrino filium aegrotum curasse, ut eius gemitu e somno expergisceretur. Verbum ظل primum quidem tempus diei significans tum nullo discrimine facto de omni tempore adhibetur. Hoc videre licet e Corani loco Sur. 16, 60. Scholiastes dicit, Chosr-Sabur nomen loci in Persia siti esse, a duobus regibus Chosrew et Sapor appellati. Alii dicunt scribendi modum falsum esse, rectum Djisr-Sapor »Pons Saporis«. In Abulfedae geographia de hoc loco nil invenitur.

2. Dum alii te negligentes dormiebant, ego expergefactus sum, donec morte te vocante gemitus abruptus est.

Curam suam, qua in aegrotum intentus fuerit, describit.

CXVII.

Tharif ben-Abi-Wahb Ahbsita filii mortem deflens dixit.

1. O Rabiaha! in quadam huius (luctus) parte lente age et pulchre te gere, nam desperatio interdicitur et patientia pulchra est!

Maritus ob filium morte amissum uxorem consolatur et ad patientiam hortatur; quum nimia tristitia inutilis sit. Uxor nomen رابعة habebat, quod in alloquendo brevius redditum est (conf. Gram. Ar. T. II. p. 92.). Scholiastes Alazmâihum vocem مهلا duabus particulis coniunctis مه et لا ortam putare adnotavit (conf. Ham. p. ۱۳۱). Particulam لا vocibus additam esse, ut cum perfectis coniungi possit; sed mihi rectius a verbo مهل derivata videtur, ut nomen actionis sit ex imperativo omisso pendens. Accusativus vocis بعض a verbo omisso كفى (retine!) regitur. Voce غذا nimium luctum significat, ut substantivum omissum sit. Post verbum اجملى obiectum omissum cogitari potest. Verba autem وفى الياس ناه »et in desperatione interdicens est« significant, eum, qui de re desperet, ea quasi interdicta abstinere debere, quum tristitia ob talem rem inutilis sit. Sed est alter legendi modus فى الناس »in hominibus« i. e. inter homines esse, qui patientiae operam dent et suo exemplo a nimia

tristitia dehortentur. Similem sensum Ausus b. Hadjar (poeta tempore paganismi) verbis sequentibus expressit (metr. Monsarih) O anima! in tristitia pulchre age, quod enim cavos, iam incidit!

2. Quem enim deploras, eum terra et fovea incurva, excavata removit.

Hoc versu causa, cur nimia tristitia uxori abstinendum sit, continetur. In terra sepultum ad homines reduci non posse. Sepulcrum verbis زوراء القاع (curvus loci) poeta insignivit, quod in sepulcri latere foveam curvam pararent (conf. Ham. P. 2. p. 25, 138.). Substantivum حفرة supplendum est conf. Ham. p. ٤٥٣ v. 1. Idem quoque adiectivo دحول designatur, quae vox magis ad homoioteleuton constituendum, quam ad sensum complendum addita videtur.

3. Sibrikanus et Haritsus in foveam eum dimiserunt et ante te in terra gentibus exitium erat.

Sepulturam describens ex eo solatium capit, quod talis omnium mortalium sors sit. Duo viri, qui mortuum in foveam demisisse narrantur, sine dubio eius cognati aut amici erant, nam mortui sepeliendi officium propinquis amicisque erat. Sibrikan ben-Badr initio Islami vixit conf. Moid C. I, 1. Qui si noster est, tempus, quo carmen compositum sit, quodammodo coniectura definiri potest. Vox لحد foveam in latere sepulcri paratam designat conf. Ham. T. II. P. 2. p. 25 sq., in quo mortuus ponebatur. Vox غول de interitu, qui homini subito supervenit, adhibetur. Sic in versu poetae (metr. Thawil): وما ميتة ان متها غير عاجز بعار اذا ما غالت النفس غولها Nullus mortis modus, si ei forti animo succumbo, dedecori est, quotiescunque animae interitus suus supervenit.

4. Qualem virum ibi abscondiderunt, dum eorum manus simul terram superinfundebant!

Admirans et mortuum magnifaciens haec verba protulit. Simili loquendi modo poeta Ham. p. ٣٤٨ v. 5. usus est. Posterior pars verbis Ham. p. ٤٢٣ v. 3. similis est. Scholiastes verba حثى et حال sic distinguenda esse adnotavit, ut illud terram offundere in rem terrâ in aerem elatâ, hoc terram effundere terrâ haud elatâ significet. Illud autem facere eum, qui prope non adstet, hoc eum, qui ad sepulcri latus prope adstet. Vox معا autem significat, rem eodem tempore factam esse.

(p. 478.) *5. Erat ac si terra ampla lateribus suis me attolleret ac circumverteret.*

Magnum dolorem, quo ipse mortuo sepulto corriperetur, significat. Ob dolorem vertigine capitis correpto ipsi terra, lateribus contractis, ut terra nimia angusta esset, in orbem circumverti videbatur. Vox الفضاء appositionis locum tenet; تصعد pro تتصعد est et verbum ope praepositionis ب transitivam significationem accipit. Eadem verbi تجول, post quod بى supplendum est, ratio est. Quae scholiastes de littera ت vocis ثمت adnotavit, ea versum priorem, in quo vox occurrit, spectantia e commentario Meraukii descripta sunt. Causa, cur scholiastes post hunc versum ea adnotaverit, nulla esse potest, nisi quod res in scholiis ad priorem versum neglecta ipsi maioris momenti videretur, quam quae omnino omitteretur. Litteram ت feminini signum esse dicit. Hoc femininum, quod Ham. p. ٣٣١ ad rem (القصة)

reforendum esso dicit, hoc loco ad indolem, proprietatom (الخصلة) refert. Signum feminini tam cum nomine ot adiectivo, quam cnm verbo, raro autem cum particula coniuugi. In nomine, si quiescat, in litteram ه mutari et casus signum in istam litteram transferri. In vorbo litteram ت semper inveniri ot quiescero, nisi quum cum altera littera quiescente conveniat. In particulis autem semper vocalem Fatham habero.

6. Et qui tempore Obbaid-Allahi hebete visu me adspexerat, is iam acri intuitu me adspexit.

Filium mortuum talom doscribit, quem patria inimici timerent, ut patrem nonnisi leni vultu adspicere auderent. Filii morte rerum atatum mntatum osso, ut nomo inimicitiam patri vultu ostondere timoret. Inest igitur in versu filii laus tanquam viri fortis ot patrem defendentis. Verbnm شد hoc in vorsu significationem a c r e m, v e h e m e n t e m r e d d i d i t habet, voci autem الطرف m o v o n d i p a l p e b r a s i n i n t u e n d o significationem Morsukius dat. Hoc in versu filium Obbaid-Allah, in proxime sequonte Ahbd-Allah appellavit. Qnid rectum sit, nescio. Pootae metri ratione adducti virorum nomina interdum permutare solent (c o n f. libr. meum: Darstell. d. Arab. Verskunst p. 509.). Qnod antom poeta وهو كليل pro كليلا posuit, id motro homoiotelentoqno tribuendum est.

7. Profecto! etsi Ahbd-Allahus e loco suo decessit (mortuus est) tempore, qdo iuventus mea cum senectute commutatur.

Vorsus sensns nonnisi sequento versu absolvitur, dum verborum لئن كان propositio consequens verbis لقد بقيت continetur. De usu vocis لئن c o n f. Ham. p. ٤٢٩ v. 4. p. ٣١٥ v. 1. De loquendi modo خلى مكانه conf. Ham. p. ٣٧٩ v. 5. Scholiastes in voco حين explicanda Abu-Hilali sentontiam oxposuit dicentis, vocem hoc looo nonnisi casum genitivum habere posso, siquidem vox, quacum حين coniungatur, declinabilis sit; vocem autem, si cum verbo coninngatur, aut accusativum aut genitivum habere posse. Hoc fieri posso, quod tres casus habens in genitivo positum sit, illud autem, quod cum voce indeclinabili coniungatur. Vocem ipsam indeclinabilem fieri, qnod duae voces coninnctae unam rem designent. Vox autom حين hoc in versu ox mea sententia non solum cum una voce شيبى; sed cum tota phrasi شيبى بالشباب بديل coniuncta est.

8. Tamen lancea mea dura remansit, quamquam cutis mea adfligitur et flacca fit.

Nihilominns tamen, etsi iuvenis non sit; sed ad senectutom prope accodat, aliorum voluntati non subiectum se honorem suum defondere. Hoo significaturus lanceam suam duram esse dixit. Poetae talem animi indolem cum lancea, quao nonnisi cum moleatia recta reddi potost, oompararunt oonf. H a m. p. ٤٧٤ ot Ahmru b. Colth. Moall. v. 57 sq. De voco نهكة c o n f. Ham. p. ٣٥٩. Verbum ذبل significat, cutem carne disparente flaccidam fieri.

9. Non autem est status, qui in alium statum non mutetur et cesset.

In hoc solatinm est. Ita rorum humanarum naturam esse, nt semper mutentur et ceasent. Homlui igitur moriendum esso.

CXVIII.

Alohtbi dixit.

1. Tempus mecum filios meos divisit et quum eius dimidium finitum esset, meum dimidium intrasit.

Iniustitiam temporis accusat dicens, tempus primum ipsi dimidiam filiorum partem morte eripuisse et tum et alteram ipsi relictam partem invasisse. Tempori Arabes summam potentiam, cui nemo resistere possit et iniustitiam adscribunt conf. Moid. T. III. P. 2. p. 138 sq. Scholiastes ex Mersukii commentario exscribens legendi modum, qui in textu reperiatur, per longum temporis spatium usitatum fuisse adnotavit. Quendam virum doctum loco vocis بشطرِه, ut in Mersukii codice pro مشاطرا exsistit, legisse بشطرة et تَقَصَّى شَطْرَه. Modum autem (p. 479.) legendi falsum esse. Cum hoc loquendi modum a grammatico Abu-Saide adnotatum بنو فلان شطرة (gens quaedam tot mares quot feminas complectitur) cohaerere. Legendi modum تقصى شطره (ad ultimum dimidiae partis pervenit) alteri tam sensu quam vocibus praeferendum esse. Se autem legendi modum بشطره praetulisse, quod vox سطرة in portionibus adhibita non sit; vox autem شطر cum mediae partis significatione frequenter inveniatur. Hanc dimidiae partis significationem in proverbio (Meid. C. 6, 18.) »Tempus dimidias eius partes (i. e. bina ubera) mulsit« i. e. experientia edoctus fuit, inveniri. In Tebrisii codice voci علا alter legendi modus مال (inclinavit) superscriptus est.

2. Eheu! utinam mater mea me non peperisset et utinam ego te praecessissem, quum ad unum scopum curreremus!

Tanto eo eius mortem dolore adficitur, ut aut se natum non esse aut ante eum diem obiisse optet; mors enim scopus est, ad quem omnes mortales currunt. Calamitatem igitur tanquam gravissimam et non ferendam describit.

3. Ab eo cognomen accipiebam et quotiescunque isto nomine me appellabant, lacrymae super iugulum defluebant.

Pater a filio cognomen accipiebat. Sic Mohammedes Abu-l'Kasem cognominatus est. Filium habere patri decori erat, quo autem melior et clarior filius erat, eo maius patris decus. Filio autem mortuo recordatio, quum isto cognomine appellaretur, ut lacrymas largas emitteret, effecit.

4. Dente ungueque contra hostes instructus eram; sed neque dentem meum neque unguem meam iam timent.

Filio vivo, quum robore et fortitudine praeditus esset, contra inimicos defensus erat, ut nemo eum laedere auderet. Iam nunc auxilio filii privatus a nemine timetur. Vir fortis aliisquo timendus saepe cum animali rapace, praesertim cum leone, qui tam dentibus quam unguibus vulnerat, comparatur conf. Ham. p. ٤٥٣ v. 1. p. ٤٧٨ v. 3. p. ٢٦٧ v. 2. etc. Nec vero, quemadmodum scholiastes adnotavit, iste comparandi modo arma designantur. Scholiastes dicit, poetam velle, se neque dentem neque unguem amplius habere, ut timeatur et loquendi modum similem in hemistichio inveniri (metr. Sarih): Non ibi videbis lacertam in latibulum intrantem (i. e. nullam).

CXIX.

Mulier patrem suum deplorans dixit.

1. Quotiescunque quis Ahlium vocat, terrore perculsum me invenio, quemadmodum Hab Hab vocans pullo orbatam camelam terrore implet.

Patria morte se tantopere adflictam esse, ut solo patris nomine, quod vocans enunciet, terrore impleatur. Nomen patris mortui Ahli erat. Ut autem summum sui ipsius terrorem designaret, eum cum camela pullo orbata contulit, quae si vocatur, terrorem concipit. Vox جَرُول camelam designat, quae pullum aut morte amisit aut quod mactatus fuit. Dixit Warka b. Sohair (Frater Kaisi b. Sohair b. Djadsimah est) (metr. Thawil): Vocavit me Sohairus sub pectore Chalidi et ad eum sicut camela pullo orbata festinans veni. Verbum اهاب, quod proprie modum significat, quo pastor camelos voce Hab prolata vocat, in omnem vocandi modum translatum est. Dixit poeta (metr. Thawil): Dico, dum nos gens sumus, hospitem suum honore excipientes, o Ebu-Ghallake! camelos ad te voca et retromanentes camelos voca!

2. Quot autem vocati ei vocato similes non sunt, etsi eodem nomine vocati respondent.

Patrem suum omnibus praehabendum esse dicit. Esse quidem plures idem nomen gerentes; sed animi indolibus ei dissimiles esse.

CXX.

Vir quidam e gente Calb oriundus dixit.

1. Deus tempus dedecore adficiat, cuius malum ante bonum est et dolorem, quo morte Zafijji post Mahbadi mortem adficior!

Poeta tempori tanquam personae male precatur (conf. Hamas. p. ٣٠٧ infr.), quod antequam bono sperato potitus esset, malo ipsum adflixerit, tum quoque dolori male precatur, quo ob mortem Zafijji post mortem Mahbadi adflictus fuerit. Dicit igitur, se plurium **(p. 480.)** amicorum iacturâ uno post alterum mortuo adfectum esse.

2. Fratrum meorum partem superstitem tempus abripuit et quaenam est tristitia mea aut quomodo eorum iacturam patienter feram?

Scholiastes vocibus بقية الاخوان optimos eius fratres significari posse putavit (conf. Ham. p. ٣٥ v. 7.); sed eorum potius sententiae faveo, qui partem superstitem nonnullis mortuis designari contendunt. Illis quoque morte abreptis non poterat non summo dolore adfici, ut tempori male precaretur. Verbis autem فما جزعى significare vult, in tanta iactura dolorem suum minorem esse quam deceat, ut pro nullo habendus sit. Hisce verbis se solatium quaesiturum non esse ostendit.

3. Si unam tantum manum amisissem (ferendum esset); sed manus mea altera post alteram abiit.

In versu, qui Ham. p. ٣٠٦ iterum occurrit, causam exponit, cur in hac calamitate nullum solatium sit. Si ipsi una pars fratrum alterâ relictâ morte abrepta fuisset, in parte super-

stite solatium esset; sed omnibus fratribus amissis omni auxilio destitutam se esse. Comparavit fratres, qui auxilio erant, cum sua ipsius manu; manus enim ea pars corporis est, qua homo opus facit et se defendit (conf. Meid. C. 24, 32. 27, 46. 51.). Propositio, quae particulam نْ sequi debet, hoc in versu omissa est, quippe quae ex toto sermonis nexu cognoscatur. Suppleudum est لتعزيت بسلامة الاخرى nego solatium ex saluto partis alterius caperemc (conf. Gram. Ar. T. I. p. 161 sq. et Tom. II. p. 420.). Simili modo in versu est (metr. Sarih): Si eos (camelos) canendo propulisset Abu-l'Djudi carmine Redjes longo homoioteleuto, dum aequales sicut dactylorum nuclei erant.....

4. Et inravi, me ob mortuum tristem futurum non esse; nunc mihi ob mortuum satis tristitiae est.

Hoc in versu, qui Ham p. ٢٠٧ iterum occurrit, maximam tristitiam ostendit. Se tantâ tristitiâ impletum esse, ut nulli tristitiae futuro tempore locus sit. Similem sensum Ham. p. ٣٦٢ v. 5. p. ٢٠٢ v. 3. expressum invenimus. Scholiastes litteram in fine quiescentem et signo Djesm praeditam vocis قدْ, necessitate postulante, vocali enunciari posse adnotavit. Rem in Antarahi versu sequente inveniri (metr. Camel): Eme (o femina) pudorem tuum, ne pater tibi sit! et scito, me virum esse, qui moriturus sit, si non occidatur, nam homoioteleuton in fine vocis اقتل vocalem Kesra requirit; nec non in versu Nabeghahi (metr. Camel): Iter appropinquavit; sed cameli nostri iam sellis instructi erant, ac si iam... (in itinere). Scholiastes porro adnotavit, si voci قد littera ى addatur, قدى dici, ut littera د quiescat; sicuti in vocibus عنى et منى videro liceat. Dixit poeta Said-Alchail (metr. Wafir): Nisi dixisset: o Said-Alchaile! iam mihi sufficit, sane Nowairaha cum sudariis stetisset (i. e. se eum occisurum fuisse). Necessitate coactos Arabes قدى dixisse, et talem versum a grammatico Sibawaihi recitatum esse (metr. Redjes): Iam mihi sufficit deceptorum duorum auxilium, iam mihi sufficit; Imamus non est avarus et haereticus. Est autem in versu alter legendi modus: فاليت اسى بعدهم اثر هالك iuravi, me iis mortuis nullum mortuum deploraturum esse ut vox اثرٌ, quippe quae tempus designet, accusativum obtinuerit. Legendi modo recepto post vocem اليت negandi particula omissa est, quam ellipsin grammatici scholae Bazrensis vituperant (Gram. Ar. T. II. p. 473.).

CXXI.

Arabs campester dixit.

1. Deus tempus dedecore adficiat, cuius malum ante bonum est! Debitum exegit; sed erga nos in exigendo haud bene egit.

Tempori (ut Ham. p. ٢٠٧ infr. et p. ٢٧٦) male precatur, quod iniuste erga ipsum egerit. Scholiastes hoc loco priorem versus partem diverso modo quam Ham. p. ٢٧٦ infr. explicavit. Malum non tempore; sed iudicio bonum praecessisse, ut malum eius plus quam bonum fuerit, quippe omnis res numero vincens alteram praecederet. In posteriore versus parte hominem quasi tempori debitum describit, ut quem dederit, eum etiam reposcere liceat; sed, si quis rem mutuo datam ante tempus reposcit, erga debitorem dure agit.

2. Vir erat, qui avaritiam in animo suo non absconderet, quum eius anima duplex secreto secum deliberaret.

Virum tanquam liberalem et beneficum laudat. Sunt quidem, qui, dum liberalem **(p. 481.)** animum ostendant, avaritiae in occulto dediti sint. Hec poeta in viro negasso videtur. Eum, quum animus, qnid sit agendum, dubius haereret, nulle mede avaritiae in anime adhaesisse. Verbum طوى complicandi modum, quo pannus complicatur, significat. Panno autem super re complicato res absconditur. Animum viri cum panuo qnedammodo comparavit. Similis loquendi medns Harir. p. ٥٥٦ schol. l. 1. invenitur. In posteriere versus parte modum describit, qno in re peragenda heme deliberat, dum animus eum modo dehortatur, mede impellit. Hanc duplicem cogitandi ratienem duarum animarum deliberationem appellavit. Arabum philesophi animae facultates conditionesqne diversis nominibus distinxerunt; sed de hoc in poetae veteris verbis nullo modo cogitandum est. Verbo ائتمر mutnae censultationis significationem scheliastes tribuit, dum in peetae verbis (metr. Motakarib): ويعدو على المرء ما يأتمر Et vire supervenit id quod sibi propesuit sensum invenit similem proverbio Meid. C. 24, 256. »Qui alteri feveam fedit, iu eam incidit«.

CXXII.

Alobairid Iarbuihta dixit.

In explicando nomine scholiastes voci ابرد, a qua forma deminutivi derivata sit, quadruplicem ratienem osse dicit. Primum vecem de nube frigida seu grandinem continente adhiberi. Sic in hemistichio poetae (metr. Thawil): Quasi ii caprae sint, dum nubes grandinem demittit (i. o. terrore impleti), tum in taure maculis albis nigrisque distincto dialecto Arabiae felicia propriam vocem adhiberi. Extremam quoque partem diei, ut de duabus dualis adhibeatur, veco designari. Sic in versu (metr. Wafir): Quum extremis duebus temporibus diei genae dorcadum gramine sitim explentium in arena, magnis eculis praeditarum arboro Artha tanquam cervicali utuntur. Hec autem in versu توسد est pro تتوسد. Vex جوازى metri causa cum Nunnatione enuncianda est; vox عين autem casum nominativum hemoieteleuti causa, ut sit pro وهن عين, obtinuisse videtur. Quartum vocis explicandae modum adnetare scheliastes omisit. Alobairid autem filius Almoahdsdsari b. Kais b. Ahttab b. Haramijj b. Rijah b. Iarbuh b. Hentselah b. Malec b. Said-Manat b. Tamim peeta egenus erat. Mortem fratris sui Boraid deplorat.

1. Quum nuntius Boraidum mortuum esse nuntiasset, ob summam tristitiam varias formas induere visa est terra et dorsum fractum fuit.

Dolorem vehementem, quem mortis nuntie adlato senserit, describit. Tantus erat, ut animi deliquium passuro ipsi terra varios coleres accipere et dorsum fractum videretur. De mode, quo apud Arabes mortui nuntius divulgabatur conf. P. 1, 258, P. 2, 8. 48. Verbum تغول a nemine غول daemen derivatum videtur; daemenibus enim proprium erat varias formas induere (conf. Caab b. Sohair. v. 8.). Vex فرط casum accusativum obtinuit, siquidem causam indicat.

2. *Infortunia animae supervenerunt, ut ebrius viderer, cuius caput vino circumverteretur.*

In describendo statu suo pergit. Voci عساكر infortuniorum vehementiae significatio tribuitur. Sic in hemistichio Tharafahi (metr. Redjes): Vehementia amoris eius impletus erat. Mersukiua adnotavit, legi quoque posse بهامتى, quod, etsi linguae ratio permitteret, metro repugnaret. Voce هامة proprie summum capitis designari puto.

3. *Vir erat, qui si dives erat, profusum in opibus se gerebat, sin vero opes eius paucae erant, eius latus paupertas non depressit.*

Virum laudat in omni vitae statu talem se gerentem, qualem esse deceret. Opulentiam paupertati opponit. Liberalitas eius tanta fuisse dicitur, ut opes perderentur, id quod Arabibus laudi est. Tum pauper factus, se non abiecit vilem beneficii causa adiens conf. Meid. C. 20, 33. 21, 47. Similem sensum Hodsailita expressit dicens (metr. Motakarib): ابو مالك قاصر فقره على نفسه ومشيع غناه Abu-Malleus solus paupertatem fert et opulentiam suam divulgat (conf. Ham p. ٣٤٨ adn.). Ante vocem غنى aubiectum هو (is) supplendum est. Post particulam pronomen هو poeta repetivit, ut vis sermonis augeretur. Vox مال est pro ماله; sed ماله legi licet, ut pronomen in verbo (i. e. vir) subiectum verbi قل sit. Accusativus sensum verbi specialiorem reddit Gram. Ar. T. II. p. 113 sq. Scholiastes similem loquendi modum in Corani loco Sur. 19, 3. adnotavit.

4. *Res altas attingere studuit, quibus, quamquam difficiles erant, potitus est, ut facilitas difficultatem attingeret.*

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, dicit, eum difficultate haud deterritum rebus altis, quibus studuerit, potitum esse, ut difficiles esse cessarent.

5. *Vir erat, qui lacte hospitalitatis officiis se non satisfacere putaret, quum hospites adveniebant, nisi mactatis camelis.*

Hospitalitatis modum describit. Dum alii hospitibus advenientibus lac porrigebant, is camelos mactandos curabat, ut carne satiarentur. Tali autem hospitalitatis modo non poterat non camelos, quae opum praecipua vel potius unica pars esset, perdi. Particula او locum particulae الا tenet, ut particula أن, quam futurum Nasbatum sequatur, supplenda sit Gram. Ar. T. II. p. 29.

(p. 182.) 6. *Num rectum est, o servi Dei! quod Boraido non occurro per totum tempus, quamdiu dorcades albae caudas movent?*

In hoc versu, qui in codice Mersukii alia manu ad marginem scriptus est, queritur, quod Boraidus ipsi morte ereptus sit, ut eum nunquam conspecturus sit. Huic simillimus versus Ham. p. ٤٤٤ invenitur. Vox حقا tanquam praedicatum, cuius subiectum verbis ان لست etc. continetur, accusativum obtinuisse videtur ob verbum كان omissum. Verbis ما لالا العفر proverbialis loquendi modus continetur. Sic apud Meid. 23, 331. legimus: لا افعل ذلك ما لالات العفور باذنابها »Non faciam id, quamdiu dorcades caudas movent« et ibi alter legendi modus

verbis versus nostri aequalia adnotatus est. Frequentissimus autem est Arabibus talis loquendi modus conf. Meid. C. 23, 284. 299. 315. 322. 326.

CXXIII.

Salamah Djohfita fratrem uterinum deplorans dixit.

Scholiastes nomen Salamah arboris esse; Salimah autem petram significare cum plurali Silâm dixit. Grammaticum Alnadhr [1]) eius pluralem eum vocali Fatah pro vocali Kesra adnotasse. Aldjohfi nomen familiae ad gentem Alkain pertinentis esse dicunt; adiectivum gentilicium abiectis duabus litteris Ia et additis duabus novis formari. Nomen autem primarium et haud derivatum putatur. Qui autem putant, familiae nomen Djohf esse, iis grammaticus Tsahlab contradicit. In eo autem, quod nomini primitivo duae litterae additae sunt, vox كرسى aliaeque illi nomini similes inveniuntur. Grammaticus Abu-l'Abla Djohfi familiae nomen ad gentem Modshedj pertinentis esse dixit. Pluralis eius abiectâ litterâ Ia, ut زنج ex زنجى et روم ex رومى formatur. Dixit poeta (metr. Redjez): Gens Djohf in regione Nedjran trahit hastas [2]); non sunt instar gentis Djohf in loco, ubi greges adaquantur. (Vocem مشرع nomen proprium loci esse nullibi inveni). Nomen Djohfi a verbo جحف, cui arborem cum radice evellendi significatio sit, derivandum esse et significationem in verbis Mohammedis traditione ad nos delatis occurrere »Credens in Deum segeti virenti similis est, quam ventus modo huc modo illuc flectit et incredulus arbori firmae in terrae superficie similis est, quae una vice cum radice evellitur«.

1. Animae secreto dico, dum eam vitupero: Vae tibi! quaenam est haec animi durities patientiaque?

Se fortem ac patientem in perferendis calamitatibus describit; sed hoc in casu, quo fratre suo uterino morte privatus sit, patientiae locum non esse. Arabum poetae interdum animam tanquam personam alloquuntur. Similis loquendi modus Ham. p. ۴۴ v. 4. invenitur. Interrogatio in versu vituperandi verba exprimit et vox التجلد tanquam appositum vocis هذا (conf. Gram. Ar. T. II. p. 285. 529.) casum nominativum obtinuit.

2. Nescisne, me, quamdiu vivam, fratri meo haud occursurum esse, quum artus eius sepulcrum tegat?

Calamitatem, in qua patientiae locus non sit, describit. Verba الا تعلمى adfirmant sermonem, quum interrogandi particulâ, quae negationi aequalis sit, cum negandi particula coniunctâ negatio in adfirmationem permutetur. Vocem ان autem pro ان dictam esse volunt, ut aut ad virum aut pro انه, ut ad rem referatur. Membris autem nomen وصل inditum esse, quod unum cum altero coniunctum sit.

3. Separatio unius noctis mihi morti similis videbatur; at qualis separatio est, cuius tempus promissum mortuorum resurrectio est!

Amorem, quo fratrem amplecteretur, describit. Tantus erat, ut ne unam quidem noctem

1) Alnadhr b. Schomail grammaticus Bazrensis anno 204 in oppido Merw diem obiit (conf. Meid. T. III. P. 2. p. 213.)
2) Hoc significare videtur, eos fortes in pugnis vulnerari, ut in corpus infixam hastam secum trahant.

eo carere posset. Iam nullam spem eius videndi nisi die resurrectionis esse. Particula كَ nominis loco est et grammaticus Abu-l'Abbas, Abu-l'Hasanum Alachfasch secutus, particulam extra metri necessitatem nominis locum tenere permisit, sequentem versum adducens (metr. Basith): Num abstinetis? Et sceleatos nil tam bene cohibebit quam confossio, in qua multum olei et lini[1]) (ad curandum) consumitur. In hoc autem versu particulam كَ subiecti locum verbi ينهى habere dicit. Grammaticus Sibawaihi rem nonnisi in poesi ob metri necessitatem permissam censuit. Nil obstat, quin vox كالموت describendae **(p. 483.)** rei inserviat, quasi dixerit: »Videbam rem similem morti«. Praepositio من sensui accuratius describendo inservit (Gram. Ar. T. I. p. 490.), ut sensus sit: putabam separationem meam ab eo morti aequalem aut rem morti aequalem perferebam ob separationem unius noctis; qualis autem status meus est, dum mors nos separavit? Simili modo praepositio Cor. Sur. 22, 31. adhibita est. Sed licet quoque verba من بين loco secundi obiecti verbi أرى habere, quippe quod verbum verbis افعال القلب adnumerandum duo obiecta habeat Gram. Ar. T. II. p. 580., ut praepositio من ex sententia Alachfaschi, quod caeteri grammatici non permittunt, in sermone affirmante superflua sit (Gram. Ar. T. I. p. 490.). Voces فكيف ببين per ellipsin verbi explicandae sunt et praepositio ب superflua videtur (conf. Gram. Ar. T. I. p. 470.), ut sensus sit فكيف كان الامر بينا. Voces وكان ميعاده الحشر, quum locum adiectivi vocis بين teneant, praeteritum verbi كان pro يكون adhibitum est. In margine codicis Mersukii ex commentario Abu-l'Fathi, quem beatus de Sacyus exemplari suo quoque adscripserat, adnotatio legitur sequens: قال ابو على سالت ابا بكرٍ يوما عن الافعال يقع بعضها موقع بعض فقال كان ينبغى للافعال ان تكون كلها مثالا واحدا لانها لمعنى واحد ولاكن خولف بين صيغها لاختلاف احوال ازمنتها فاذا اقترن بالفعل ما يدل عليه من لفظ او حال جاز وقوع بعضها موقع بعض. قال ابن جنى وهذا كلام ابى بكر عال فاعرفه.

4. Et tristitiam meam levat, quod eum aliquando sequar et si vita extenditur.

Nonnisi in eo solatium videt, quod tempus futurum sit, quo e vita decedens ad eum perveniat. Mortuorum resurrectionem respicit, nam in morte sola, nisi cum ea coniungeretur, nullum solatium esset. Vox نفّس amplitudinem et longum sermonem designat. Cum hoc verbi نفّس (longum reddidit) significationem cohaerere existimo.

5. Vir erat, qui in pugna gladio ius suum daret, quum vocans clamaret et per quem cameli mactandi infelices essent.

Viri fortitudinem in pugna et hospitalitatem laudat. Gladium personam esse fingit, cui ipsi officia praestanda sint. Verba اذا ثوب etc. tempus accuratius definiunt. Ponit eum iam pugnasse, tum iterum ad pugnam vocatum pugnare. Gladius quum possidentis utendus esset, hoc gladii ius appellatur. Qui significationem vocandi in verbo ثوب cum veste,

1) Ut nos pannum lini divellimus, sic Arabes funes contortos (فتل), quos divellebant, vulneribus sanandis imposuisse videntur. Silentio praetermittendum non est, grammaticum Abu-l'Hassan aliter intellexisse versum, quam a me versus est. Ex grammatici sententia versus sensum offert, sceleatos nullo modo cohiberi confossione etc.

quam vir in deserto, ut eminus conspiciatur, micare sinit, cohaerere putat, errare mihi videtur. Vocandi significationem cum revertendi et iterandi significatione cohaerere puto. Ex voce تثويب, quam de modo, quo ad preces publicas vocatur, adhibent, videre licet, verbum ثوب non simplicem vocandi; sed iteratis vicibus vocandi significationem habere. Hac autem in re causam invenio, cur iterum cum ad pugnam vocatum putem. Qui semel vocatus pugnat, laudem insignem non meretur; sed qui pugnando fatigatus in pugnam redit, maiore laude dignus est. Qui autem tot vicibus hospitibus camelos mactat, ut cameli hanc ob causam infelices appellentur, ei summae hospitalitatis laus tribuenda est.

6. Vir erat, quem, quotiescunque dives esset, opulentia ad amicum propius adduceret; paupertas autem ab eo removeret.

In duplici vitae statu divitis pauperisque laude dignum se ostendebat. Similem sensum Ham. p. ۴۸ v. 3. adtulimus. Dives ad amicos accedebat, ut beneficia in eos conferret, pauper ab iis recedebat, ne molestus esset. Post ويبعده vox عنه supplenda est.

CXXIV.

Ahmraha e gente Chatsahm oriunda duos filios deplorans dixit.

1. Profecto! iam contenderunt, me utriusque causa tristitiâ adfectam esse; et num tristitia est, quod dico: Eheu! patrem eorum!

Fuisse videntur, qui matrem ob filiorum mortem nimiae tristitiae accusarent. Negat, se verbis suis tristitiam ostendisse. Verbum زعم maxime de rebus haud veris adhibetur. Vox وا باباهما tribus partibus composita est, una particula وا, quae in luctu et dolore adhibetur, altera voce بابي et tertia pronomine هما. In voce بابي vocalis Kesra cum sequente Ia in vocalem Fatham cum littera Alif mutata est, ut in vocibus باداة pro بادية et ناصاة pro ناصية conf. Ham. p. ۱۲ v. 1. Grammaticam autem constructionem scholiastes sic explicavit: Vocem جزع esse praedicatum subiecto suo, quod verbis ان قلت, quae seorsum vocis قولي habeant, contineatur, praemissum. In voce اباهما pronomen هما subiecti locum tenere, cuius praedicatum انا praepositum sit. Quae diximus, Sibawaihi sententiae consentanea sunt; grammaticus Alahfasch casum nominativum, quum locus (ظرف Gram. Ar. T. II, 97. 512.) definiatur, positum censet i. e. ni fallor, quod بابي sit pro بموضع ابي (loco patris mei). Quidam بانا هما in versu legit i. e. loco mei ipsius ii duo sunt i. e. ego eos per me ipsum libero. Pronomen انا (ego), cui casus nominativus sit, genitivi quoque loco poni, ut dicatur: هو كانا (is sicut ego est) et انا كهو (ego sicut is sum).

2. Ambo fratris loco in agmine erant ei, cui frater non erat, quum calamitatem **(p. 184.)** *timens eos advocaret.*

Eos cuilibet petenti auxilium tulisse dicit. Sensus versus ad verum Ham. p. ۵۸ v. 3. proxime accedit. Poeta voces من et اخوا, quae coniungendae erant (ut vox من loco genitivi esset), interpositis vocibus في الحرب, quae loco definiendo (ظرف) inserviunt, metri causa disiunxit. Mirum est, scholiasten voces في القوم loco vocum في الحرب posuisse; sed in vo-

cibna في القوم alterum legendi modum cognoscimus, quippe vox القوم in Tebrisii codice superscripta sit. In scholiis Tebrisii saepius alterum legendi modum, qui in Mersukii codico reperitur, explicatum videmus; sed in nostro loco in Morsukii textu في الحزب est, quamquam in scholiis, quae Tebrisius exscripsit, في القوم legitur. Vocis اخوان littora ان, ut coniungendi modus indicetur, abiecta ost. Simili modo in versu a scholiasto citato voces coniungondae disiunctae sunt. Versus, cuius metrum Basith est, hunc sonsum offert: Quasi soni postoriorum partium sellarum o ligno confoctarum, quae celoriter nos abducunt, soni pullorum gallinao sint. Scholiastcs, ut causam adforat, cur pootria اخا, uec voro اخ, dixerit, poetriam hanc vocem cum pronomino coniungere, in animo habuisse putat. Tum vero inductâ litterâ Lam, qua couiunctionis (اضافة conf. Gram. Ar. T. II, 47 132.) vis augeretur, litteram Alif abiectam non esso. Litteram uonnisi, si vox cum pronomine coniungatur, manere, sin sola ponatur, اخ dici. Praedicatum vocis لا omissum esse, quasi dixerit; لا اخاه موجود »cuius frater existens non ost« aut في الدنيا »in mundo non ost«, legendum enim esse puto موجود او في الدنيا, quamquam in Mersukii codico موجودا وفي الدنيا legitur. Si poetria لا اخ له dixisset, vox له loco praedicati vocis لا csset. Talo discrimon inter verba لا ابا لك et لا اب لك est. Scholiastes adnolavit, so dixisse, poetriam litteram Lom, ut coniunctio, quam sibi proposuerit, confirmaretur, introduxisso, quoniam illa coniunctio, quam in animo haboret, in numerum non referatur, quippe frater non determinetur et littora Lam proprio coniunctionom tollat. Littoram autem Lam nonnisi duplici modo introduci, uno quum res negetur, quemadmodum nostro loco factum sit, altero quum exclametur, ut in verbis يا بوس للحرب, quorum sensus est: O malum bolli!

3. *Ambo pulcherrima laudis veste tecti erant, in qua conservanda, prout poterant, arari.*

Laudem pulchram, qua ornati essent, eos multum cavisso, ne perderent, dicit. Poetria laudem cum veste, quippe laus virum ornet, comparavit, qua pulchro modo utitur, nam vox لبسة vestiendi modum significat. Vita cum veste comparata est conf. Ham. p. ٢٢ v. 4 et p. ٣٢٢ v. 4; sed laudom cum voste comparatam esso, in Hamasae libro altero loco non invenimus. Scholiastes verbo لبس fruendi significationem dedit, ut in poetae verbis (metr. Thawil): Patro meo per totam vitam fruitus sum, ut diu cum eo vivorem et patrueles meos avunculumquo meum consumsi. At vero mihi et in hoc citato versu vestiendi significatio apta videtur. Accusativus vocis احسن modo nominis actionis vel obiecti absoluti (مفعول مطلق) conf. Gr. Ar. T. I. p. 113. positus est. Vox شحيحان praedicatum subiecto suo كلاهما praemissum, dum verba ما اسطاعا عليه, nomine temporis omisso, tempori definiendo inserviunt. In verbo اسطاعا, quod pro استطاعا dictum est, videre licet, duabus litteris ت aut huic similibus convenientibus, ut durus euunciondi modus diminuatur, unam saepius omitti.

4. *Duae lucernae nobis accensae, tum vero extinctae sunt, quarum splendor initio noctis iter facientibus lucebat.*

Ob excellentiam viros duos cum duabus lucernis, quao morte extinctae sint, comparavit,

tum comparatio ad hospitalitatem laudandam duxisse videtur, nocte enim appropinquante in locis elatis, ut viatores invitarentur, ignem accendere solebant conf. Ham. p. ٦٦١ v. 1. Comparationi isti similis est, quod viri celebres et excellentes cum sole, luna et stellis conferuntur Ham. p. ١٠٨ v. 4. p. ١٨٠ v. 3. p. ٧٠٠ v. 2. Honor autem nocte tenebrosa lucere dicitur conf. Ham. p. ٧٠٢ v. 2. Scholiastes vocem شهابان, cui vox منا adiectivi loco sit, subiectum esse posse adnotavit, ut verbum اوقدا pro praedicato habeatur, aut vocem شهابان praedicatum esse omisso subiecto هما (ii duo). Scholiastae, qui verbis ثم اخمدا (tum exstinctae sunt) significari putat, iis tempus ad statum perfectum perveniendi haud concessum esse, non adsentior, quum in verbis praemissis eos imperfectos fuisse, non inveniam.

5. Quorum animos, quum in terra, ubi mors timenda esset, versarentur, nonnisi enses quietabant.

Fortissimi et fiducia pleni describuntur. In terra, ubi hostium insidiae timendae erant, non in sociis comitantibus; sed in armis et fortitudine sua fiduciam ponebant. Similem quodammodo sensum posterior versus pars (Ham. p. ٣٣ v. 4.) a scholiaste citati offert. Quod post verbum تخفر praepositio من posita est id aut modo ellipsis obiecti aut modo pleonasmi, qui in phrasibus affirmantibus rarior est, explicare licet. De hoc pleonasmo conferas Ham. p. ٤٢ v. 1. in verbis يهد من ثناءى et Gram. Ar. T. 1. p. 491.

6. Quum divites erant, omnes amore suo amplectebantur et eorum opes amicis semper utilitatem adferebant.

Liberalitatem eorum tempore, quo divites erant, tam erga gentem suam quam erga amicos peregrinos laudat. Scholiastes priorem versus partem ad tribules eius, posteriorem partem ad peregrinos, qui amicitiae vinculo cum eo coniuncti erant, referendam esse dixit. Voce الجميع gentem totam significari posse, quum vocibus الجميع et الجمع congregatorum significatio sit, vocem الجماع autem dispersorum significationem habere. Sic in hemistichio metri Sarih: Ex congregatis non dispersis.

7. Quum pauperes erant, ob mortis metum eodem loco non subsistebant et amici **(p. 485.)** *noxam ab iis inferendam non metuebant*

Agendi modum tempore paupertatis describit. Fortes sese ostendebant iustosque, fortes, dum motu mortis haud retenti in peregrinas regiones incursiones faciebant, ut opibus potirentur; iustos, dum clientibus sua non eripiebant neque eisdem oneri erant. Arabes paupertate pressi rapinas licitas laudeque dignas putabant. Similem sensum poeta in sequente versu expressit (metr. Motakarib): Abu-Malec paupertatem suam solus ferens et opulentiam suam divulgans. Verbum جثم proprie de ave loco suo subsidente adhibetur. Vir autem, qui paupertate sua contentus domi manebat, ab Arabibus الضاجع et الضاجعي appellabatur. Talem vitae rationem poeta homines vituperaturus respexit (metr. Wafir): Ii coetus sunt similes sideri ursae[1]), quod locum non mutat cum

1) Nomen ursae sidus tam maioris quam minoris ursae significat. Utrumque sidus locum in coelo non permutat et hanc ob causam tam Phoenicibus quam Graecis viae duci in itineribus inserviebat conf. Ideler Untersuch. über die Sternnamen p. 3 sqq.

stollis non proficiscens. Scholiastes, qui omnia o Merаukii opero excerpserit, quum nonnisi postrema scholii verba Mersukio adscripserit, iniuste egit, vocem scilicet موليّاها, quamquam dualis formam babeat, non duos amicos, sed potius unum quemque amicum designare dicens conf. Gram. Ar. T. II. p. 143 sq. Simili modo verba لبّيك et سعديك adhiberi.

8. Profecto! mihi displicet, quod eorum uxores diu innuptae manserunt et quod eorum equi, postquam ungulas laesas habebant, sellis instructi non sunt.

Duplicem moororis causam adfert. Queritur uxores eorum innuptas mansuras esse et eques eorum, iis mortuis, sellis haud instrui. In utroque autem mortuorum laus cernitur. Uxores aliis viris non nubent, quod iis meritis aequales non inveniant, et, quum fortitudine illis aequales nou inveniantur, equi ad incursiones facieudas sellis non instruuntur. Laudatos viros iu hostes saepius incursiones fecisse, ex eo videmus, quod ungulas laesas equis tribuit. Scholiastes adnotavit, verbum عنس tam in prima quam in secunda forma feminas maturas diu manere innuptas significans, de viris quoque adhiberi. Sic in verbis, quae pars versus metri Wafir esse videntur, reperiri: Et donec semicanam comam habes et uxore caros. Scholiastes putat, illos viros in matrimonium duxisse duas uxores, quas nondum e domo patria et sua habitacula eduxissent, ut quasi revera innuptae manerent.

9. Et non poterant non thronorum duorum, quorum optimae columnae eruleae sunt, inclinari.

Familiam horum virorum cum throno aut habitaculo, quod columnis sustentatur, comparasse videtur. Morte igitur virorum, qui loco columnarum erant, non potest non fiori, ut columnis submotis tectum decidat. Gloriam potentiamque quum poetae cum aedificio (conf. Lebid. Moall. v. 58.) comparaverint, poetria dicere voluisse videtur, virorum morte gloriam et potentiam gentis deminutam esse. Vocis autem عرش significatio latius patet, quam ut in hoc versu accuratius definiatur. Tecto instructum fuisse, quod columnis sustentaretur, ex versus verbis videmus. Nil igitur obstat, quin thronus vertatur, qui tali modo instructus potentiam designare potest. In proverbio (Meid. C. 4, 8.) ثل عرشه »Thronus eius fractus fuit« i. e. eius potentia evanuit, dicitur. Vocem غمّا cum vocali Fatha dialecto propriam enunciandi modum habere, consuetum autem enunciandi modum cum vocali Kosra et Medda esse, scholiastes adnotavit. Finitis iis, quae ex Mersukii codice excerpsit, Tebrisius in fine totius quaedam Abu-l'Ahlae dicta interdum addere solet. Huuc morem in nostro quoque carmine secutus est. In prima versu وا بابا هما poetam dixisse vidimus. Abu-l'Ahlam in dictatis suis ad hunc locum dixisse, voce rariorem loquendi modum contineri et quod mutetur littera Ia nomini suffixa in litteram Alif, id eleganti sermoni proprium non esse. Retulerunt grammatici, Arabes hoc nonnisi in sermone facere, qui invocando non inserviat. Et quum loquendi modus بابي frequens factus esset et ante eam vocem particula (وا) poneretur, quam in deflendo mortuo interdum adhiberent aut e numero particularum (ut يا) esset, quae invocando inservirent, litteram Ia in litteram Alif commutatam esse, ita ut vocibus يا غلاما iste loquendi modus similis redderetur. Praepositionem autem Ba, quae genitivum regat, loco

litterae, quae pars nominis sit, positam esse. Sic poeta metre Redjes utentem dixisse: O tu leco patria mei ea et e tu maier quam pater[1])! Grammaticum Aiferra sequentes versus recitasse (metr. Redjes): Puellae dixerunt: Quandam vitae rationem secutus es et opprobrie me adfecerunt, dum opprobrio adficiendus non eram. Tu non abiisti nisi ut corrumperes. Num tibi placet[2]), te motu incessus equini incitati denari, leniore in obscuritate quam tactus Zephyri? Hoccene est an crassum, corpulentum tibi dabimus? Et dixi: Minime! Hoc vobis sit, o per patrem meum! Vos crimen non committere et opibus non spoliari decet. In hisce versibus, quorum sensus non omnino clarus est, interpretis in verbis هيدبا هيدبا maximam difficultatem invenere, ut in tres sententias abirent. Pars comam mulieris, pars clunes, pars equum significari putat, ut sensus sit, se equo vehi quam eorum consortio uti malle. Voces autem اِ, et يا in tali loquendi modo ellipsi admissa explicandas esse, ut in verbis يا خذ الدرهم »O cape drachmam!« nam post vocem يا vox فلان supplenda est. In secundo versu vidimus, vocem اخوا a voce من, quacum coniungenda esset, separatam fuisse. Grammatici istam rem necessitate metri cogente licitam esse, exemplis probare studuerunt. Utramque autem vocem neunisi voce in sermone quodammodo superflua ut praepositione aut voce a praepositione recta aut nomine actionis aut voce tempori vel loco definiendo inserviente separari. Rem in sequente versu inveniri **(p. 186.)** (metr. Wafir): Hirsutus quasi leo ossa frangens sit, adauefactus audaciâ frangendis collis. Hoc enim in versu vox جرءة quodammodo superflua est. Versum autem Ferasdaki sequentem duplici modo explicari posse (metr. Monsarih): O quis vidit nubem, ob quam inter pedes frontemque leonis vigilans fui? una, qua post nomen prius vox الاسد omissa sit, altera, qua dicere voluerit ذراعى الاسد وجبهته. Priorem explicandi modum praeferendum esse, quippe quo nonnisi una res necessaria sit, nempe nomen abiectum esse, quod sequentibus indicetur; alterum autem reiiciendum esse, quippe quo duae res necessariae sint, una res, nomina coniuncta intercedente voce separata esse et abiectam esse vocem, quacum vox جبهة coniuncta sit.

Abu-Rijaschus versus Darmae filiae Sajjari b. Ahbahbah feminae Djahdariticae suos fratres deploranti tribuit. Versuum omnium primos sequentes fuisse: Homines nil aliud volunt nisi dicere: Ii duo! ii duo! et si nos potuissemus, duo alii, quam hi duo fuissent (i. e. res iis non accidisset). O filii duo vetulae, cui tempus gentem recusavit et cui praeter eos nemo nisi Deus erat. Grammaticus Abu-l'Ahla in explicando nomine Darma dixit, voce درماء feminam significari, cuius ossa non promineant et alias significationes habere. Nomen Ahbahbah, si sine puncto efferatur, a voce عبعب, cui perfecti, completi (de iuventute) significatio sit, derivandum esse et istam significationem in sequente versu inveniri (metr. Redjes): Iam in regionibus admirau-

1) Ante vocem باب articulum posuit, quasi littera ب pars nominis esset.

2) Vox أريت pro أرايت est conf. Ham. p. ٢١٣ l. 8. infr. et Darstellung der Arab. Verskunst p. 474.

dum me video, quum pulchra coma praeditus sim et cum virginibus suaviter loquar et me videant vestitum veste aurata pulchritudinis et perfectae inventutis[1]). Vestimentum erassis filis prave textum voce عبعب appellari ex sequentibus verbis videmus (metr. Redjes): Modo quo insanus veste exuta vestimentum erassum trahit. Esse quoque, qui nomen cum punctis diacriticis litterae غ enuncient. Vocem غبغب significatione similem voci غبب esse. Esse quoque lapides عبعب et غبغب appellatos apud idola, in quibus hostiae maetarentur. Vocem in versibus Abu-Chirascho adscriptis occurrere (metr. Thawil): Asmaa iam in matrimonium ducta fuit tanquam vaicca parva ex (vaccis) rufis, quam vir e gente Ghanm hostiam duxerat. Debilitatem (album) in oculo eius viderat tempore, quo eam ad Alohssae aacellum adducebat; tum eam coloriter dividit.

CXXV.

Alius quidam dixit.

(Tempore Islami ob diem resurrectionis, cuius in versu primo mentio facta est, versus compositos puto).

1. Deus sincerum amicum meum Modricum misericordia beet die resurrectionis et loci, quo testes congregantur.

Optimum quod vir amico mortuo optare potest, misericordiam Dei tempore, quo peccata hominum in terra iudicantur, Modrico mortuo optat. Duplex est vocis صفيى enunciandi modus; aut enim vocali Fatha aut vocali Kesra littera Ia scripta reperitur. Duplex quoque vocis مجمع enunciandi modus, dum aut vocali Kesra cum voce الحساب coniungitur aut vocali Fatha enunciatur, ut locum accuratius definiens cum voce يوم cohaereat.

2. Quam bonus vir est! Sic socius vicinusque eius dixit et quum commeatus postrema pars evanescit.

Mortuum tanquam virum beneficum laudat; sed, ut nemo de laudis veritate dubitet, addit laudem non suam amici esse; sed vicinorum sociorumque nec non iter cum eo facientium, qui sine meritis laudare non solent. Sed, ut videant, eum omni tempore beneficum fuisse, vicinos et iter facientes opponit i. e. domi forisque. Post vocem انفتى nomen مدرك anpplendum est. Verbum تصبحب ex تصبّب ortum esse videtur, i. e. factum est صبابة seu residuum lactis in vaso. Addit poeta الآخر الأزواد postrema pars commeatuum i. e. plurium personarum commeatum aut varium commeatum significaturus, eum tempore penuriae appropinquante suum commeatum timore famis haud detorritum distribuisse.

3. Et quum cameli vectarii vesperâ iter faciunt et mane usque ad meridiei tempus, dum ad nullam rem declinabatur (i. e. continuo itinere facto).

(p. 487.) Tempus itineris modumque itineris pluribus describit. Tempore noctis iter facere solebant; sed, si usque ad meridiem in itinere pergebant, acceleratum iter erat. Tale

1) Posterior versus pars a Djeuhario citata est; sed legitur بعل الجمال etc. Versus autem Atahdjdjadjo tribuuntur.

iter in penuria, commeatu deficiente, causam habere potuit. Verbum عج cum nomine actionis عوج et عياج caput deflectendi in latus significationem habet; voci autem حياد se avertendi ab itinere ad subsistendum significationem tribuunt. Hoc admisso praepositio لِ causam indicare videtur. Cum hoc loquendi modum ما لك عن كذا حيان »Ab illo refugium tibi non est« cohaerere dicunt. Alii voci حياد rei, ad quam in prato declieatur, significationem dant. Hac significatione recepta praepositioni لِ significatio praepositionis الى danda est, ut sensus sit: camelos in itinere semper pergentes ad herbas depascendas caput non inclinare. Aliis denique لجياد »propter equos generosos« legere, scholiastes adnotavit, qua voce poeta significare voluerit, camelos molestiis perferendis aptiores ab itinere non desistere, quando equi stent aut cadant.

4. Camelos vectarios instigarunt, quos emaciati eorum prope sequebantur, tum duo canentes et agaso eos instigarunt.

Versus cum priore sensu cohaeret. Mersukius siee dubie verau quinto commotus iter eorum, qui cum beneficiorum causa adierint, e terra remota venientes describi dicit. Eos e terra remota venire, camelis longe itinere emaciatis poeta indicavit. Magnam autem exspectationem, qua eum adeunt, in eo video, quod omni modo cameli ad celerem incessum impelluntur. In his autem summae liberalitatis, cuius fama innotuit, laus est. Cameli canendo impellebantur et cum voce حاد canendi significatio coniuncta est, quippe agaso canere soleret. Huic agasoni, ut summa celeritas esset, poeta duos canentes addidit. Loco vocis تَزُمها legitur: تَوَرَّدها (rediit ad eos). Verbum زعا de vento, qui herbam arboremque movet, adhibitum in canentes translatum est.

5. Quum cognovissent, se Modricum non invenisse, digitos suos super iecora posuere.

Morte Modrici summopere afflictos esse eos, qui ob beneficia in ipsos collata eum vehementer amarent aut eos, qui nova beneficia exspectarent, nam versus sensus aut ad eos, qui simul iter facientes eo morte privati erant aut ad eos, qui e loco remote venientes eum beneficiorum causa adierant, referri posse videtur. Priori sententiae verba scholii nostri, posteriori verba Mersukii favere videntur. In iecore dolor percipitur conf. Ham. p. ٢٧٧ v. 3. In loco autem, ubi dolorem internum sentimus, manum ponere solemus, ut dolor leniatur. Non autem fit, quod, ne iecur rumpatur, timemus, quemadmodum scholiastes dixit. Quod si mirum videtur, poetam اوهم, eiusdem personae pronomine cum verbo coniuncto dixisse, quippe loco pronominis vox نفس ponatur, monendum est, rem in verbis a grammaticis افعال الشك واليقين appellatis (conf. Gram. Ar. T. II. p. 580.) licitam haberi. Causam in eo inveniri dicit scholiastes, quod ista verba caeteris contrario modo subiectum praedicatumque in se contineant. Quod autem scholiastes in fine scholii verba تَزُمها statui describendo inservire dixit, id ad versum priorem pertinet.

6. Erat ac si flava (locusta) post eius mortem cor meum abstulisset, cui agmen locustarum obviam venerat.

Tantopere autem morte eius afflictus erat, ut animo privatus videretur. Significaturus animum ipsum omnino reliquisse, ut rediturus non esset, flavam locustam eum abstulisse dicit. Locustae avolantes non rodeunt, et, ubi manserint, nemo scit. Flava locusta marem locustae designat. Mas levior corpore, quum ovis in ventre gravatus non sit, in remotiores regiones avolans non redit, dum femina ova loco deponens manet. Hic versus in Meraukii codice desideratur.

CXXVI.

Schammach mortem Ohmari b. Abi-l'Chaththab deplorans dixit.

Sed de auctore versuum non consentiunt. Ab Abu-Rijascho Mosarrido eius fratri, ab Abu-Mohammede Alahrabi Djaso b. Dhirar eius fratri tribuuntur. Si Ohmari caedem poeta deflet, anno 23 fugae dicti sunt versus.

1. Deus principi bonum retribuat et manus Dei isti cuti diffisae benedicat!

Poeta Deum rogat, ut pro beneficiis in subditos collatia, praemiis principem ornet. Posterior versus pars caedem Ohmari respicit. Abu-Lulua, Almoghirahi b. Schohbah servus, eum percusserat. Haec est causa, cur poeta cutis diffisae mentionem fecerit. In codice Tebrisii voci أمير alter legendi modus أمين (fidus) superacriptus est.

2. Qui currit aut ipsis struthiocameli alis vehitur, ut, quod tu heri praemisisti, adtingat, is tamen antevertitur.

Merita eius omnium meritis antepouit, ut nemo ei par esse possit. Ut studium eius, qui cum eo certare cupiat, significaret, eum currere aut struthiocameli alis vehi dixit. Stru- **(p. 488.)** thiocameli maris celeritas in proverbium venit conf. Meid. C. 18, 224. Ut igitur summam cursus celeritatem significet, nam de volatu sermo non est, eum alis struthiocameli vehentem describit.

3. Res ad finem perduxisti, tum post eas infortunia in volucris suis reliquisti, quae nondum prorupere.

Mortuum ob res prudenter actas laudans queritur, quod praematura morte ereptus, alias res graves imperfectas reliquerit. Temporis casus adversos, quales futuri sint, quum nemo praevidere possit, cum floribus involucris suis tectis comparavit. Nonnisi ruptis involucris floris speciem cognoscere possumus. Sunt, qui infortuniis illis odia virorum, ut Abu-Sofjani familiaeque eius significari putent. Ad quae reprimenda nemo Ohmaro aptior iuventus est.

4. Num post occisum in oppido Medina, ob quem terra obscura facta arborum Idhah trunci commorentur?

Mortem Ohmari tam gravem esse, ut tota terra adficiatur; miratur igitur, quod arborum

Idhah trunci se moveant. Pro vorbis لا اظلمت oto., quae mortuo describendo inserviunt, لا اصبحت legitur. Verba significant, ei totam terram subditam fuisse. Particnla interrogandi cnm vorbo تهتز coniungenda est. Similem autem loquendi modum in sequente versu invenimus (metr. Thawil): O arbores Chbori![1]) quid est, quod folia emittatis, qnasi vos ob mortem Ebn-Tharifi non lugeatis?

5. *Pudica femina iuvenca abortum facit propter divulgatum nuntium iumento appensum.*

Nuntium mortui tantnm terrorem hominibus inieclsse, ut fominae tali terrori non adaefactae abortarent. Ut autem tales feminas designet, eas pudicas appellat i. o. tales, quae semper domi versantur et terroribus adsuefaetae non sunt. Iuvencarum autem mentionem fecit, quae abortui magis expositae sint. Abortu autem magna calamitas proverbiali loqnendi modo designatur. Sic in versn poetae (motr. Thawil): Nos matutino temporo in gentem loci Njadran incursionem fecimus, quae offecit, ut mulieres praegnantes ob timorem sanguinom emitteront, ot in sequonte versu (metr. Motakarib): Et qnot calamitates gens Djarim adduxit, quae effecere, ut gravidae onera sua deponerent! Verbum يلقى duplici modo efferri potest, ant يلقى, ut subiectum eius vox لنا sit aut تلقى, ut vox الحصان subiecti loco sit. Postoriore recepto voci لنا accusativus, quo causa prioris (مفعول له) indicetur, tribuatur necesse est. Vox معلق tanquam adiectivum eum voce خبر cohaerot. Nuntius tanquam res appensa iumento describitur, quippe quem vehens iumento adferat. Verba autem morem spectant, quo viri celebris mortui nuntium vehens ad singulas gentes perferebat. Talem collea conscendisse et nuntium clamantem divulgasse Ham. p. ۱۴۴ infr. legimus conf. Ham. p. ۳۸۹ v. 1. In scholii tertia يسقط legas.

6. *Non timebam, ne eius mors futura esset manu audacis caeruleis oculis praediti, in terram oculos defigentis illata.*

So qnidem non nescium fuisse, Ohmarum omnium hominum communem sortem mortis manere, sed contra exspectationem sceidisse, ut a Graeco aut Persa occideretur. Caerulei oculi gentibus praeter Arabes maxime Graecis tribnuntur conf. Harir. p. ۱۲۸ schol. l. 13 sq. Alii occisorem Ohmari Izpahanensem alii Graecnm fuisse dicunt. Vox مطرق aliis cilia demissa, laxa, aliis crassa cilia habentem designat. In Hamasa p. ۳۸۳ v. 1. de viro periculoso, qui cum serpente comparatus est, vocem adhibitam invenimus.

CXXVII.

Zachr b. Ahmru b. Alharets b. Alscharid frater Alchansae dixit.

(Ante Islamum vivens die Dsu-l'Atsl occisus est) conf. Meidan. append. et T. III P. 1. p. 587.

1. *Dixerunt: Nonne equites Haschimi satyrâ perstringis? (Dico): Meum non est,* **(p. 489.)** *verba turpia proferre.*

Qunm frater pootae Moahwijah a Doraido et Haschimo, filiis Harmalahi Morritae, occisus esset, plures oum instigarunt, ut eos satyrâ perstringerot. Se facturum esso negavit.

1) Nomen fluvii apud oppidum Ras-Aitha orti, qui in Euphratem apud Circesiam prope ad Raccam effunditur.

Rem maioris momanti esse, quam ut satyra sufficiat. Tum incursione hostili facta unum eorum occidit. Re autem poracta hosce varsus dixit. In postoriore vorsus parte se virum fortem designat, cui satyra in ulciscenda nece haud sufficiat; sed cui caedes caedo ulciscenda sit. Accusativum vocis واعداء, scholiastes sic oxplicat. Omissam esse praepositionem, ut sit pro ولاعداء, et cum voce لى coniungatur, dum alii accusativum e verbo omisso pondere dicunt. Repetitis verbis ما لى poetam ostendere, rem ipsi despectam esse et turpem haberi. Vox معاويا est pro معاوية homoioteleuti causa. In pluribus versibus litteram Alif homoioteleuti causa poeta addidit.

2. Satyram impedit tum, quod generosum meum occiderunt, tum, quod verba turpia proferre naturae meae proprium non est.

Causam adfert duplicem, cur voluntati eorum non cedat. Rem maiorem esse, quam ut satyrâ puniatur, et satyram naturae suae repugnare. Scholiastes ad hunc versum nonnulla, quae ad priorem versum pertinent, adfert. Ad hunc adnotavit, vocem كريمة aut modo nominis actionis [1]) positam esse, ut in verbis, quae in traditione Mohammedi tribuantur: «Quum ad vos nobilis gentis venit eum honorato!» aut litteram ة vi vocis augendae inservire. Porro particulam أنْ non esse ortam ex أنَّ, ut nomine eius suppleto phrasis sequens praedicati locum teneat; sed particulae cum praecedente أنَّ coniungendae nominativum casum esse. Vocem أنْ subiectum verbi أنى esse. Grammaticos autem voci شمال tam singularis quam pluralis formam eodem modo, quo vocibus دلاص et هجان tribuare et Saîhdum b. Masahdah in verbis Corani Sur. 25, 74 voci اماما pluralis formam a voce إمام derivandam esse dixisse. Nil autem esse, quod tali explicandi modo repugnet.

3. Quotiescunque vir mortuo salutem adfert, dominus hominum a me tibi, a *Moawijahe! salutem dicat!*

Poetas mortuis salutem adferre vidimus Ham. ٢٢٧ v. 1. Noster autem, ut videtur, haud immemor, hominis salutem ad mortuum non pervenire, Deo rem commendat. Hoc autem in versu, si verba sic intelliguntur, non video causam, cur a consueta vocis تحية significatione recedatur ad benefaciendi et honorandi significationem, quippe non de Dei salute, potius de hominis salute, quae Deo commendatur, sermo sit.

4. Sane optimus vir erat, cuius spolias Ebn-Zirmahus perduxit tempore, quo admissarius camelarum lacte destitutarum ventre vacuo et emaciatus rediret.

Mortuum laudat ob liberalitatem simulque res eum caede cohaerentes commemorat. Filium Zirmahi eum appellat, qui occisi spolias reportaverat, quem aut ipsum occisorem aut eum, qui in occidendo auxilium praestiterit, fuisse scholiastes adnotavit. Laudatus ipse initio versus omissus est, quasi dixerit: Optimus vir erat is, qui tali modo describitur. Verbis راح اذا etc., quae tempori definiendo inserviunt, laus viri accuratius definitur. Tempus enim,

1) Significare videtur, nomen actionis formae فعيلة loco nominis adhibitum esse, ut littera ة signum feminini adiectivi كريم non sit.

quo vesperâ a prato admissarius ventre vacuo et emaciatus domum redit, sterile tempus est. Tali autem tempore beneficiis suis optimus vir erat.

5. *Quum fratrum mentio fit, lacrymas effundo et sepulcro apud Lijjah exsistenti salutem dico.*

Hic versus in Mersukii codice desideratur et dubitare licet, num recto loco insertus sit, quum neque cum antecedente neque cum sequente sensu bene cohaereat et sequens versus, hoc omisso, priori sensu convenientior sit. Locum ubi frater sepultus sit, definit. Lijjah vallis nomen est genti Tsakif aut mons, cuius superior pars genti Tsakif, inferior genti Nasr b. Moahwijah est (Kam.). In margine codicis Tebrisii alter legendi modus نَبِيَّة adscriptus videtur. Poeta dolorem suum in commemoratione fratrum ob fratris sui mortem indicat.

6. *Et animum meum contentum reddit, quod ei neque dixerim: Mentitus es! nec in opibus erogandis erga eum avarum me gesserim.*

Ex eo quodammodo solatium capit, quod erga fratrem se talem semper gesserit, qualem bonum fratrem decet, ut neque verbis eum laederet neque factis.

7. *Quoties ei, cui fratres erant, vincula, quibus cum fratribus coniunctus erat, abrupi, quemadmodum me solum fratribus destitutum reliquerunt.*

In eo quoque solatium invenit, quod plures fratrum caede adflixerit, ut nunc ipsi idem accidere debuerit. Talem cogitandi rationem Arabibus esse invenimus conf. Ham. ٣٨٣ v. 7. Vox واحدا statui obiecti describendo inservit et verba لا اخا ليا adiectivi locum **(p. 490.)** occupant. Vocem بين hoc in versu nominis locum habere, simili ex Corano adlato loco Sur 6, 94 scholiastes illustravit. Silentio praetereundum non est, in Corani loco lectionem receptam بينكم esse.

CXXVIII.

Soror Almokazzazi e gente Bahilah oriunda nomine Maisun dixit.

Carmen in tempus turbarum Ebn-Sobairi cadit. Ham. p. ٢٩١ l. 8. Scholiastes inter plura ad explicandum nomen Almokazzaz adlata dicit, vocem القصّة gypsum designare, ut in verbis traditione conservatis «Alba sicut gypsum». Nomen quoque magno pectore praeditum significare posse et voci قص pectoris significationem esse. Sic vocem in versibus Rubabi reperiri (metr. Redjes): A b b d - A l l a h o o b a m o r e m m e u m d i x i : I a m p e r D e u m a l t i s s i m u m , g l o r i â d i g n i s s i m u m ! t e p r o p i u s a d m o v i q u a m p e c t o r i s m e i c r i n e s e t t u n o n s e d e b a s. [1]) Proverbialiter dicunt: Tibi magis adhaerens quam crines pectoris conf. Meid. C. 23, 491. Fieri quoque posse dicit, ut nomen a planta قصيص derivatum sit, qua planta indicio ad tubera in terra invenienda utantur.

1. *O quam longus fuit dies meus apud locum Alkalib, ut vix sol meridiei velo tegeretur!*

Diem, quo frater periit, tanquam longum queritur, ut enim laetis nobis tempus breve

---

1) Verbo ادنيك ob sequentem praepositionem من comparativi significatio est et vox لما pro لا est.

videtur, sic tristibus longum. Solem eum femina comparavit, quae tempore occasus vultum velo nubium tegit. Isto die, quo frater poetriae periit, quasi obstupefacta meridie stare videbatur, ut inde ad occasum non vergeret et hac in re causam video, cur solem meridiei poeta dixerit.

2. *Quot de te opinionem concipientes vidisti! et ii ante considerationem viri incerti te viderunt.*

Hoc in versu animi vim et coostantiam, qua rem susceptam celeriter perficeret laudat. Hanc animi indolem maxime in incursionibus hostilibus eum probasse, quas si in terras remotas susciperet, ut hostibus ob longum iter eum non exspectantibus subito superveniret. Verbum رجّم origine sua significationem lapidos iactandi habere videtur, inde in dubiam, incortam scientiam translatom est, ut quasi lapidibus iactis res, qualis futura sit, cognoscatur. Hoc in versu opiniones الظنون loco obiecti suut. Ad talem virum, qui de te incortam opinionem haberet, in expeditione bellica venisti et is te vidit, autequam de re dubitans quomodo facta sit, secum in animo considerare possit, qoomodo fieri potuerit, ut ad ipsum tam brevi tempore pervenires. Mersukius verba قبل تأمل المرتاب etiam proverbiali modo dicta esse posse putat, ut non ad virum illum referenda generaliore sensu intelligantur. Abu-Tammamum autem sequentibus verbis ad sensum versus proximo accessisse (metr. Camel): اسرت لك الآفاق عزمة همّة جبلت على ان المسير مقام Firmum animi propositum tibi regiones captivas fecit, animi ita constituti, ut iter ei instar stationis sit.

3. *Et fuscas camelas instar collium praedas fecisti et camelos iam redeuntes, similes iis, qui domi pinguefacti lanio destinati sunt.*

Ut eum in tali expeditione victorem designet, praedas, quas ceperit, describit. Optimos eum camelos reduxisse dicit. Optimos autem triplici modo, colore fuscos fuisse dicens, permagnos cum collibus eos comparans et pingues, ut pinguefacti mactando destinatis similes essent, descripsit. Ante vocem ادم nomen camelorum supplendum est. Vox جامل autem quum nomen collectivum camelorum agmen tam mares quam feminas designet aut pleonasmus admittendus est aut cogitandum, poetam in priore parte colore et magnitudine camelorum generositatem significasse, tum generaliore nomine جامل ntentem piogues eos omnes fuisse dicere voluisse. Verbo عدن eos a prato domum rediisse voluit. Vox علوفة eam designat, cui pabulum (علف) multum porrigitur, ut pro معلوفة sit, inde talis camela sit, quae domi rotenta pinguefacta est. De voce القصاب dissentiunt. Sunt qui dicant, vocem pratum significare, quod medicâ herbâ (قصب) abundet, quamquam nomina loci rarius formam مفعال habent. (conf. Gram. Ar. T. I. p. 304. 306). Scholiastes non re vera herbam medicam ibi crescere; sed herbas densas statu herbae medicae similes fuisse dicit. Alii voci falcis significationem dant. Hac recepta cameli, quibus herbae falce resectae porriguntur, significari possunt. Alii denique voci viri multum secantis significationem esse dicunt, quo nemo nisi lanius hoc in versu significari videtur. Eadem significatio voci القصّاب, quae hoc quoque loco legitur, convenit, forma enim virum, cui secandi negotium est, designat. Qui in nostro loco القصاب legunt,

significationem ant a secando derivant, ut falcis et lanii significatio apta sit, aut a voce قصب (arundo), ut locus arundine abundans significetur. Hanc rejiciendam puto.

4. *Vobis Almokazzazus est, non nobis, si ad vos gens nobilis non venit.*

Gentem suam caedom nituram esse sperat et rem certam futuram esse eo indicat, quod dicit, occisum ex hostium numero esse, si res intermittatur. Quum autem ab hostibus occisus e hostium nnmero nullo modo esse possit, ultionem certam esso sequitur. Ut autem, gentem suam ultienem intermissuram non esse, probet, eam ذوو الاحساب nobilem appellavit; nebilis enim est suorum caedem nlcisci. Quid autem poetria voco genorali ad vos venit, significare voluerit, ox versuum contoxtu coguoscimus. In Tebrisii codice voci قوم alter iegendi modus خيل superscriptus est.

5. *Ad mensae latus iocosus erat tempore matutino, quo ventus lateralis flans funes firmos evellebat.*

Hic versus in Mersukii codico post sequentem versum locum habet. Cum versu prioro sonsu nen cohaereret; attamen vero noster ordo, quum sequens copula و incipiat, praeferendns videtnr, quippo versus وابو cum nostro meiius, quam cum versu لكم incipiente cohaeret. Enm tanqnam liberalem hospitalemqne laudaturns in latere mensae iocosnm esse dicit i. e. Hospitibus cibos morese vuitu non porrigit, ut eum rem lubenter et laeto animo faccro cognoscant. Ante vecem فكه subiectum هو is snppiendum est. Voci خوان mensae, in qua cibi nen sint, significationem lexicographi tribuere; quae significatio hoc in versu urgenda non est. Ut autom liberalitatis laus augeatur, eum tempore hiemis i. e. tempore penuriae ita egisse addit. Ante vecem نكباء vox ريح (ventus) supplenda est. **(p. 491.)** Omnia ventus, qui flando a quatuor ventis cardinalibus declinat, significatur. Tales ventos vehementes esse et tempore hiemis, quo penuria communis sit, frequentes, Ham. p. ٣٧٥ v. 2 legimus. Voces الاطناب ثابت sunt pro الاطناب الثابتة. Vocem اطنابة cum piurali اطانيب de iumenterum cingulis adhiberi, scholiastes vorsu sequente probavit (metr. Basith): Saltant (iumenta), dum nedi cingulorum iam commoti snnt.

6. *Et orphanorum pater, qui ad eius portam crescebant sicut herbae loco fertili herbis abundante.*

Beneficum enm fnisse erga orphanos, nt patris locum teneret. Tantam autem eius beneficentiam fuisse, nt famâ eius allecterum orphanorum numerus ad portam eius stantium semper angeretur. Auctum magnumque numerum cnm herbis loeo fertili comparat. Haec comparatio tam maximum numerum quam in dies auctum designat. Pro voce ببابه legi بفنائه, beatus de Sacyus adscripsit. Voce فراخ proprie do plantis non adhibitâ, sunt, qui vermes in herbis viventes significari dicant; sed hoc rejiciendum videtur. Vox كالئ eandem ac مكلئ significationem habere puto. Vocem بمكلى in codice Tebrisii seriore tempore superscriptam invenimus. Utraque autom voce كالئ et معشاب eandem paene significationem habente locum herbis fertilissimum poetria designare voluit.

Abu-Rijaschus sequentia, quae versibus illustrandis inserviunt, adnotavit. Almokazzazum ad gentem Bann-l'Zamut, quae pars gentis Abd-Allah b. Cilab b. Rabiah b. Ahmir b. Zah-

zaah esset, pertinentem tempore belli civilis Ebn-Sobairi [1]) tributum ut ab hominibus, ad quos transiret, colligeret exiisse. Quum ad gentem Banu-Konfods, quae pars gentis Banu-Solaim esset et tractum Hadhb-Alkalib incoleret, pervenisset, tributum accepit. Re peracta ad Hilalum, qui ad gentem Banu-Simal b. Auhf pertineret, misit, ut ille ad ipsum filiam mitteret. Hilalus, si in matrimonium eam ducere in animo haberet, ipsi ad se veniendum esse respondit, se eam recusaturum non esse, quum vir origine aequalis sit. Quum autem alter se nil aliud velle, nisi ut caput ipsi pecteret et cum ipso confabularetur, Hilalus legato verbera inflixit. Hanc ob causam Almokazzazus iratus cum tribus equitibus gentem invasit. Gens ad eum convolavit; inter alios cum Hilalo duo adolescentes, quorum unus Almostaudhih, alter Alhasan b. Alaswad appellatus erat. Hi paulatim eam aggressi sunt. Hilalus autem, in quem alter impetum facturus erat, timens ne hasta confoderetur, arrepto veru, quod in cinere infixum invenerat, eum iecit, ut alter occisus in faciem proruerct. Socii autem in fugam se convertentes Djahdahum ben-Ahbd-Allah e gente Ghaiths b. Malec in via trucidarunt. Hilalus rem sequentibus versibus narravit (metr. Redjes): Pugnae et dlei martyrii et eventibus, qui post diem matutinum inciduut, Mostaudhihum et Alhasanum b. Alaswad paravi. Tum amici Almokazzazi bello civili quiescente ad Alhadjdjadjum se conferentes rem amici et Ghaithsitae ei exposuerunt Ille ultionem caedis Almokozzazi recusans pro occiso Ghaithaita eos occidit. Soror autem Almokazzazi, quae hos versus dixerat, Maisun appellata fuit.

CXXVIIII.

Ahmrah filia Mirdasi fratrem deflens dixit.

Circa tempus Mohammedis vixisse videtur conf. Ham. ٣١٣.

1. O oculi mei! Perfidiâ vos non decepi. Tempus diesque me patientiâ uti noluerunt.

Magnum moerorem instumque sibi esse ostendit. Oculos suos alloquitur, qui ipsam perfidiae accusare videbantur, quod lacrymarum ipsis noxiarum fluxum non cohibuerit, dum tot lacrymarum causa non adsit, dicens se erga oculos perfide non egisse neque eos decepisse, quum tanta calamitas ipsi supervenerit, ut neque patienter eam ferre neque lacrymarum fluxum reprimere potuerit. A lacrymis solis in isto rerum statu auxilium petendum fuisse. In verbis الدهر والايام pleonasmus est. Littera Alif in fine versus homoioteleuti causa addita.

2. Non verebar, ne morte fratris mei dilecti nunciatâ instar cameli essem, qui suspirat fatigatus.

Se ante hoc tempus omnem fiduciam in animi sui fortitudine constantiaque posuisse, donec morte fratris superveniente sibi persuaserit, se tantae calamitati ferendae imparem esse. Calamitatem cum magno onere comparavit, quod camelus ferre non valet, ut fatigatus et lassus succumbat. Verbum تحسر camelum fatigatum in terram decidere significat. Scholiastes vocem اخيىُ ex voce اخيّى, quae legi possit, ortam esse dicit. Pluribus litteris I a convenientibus unam abiectam et vocalem Fatham, quae levissima in enunciando vocalis sit,

1) (De hoc viro plura scitu digna invenis in libro cl. Wustenfeldi Citab-Tahdsibi-l'Asmâi p. 341.)

substitutam esse. Esse quoque, qui أخي eum Kesra sub littera Ia enuncient. Hoc eorum loquendi modo consentaneum esse, qui اخوك (frater tuus) dicentes litteram و si altera littera Ia addatur, in litteram Ia permutent ex gr. بني (filii mei, et عشري (viginti mei) in nominativo. Sic quoque in verbis poetae (metr. Sarih): Pater meus ob generositatem et dominium catenas super leonem conjiciebat.

(p. 492.) *3. Litigantes ob verecundiam a fratre meo recedere videbas; sed conviva a fratre meo non recedebat.*

Laudat fratrem ob verecundiam, qua omnes erga eum impleti erant, ut nemo cum eo litigare auderet. Nihilominus tamen in eo tantam fuisse comitatem, ut convivae se ei lubenter adiungerent.

CXXX.

Raithah filia Ahzimi dixit.

Nomen Raithah pallium designat. Pluralis irregularis رياط in sequente versu Hodsailitae invenitur (metr. Wafir): Quot nigris oculis praeditis delectatus sum, magnos oculos habentibus, delicatis, vestimentis longis palliisque vestitis. Pluralem ريط, qui in verbis Ahbdi-bani-l'Hashas reperiatur et (metr. Thawil): Ac si in superiore eius parte pallia Iomanensia sint, modum formandi consuetum non sequi. Nomina, cuius singularis nonnisi littera ة addita a plurali distinguatur, talia esse solere, quae res a natura procreatas, non arte factas designent, ut in vocibus شعيرة et شعير (hordeum) بقرة et بقر (bos et boves). A vocibus سلسلة et مغرفة abiectâ litterâ ة pluralem non formari. Plura tum scholiastes nomina isto modo nihilominus formata enumerat, inter quae postremo loco عمامة at عمام punit, hoc diverso modo explicari posse addens. Nil enim obstare, quin vox عمام vocis عمامة pluralis irregularis putetur. Litteram Alif in voce عمامة litterae Alif in voce رسالة similem esse; sed litteram Alif in voce عمام litterae Alif in vocibus شراف et ظراف similes esse (i. e. litteras Alif in voce عمام et عمامة naturâ diversas esse; in priore voce pluralis signum esse, in posteriore non item.) Quum autem grammatici licitum duxerint dicere, vocem دلاص pluralem irregularem a voce دلاص derivatum esse, (quae voces nullo modo inter se differant) multo magis licitum habendum esse dicere, vocem عمام pluralem irregularem a voce عمامة derivatum esse, quae voces signo feminini 1) distinctae sint.

1. Steti; tum feminae velis non obtectae in domo gentis meae ob calamitatem suam plorantes lacrymas meas excitarunt.

Initium versus ad rem, quae causa versuum erat, praeparat. Se, quum nuntius tales viros cecidisse ad locum, ubi gens sedem haberet, pervenisset, stetisse forti animo rem fe-

1) Silentio praetereundum non est in verbis شعيرة et بقرة litteram ة non tam feminini signum quam unitatis esse conf. Gram. Ar. T. I p. 301.

rentem, sed quum reliquas gentis feminas retectis vultibus plorantes conspexisset, se non potuisse lacrymas retinere. Verbum وقفت sequente coniunctione ف indicat, se primum stetisse non plorantem. Cur steterit aut ubi steterit aut quomodo steterit, non dicit; sed simplex standi significatio hoc in loco nimis ieiuna esset, quam ut voci inesse putemus. Relatio quaedam ad sequentia verba et nexus quidam cogitandus est. Eum talem esse, qualem dixi, a re alienum non esse puto. Vox دار عشيرتى (domus gentis meae) sine dubio pagum, in quo maxima gentis pars sedem habebat, significat. Verbis على رزءهن poeta significare videtur, calamitatem communem fuisse et omnes gentis feminas adfecisse; plures enim fortissimosque gentis equites cecidisse, ex sequentibus versibus videmus. Mortis nuntio adlato feminae capite haud velato lacrymantes prodibant (conf. T. I p. 430. T. II, 105). Scholiastes loco vocis الباكيات legi quoque البائيات adnotavit. Causam autem, qua adductus dixerit, eam vocem loca tentoriorum significare, non video. Vocem ex male scripta voce الباكيات ortam esse puto, quippe litterae ك et ل in codicibus veteribus interdum simillimae sint. Si vox admittitur, nullam nisi laceris vestibus indutarum feminarum significationem habere potest.

2. *Mane instar gladiorum Indicorum erant in mare mortis descendentes, e quo descendentes redire non possunt.*

Hoc in versu occisorum fortitudinem laudat, qui in pugnae locum irruerint, e quo redeundi facultas non esset, ut non possent non occidi. Gladiis Indicis comparantur viri fortes. Indici gladii optimi sunt conf. p. 348 et Ham. p. ١٢١ et ٢٢٩ v. 6. Accusativus vocis وران statui subiecti describendo inservit. Voci حومة schollastes loci pugnae significationem tribuit; sed potius maris molis significationem praeferendam puto, tum quod morti moles maris (conf. Ham. ٣٢٩ v. 2.) adscribitur, tum quod verba ورد et صدر de aqua maxime adhibentur. Dixit حومة من الموت, ut morti plures tales locos esse significaret. Suffixum in voce وردهن ad vocem حومة referendum esse scholiastes adnotavit, quippe poetris singularis formâ pluralem indicaverit [1]). Singularem quoque vulgari usu ad genus indicandum adhiberi. Sic in verbis اذا لقيت رجلا فاكرمه. »Quum viro occurris, cum honore adfice!« factum esse, ut quilibet vir significetur. In loco Corani Sur. 72, 24 eundem loquendi modum esse, quum vox خالدين ad vocem له referatur. Eorum potius sententiae ego faveo, qui suffixum ad gladios, quibuscum viros contulit, referunt.

3. *Equites, qui locum sacrum meum fortiter defenderunt et in domo mortis fortiter repulerunt, dum lanceae inter se certabant.*

In laudanda fortitudine pergit. Laudi ducit, quod morte imminente a defendendo non recesserint; sed forti animo mortem oppetierint. Ante vocem فوارس subiectum هم supplendum est et sequentia verba praedicato adiectivi loco sunt. Vox حريم locum aliis interdictum et hanc ob causam defendendum significat. Inde in mulieres gentis significatio translata est. Loco vocis حريمى in codice Mersukii حريم legitur. Domus mortis, qua hoc in versu locum pugnae significari puto, mentionem fecit, ut, qui ibi descenderet, ei pereundum esse,

1) Ad hanc sententiam accedendum esse non puto, quod poetria nonnisi pugnae locum eum indicare voluit, ubi ceciderc.

indicaret. Verba autem والقنا etc. toti rerum statui explicando inserviunt. Mersukius hoc in versu diversum sensum invenit talem: Eos in domo ab ipsis defendenda subsistentes in alium locum securitatis et abundantem pabulo non transmigrasse. Sequente versu eandem sententiam expressam esse dicit (metr. Camel): وتحل فى دار الحفاظ بيوتنا زمنا ويظعن غيرنا للامرع T e n t o r i a n o s t r a i n l o c o d e f e n d e n d o d i u m a n e n t, d u m a l i i i n l o c o s p a b u l o a b u n d a n t e s t r a n s m i g r a n t.

4. Si montem Salma nostrae similis calamitas adtigisset, profecto! ruptus esset; sed gens Ahmir calamitatem fortiter fert.

Calamitate maxima, virorun caede gentem adflictam esse, eo ostendit, quod montem Salma talem calamitatem haud potuisse ferre, dicit. Montem ob magnitudinem roborem significare potest c o n f. Ham. p. ٣٠٥ v. 2. Comparatio autem suo loco est, quod viri magni cum montibus conferuntur c o r f. Ham. ٤٣٦ l. 7. Simili modo poeta Ham. ٣٣١ v. 3. dixit, parum abfuisse, quin morte nuntiata montes diffinderentur. Salma magni montis nomen est, qui cum monte Adja coniunctus gentis Thai ditionem complectitur. Poetria haud procul a monte habitasse videtur, quum eius mentionem fecerit. De situ conferas c o n f. T. I p. 209, 316. Ahmir gentis nomen est, quam in regione Hidjas sedes habuisse scimus. (c o n f. II, 102, 315) Ni fallor, gens Ahmir b. Zahzaah significatur c o n f. Ebn-Kotaib p. 108. Occisos ex hac gente oriundos fuisse dubio caret.

CXXXI.

Ahticah filia Saidi b. Ahmru b. Nofaili dixit.

Poetria uxor Ohmari erat.

1. Iuravi, neque oculum meum cessaturum esse tristem ob te neque cutem meam **(p. 193.)** *pulvere inquinatam.*

Tantam suam tristitiam esse iurat, ut nunquam plorare aut pulverem in corpus spargere cessatura sit; tali enim modo mortuum dilectum deflere solebant (c o n f. T. 1 p. 430).

2. Cuiusnam oculi huic similem viderunt frequentius impetum facienti et magis defendenti in proelio et constantiori?

Mortuum laudans fortiorem et constantiorem in proelio neminem fuisse dicit. Fortis est non solum pugnare; sed in summo periculo pugnam iterare et contra plures gentem defendere et pluribus cum constantia resistere. Harum rerum in versu mentionom fecit. Dum oculos admiratur, qui talem virum visuri sint, rem futuram esse negat. Omnem autem rem in suo genere maximam et admirandam Deo tribuunt; ad verbum enim: D e o s u n t o c u l i vertendum est. Vocem احمى duplici modo derivatam duplicem significationem aut magis defendentis a حماية aut generosiorem in iuribus tuendis a حمية habere posse scholiastes dicit; quarum priorem, quum in versu de pugna sermo sit, praeferendam existimo. Vocis من in versu sensus haud determinatus est, ut hominem quendam designet Gram. Ar. T. II. p. 357. Vocem هياج aut nomen actionis

(tertiae formae) aut pluralem vocis هيج, ut bellum designet, esse dicunt. Priorem explicandi modum praefero.

3. *Tempore quo lancearum cuspides in eo (proelio) directi erant, in eas ad mortem intravit, donec mortem, dum rubra esset, relinqueret.*

Fortitudinem quam praeterito tempore manifestaverat, tanquam duraturam pluribus describit. Periculum eum non deterrebat, ut in directas hastas forti animo se immitteret. Vocem فيه aut ad proelium (الهياج) aut ad virum referri putant. Verbum خاض quum proprie de quodam in aquam intrante usurpetur, poetria cum hastis mare aut aquarum molem, in qua mors sedem haberet, cogitasse videtur (conf. Ham. ٣٢٦ v. 2). Verbis حتى يترك etc. significare voluisse videtur, eum nihilominus tamen e summo periculo fortitudine sua salvum evasisse. Mortem statu suo rubram describit, qua, ni fallor, voluit mortem multorum sanguine, quos occiderit, infectam fuisse. Arabum grammatici diversas hac in re opiniones proferunt. Rubra morte vehementem, durom mortem, quasi discrimen moriendi sit, designari contendunt et rei explicandae causa loquendi modum سنة حمراء annus ruber i. e. sterilis adnotarunt. Grammoticus Abu-Ohbaidah causam in eo invenit, quod maior pars animalium rapacium rubro colore sint aut quod mundus moribundo ruber appareat. Diverso modo in Haririi scholiis p. ٤٢٨ loquendi modus explicatur ibique inter rubram, nigram albamque mortem auctor distinguit. Sed alter pro verbis الموت احمرا legendi modus est الجون اشقرا l. e. virum illum locum nigrum i. e. terram multo sanguine effuso rufum reliquisse.

Abu-Rijasehus Ahticaham hisce versibus maritum suum, Ahbd-Allahum filium Abu-Becri, quem sagitta ex oppido Althajef, qued anno fugoe octavo (conf. Abulf. Ann. I, 162) oppugnobat, ab Abu-Mihdjano missa eonfodisset, deplorasse retulit. Demum initio imperii Abu-Beeri mense Schawwal anno undecimo Hedjrae (conf. Tahdsib-Alasma p. 336) ex vulnere mortuum eum esse. Idem narravit, patrem, qui die Veneris ad eundem eum Ahticoho iocantem transiisset, quem ab Ahticaha a precibus faciendis retentum esse putaret, uxorem, quam amore amplecteretur, repudio dimitti, iussisse; postea autem, illa dimissa, quum eum versus in uxoris laudem dicentem audivisset, quorum unus sequens esset (metr. Thawil): N o n p u t o m e i s i m i l e m e s s e, q u i h o d i e e i s i m i l e m d i m i s e r i t n e q u e e i s i m i l e m, q u a e s i n e c r i m i n e d i m i s s a s i t, ad uxorem redeundi veniam filio dedisse. Filium verbis auditis servo statim libertatem donasse, ut ei cum Abu-Becro testium loco esset 1), se ad uxorem rediisse. Mortuum maritum versibus praemissis eam deplorasse. Postea quum eam Ohmarus in matrimonium duceret, Ahlius die nuptiarum Ohmarum rogasse, ut sibi cum ea loqui liceret. Venia data eum interrogavisse, num tali modo versum dixerit: (و) اليت لا تنفك عينى قريرة عليك ولا ينفك جلدى اصفرا »Iuravi oculum meum non cessaturum propter te laetum esse et cutem meam esse flavam». Eam negantem se tali modo dixisse et plorantem tristitia iterum adfectam esse. Ohmarum, cui sine dubio res non placeret, Ahlium, qui iocandi causa versum mutasse videtur, sic allocutus est:

1) Ut repudium tolleretur, duo testes necessarii erant et quum praeter Abu-Becrum nemo nisi servus adesset, hunc libertate donavit, ut eum testis alterius loco adhibere posset. Videtur Abu-Becrus e templo rediens quo precum causa se contulisset, ad Ahbd-Allahum intrasse.

Quid eam contra me excitare voluisti? Post Ohmarum Alsobairo b. Alabwwam [1]) nupta fuit, quem, quum occisus esset, sequentibus versibus deploravit (metr. Camel): Abu-Djormus (filius pulli lupi) die occursus erga equitem exercitus, qui fugae se non dabat, perfide ogit. O Ahmrue! si eum vocasses, profecto! eum haud inconstantem corde aut manu trepidantem invenisses. Mater te privetur, quod Mohmmedanum occidisti; in te eius poena, qui ex proposito agit, veniat! Quam quum post mariti mortem Ahlius in matrimonium peteret, dixit: Eum unicum in Islamismo esse, cui nuberet et eius causa a se occidenda abstinere dixit.

CXXXII.
Mulier e gente Thal oriunda dixit.

1. Calamitas moestitiaque ad oculum meum noctu pervenit et in anima, cuius reditus multum remotus erat, spem posui. **(p. 194.)**

Poetria statum incertitudinis et moerorem, quo semper adfecta fuerit, simulque spem, quam habuerit, describit. Verbo تأوب usa esse videtur, ut statum continuum esse significaret, nam verbum de itinere per diem facto, ut nox cum die coniungatur, adhibetur. Ab Ebn-Alahrabio versum (Nabeghahi) sequentem sic intellectum esse, scholiastes adnotavit (metr. Thawil): Qui sidera sequitur, die nocteque iter faciens non est. Vocem نصب autem morbo aut tristitia quendam adflictum esse, significare, sequente hemistichio probavit (metr. Thawil): Tristitia adfligens ob Omaimam te adfecit. Oculo autem tristitiam tribuit, quod fletu tristitia manifestatur. Posterior pars versus animi sui incertitudinem de sorte absentis personae, ut spem non abiecerit, explicat.

2. Animam meam quietabam per eum, cuius absentia dubiam opinionem praebebat eique mendacium dicebam, donec mendacium manifestum erat.

Se spe animum suum semper erexisse, donec de morte certior facta spem falsam esse cognoverit. Statum suum quem describit personae est, quae calamitatem instantem non adesse cupit, ut nuntium de re adlatum haud verum esse ducat et iam dubitet. Suffixum in voce كذابها ad vocem نفس referendum obiectum designat.

3. Heu te! o Ebn-Alaschadde! propter strenuum, cuius confossio ac ictus heroes in fugam coniecerunt.

Viri fortitudinem, in cuius tutelà gens fuerit, laudans mortuum deplorat. Vox الهفى, quae vario modo explicatur (conf. Ham. p. ١١), hoc in versu dolendi sensum offert. In Mersukii codice فلهفى, sensu haud mutato, legitur. Scholiastes adnotavit, vocem بهمة, quae tam unam quam plures personas significare possit, ob sequentis versus verba (i. e. ob vocem أليه) ad unam referendam esse. In prioris versus suffixo verborum طعنها وضرابها nonnisi litterarum vocis بهمة rationem habitam esse. Sed cum hoc explicandi modo consentiendum

1) Cum Ahmruo b. Alahs anno 20 Aegyptum in potestatem Mohammedanorum redegit. Ohtsmano occiso primum Ahlio se addixit; post autem fidem fefellit et victus Medinam fugit. In via occisus est Abulf. Ann. I, p. 244, 280, 294, 298.

non esse putaverim. Vocis بهمة duplex significatio strenui et exercitus versui convenit. Qui strenui significationem admittit, ei littera ة in voce بهمة feminini signum esse non potest; cum significatione exercitus autem voci signum feminini aptum est. Quod si vero poetria strenui significationem ante oculos haberet, quomodo in eodem versu ad eam suffixum feminini generis referre potuerit, non video. Verisimilius igitur mihi videtur, poetriam, quum feminini suffixum adhiberet, significationem exercitus ante oculos habuisse, ut in posteriore versu adhibitae vocis immemor suffixum masculini ad vocem جيش illi synonymam referret. Si poetria dicit, mortuum toti exercitui parem fuisse, versus sensus magis placet, quam si eum tanquam ad pugnandum cum strenuo paratum fuisse, describit; qua in descriptione aliquid laudis; sed non multum laudis est. Loco vocis اقر legitur اذعر i. e. metum iniecit. In decima forma vocem e domo expellendi significationem habere, ex loco Corani Sur. 17, 78 apparet.

4. Quando aliquis ad hunc eum vocabat, audiebat, quum aliorum non respondentium aures surdae erant.

Hic versus sensu cum priore cohaeret, dum fortitudinem magis describit. Quum de mortuo sermo sit, versum vertens imperfectum adhibui. Nemini ipsum vocanti auxilium denegatum esse. Scholiasten suffixum in voce اليه ad vocem بهمة prioris versus retulisse vidimus et quomodo res explicanda esset, diximus. Versus posterior pars periculum summum fuisse indicat, ut alii ad auxilium non venirent. Sensus est, aures surdas esse, ut non responderet, sed responso tanquam personae surditas adscripta est.

5. Candidus erat clarusque, quo si montis Alrajjani partes exteriores peterentur, eius colles cessarent.

Clarum genus viri testificaturus vim eius summam laudat, quam tantam fuisse dicit, ut, si contra montem impetum fecisset, is deprimeretur. Mons potentiam tutelamque designat Ham. p. ٥١ v. 1, ١١٤ v. 4 et rem duraturam conf. Ham. p. ٣٠٥ v. 2. Sed montes deprimi per magnum exercitum dicuntur Ham. ٢٦٤ v. 3. Alrajjan nomen montis in regione gentis Thai siti est Kam.

CXXXIII.

Alauhra filia Sobaihi dixit.

1. Ahbd-Allahum deploro, quum paulo ante Auroram eius ignis accensus esset,

Scholiastes noster ignem belli significari dixit, quum paulo ante Auroram, quo tempore incursiones hostiles facere solerent, occisus esset conf. Ham. ١٨٠ v. 1. ١٦٦ v. 3. etc. Mersukius ignem hospitalitatis, quem noctis tempore in locis altis, ut viatores allicerentur, accendere solebant, significari putavit. Prius ad veritatem propius accedere videtur. Vox قبيل forma deminutivi vocis قبل est. Silentio praetermittendum non est, in Mersukii codice litteram ة in fine cuiuslibet versus vocali instructam esse, id quod metro contrarium est.

(p. 495.) *2. Famelicum, gracili ventre praeditum, cuius vestis ob feminam ipsum noctu comitantem succincta non erat.*

Duplici laude mortuum ornat. Beneficum eum fuisse, ut suum pauperibus dederit. Eo

factum esse, ut ipse famelicus esset et collapsum ventrem haberet. Eum quoque moribus castis fuisse, ut noctis tempore aliorum feminas non accederet. Similem liberalitatis laudem Ham. p. ٣٨٣ v. 5 invenimus. Posterior pars versus eo, quod Amru-l'Kaisus in Moallaka v. 26 dixit: T u m c u m e a s u r r e x i e t a b i i, d u m i l l a p o n e n o s s u p e r v e s t i g i a n o s t r a s y r m a v e s t i s, i n q u a p i c t a e e r a n t f i g u r a e s e l l i s c a m e l i n i s s i m i l e s, t r a h o b a t beno illustratur. Solebant enim interdum iuvenes, qualem Amru-l'Kaisus se describit, noctis tempore custodes dum fallebant, feminas adire et secum in loca secreta, ubi amori indulgerent, abducere. Ne autem pedum vestigia apparerent, super solum syrma trahebant.

3. *Et qui avaro adversabatur, quum ipse laudis cupidus esset, dum obsequium non praestabat.*

Versus hic cum priore versus antecedentis parte cohaeret. Si alii eum a nimia liberalitate dehortabantur, aures non praebuit, ut laudem mereretur. Verba مخلوعا عذاره statui describendo inserviunt et sunt pro وعذاره مخلوع »dum eius gena (capistro) caret« i. e. voluntatem suam sequebatur, ut equus capistro non retentus libere currit. Proverbialis est loquendi modus خلع العذار, »Capistrum genae abiecit« conf. Meid. T. III P. 1 p. 137. De construendi modo conferas Gramm. Ar. T. II p. 269 sqq. Tebrisius autem hoc in scholio Mersukii interpretandi modum, qui sensum tum primi tum secundi versus spectat, reprobat. Noster haec ad tertium versum adtulit, quod in Mersukii codice tribus versibus praemissis omnium versuum commentarius sequitur. Ego hoc in loco Tebrisium recte interpretatum esse, contra Mersukium censeo. Mersukii autem verba haec sunt: حششت ناره ضم ما تفرق من الحطب اليها واوقدت وانما تريد نار الضيافة ومعنى طيان صغير البطن مهضوم الجنبين قليل الطعم وقولها طاوى الكشح اى يمضى فى الامور لوجهه لا يعرّج على شى ولا يثنى ويقال انطوى كشحا فيصير من باب تصببت عرقا قال تصبب اخ قد طوى كشحا واب ليذهبا وقولها لا يرخى لمظلمة ازاره تريد انه اذا نابته النوايب فجرّد لها وفيها وهو مشمر الازار مقلّص الذيل فداوها بدمايها ونهض فيها نهض المقتدر عليها الفاصل لها

CXXXIV.

Ahticah filia Saidi b. Ahmru Ohmarum deplorans dixit.

(Fine anni 23 aut initio anni 24 Hedjrae.) In codicis Mersukii margine filia Iasidi b. Nofail legitur.)

1. *Quis animae medetur, cui tristitia in consuetudinem venit et oculo, quem diuturnae vigiliae laeserunt?*

Tristitiam suam ob caedem mariti manifestat, dum tristitiam, qua praeterito tempore adflicta sit, memorat conf. Ham. ٤٦٣, nam ante Ohmarum maritum Ahbd-Allahum filium Abu-Becri morte amiserat. Mersukius dixit, verbis من لنفس moerorem indicari, querelam proferri et auxilium implorari. Vocem عاد voce اعتاد explicat. Sensum versus Mersukius hisce verbis explicat: من يومن نفسا مما اعتادها من الاحزان واجتمع عليها فى رزئها من الاوصاب والالام ومن لعين اذاها طول الارق ودوام السهر. Tebrisius voci عادها eandem quam voci جاءها »venit ad eam« significationem dedit. Alios esse, qui verbo عاد incipiendi significationem tribuerint, eandem quam in Corani loco Sur. 7, 87 inveniunt. Tebrisius versibus metrum tertiae speciei metri Ramal et homoitoleuton speciei المتدارك et المتراكب esse adnotavit. In duobus prioribus versi-

bos homoioteleuton متدارك est duabus litteris motis inter duas quiescentes positis, in tertio tres litterae motae inter duas quiescentes sunt, ut homoioteleuton متراكب adpelletur. In Hamasa p. ٨٢ carmen invenimus, quod tam duplicem metri speciem quam duplex homoioteleuton habere potest.

2. *Corpus linteis suis involutum est; ne Dei misericordia isti corpori desit!*

Suspirans mortuum linteis involutum memorat et optat, ut Dei misericordiâ potiatur. Verbum لفف etc. voci جسد adiectivi loco esse et رحمة etc. sententiam intermediam efficere, scholiastes adoptavit.

3. *Ob quem debito obstrictus cliens dolore adflictus est, quem cilicio tectum Deus incedere non sivit.*

Hic versus luctum indicans adiectivi loco modo verbi لفف habendus est. Quod cliens adspectu illius corporis mortui tristitia adficitur, id virum beneficum fuisse ostendit. Liberalitas enim mortui paupertatis noxam defenderat. Voce سبد crines cameli, e quibus vestimenta et tegumenta crassa fabricabantur, paupertatem significavit. Proverbio ما له سبد ولا لبد »neque crines neque lana ei sunt« ad summam paupertatem significandam utuntur conf. Meid. C. 24, 56. Dicit, eum tam beneficum fuisse, ut ne cilicium quidem, quo corpus tegeretur, superesset.

CXXXV.

Mulier e gente Banu-l'Harets dixit.

1. *Equitem feris cibum reliquerunt haud debilem, imbecillum et tardum.*

Deplorat equitem, quem occisum feris reliquerint. Una plorandi causa in eo est, quod occisus sit, altera quod inhumatus relictus sit. In posteriore parte roborem fortitudinemque laudat. Vox ما vocis فارس significationi generali paulum restringendae inservit (conf. Gram. Ar. T. I p. 539). Scholiastes voci nomen صلة dedit, quippe quae sequentia verba cum voce فارس coniungere videretur. Verba ita disposita, quamquam eundem sensum offerunt, quam verba غادروا فارسا »equitem reliquerunt« vim sermonis augent. Vox ملحما statui describendo inservit. Post hanc vocem obiectum eius, cui tanquam cibus relictus est, omissum puto. In sequente hemistichio (metr. Basith) id invenimus: قد الحمتنى المنايا لسبع وانرخما. »Mors me feris avibusque Rachmah[1]) cibo obiecit«. Scholiastes debilis significationem, quae voci زمل convenit, cum significatione involvendi cohaerere putat, quasi debilitate involutus sit; sed hunc explicandi modum stultum duco. In scholio, quod ex Mersukii commentario descriptum est, l. 2 sic legendum puto والزمل الضعيف كانه زمل في الثوب.

(p. 196.) 2. *Quem, si voluisset, alacer, gracilis lateribus, robustus, crispa coma praeditus (equus) celeri cursu abstulisset.*

Summam eius fortitudinem laudans dicit, eum potius perire, quam fugae se dare voluisse, quamquam in equo fugiendi facultatem habuerit. Scholiastes dicit, poetriam verbis لويشاء statum describere. Hisce verbis futurum quod adhibuit, excusat, nam لو شاء dicendum fuit. Causa autem, cur futuro usa sit, in eo fortasse invenienda est, quod poetria non temporis

1) Haec avis cadaveribus vescitur conf. Selecta ex hist. Halebi p. 86 sq. adnott.

momentum, sed longius temporis spatium, quo fugiendi facultas fuisset, indicare in animo haberet (conf. Gramm. Ar. T. I p. 161 sqq. T. II p. 18. Anthol. gram. p. ٨٦. ١٢٣ infr.) Voci اطل lateris hypochondrii significationem convenire, tum e loco nostro tum maxime e loco Diwani Amru-l'Kaisi p. ٣ v. 9, ubi poeta dualem adhibens لاحقُ الاَطلين dixit, videmus. In Mersukii codice لاحق الاطال minus bene legitur.

3. *Sed fortitudo eius indoles erat et temporis vicissitudines vitae finem adducunt.*

Hoc in versu causam mortis profert. Quum fortitudo a natura ei insita esset, eum non potuisse non ita agere, ut temporis vicissitudines eius vitae finem adducerent.

CXXXVI.

Djerirus Kaisum b. Dhirar b. Alkahkah b. Sorarah deplorat.

Poeta (si ille satyris praesertim notus significatur) anno 111 diem obiit aetate plurium quam octoginta annorum conf. Anthol. gram. p. 455.

1. Quot feminae plorantes ob Kaisi discessum, dum separationis absentia, quae multum remota est, Kaisum iam abstulit.

Feminas mortem Kaisi deplorantes ante oculos ponit. Mortem discessum, cuius distantia longa est, appellavit. Simili modo mortem poeta Ham. ٥٨٣ v. 4 descripsit. Vox باكية casum genitivum propter omissam vocem رب obtinuit et vox امرأة supplenda est. Verba وقد etc. statui describendo inserviunt. Vox نوى regionem, quam sibi gens in itinere proposuit, designans generis feminini est. Ad hanc igitur vocem suffixum in voce بعادها referendum est. Verba طويل بعادها sunt pro بعادُها طويل; sed cum antecedente voce grammatice coniunctum adiectivum huius casum accipiat, necesse est.

2. Lacrymarum fluxum ad finem perventurum non esse puto, donec oculi nigrum evanescit.

3. Kaiso oportet esse licitum territorium vetitum et camelae robustae pedes incidi, quod eius commeatus paucus est.

In priore versu luctum magnum describit, ut lacrymae non cessent, donec lacrymarum fons exhaustus sit. Nigrum oculi est oculi praecipua pars, ut, si hoc evanescat, totus oculus corruptus sit. In posteriore versu calamitatis magnitudo describitur, quae tanta sit, ut omnes animi, ad quos moeror tanquam ad locum interdictum non pertingat, moerore adficiantur, necesse sit. Vox حمى proprie locus est, cuius aqua et herba interdicta est; solebant enim potentes, dum sibi omnes locos licitos ducebant, aliis locos quosdam interdicere. Hoc in versu in animos translata est vox. Kaiso omnes animos licitos esse debere, ut moeror ob eius mortem eos occupet. Poeta Cotsajjir de amore feminam describens dicit (metr. Thawil): L o c u m v e t i t u m l i c i t u m f e c i t, q u e m a n t e a h o m i n e s n o n d e p a v e r a n t, e t i n c o l l i b u s t e n t o r i u m f i x i t, q u i a n t e a h a b i t a t i n o n f u e r a n t (i. e. ea amore antea ab amore fugientes impleverat.) Hunc loquendi modum Abd-Allah b. Alzimmah Koschairita imitatus est (metr. Thawil): L o c o h a b i t a c u l u m f i x i t, u b i a n t e e a m n e m o

habitaverat; Rajjae eius loci alti faciles despectique erant. Abu-Nowaaus quoque eundem loquendi modum modo paulum diverso secutus est dicens (metr. Monsarih): مباحة ساحة القلوب له يرتع منه اطايب الثمر. Tractus animorum ei licitus erat, inde edens optimos fructus. Alii autem hac de re alia protulerunt. Grammaticus Ebn-Alahrabi res huc pertinentes lepido narravit. Virum quendam femina, quacum coniunctus fuerat, quum ex itinere redux adiret, mutata mente hisce verbis adlocuta est (metr. Thawil): Nonne vides, aquam praesenti concessam esse et cordis vias te absente occupatas. Vir respondit: Et si occupatae sunt, viae multae sunt et inde camela mea iuvenca prima alteraque vice bibit. In posteriore versus parte mortuus liberalitatis laude ornatur. Arabes ad liberalis sepulcrum transeuntes sociis epulum parare solebant et, si commeatus paucus erat, ut officium implerent, camelum suum mactabant. Rem iis officii loco fuisse, ex eo videmus, quod ob rem omissam se excusant. Sic poeta dixit (metr. Camel): وبعد خرق مهمه لو لا السفار لتركتها تحبو على العرقوب »Si iter non fuisset post longum iter per desertum, eam camelam reliquissem prorepentem in suffragine« (siquidem camelo, quem mactare volebant, nervos pedum posteriorum amputabant.) Ad hunc morem versus verba respiciunt. In versu أن خف et إن خف legitur. Prius loco vocis لأن »propterea quod« dictum est. Namaritam, quae nostris prolatis similia adtulit, grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi more suo proverbiali loquendi modo hoc adhibito refellere studuit (metr. Redjes): Maior pars eius, quod ex ea audio primo diluculo in eo versatur, quod feminam marem facit et marem feminam esse dicit. Initio versus feminarum attributa describi vero propius esse, finem autem versus a recto remotiorem esse, quam Rawah a Tasah [1]). Initium simile esse verbis Hadjri b. Chaled (metr. Thawil): Locum a nobis interdictum defendimus et lanceae nostrae licitum duxerunt locum interdictum cuiuslibet gentis, cuius prata impleta (aquâ) erant (conf. Ham. p. ٦١١). Finis versus Saihdi b. Alahzi b. Omajjah [2]) verbis, quibus Hischamum b. Almoghirah deplorat, similis est: **(p. 497.)** (metr. Thawil): Eheu! vir, in quo spem ponebant, periit, dum generosus erat; et quia commeatus iter facientium est, quum noctu venit? et si commeatus non erat, tum finis gladiorum tenuium camela difficilis et equitando inserviens erat (i. e. eam deficiente commeatu viatoribus mactabat).

CXXXVII.
Alius dixit.

1. Moeror laetitiae res promissa est, duo fratres sunt, vespertino et matutino tempori oppignerati.

Hoc in versu, cuius metrum Camili prima species est, vicissitudinem rerum humanarum

1) Verba: Remotior quam Rahwah a Tasah proverbio similia sunt; sed ista nomina locorum esse in Kamusi opere adnotatum non inveni.

2) De poeta conferas librum Citab-Alaghani. Si frater Ahmrui b. Alahz est, Othsmani tempore Cufae praefectus mox Merwanum b. Abd-Almalec successorem habuit.

ut laetitiam moeror semper sequatur, describit. In Mersukii codice fragmentum desideratur et auctor recte id omisisse videtur, nam mortem viri in eo defleri dubito.

2. Quum virum periise audis, certo scias, eandem quoque viam tuam esse; compara igitur tibi commeatum!

Cuilibet homini moriendum esse, ut quilibet ad moriendum paratus esse debeat. Pia opera autem commeatus alterius mundi appellantur. Vocis تزود igitur sensus est: tu bene age, ut commeatum itineris in alterum mundum habeas!

CXXXVIII.

Alius fratrem suum deplorans dixit.

1. Frater et pater beneficus et mater condolens; in hoc autem (fratre) indoles coniunctae sunt, quae in omnibus benefacientibus dispersae reperiuntur.

Fratrem suum mortuum summa laude ornat dicens, in eo, ut in patre matreque omnes indoles amoris coniunctas fuisse, quas alii nonnisi singulas possiderent. Hoc quoque fragmentum in Mersukii codice desideratur. Metrum secunda species metri Thawil est.

2. Ex eo ob quemlibet, qui ante eum degebat, solatium cepi et effecit, ut omnem eum sequentem non curem.

Pergit in eo laudando. Talem eum fuisse, ut eo vivente solatium caperet, si alii morerentur; eo autem mortuo de aliis desperet, quum nemo eius vicem agere possit.

CXXXIX.

Alius filium deflens dixit.

1. Tempore, quo admiratione me adficiebas, decessisti, dum iuventus abiit et senectus advenit.

Metrum tertia species Motakaribi est. Filii mortem deplorat, qui iam adultus perierit tempore, quo ipsum admiratione impleret, dum ipse iam senex devenerit. Tali aetate filii mors maiorem patri dolorem adfert, quum prolis spes desit.

2. Et si ploro, ob rem calamitosam ploro et si patientia manifestanda est, vir mei similis patiens est[1].

---

1) In tanta autem calamitate sibi plorandi causam esse; nihilominus tamen se patientiam ostensurum esse, si rerum conditio postulet.

CAPUT TERTIUM

in quo agendi ratio cum intelligentia et civilitate coniuncta tractatur.

I.

Miscin Daremita dixit.

(p. 498.) Aequalis Ferasdaki, ut aetas in tempus Islami iocidons paganitatis tempus non attingoret c o n f. Citab-Alaghani. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, poctao nomon Ahmru fuisse et cognomen ob versum sequontem ortum esso, quosdam putaro وسميت مسكينا ولست بحائج وانى لمسكين الى الله راغب. »Appellatus sum Miscin (pauper), dum pauper non sum; sed ego, profecto! pauper sum Dei desidorio plenus.« Se autem in versu nil nisi excusationem nomiuis invoniro.

1. Quot viri sinceri sunt, quorum secreta, quamquam eorum omnium particeps sum, neque uni neque alteri prodam!

Agendi rationem suam laudat, qua multorum secretorum conscius nulli rem divulget. Gonitivus vocis فتيان ex particula رب omissa pendet. Verbis فتيان صدق viros in amore veraces et non decipiontes significare vult. Substantiva duo (loco unius adiectivi) poeta coniunxit modo, quo فتيان خير dicitur. Grammaticus Alchalil discrimen in usu vocum الصدق et السوء, si cum aliis coniunguntur, adnotavit. Vocem سوء cum voce رجل casu genitivo coniungi posse, non item, si vox رجل articulum habeat. Vocem السوء tanquam adiectivum sequi debere. Dici posse رجل صدق, ut vox صدق casu genitivo coniungatur; sed vox الصدق tanquam adiectivum sequi non posse. Causam in eo invenit, quod vir pars sinceritatis non sit, sed sinceritas pars viri. Verba غير etc. exceptionem efficiuot, quae cum antecedentibus non cohaerot et hanc ob causam a grammaticis abrupta (منقطع) appellata est c o n f Gram. Ar. T. II p. 403.

2. Cuilibet viro latus in corde (meo) vacuum est et locus secreti, quem nemo videre cupit.

Poeta cor suum in plures partes divisum describit, in cuius singulis partibus singulorum secreta deposita sint, ut alter alterius secretum cognoscere non possit. Verba من القلب sunt pro من قلبى. Schollastes dixit, in voce نجوى modo nominum actionum formata litteram ى feminini signum esso. Vocibus نجوى et نجى, quae adiectivi significationem haboant, tam singulos quam plures describi. Ut diversum vocum usum ostenderet, ex Corano loca Sur. 12, 80 Sur. 17, 50 et Sur. 58, 8 adootavit.

3. Dispersi in terris degunt, dum eorum secretum petrae traditum est, quam viri diffindere non valent.

Non solom, dum praesentes adsunt, secreta apud ipsum deposita non divulgantur; verum etiam, dum in diversis regionibus dispersi sunt, cuiuslibet secretum conservatur. Cor

suum, in quo secreta deposita sunt, eum petra dura comparat, quae diffindi non possit, ut nemo intrans deposita inspicere possit. Praepositio الى o verbo انتقل aut simili pendet. Legendi modum انصلاعها ob saxi naturam alteri in scholiis adnotato اتصاعها praeferendum puto; comparandi enim modus magis convenit. Ubi autem illa petra deponenda sit, non video. Fieri potest, ut, quod proprie صدعها (nomen actionis primae formae) poetae dicendum esset, legendi modus mutatus sit. Loco autem verborum اعيا الرجال اتصاعها, quae in scholiis nostris leguntur, in Mersukii codice اعيا الجبال اتصاعها invenimus. Camelis tam robur quam summa patientia in perferendis molestiis tribuitur, ut, si loco الجبال vox الجمال legeretur, magis placeret, nam montes petram illam deponere minus aptum videtur.

II.

Iahja b. Sijad dixit.

Avunculus Abu-l'Ahbbasi Alsaffah est (conf. Ham. ٣٩٣). Poetae mortem poeta Mothih adpellatus (conf. Ham. ٣٩٠) deflevit.

1. Quum canitiem albedine sua in vertice capitis mei apparentem vidissem, ei dixi: Bene venisti!

Senectutem advenientem, quae nemini non ingrata sit, patienti fortique animo ferendam esse. Hanc agendi rationem se secutum esse. Sententia consequens, quae particulam لما **(p. 499.)** necessario sequitur, verbis قلت etc. continetur. Loco pronominis له, ut via sermonis augeretur للشيب dixit. Vox مرحبا modo nominis actionis, quod ex omisso verbo pendet, Accusativum obtinuit (conf. Gram. Ar. T. II p. 460). Hoc in versu verbum اتيت (venisti) supplendum est, ita ut phrasis verbo dicendi loco obiecti sit. Verbum, a quo vox مرحب derivata est, tam cum vocali Dhamma quam cum vocali Kesra enunciatum est. Si grammaticis fides est, prior modus enunciandi genti Hodsail proprius fuit. Littera Alif in fine versuum ob metrum addita est.

2. Quod si sperassem, fore, ut, si salutem dicendam meam retinerem, se averteret, cupiissem, ut se averteret.

Et sibi quidem senectutem advenientem ingratam fuisse dicit; sed quum tali in re nil effici possit, animi desiderium se occultasse. Verbo خاف timendi quidem significatio propria est; sed in verbis timendi et sperandi unam significationem in locum alterius succedere scholiastes adnotavit. Ut in Corani loco Sur. 78, 27. verbo رجا timendi significatio est, sic in verbis Hodsailitae (metr. Thawil): اذا لسعته النحل لم يرج لسعها. »Quum apes eum mordent, eius (apis) morsum non timet«.

3. Sed quod rei ingratae tibi supervenienti lenem te aliquando ostendis, hoc potius causa est, cur ingratum evanescat.

Si forti animo rebus ingratis resistatur, earum vim diminui. Verbo سامح lenem se praebendi significationem esse, ex proverbio adducto, quod Meid. T. III P. I p. 533 adnotavimus, scholiastes probare studet. Adnotatu dignum est, poetam cum forma comparativi اذهب

significationem quartae coniugationis coniunxisse; maxime enim fit, ut forma comparativi a prima coniugatione derivetur. Grammaticus Sibawaihi eam a quarta forma derivari licitum censuit (conf. Ham. ٣٦٩ l. 7 infr.) modo, quo verba admirandi formantur. Scholiastes dicit, nil obstare, quin, abiectis litteris additis, vox explicetur modo, quo in sequente versu vox أفقر derivata sit (metr. Tbawil): Honor noster nobis aliquando magis tuendus videbatur, quam pannus Iemanensis quasi sagittis ornatus«. Vocem أفقر ex verbo افتقر ortam esse. Qui vero interpretandi modus quin falsus sit, non dubito. Reperiuntur voces فقر et فقير, quae quum nonnisi a prima verbi forma derivari possint, primam verbi formam cum ista significatione exstitisse, non est, quod negemus. Fit autem interdum, ut una verbi forma alterius usu abrogatur. Nec non apud lexicographos prima verbi forma adnotata invenitur. Vox لكن adhibita poetam ab una re ad alteram transiisse ostendit. Silentio haud praetermittere possum, nomen post verbum كان omissum ex usu verbi سامحت cognosci posse, ut nomen المسامحة supplendum sit.

III.

Almarrâr b. Saihd dixit.

Poeta tempore Omajjadarum Ahbbasidarumque vixit. Sunt, qui poetam tempus Ahbbasidarum non attigisse dicant. Ipse eiusque frater Badr latrones erant; sed Badrus latrocinio notior erat. (Ct. Alaghani).

1. Quum aliquando genti imperare vis, per mansuetudinem (prudentiam); nec vero festinando contumeliisque impera!

Qui in alios imperium exercere volunt, iis mansuetudo commendatur. Verba لا بالتسرع والشتم sensum habent, imperaturo nimiam festinationem in puniendis rebus et contumelias in verbis evitandas esse, quippe quibus et amor aliorum in principem et dignitas principis diminuantur.

2. Mansuetudo enim meliorem exitum, scito! habet, quam duritas, nisi quod iniuriam fugis.

Discernendum esse viro inter rem ingratam, quae ipsi ab altero ob incuriam acciderit, et iniuriam a malevolente illatam. In illâ mansuetudine utendum esse; in hac severitate duritateque. Vocis فاعلمي, quae in sermone quasi superflua sit, nomine حشو (fartura) artis rhetoricae periti appellatae unam vituperarunt. Hoc vero in versu eam superfluam non esse censent. Vox مغبة ad sensum specialiorem reddendum adhibita casum Accusativum obtinuit Gram. Ar. T. II p. 113. Sensus vocis الجهل opposita voce الحلم constituendus est. Quum vox الحلم mansuetudinem cum intelligentia coniunctam designet, vox الجهل duritatem in agendo, quae cum ignorantia coniuncta esse soleat, significet necesse est. Unum tantummodo statum **(p. 500.)** excipiendum putat. Malum duro modo a nobis depellendum esse, e proverbio discimus. Meid. 8, 19. »Malum depello ope ligni aut pali tentorii!« Quidam veterum dixit: ادفع الشر بمثله اذا اعياك غيره. »Malum simili repelle, si alio modo non potes!«

IV.

Ihzam b. Ohbaid Simmanita dixit.

Vocem Ihzam utris ausam significaro, scholiastes e versu poetae Alahscha probare studet (metr. Motakarib): Ab omni gente ausas capio i. e. occasione et tempore utor.

1. Abu-Mismaho de me nuntium perfer! nam in vituperatione vita inter gentes est.

Versu hoc vituperationem, qua in sequentibus quendam reprehendit, introducens vituperationem utilem esse dicit. Ante vocem مغلغلة substantivum رسالة (nuntius) supplendum est· Verbo غلغل intrandi, pervadendi et celeriter eundi significationem tribuunt (conf. Ham. p. ٥٤٣). Djeuharius voci مغلغلة significationem epistolae ab una terra in alteram translatae adscripsit. Verba وفى العتاب etc., quae sententiam intermediam efficiunt, poetae in vituperando intentionem bonam fuisse indicant. Quamdiu enim homines aliorum agendi rationem vituperant, ut reparetur, cupiunt; omissa autem vituperatione odium in hominum animis alitur et crescit, ut inde perniciosae inimicitiae oriantur. Simili loquendi modo Abu-Tammamus usus est dicens (metr. Thawil): ان الدم المغتر يحرسه الدم. Sanguinem de improviso supervenientem sanguis custodit. Similem quoque sensum Corani verba Sur. 2, 175. »Et vobis in ultione vita est« offerunt.

2. Intrandi ante me veniam hominibus dedisti, qui, ut ante me intrarent, digni non erant.

Causam vituperationis exponit. Eum dignitatis poetae rationem non habentem aliis, quibus non tanta dignitas esset, ante ipsum intrandi veniam dedisse. Partem scholii Mersukii noster verbis necessariis omissis descripsit. Sic in Mersukii codice legitur: وقوله ان يدخلوا الابواب قدامى حقه عند سيبويه ان يقال ان يدخلوا فى الابواب يجعله مما يتعدى فى الاصل بحرف الجر ثم يحذف الجار من اللفظ تخفيفا ومسئلة الكتاب دخلت البيت وغيره يذهب الى انه ما يتعدى تارة بنفسه وتارة بحرف الجر وانهم يقولون دخلت فى الامر فيعدى بفى لا غير وان ضده خرجت يتعدى بحرف الجر بيان لقول سيبويه.

3. Si singula sepulcra numerata essent, ego omnium eorum, qui mortui sunt, honoratissimus essem et a vituperationis loco inter eos remotissimus.

Tantam dignitatem sibi arrogavit, ut non solum viros, verum etiam mortuos dignitate superaturus esset. Ponit igitur se mortuo singula mortuorum sepulcra investigari, ut, qui eorum aliis dignitate praeferendus sit, cognoscatur, dum se omnes dignitate victurum esse sperat. Scholiastes adnotavit, loquendi modo usitato convenire dici: لو عدت القبور قبرا قبرا. Vox autem قبر quum subiecti locum obtinuerit et non amplius statum, casu Accusativo posito, designat, copulam Waw rediisse. Mersukio enim in verbis قبرا قبرا proprie copulae locum fuisse, et tum copulâ omissâ sensum minus restrictum redditum esse, quod is, ad quem sermo directus sit, verba satis intelligeret. Alii verborum sensum sic constituunt: Priore voce suum sepulcrum, posteriore praeterito tempore mortuorum sepulcra significari. Mersukius sententiam Sibawaihi eiusque explicandi modum pluribus dilucidavit.

4. Ego vero, quotiescunque necessitas me coegit, ut ad domus tuae portam accederem, ei per alios quam te satisfeci.

Non esse causam in sua ipsius agendi ratione, cur parvi habeatur, nam, quum nonnisi necessitate coactus eum adiorit, petendo se ipsum non abiecisse. Se potius per alios desiderio suo satisfecisse. Vox ادلوها indicat, pectam necessariam rem cum aqua comparare, quae cum molestia e puteo extrahitur.

V.

Schabib b. Albarza Morrita dixit.

Poetam post Islami tempus vixisse puto, narrant enim matrem eius a Mohammede in matrimonium petitam esse. Quae quum a patre Mohammedi sub praetextu leprae recusata esset, statim leprâ correpta fuisse dicitur conf. de poeta librum Citab Alaghani.

1. Ego sane odium relinquo, cuius in propinquo pulvis iam apparuit, dum id non excito,

Poeta erga clientes patientiâ se uti dicit, ne odium, cuius primum indicium iam appareat, incendatur. Vocem تراك (saepe relinquens) adhibuit, ut suam hanc esse agendi consuetudinem ostenderet. Vox ثرى proprio humidam terram, quae sub superficie est, designat. In odium occultum mihi transferri videtur, ut cum eo proverbialis loquendi modus يبس بينهم الثرى »humida terra inter eos sicca est« i. e. inimici facti sunt, cohaereat. Humida terra, si soli ventoque exponitur, sicca fit. Ut autem verbum استثيرها, quod in pulvere, qui motus in aerem se tollit, adhibetur, a poeta recte adhibitum sit, verba بدا ثراها mihi pro بدا يبس ثراها **(p. 501.)** »apparuit siccus pulvis eius« dicta videntur, nam de pulvere humido استثيرها dici vix potest.

2. Timens, ne magnam mihi rem excitet, nam res parva res graves excitat.

Hoc in versu cum priore cohaerente causam, cur ita agat, exponit. Parvam rem silentio praetermittendam esse, ne inde magna res oriatur. Vox مخافة Accusativum casum accepit, quod causae indicandae (مفعول له) inservit (conf. Gram. Ar. T. II p. 114), et Nunnationem amisit, quod cum sequentibus vocibus tanquam cum nomine cohaeret. Verbi تجنى, cuius subiectum odium est, obiectum omissum est. Scholiastes quum امرا عظيما magnam rem suppleverit, verbo جنى decerpendi significationem tribuendam esse puto. In posteriore versus parte verba transposita sic constituenda sunt: يهيج صغير الامور كبيراتها. Mersukium, qui voci صغير sensum collectivum tribuerit, non sequor, siquidem una res parva plurium magnarum causa esse potest.

3. Per vitam meam! die Ohnaisah in eo eram, ut desiderio potirer, si vinculum animi mei firmum fuisset.

Vindicandi occasionem, quam die Ohnaisah habuerit, se emisisse dicit, quum firmum rei propositum non haberet. De die Ohnaisah nil certi habeo quod dicam. Scholiastes Ohnaisah nomen loci esse dicit; in Kamusi opere collem nigrum in valle Folaih esse lego. Num dies proelii an alius dies, quo ibi res quaedam ageretur, fuerit nescio. In Maidanii opere

talis dies adnotatus non est, sed plures ibi praeliorum dies minoris momenti omissi sunt. Quale desiderium fuerit, verbis non clare exposuit; sed ex versuum contextu conjici potest. Vox مرير proprie funem designat, tum in consilium, quo animus quasi ligata est, transfertur. Dicitur: استمر مرير فلان »firmus fuit funis cuiusdam« i. e. consilium firmum cepit. In scholii linea secunda اذا استحكم رايه legendum est, nam vox مرير explicanda fuit. Sic quoque in Morsukii codice legitur.

4. *Quum res abeunt, fines nobis perspecti sunt; initio res similes se tibi ostendunt.*

Se, si rerum eventum isto tempore praevidisset, alio modo acturum fuisse ostendit; sed initio rerum, qualis sit futurus eventus, praevidere homini concessum non esse. Verba inversa sunt, nam vox اشباها, quae quum statui describendo inserviat, casum Accusativum obtinuit, post vocem صدورها, locum habeat, necesse est. Eundem sensum poeta Alkatbami expressit (metr. Thawil): ولا يعلم الغيب امرو قبل ما يرى ولا الامر حتى تستدبر دوايره. Rem occultam vir antequam apparet, nescit, neque rem antequam finita est.

5. *Si gens Sahd b. Dsobjan res gloriatur, tu gloriantem res enumerare non invenies, nisi quas exstruximus.*

Se suamque gentem laude ornat. Nullum praeclarum factum, cuius gloriam gens Sahd sibi sumat, esse, quam gens sua non peregerit. Gloria cum aedificio, quod exstruitor, comparatur conf. Ham. ١٥٩ infr.; quae res est causa, cur noster ابتنينا (exstruximus) dixerit. Scholiastes verba سوى ما ابتنينا exceptionem antepositam appellavit, quod ante verba ما يعد locum habent.

6. *Nonne vides, nos gentis lucem esse? In nocte obscura autem nil nisi lux hominibus viam ostendit.*

In laudo gentis suae pergit. Gentem suam cum luce, quae nocte obscura viam ostendit, comparat. Scholiastes adnotavit, viros cum stellis et luce comparari conf. Ham. ٣٩. infr. Idem discrimen in comparatione solis et stellarum tale invenit; solem victoriam significare, lucem virum laude elatum esse; sed in Hamasae opere tale discrimen non occurrit. Alter legendi modus نور قو lux Kawwi est. Kaww nomen loci est et quin locus, ubi gens sedem habeat, sit non dubito. Obiectum verbi يبين, quod scholiastes omissum esse dicit, vox الطريق (via) est. Suffixum in voce نورها ad vocem الظلماء referendum est, quacum voce nonnisi levi nexu coniunctum est.

VI.

Mahn b. Aus dixit.

Mahn b. Aus b. Nazr b. Sijadah b. Asham (al. Sijadah b. Asahd) poeta excellens tempore ante Mohammedem et tempore Islami vivens plures Mohammedis socios laudavit. Usque ad tempus turbarum inter Ahbd-Allahum b. Alsobair et Merwanum b. Alhacem in vivis erat. Cit. Alaghani. In libro Al-Mookhtusur p. 655 ed. Calcutt. 1813 legimus, poetam, **(p. 655.)** qui ibi المزني cognominatur, carmen nostrum praesente Moahwijaho recitasse. Narrant, Mahonm

amici sororem in matrimonium duxisse. Quam quum repudio dimitteret, amicus se cum eo nunquam collocuturum esse iuravit. Hanc ob causam, ut amicum ad se reduceret, poetam versus hosce composuisse. Hunc rerum statum in versibus poeta respiciens dixit: Ne iratus sis, quod femina mutuo accipitur et altera dimittitur. Tali enim modo viri agere solent. Ostendit versibus, amicum, si res ab eo peracta nobis non placeat, hanc ob causam deserendum non esse. Iusto modo erga amicum agendum esse.

1. Per vitam tuam! nescio, licet timidus sum, cuinam ex nobis mors prius occursura sit?

Praemittit caeteris monitis, quibus amicum ad se reducere vult, considerationem vitae humanae. Neminem scire, quamdiu vita duratura sit, ut, si quis in gratiam amici redire negligat, mors subita omnem spem abrumpere possit. Verba على اينا verbo ادرى obiecti loco sunt et verba وانى لاوجل sententiam intermediam efficiunt, quae sensui magis explicando inservit, qui enim meticulosus semper circumspicit, ut periculum detegat, ei inopinatum periculum haud supervenit. Sed in mortis discrimine res aliter se habet. Mortis tempus ne meticulosus quidem, licet semper attentus sit, praevidere potest. Vox اوجل quamquam comparativi formam habet, tamen sensu comparativi caret, quae res causa fuisse videtur, cur femininum وجلاء aut non formaretur aut inusitatum fieret; dicunt enim eius loco وجلة. Duplici autem legendi modo تغدو et تعدو sensus verborum haud multum variatur. Priori verbo mane veniendi, posteriori incurrendi significatio est. Hac significatione recepta mors aut cum animali rapace conf. Ham. p. ٣٣ v. 12 aut cum milite in hominem incurrente conf. Ham. p. ٢٧١ et ٣٦٨ v. 1. comparata est. Vox quoque اول formam comparativi habet, ut praepositio من sequi debeat; sed quum nomen cum eo coniungeretur, factum est, ut sensu integro, praepositio abesset. Post autem istud cum eo coniunctum nomen, quippe cognitum esset personae, ad quam sermo dirigeretur, omiserunt, ut vox in fine sermonis sibi sufficeret. Ea quoque vox modo, quo voces قبل et بعد (i. e. vocibus cum iis coniunctis) sensu definita est et indeclinabilis (ut vocali Dhamma enuncietur) conf. Gram. Ar. T. II p. 152. Anthol. Gram. p. 471. Tanquam adverbium temporis autem Accusativi locum tenet.

2. Ego frater tuus perpetuus eram, perfide erga te non egi, quod adversarius te vincebat aut habitaculum tibi displicebat.

Agendi rationem suam describit. In rebus adversis sincerum se amicum ostendisse dicit. In versu duplex est legendi modus aut لم اخن »haud perfide egi« aut لم احل »non recessi a foedere mutato animo«. Et particula ان aut vocali Kesra aut vocali Fatha enunciatur. Si vocalis Kesra locum habet, verba transposita sunt, ut verba لم اخن propositionis consequentis locum teneant, ita tamen, ut particula ان hoc in loco in praeteritum futuri sensum transferre non possit, quum res in tempus praeteritum incidat, necesse sit; sin vero voci ان vocalis Fatha datur, verbis ان ابزاك causa indicatur. De voce ابزى Ham. ١٠٣ v. 4 pluribus sermo fuit. Noster verbo violenter tractandi et subiugandi significationem tribuit. Quae autem in scholii secunda linea verba ويبزى يكون مستقبل بزى وابزى جميعا legun-

tur, ea versum a Tebrisio negligenter omissum, quem Mersukius ex grammatici Chalili opere desumsisse videtur, respicit; sic enim post vocem قهره sequitur: وانشد جارى ومولاى لا يبزى حريمهما وصاحبى من دواعى الشر مصطحب Et recitavit sequentem versum (metr. Basith): Neque vicini neque clientis mei uxores duro tractantur et socius meus contra malorum causas defensus est. Dicit auctor, vocem يبزى in versu futurum tam primae quam quartae formae esse posse. Posthac Tebrisius ex Mersukio explicandi modum profert, qui pluribus Ham. ۱.۳ v. 4. legitur. Quae in linea quinta sequuntur, ea nonnisi ex Abu-l'Ahlae opere excerpta sunt. Abu-l'Ahla enunciandi modum vocis ابزاك abiectâ Hamzâ tanquam dialecte regionis Hidjas proprium probavit, quippe quem Warsch cognominatus lector celeberrimus Ohtsman b. Saihd Almokri (unus septem celeberrimorum lectorum Corani) in ipso Corane legendo adhibuerit. Metri causa a poetis rem adhibitam esse, e versu poetae Dsu-l'Rommah cognominati videmus: (metr. Thawil) E gente Abu-Musa homines circum eum vides, quasi perdices sint, quae accipitrem conspiciunt.

3. Cum eo ex hostibus pugnabam, quocum tu pugnabas et opes meas dicabam, si debito obstrictus eras, tum te pecunia expiabam.

Sinceram suam amicitiam describit varie modo se ei auxilium tulisse dicens, ita ut vitam suam periculo exponeret et opes erogaret. Quum vox مال camelos significet, quippe qui praecipua opum pars Arabibus sint, verbis حبس et عقل, quae proprie ligandi significationem habent, de opibus erogandis usi sunt. Scholiastes adnotavit, poetae فاعقل عنك dicendum fuisse i. e. pro te debitum solvendum in me suscipiebam.

4. Si aliquando erga me prave agebas, usque ad crastinum diem tibi condonabam, ut alter futurus diem hunc tuum exciperet.

Se, quemadmodum verum amicum deceret, in condonandis amici peccatis egisse, ut eodem semper die veniam concederet. Mersukius verbis ليعقب sensum tribuendum esse censet, diem alterum in huius diei, quo amicus pravo egerit, locum successurum esse, quo amicus bene agens vitium reparet. In hoc vox يوما obiectum verbi est; sed fieri posse dicit, ut verbo اعقب sensus intransitivus sit finem habendi. Dici اعقب الامر cum nomine actionis عقبى et عقبان »res finem habuit«. Sensum esse: ut res tua, quae se offerat, aliquando finem habeat. Hoc admisso, quod mihi minus placet, vox يوما loco adverbii temporis est. Esse quoque, qui vocem يعقب vocali Fatha enuncient, ut verbum in locum alterius succedendi significationem afferat.

5. Quasi prava tua erga me agendi ratio et ira in me tua quendam tuum morbum sanet et in eo quod mihi non placet, causa non est, cur properes.

In hoc versu, qui in Mersukii codice ante versum proxime antecedentem locum habet, causam, cur amicus ita egerit, indagat. Agendi rationem ex interno morbo seu odio occulto sibi ortam videri, ut patientia a se adhibita huius morbi medicina fuerit. Suffixa in vocibus مساءتى et سخطى sensum ad obiectum spectantem habent. Duplex est legendi modus

ريبتى ot ريثتى. Priore voce agendi rationem significari puto, qua alteri prava suspicio (p. 503.) iniicitur, ut sensus sit: in eo quod me laedis et pravam de tua erga me agendi ratione suspicionem mihi inicis, neque est commodum neque causa, cur tu ad eundem modum repetendum festines. Altera voce cunctatio significatur, ut sensus sit: in eo, quod in te puniendo cuncter, causa non est, ut festines. Posterior legendi modus in Mersukii codice reperitur.

6. Ego autem, licet olim tua agendi ratio mihi displicebat, tamen condonabam et bene erga te agebam.

7. Quod si a te me separas, in mundo dexteram tuam amputabis; at vide, quam manum in eius locum substituas.

In priore versu, qui in Mersukii codice deest, tam suam quam amici agendi rationem haud novam esse dicit.

In posteriore noxam, quam ex separatione, quam amicus sibi in animum induxerit, prodituram esse, ostendit. Futurum esse, ut optimo adiutore privetur. Mundum الدنيا dicit, mundi mala significaturus. Quod homo manu omnes res perficit, manus auxilium designat conf. Ham. ٣٨ v. 1. Ut autem in dexterae amputatae locum altera manus succedere non potest, sic poeta noster, se relicto, neminem vicem expleturum esse dicit.

8. Inter homines autem, si amicitiae tuae vincula rumpuntur, sunt, qui se mecum coniungant et in terra locus est, quo ab odii domo recedi potest.

Iam se consolari incipit, dicens se, si amicus in alienatione sua perseveret, alibi virum inventurum esse, qui suam amicitiam cupiat. Locum, ubi alteri in odium veniat, cum alio permutandum esse. Ut amor abruptus cum fune rupto (Ham. ٨. v. 5. ٣٣٣. v. 4.) comparatus est, sic in nostro amor haud sincerus et corruptus cum funo trito. Ad hanc comparationem vox واصل (coniungens) referenda est. Qui alterius amicitiam cupit, is est, qui funem illum ruptum coniungit. Domum odii domicilium suum appellavit, quod amico pristino in odium venit. Simili modo alius دار الهوان (domus despectus) dixit.

9. Si erga fratrem tuum iniuste agis, eum, si sapit, in fugae latere invenies.

Propositum suum abeundi, quod iam cepisse videtur, videns amicum agendi rationem suam non relinquere, probare studet. Stulti esse apud fratrem iniustum remanere. Scholiastes verba ان كان يعقل pulchram conditionem appellavit, quippe vir haud intelligens inter beneficia et malefacta, inter aequitatem et iniustitiam discrimen non faciat.

10. Et ne iniuste erga eum agas, gladii aciei se committet, si gladii aciem evitare non potest.

Quum iniuriam nobis illatam ferre non debeamus (conf. Meid. C. 10, 121. 23, 208.) et iniustitia fratrum et amicorum omnium rerum ingratissima sit; ea omni modo fugienda est, ut potius maximum periculum subeamus, quam ei nos submittamus. Nil autem ad vulnerandum magis aptum est, quam gladii acies; qui igitur gladii acie tanquam iumento vehitur, in summo periculo versatur, ut fieri non possit, quin vulneretur. Hosce duos versus Abbd-

Allahum b. Sobair coram Moahwijaho recitasse, postea autem eos Mahni esse, confessum esse narrant conf. Almookhtusur p. 454 sq.

11. Et quotiescunque socius mihi suspicionem iniicere volebat et pro eo, quod faciebam, malum rependebat,

12. Dorsum clypei ei obverti; sed in hoc non perseverari, nisi quamdiu alio me convertebam.

Se talem esse, qui iniuriam patienter non ferens a socio iniuste agente se statim separet. Verbis رام ظنتى »vult suspicionem meam«, significare vult, eum tali modo agere, ut de industria imicitiae odiique suspicionem contra se movere videatur. Post verbum افعل suffixum omissum est, quod ad benefacta opposita malo, quod infert, referendum est. In posteriore versu proverbialis loquendi modus continetur, qui in Meidanii libro C. 21, 40. adnotatus est. Clypei dorsum in aliquem convertit is, qui alterum hostiliter invadit, ut in versu verba significent, se inimici modo contra alterum agere. Primum in pugnando, tum in omni vitae statu loquendi modus adhibitus est. Sic in versu Farasdaki (metr. Sarih) Quomodo clypeom meum me convertere vides; Deus Siiadum iam occidit et a me removit.

13. Quod si anima mea a re se avertit, fieri non potest, ut ad eam quodammodo unquam se convertat.

Se autem eo animo esse, ut ad amicum talem, quem reliquerit, nunquam redeat; monet igitur amicum, ne unquam aperet, fore, ut si nunc abeat, postea, si auxilium ab ipso petat, ad eum redeat auxilium laturus.

VII.
Ahmru b. Kamiah dixit.

De hoc poeta, qui antiquo tempore ante Islamum vixit, conferas Ham. p. ۱۳۹ adn. **(p. 504.)** Amru-l'Kaisi magister dicitur e gente Tharafahi oriundos (conf. libr. تهذيب الاسماء p. ۱۱۴). Socius Amru-l'Kaisi appellatur, quod cum Amru-l'Kaiso in itinere ad imperatorem Graecum suscepto convenit societatemque iniivit.

1. Vae mihi! ob iuventutem. Quam quum amisissem, rem propinquam non amisi.

Iuventutem praeteritam esse queritur dicens, iuventutem non esse propinquam et facile consequendam, ut amissa recuperari non possit,

2. Pallium et vestimenta ad propinquissimum mercatorem (cauponem) trahebam et caesariem meam excutiebam.

Vitam tempore iuventutis actam, tanquam iucundam describit. Ante Mohammedem Arabes vino vehementer indulgebant conf. Lebid. Moall. v. 59. Antar. Mall. v. 37. De vino conf. p. ۲۳۸. Mollem et otiosam vitam suam eo quoque describit, quod longis se vestimentis usum dicit conf. Ham. ۳۸۳ infr. Longas autem vestes eius fuisse coniicio, quod voce إسحب (traho) usus est. Vox ريطة, idem vestimentum in viris esse videtur, quod ملاءة in feminis

dicitur. Discrimen tale esse volunt, quod hoc duabus partibus consutum esse dicunt, illud una parte constare. Vestimentum super alia indutum, totum corpus tegens esse non dubito. Feminas isto quoque vestimento uti, ex loco Hamâsae p. ٥٠٩ v. 5. cognoscimus conf. Dozyi opus doctissimum: Dictionnaire detaillé des noms des vetements chez les Arabes p. 191 sq. Vocem مرط lexicographi haud accurate explicarunt. Djeuharius dicit: المرط بالكسر واحد المروط وهى اكسية من صوف او خز كان يؤتزر بها. »Vox Mirth est singularis vocis Moruth, qua vestimenta e lana aut serico confecta designantur, quibus pro palliis utebantur«; sed in Mersukii scholio legimus: هو الازار الذى ليس بملفق »est interius corporis inferioris vestimentum duabus partibus non compositum«. Videtur igitur esse vestimentum longum. Longum esse ex nostro loco conicio, quippe verbum سحب ad hanc quoque vocem pertineat, quamquam Waukuli (apud Meninskium) genus brevioris indumenti (pallae aut femoralium) esse dixerit. In meo lexico curtas manicas ei adduntur, quod unde desumserim, iam non memini. Loco carminis nostri cum loco Ham. ٥٧٩ v. 2 collato, isto vestimento tam mulieres quam viros usos esse sequitur. In illo loco femoralia significantur. In Mersukii codice vox مرط voce ملحفة »extimum corporis vestimentum (pallium)« explicatur. Poeta plura vestimenta, quibus uteretur, significasse videtur. Pluralem, ut equidem putaverim, adhibuit significaturus, se variis palliorum speciebus modo his modo illis utens ad cauponis tentorium ivisse. Se per humum pallium traxisse dicens superbiam, quae iuventuti propria est, respexisse videtur. De voce مرط conf. Dozyi opus doctissimum modo citatum p. 404. Propinquissimum mercatorem, quo cauponem vinarium designat, dixit, se ad voluptates festinare, neque, ut opibus parcat, remotiores adire significaturus. Vinum apud mercatorem bibere non solebant; sed ad suos vinum emtum portabant, ut socii eius participes fierent. Mercatores inter Arabes campestres vinum circumtulisse videntur, dum locum suum emturis signo quodam indicabant conf. Lebid. Moall. v. 58. Sic poeta in versu sequente dixit: (metr. Camel) Quoties matutino tempore cum vino a mercatore emto ad agmen accessi, quod, quum ebrii sunt, de fatis decretis non interrogat. Se crines suos caput concutientem movisse, dixit, ut superbiam suam et iuvenilem alacritatem in incessu manifestatam ostenderet. Pluralem لمما, aut, ut homoioteleuto satisfaceret, aut, ut comam copiosam fuisse ostenderet, adhibuisse videtur.

3. Ne viro invideas, quod dicitur: Quidam ob multos suos annos arbiter factus est!

In senectute tanta mala esse, ut seni invidendum non sit, qui gentis arbiter factus sit. Eundem sensum poeta Almorakkisch expressit dicens: (metr. Sarih) Iuventus ad infortunia venit, ne igitur fratri tuo invideas, quod dicitur: arbiter. Vox ان pro لان est.

4. Si vita longa eum delectat, profecto! in eius facie longi temporis, quo incolumis erat, vestigia apparuere.

Quamquam diu quis incolumis vixerit, tamen in ipsa senectute malum esse, quippe annorum praeteritorum vestigia in facie appareant. Similem sensum clarius prolatum in se-

quente versu invenimus (metr. Thawil): Iam satis morbi in te est, quod sanus incolumisque es et in sequente (metr. Camel): Dominum meum studiosus propter incolumitatem invocavi; sed ecce! incolumitas morbus est. Proverbium vulgare est: كفى بالشيب داءا »Senectus morbus sufficiens est.« Conf. Meid. T. III P. I. p. 433 Verbum اضحى in scholio verbum perfectum appellatum est, quod praedicatum in se continet conf. Gram. Ar. T. II p. 576.

VIII.

Ijas b. Alkajef dixit.

Nomen Kajef a verbo قاف (sequi) derivant. Sic verbum in versu sequente legitur: (metr. Thawil): Contra vos mentitus sum, me sequi non cessat (f. cessas), quemadmodum is, qui vestigia rerum novit, vestigia agminis camelorum (amissi) sequitur. Ab hoc verbo ei quoque nomen acceperunt, qui ex membrorum similitudine patrem filii cognoscere student*). **(p. 505.)**

1. Viri divites in terra sua manent; pauperes vero in diversa loca migratio abducit.

Opulentiae et paupertatis discrimen describit, ut illa huic praeferenda sit. Opulentia ille in terra sua cum otio frui potest, pauper, ut divitias sibi acquirat, ab una regione in alteram propellitur. Voci نوى genus femininum est. Verbum ترمى (jacit) adhibuit significaturus, pauperem cogi. Vox المرمى proprie locum designat, qui iaculando petitur, tum hoc in versu simplicem loci significationem habet.

2. Fratrem tuum semper honora, quamdiu coniuncti estis, nam mors vos separabit!

Fratem semper honorandum esse, quum fieri possit, ut mors eum nobis auferat. Scholiastes in explicanda versus constructione dicit, vocem الدهر casum Accusativum habere, quod tempori definiendo inserviat eiusque appositionem verba ما دمتما esse. Vocem معا autem hisce praedicati loco esse. Construendi modum كفى بالممات Ham. ۱۲٥ v. 2 explicavimus (conf. Ham. ۷۱۳ v. 6). Pro voce بالممات legitur بالمنايا neque sensu neque construendi modo mutato. Mersukius autem, e cuius opere scholion desumtum est, in fine duas voces مفرقة ومتنايية non bene coniunxisse videtur, quippe una vox sensum transitivum, altera intransitivum habeat. Voces مفرقة ومبعدة melius coniunguntur, sed, ut voces statui (حال) definiendo inservire ostenderet, pro vocibus فرقة وتنائيا participiorum formae ponendae erant.

3. Quum terram post longam absentiam visito, fratrem meum, dum terra eadem est, desidero.

Quae in versu priore dixerat, ea experientiâ suâ probat. Se post longam absentiam reducem fratres morte abreptos non amplius invenisse. Vox صديق sensum collectivum habet.

---

*) Scientia illa inter veteres Arabes genti Madshidj propria erat et a patre in filium transibat. Non solum ex membrorum similitudine patrem cognoscere studebant, verum etiam ex membris futura infantis fata praedicebant conf. Chrest. mea grammat. histor. p. ٣١

Voces والبلاد كما هيا per ellipsin explicandae sunt, ut phrasis sic constituatur: وكانت البلاد كما هي كانت. Littera Alif in fine vocis هيا metri homoioteleutique causa addita est.

IX.

Rabiah b. Makrum b. Chaled .... b. Sahd b. Dhabbah dixit.

Grammaticus Abu-Hilal Makrumum filium Djabiri b. Chalid fuisse tradit. De poeta conf. p. ٢٨.

1. Quot homines, qui odio me habent, animo a me alienati sunt et dulcia verba loquuntur!

Plurium, qui alia dicunt ac sentiunt, dissimulationem decribit. Esse, qui ipsi blandiantur, dum odium conceperint. Vox كم homines plures significans hoc in versu non interrogando; sed narrando inservit. Voci ضب odii significationem esse, scholiastes sequente versu probat: (metr. Wafir) Fascina tua odium educere meum non cessant et e locis occultis suis odium meum protahere [1]). Poeta voces ضغن et ضب, quibus eadem paene significatio est, coniunxit, ut odium grave designaret. Vocem بعيد cum voce حامل coniungendam et post eam مني aut, ut scholiastes vult, من موافقتي (a consensu meo) supplendum puto.

2. Hoc, si vellem, aut bello aut linguâ male loquente ulciscerer.

Suam ista in re ferenda patientiam non inde profectam esse dicit, quod ulciscendi facultatem non habeat. Vox شغب clamorem magnum tumultumque, qualis exercitus est, significans hoc in versu de bello dicta esse potest. Vocem تبيان, quae vocali Fatha et Kesra enunciari potest, hoc in versu linguam significare videtur, quae nullo respectu loquens aliorum honorem laedit. De particula لو conferas De Sacy Gram. Ar. T. I p. 163 sq. ed. alt.

3. Sed amicitiae vinculum cum eo firmavi ob vinculum, quo cum Abu-Bajano iunctus eram.

Se potius aliorum amicorum rationem habens poenam intermisisse et amicitiae vinculum non rupisse. Quem Abu-Bajanum appellavit, is patruus Rabiahi b. Makrum erat. Vocis مواصلة interpretandae duplex modus esse potest, unus, quo statui explicando, ut pro مواصلا sit, inservit, alter, quo tanquam nomen actionis modo, quem grammatici مفعول مطلق appellant (Gram. Ar. T. II p. 113), ut pro صلة sit, cum verbo coniuncta est; solent enim Arabes interdum formam diversam ac verbi formam cum verbo coniungere. Sic in Corani loco (Sur. 71, 16) verbo quartae formae nomen actionis primae adpositum est.

4. Et cum Dhamraho, nam Dhamrahus vicinus optimus est, quocum vinculis firmis **(p. 506.)** *iunctus sum,*

5. Nobili gentis instar auri puri, quod matutino tempore pluviae continuae colligitur.

Alteram personam appellat, cuius suam rationem habeat, se ob iniuriam ultum non esse dicit. Tum huius personae laudem addit eam cum auro puro comparans. Aurum purum autem

1) In hoc versu lusus quidam verborum esse videtur, dum ضباب lacertas et مكامنها earum latebras significare possunt.

eo designat, quod dicit, id post pluviam continuam, qua terrae partes omnino abluantur, collectum esse. Aurum antem tale non solum purum est splendensque, verum etiam nunquam mutatur aut corrumpitur. Sic illus viri agendi modus non solum vitii expers est, verum etiam nullo modo corrumpitur. Pluvia autem voce ديمة designata per plures dies durare potest. Grammaticus Abu-Said adnotavit, isto nomine pluviam designari neque cum tonitru neque cum fulmine coniunctam, minimo tertiam diei partem durantem. Tales auri fodinas tam in terra Jemanensi quam in provincia Jemamah frequenter inveniri, ibique معادن اللقط (colligendi fodinas) appellatas esse scholiastes dixit. Voces كالذهب et جنية جان statui describendo inservire. Verbum جنى quum potius de fructibus ex arbore decerpendis adhibeatur, scholiastes verbum loco verbi التقط (collegit e terra) a poeta positum esse adnotavit. Vox جان autem potius homoioteleuti causa, quam sensus accuratius definiendi addita videtur.

X.
Solmijj b. Rabiah dixit.

(Conf. Ham. ٢٧٤).

1. Caro assata, ebrietas et cursus incitatus novennis, firmi,

Hisce in versibus vitae voluptates poeta describit, quas tales esse dicit, quae cessent, quum mortem nemo effugere possit. Reiskius in adnotationibus ad Tarafae Moallakam versus hosce latino vertit. Singularo versuum metrum est, ut, quale sit, artis metricae periti dubitent. Neque Chalilus b. Ahmed, artis metricae inventor (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst etc. p. 17 sqq.) neque Saibdus b. Masahdah [1]) eius mentionem fecit. Scholiastes id sextae speciei metri Basith adnumerari maxime probat (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 201). Camelis novennibus quum maximum robur sit, ii ferendis molestiis aptissimi in itineribus potissimum adhiberi solent. His celerem incedendi modum, de quo definiendo grammatici non omnino consentiunt, tribuit eosque securos, in quibus fiducia poneretur, appellavit conf. Ham. ٧٣١ v. 5.

2. Quem vir in eo, quod cupit, spatium terrae aequabilis ac amplae peragrare cogit.

Camelum describit. Talis est, quo vehens vir magnum iter suscipit, ut rebus, quas desideret, potiatur. Ante vocem الهوى, quae rem ab ipso desideratam designat (conf. Ham. ٥٤٦ v. 4) antecedens omissum est, ut sit pro في طلب الهوى. Significationem vocis مسافة cum odorando scholiastes cohaerere putat, quod viae dux odore viam cognoscere studeat.

3. Et candidae (puellae), quae idolis pulchritudine similes longas vestes et auro distinctas, pretiosas per humum trahunt.

In hoc versu, qui cum primo constructione cohaeret, voluptates, quae homini pulchra-

1) Grammaticus hic cognomen Achfaschi medii habet et mortuus est anno 215 aut 221. Eius sine dubio mentionem fecit, quod metris a Chalilo inventis metrum الخبب appellatum addiderat. In libro meo „Darstellung d. Ar. Verskunst vitium p. 35 corrigendum est, quo hunc Achfaschum nomen Abu-l'Hasan Ahll etc. gessisse dixi.

rum muliorum consortio parantur, significat. Primum feminas corpore pulchras, candidas descripsit, tum pulchris vestibus ornatas. Cum idolis eas comparavit non tam ob corporis pulchritudinem quam ob vestes pulchras ornamentaque, quibus idola tecta esse solebant. Talem comparationem in locis Ham. ١٨٣, ٩١٣ et Amru-l'Kaisi Diwan. p. 41 videmus. Ante vocem البيض vox النساء mulieres omissa est. Verbo رفل, poeta usus est, ut feminas nobiles et commodo viventes significaret, quippe quae longis vestibus ad opus faciendum haud idoneis uterentur. Vox الدمى idola designans interdum ipsas feminas pulchras significat conf. Harir. p. ٥١٣. Figurae sunt ex ebore aliave re factae. Vocem statui describendo inservire, scholiastes dixit. Silentio praetermittendum non est, versum hunc sub radice دمى a Djeubario sic relatum esse: والبيض يرفلن فى الدمى والريط والمذهب المصون; sed noster legendi modus magis placet. Vox المذهب significat v e s t e m, cui striae aureae aut figurae intextae sunt. Vox المصون vestem pretiosam esse, ut custodiatur, indicat.

4. Et opulentia et vita commoda in securitate et chordae testudinis leniter sonantis.

In describendis vitae voluptatibus pergens de opulentia et commoda vita, qua quis in securitate fruitur et de musicae delectamentis loquitur. Vox كثر proprie rerum magnam copiam abundantiamque et خفض statum vitae tranquillum, ut haud perturbatus quis opulentia sua frui possit, significat. Vocem امنا, quae statui describendo inservit, addidit, ut non solum statum eius externum, verum etiam internum animi statum tranquillum describeret. Qui enim metuit, vix bonis suis cum voluptate frui potest. Vox المزهر a lexicographis haud accurate describitur verbis العود الذى يضرب به; quae verba, ni fallor, a Wankulio, auctore Meninskio, b a r b i t o n, t e s t u d i n i s g e n u s q u o d p l e c t r o p e r c u t i t u r, redduntur; sed re accuratius perpensa verba الذى يضرب به i d p l e c t r o p e r c u t i significare dubito. Arabum lexicographi verba addidisse videntur, ut voce عود non l i g n u m; sed i n s t r u m e n t u m m u s i c u m significari indicent. Verba q u o c a n i t u r vertenda esse puto. Kamusi Turcici auctor vocem in lingua Turcica idem quod لاغوت, quae vox in Meninskii opere non invenitur, in vetere linguae idiomate autem idem quod قپوز, a Meninskio instrumenti Musici significatio tribuitur, significare adnotavit. In doctissimo cel. Kosegartenii opere (Citab Alaghani) de hoc instrumento nil inveni. In nostro versu chordae ei tribuuntur et citharam esse, qua cantatrices uterentur, non dubito; sed quot chordas habuerit et quomodo instructa fuerit, non habeo quod dicam. Vox شرع pluralis vocis شرعة est; sed vocem tanquam singularem in sequente versu adhibitam invenimus (metr. Thawil) R e l i g i o m e a m e s e m p e r o c c u p a v i t e t p e r n o c t a v i, q u a s i m e d i u m c o s t a r u m p e c t o r i s c h o r d a e x t e n s a e s s e t (i. e. per totam noctem lenes preces feci). Alius poeta dixit: (metr. Motakarib) Q u o m o d o c a n t r i x e q u i t i s u o [1]), q u i t e m p o r e m a t u t i n o a b e a i t e r u m b i b e n d u m a c c i p i t, f i d i b u s c a n i t. Voce الحنون barbiton leniter sonans poeta significavit.

1) Vocem esse puto, quae e lingua Persica in Arabicam transiit; sed vocali Fatha non convenit et haec est causa, cur de significatione dubitem.

3. *Voluptates vitae sunt; sed vir tempori subiectus est et tempori vicissitudines sunt.*

Verba من لذة العيش cum prioribus versibus cohaeront, ut verbis أن شواءا otc. loco praodicati sint. Praopositio من aut superflua est aut cum praedicato omisso cohaeret. Tum enumeratis vitae voluptatibus poota hominem tempori, cui vicissitudiuos sint, aubiectum esae dicit. Postoriore versus parte sigoificat, in tempore fiduciam ponendam non esse, quum rerum status eum tompore somper mutetur.

6. *Ut vitae commoditas sic molestia est, ut penuria sic opulentia et virus morti destinatus est.*
7. *Gentem Thesm perdidit et post eam Ghadsijjum-Bahm et Dsu-Djodun*
8. *Et gentem Djaschi et Maribi et gentem Lokmani et Tiknorum.*

In versu soxto vitam commodam et vitam duram, opulentiam et paupertatem aequales dicit, quod haud durent tempore omnem statum mutante. Sie quoque omnem vivum morte abripi.

Versus septimus et octavus in Mersukii codice non leguntur. Vorbum اهلكن ad vocem المنون referendum esse puto. Neminom mortem effugore posso exemplo gentium autiquarum poeta confirmavit. Thesm gentis antiquissimae nomen est, ut, quae eius res gestao narrentur, fabulas redoleant conf. Meidan. C. 6, 66. Do gente conferas praet. Meidan. 2, 145. Histor. Ioctan. 28. Herbelot. III, 487 (4). Abulf. hist. Anteisl. p. 180. Pocock. specim hist. Arab. p. 38. sq. ed. alt. Ghadsijja-Bahm (foetus ovis) cognomen viri ad gontem antiquam Iram pertinentem fuisse ex versu a Djouhario aub radice غذى adnotato concludo, qnem Alazmäihus sic retulit: (motr. Barith) لو انى كنت من عاد ومن ارم غذى بهم ولقمانا وذا جدن Et si fuissem e gente Ahd et e gente Irem Ghadaijjus-Bahm et Lokmanus et Dsu-Djadan. A poeta Chalf-Ahmar nomen Ghodsajj-Bahm (cum forma deminutivi) refortur. Dsu-Djadan cognomen regis Himiaritarum est, cui nomen Ahlas b. Alharets. Hic primus fuisse dicitur, qui in terra Jemanensi caneret sic ob pulchritudinem vocis cognominatus. Alter autem Dsu-Djadan, filius Jaschridji b. Alharets b. Zaifi b. Saba, avus Balkisae fuisse dicitur Kam. Poeta noster vocem جدون homoioteleuti causa mutasse videtur, quod poetae facore haud dubitant. De voce جاش in Kamusi opere nil inveni; fortasse igitur حاش, quod nomen loci est, legendum, nam et Mareb uomen loci Arabiae felicis fuisse dicitur. Poetam ruptum aggerem Marobi, quo gentes in septentrionales meridionalesque regiones transmigrare cogerentur, respicere non dubito conf. Meid. C. 9. 4 et Reiskium de Arabum epocha vetustissima Sail Ol Arem p. 8 sqq. Duo Lokmani sunt; unus antiquissimis temporibus vivens tyrannus Ahdita, cuius in proverbiis saepe mentio fit conf. Meidan. in app. et Schultens hist. Ioctan. Hunc poeta vult; alter est Lokmanus sapiens, de quo Herbelot. T. II p. 485 (4). Voce Tokun sine dubio Tikni prolos significatur. Ahmru b. Tikn, nec non Ebn-Tikn appellatus, tempore Lokmani Ahditae vivons sagittarius coleberrimus erat. In proverbio »Melior jaculator quam Ebn-Tikn« dicitur (Meid. C. 10, 186). Praeter hunc Ahmruum Cahbns b. Tikn quoque erat (conf. Meidan. C. 1, 142), quos duos nomine Tokun poeta complectitur.

XI.
Alius dixit.

Nomen poetae Ahbd-Allah b. Hammam Alsaluli esse dicitur. Ad gentem Morrah b. Zahzaah b. Kais Aihlan pertinebat. Gens Morrah autem a matre Salul Banu-Solul nominata. Salul filia Dsohli b. Schaiban b. Tsahlabah. Poeta apud gentem Banu-Merwan in gratia erat. Jasidum b. Moahwijah, ut filio suo Moahwijah imperium traderet, sequentibus versibus incitavit: (metr. Wafir) O gens Harb! in animi constantia solatium quaerite, nam quis est, qui vitam aeternam speret? In imperio domini vestri diligentiam adhibete, neque id in scopum longe remotum proiicite! Iasidus id a patre suo accepit; tu vero, o Moahwijahe! a Iasido id accipe!

1. Aut tu vir es, in quo secreto fiduciam posui et tum perfide egisti aut verbum dixisti sine ulla rei notitiâ.

Scholiastes versuum causam hanc adtulit. Quidam poetam satyrae dictae apud Sijadum b. Abi-Sofjan accusaverat. Sijadus quum virum interrogasset, num coram poeta rem repeteret et is, se velle, dixisset, Sijadus poetam, viro in conclave intromisso, advocari iussit. Poeta rem negans, alterum tum introductum post breve silentium illis versibus allocutus est. Quos quum Sijadus audivisset, accusatorem removit. Duas res ponit esse poeta aut se dixisse satyram aut non dixisse. Si eam dixerit, secreto factum esse et alterum, cui secretum commissum sit, fiduciam in ipso positam fefellisse; sin vero non dixerit, alterum **(p. 508.)** mentitum esse. Utrumque turpe putandum esse. Pro voce ائتمنتك etiam اتّمنتك dici potest. Vox خاليا aut poetae aut adversarii statum describit; unum alterumque admittere licet. Totum autem scholion e Mersukii opere paucis tantum mutatis desumtum est. Sic lin. 4 pro اودعته legitur اودعتكه (cum duobus suffixis) et lin. 5 pro مفردا legitur متفردا. Verba اما ايتمنتك nominativi locum occupare dicit scholiastes, quippe quae vocis لامرى quasi adiectivum sint. Vox اما hoc in loco particulis coniungentibus (Gram. Ar. T. I p. 548 sq.) adnumeranda est, ut verba praedicati loco sint. Pro voce تقر in Mersukii codice تعد legitur. In loco autem lineae 9 a voce واما incipiente, qui totus e Mersukii commentario verbotenus exscriptus sententiam grammaticorum Bazrensium de voce اما exponit, plura ad sensum necessaria omissa sunt. Locus sic restituendus est: واما الواو هى العاطفة واما كذو فى انه لاحد الامرين الا ان او يبنى الكلام فيه على اليقين ثم يعترض ما يخرج به عنه واما يبنى الكلام فيه على غير اليقين ولهذا الذى قلناه قال حذاق البصريين (اصحابنا .Mers) انه ليس من حروف العطف وكيف يكون وهو يجى قبل ما يعطف عليه ومع حرف العطف تقول رايت اما زيدا etc.

2. Conditio igitur tua in re, quae inter nos tractatur, talis est, ut aut perfide egeris aut mendacium dixeris.

XII.
Schabib b. Albarza Morrita dixit.

(De viri aetate conf. p. ..).

1. Ghallako in valle Ihrnan dixi: Quid tibi est? nam ridens dentes non ostendebat.

In versibus modum, quo erga tristem amicum agendum sit, describit. Se, quum in valle

Ihrnan 1) cum Ghaliako versaretur, hunc, quem tristem vidisset, quae tristitiae causa esset, interrogasse. Vocem واضحة duplicem significationem, qoum substantivum omissum sit, habere posse dicit scholiastes. Voce خصلة suppleta, verba significare, eum silentium teuentem animum suum haud patefacere; voce autem سن suppleta, amicum deutes ridendo haud denudare. Et in hoc scholio, quod totum ex Mersukio descriptum est, pauca mutata aut omissa sunt. Sed quum sensus non turbetur, ea omittimus. In fine lineae 2 vocem أن delendam esse puto, ut legatur: ويكون المراد, quae verba in Mersukii codice leguntur. Vox واضحة, in versu Tharafahi cum dentis significatione occurrit: (metr. Sarih) Cuilibet amico, quocum amicitiam colueram, ne Deus deutem relinquat! Pro voce خاللته Mersukii codex عاهدته habet.

2. *Invita animo quum leniter rideret, qua tristitia apparents et vehemente dolore adfectus esset, cognovi.*

Scholiastes putat, hunc versum vocis واضحة, interpretandae alteri modo favera. Vox كرها statui describeodo inservit, ut nomeu aetionis loco participii كارها ait. Tristitia, quam occultaverat, iam ex modo, quo rideret, apparuit, uam, si quis leniter ridet ita, ut appareat, eum invito animo facere, animi tristitia inde conguoscitur. Hanc ob caosam poeta voco البادى usus est.

3. *Quum amicus virum deserit, in terra hostium cinereus color ei apparet.*

Amicum desereudum non esse dicit, nam, si se desertum esse sentiat, eum summâ tristitiâ adfici. Loquendi modos inde desumptus est, quod, qui laeto animo est, ei omoia lucida videotur; cuius autem animus moerore occupatus est, ei omnia obscura apparent. Cinereus igitur color infortuoium significat, et haec est causa, cur داهية ربداء »infortunium cinereum« dicatur. Loco vocis اعداء legitur اعياء (fallit eum) sensu non multum mutato.

XIII.

Salem b. Wabizah Asadita. (p. 509.)

(Poeta occurit p. ٣٣١).

1. *Virum amo, cuius aures verba turpia reiiciunt, quasi surdae omne turpe non audiant.*

Agendi modum iaudat, quo verba turpia non audire simulamus eorum nullam rationem habeotes, generosi enim animi est.

2. *Cuius animi adfectus integri sunt, ut neque noxam inferat neque bonum impediat aut inhonestum sermonem proferat.*

Virum, qui ipsi placet, poeta pluribus describit. Tres ageudi ratioues iudicat, quarum duae facta spectant, tertia sermooem. Qui autem neque noxam aliis iofert, neque bonum impedit aut recusat, neque denique verbum profert, quod alteri ingratum est, is quodammodo vir perfectus appellari potest. Voci سليم aut casus nominativus aot accusativus tribui potest. Si casus nomiuativus est, praedicatum subiecti هو omissi est, ut verba sequentia adiectivi locum

1) Kamusi auctor montis nomen esse dicit.

occupent, sin accusativus, statui describendo inservit. Quae autem in versu sequuntur, adiectivorum loco sunt. Priore nominativo admisso, causam non video, cur voces باسطا et sequentes casum Accusativum habeant, quamquam Accusativus bene explicari potest subiecto هو ante vocem باسطا, ut sint pro لا هو باسطا, supplendo conf. Gram. Ar. T. II p. 412 sqq. Magis mihi placeret, quod, si voci سليم casus nominativus sit, idem voci باسط detur; sin autem uni voci Accusativus sit, alteri idem casus tribuatur; sed in ipso Mersukii codice voci سليم casus nominativus est, dum باسطا legitur.

3. *Quum generosus, honorandus, bonis moribus instructus, elegans, prudens, laude dignus, ingenuus appellari vis,*

4. *Quotiescunque socius tuus vitium commisit, tu ut vitii excusandi causam invenias, operam da!*

5. *Opulentia animae eo consistit, quod rebus necessariis satisfacere potes; quae si paulum augetur, illa opulentia paupertas fit.*

Primus trium versuum in Mersukii codice non invenitur. Duo priores versus sensu coniuncti sunt. Generosi hominis esse, vitia lapsusque sociorum excusare. Vocem محتالا adhibuit, ut studium in excusando significaret. In tertio versu tanto, quantum ad res necessarias nobis sufficiat, contentum esse commendat. Ex Mersukii commentario coniicere posse puto, fuisse, qui loco vocis خلة legerint حاجة. Usus vocis سد (obstruere) rem nobis necessariam cum rima, quae obstruenda est, comparatam esse indicat. Verbum زال formae octavae significationem (auctus fuit) habet, ut vox شيا non obiecti locum, sed nominis actionis pro زيادة habeat. Scholiastes vocem فقرا casum Accusativum obtinuisse dicit, quod statui describendo inserviret; attamen vero ego verbum عاد modo verbi صار constructum putaverim, ut vox فقرا praedicati locum teneat.

XIV.

Almoammal b. Omail Almoharebi dixit.

Poeta ad gentem Mohareb b. Chazafah b. Kais pertinens, Cufensis tempore utriusque dynastiae Omajjadarum Abbbasidarumque vixit. Maius autem temporis spatium in dynastia Abbbasidarum peregit. Ab initio imperii iis addictus Mahdio tam vivente patre quam postea se dicavit (Cit. Alaghan.).

1. *Quot viles a me contumelias in ipsos dici cupiunt, etsi contumelia mea eis colocynthis absynthiumque sit.*

Poeta contumelias in viles dicendas non esse docet. Si generosus in viles contumelias dicit, his inde commodum nascitur, quod generosis aequales aut similes ducantur, quippe generosus cum vili rem habere non soleat. Voce لئيم is designatur, qui tam indolibus suis quam patris sui vilitate despectus est. Vocibus صاب وعلقم summam amaritudinem i. e. rem maxime ingratam significare vult; sed de vocis صاب significatione accurata non consentiunt. Plantam amaram esse, e loco nostro, quippe quo cum voce علقم composita sit, coniici potest; sed quaenam planta sit, ignorare videntur. Djeubarius, qui plantae succum esse, adnotavit, a Firuzabadio vituperatur conf. Harir. p. ٥٦١.

2. Profecto! quod generositatem ostendens contumeliis in vilem dicendis abstineat, id illi magis nocet, quam contumelia, qua petitur.

Qui contumeliis dicendis abstinet, is se alterum inferiorem putare, quam ut cum eo rem habeat, ostendit et haec res ei maiorem noxam quam contumelia adfert. Voci تكرما casus Accusativus datus est aut, quod nomen actionis loco participii (متكرما) statui describendo inservit (conf. Gram. Ar. T. II. p. 73.) aut quod causam (مفعول له) indicat. ibid. T. II. p. 114.

XV.

Ahkil b. Ohllafah Morrita dixit.

Loco vocis Ohilafah vox Iblkah (huius e gente Taim oriundi nomen et origo ignota erant) vitiose legitur. Ahkil tempore Omajjadarum vixit. De poeta conf. Ham. p. ۱۹۱.

(p. 510.) *1. Tempori vestimenta sunt; eius igitur vestimentis indutus esto modo, quo nunc novas nunc tritas vestes habet!*

Poeta tam temporis quam hominum in agendo rationem habendam esse ostendit. Tempus cum persona confert, quae statu mutato vestes mutat. Hortatur poeta, ut homo modum vestitus, quem tempus ei praescribat, sequatur. Non autem tempus ipsum; sed homines tempore viventes intelligendi sunt. Post vocem اخلقا (in qua littera Alif ob homoioteleuton addita est, vox يوما supplenda est.

2. Astutissimus astutorum, quum inter eos degis, esto et, si inter stultos verseris, tu stultus esto!

Quae in priore versu generaliter dixerat, ea specialiori modo explicat. Cuiuslibet propriam agendi rationem in eo, quod facimus, spectare debemus, nam si aliter agimus, non possunt non adversarios nostros fieri. Hisce verbis Baihasi verba (conf. Meid. C. 4, 1 et Ham. p. ۳۳۲ infr. et librum Citab-Alaghani) similia sunt (metr. Redjes): »Cuilibet statui vestimentum suum indue! «et alius poetae (metr. Sarih): »Cum tempore modo, quo currit, curre!«

XVI.

Quidam Fesaritarum dixit.

1. Quando eum alloquor, optimis nominibus, ut eum honorem, utor et cognominibus pravis eum non appello.

Pulchram in agendo cum sociis rationem suam describit, ut consortium suum omnibus probetur. In versu nostro discrimen inter كنية et لقب poeta fecit, ut illud cognomen honorandi causa, hoc contumeliae causa datum sit. In Chrestomathia de Sacyana T. II, 574 edit. pr. voci لقب cognominis honorifici significatio datur. Res talis est. Cognomina لقب appellata tam honoris, quam ignominiae causa dari poterant (conf. librum تعريفات), dum cognomina كنية dicta maxime honorandi causa dabantur. Illa causa fuisse videtur, cur in versu nostro a poeta vox والسوءة adderetur. Quem autem princeps cognomine Abu incipiente alloquebatur, eum honore adficiebat (conf. Chrestom. meam grammat. histor. p. ۴۰ 1. 6 et 11.). Chalifa hanc ob causam neminem cognomine nisi raro appellare solebat conf. Selecta ex histor. Halebi p.

38 sq. vera. lat. Confer praeterea de nominibus cognominibusque, quae adnotavi ad T. II, 38. Vox والسوءة interpretibus miram molestiam creavit varioque modo explicata est. Alii litterae و significationem praepositionis مع convenire dicunt et hanc ob causam casum Accusativum sequi (conf. Gram. Ar. T. II p. 114. 522) modo, quo »venit frigus cum amiculis crassis« dicatur, ut verba اللقب والسوءة transponenda sint. Eundem loquendi modum in Corani verbis امركم وشركاءكم (Sur. 10, 72) inveniri. Fieri quoque posse, ut Accusativus e verbo omisso اتى, quod sensu suppleatur, pendeat aut verbi obiectum esse, quod a verbo antecedente regatur. Hoc admisso pro بالسوءة dictum est, nam ut verbum سمى sic verbum لقب ope huius praepositionis cum altero obiecto coniungitur. Similis construendi modus in Corani loco Sur. 49, 11. invenitur. Quod si vero voci casus Nominativus datur, subiecti locum tenere potest, ut praedicatum ذاك suppleatur, aut praedicatum vox اللقب sit. Hoc admisso vox اللقب nomen actionis est, ut voces الجمزى etc. Sensus est: et turpido et cum ea cognomina adhibere. Nil quoque obstare scholiastes dixit, quin praedicatum subiecti omissi sit, quasi dixerit: »eum cognominibus haud appello et id turpitudinis est.« Hoc scholiastî magis placet, dum voci السوءة prave agendi significationem dat. Sic in poetae hemistichio invenitur (metr. Chafif): O gentem! o pravissimum agendi modum! Ego autem grammatici Abu-l'Ahlac intrepretandi modo assentior, qui verba inversa esse putavit sic constituenda: لا القبه اللقب والسوءة, quippe talis invertendi modus in poesi saepe occurrat. Sic in versu poetae (metr. Wafir): Eique dixi: O palma vallis Ihrk! nubes primam pluviam in te effundant et tu crescas! quum vox وانبتت post vocem الغمام locum habeat et in versibus poetae Dsul-Rommah (metr. Thawil): Quasi nos super onagris essemus, quos mutatione coloris ventus occidentalis adfecerat, propter quem loca in valle, ubi aqua subsistit, flaccida evasere et spinarum iactus, quae vento fervido actae eorum posticam partem adficiunt, quibus die ieiunii caudis percutientes (asinae) se adiunxerunt; in his enim sic verba ordine disponenda sunt: لاحها دبور ذوت عنها التناهى السفا اكفالها بسهام. Comparavit autem poeta equos, quibus vehuntur cum onagris, qui tempore summi aestus in desertis currunt etc.

2. *Sic bonis moribus instructus sum, ut pars naturae meae facti sint; ego bonis moribus naturam subsistere inveni.* **(p. 511.)**

Se a prima aetate bonis moribus imbutum fuisse, ut cum natura sua intime coniuncti essent; indolem autem animi bonis moribus niti.

XVII.

Vir e gente Koraih (parte gentis Tamim) dixit.

1. *Quando homines divitem vident, cuius vicinus pauper est, dicunt: debilis et robustus.*

Iudicium, quod homines de divite et paupere ferunt, describit. Divitias fortitudini, paupertatem debilitati hominis tribui. Verbum اتى praepositione على cum obiecto coniungitur, ut اتى عليه (occisus est) dicatur. Tum quoque verbum omissa voce عليه adhibuerunt.

2. *Neque opulentia neque paupertas in hominis potestate est; sed commoda et fortunae (a Deo) distributa sunt.*

3. *Quod si vir virtutem, dum iuvenis est, sibi comparare non potest, eam quaerere, quum senex est, difficile.*

In priore versu hominum iudicium falsum esse dicit. Hominis sortem in Dei potestate esse, ut homo non possit recusare quod detur. Praepositio من aut tanquam superflua (Gram. Ar. T. I, 490) aut e voce omissa pendens cogitari potest. In posteriore versus parte verborum inversio est, quippe vox جدود cum voce احاظ, quae vox pluralis irregularis a singulari حظ derivandus est, coniungatur necesse sit.

In posteriore versu poeta hortatur, ut, qui res magnas desideret, illis tempore necessitatis operam det, quum iuventus roboris tempus sit. Voces ناشئا et كهلا statui describendo inserviunt, ut sint pro وهو ناشئ etc. Vocem كهلا a voce مطلبها regi, quum sit pro مطلبه لها, pronomine personae omisso, et obiectum cum nomine actionis coniunctum esse conf. Gram. Ar. T. II, p. 164. Vocem كهلا esse pro وهو كهل aut pro اذا كان كهلا. Sic quoque in verbis هذا تمرا اطيب منه بسرا. »Hoc, quum dactylus maturus est, melius est quam quum dactylus immaturus est« voces تمرا et بسرا esse pro اذا كان تمرا etc.

4. *Quot autem divites vidimus vituperatione dignos et pauperes gentis, qui mortui laude digni erant!*

In divitiis meritum hominis non esse, experientia sua probat. Fieri, ut, qui pauperes probe egerint, post mortem merita laude ornarentur. Meritum hominis igitur non tam in conditione quam in agendi ratione cerni.

XVIII.

Alius dixit.

1. *Hominum res, ad gnarum eius, quod cavendum et suscipiendum est, venerunt.*

Virum experientia edoctum haud debilem se gerere debere, exemplo suo docet. Se res hominum nosse tam cavendas quam suscipiendas. Se ipsum voce عالما significare poetam, recte scholiastes adnotavit, in posteriore enim versu primam personam استكين adhibuit. Ante vocem عالما vocem منى omissam esse. Verbum غشى adventum multarum rerum subitum, quibus quis quasi tectus est, indicat.

2. *Qui dignus est, ut se non submittat aut re non bene cedente attonitus conspiciatur.*

Modum, quem experientiâ edoctus quisque sequi debeat, exponit. Difficultatibus cedendum non esse et spe frustrata animum non abiiciendum. Voces امور الناس res, quae hominibus superveniunt, designant. Vox مدبرا rei statui describendo inservit et vox اتبلد loco alterius obiecti verbi ارى est. Prior autem verbi تبلد explicandi modus Ebn-Doraidi est, posterior Chalili.

XIX.

Alius dixit.

1. *Tu nescis, quum petens te adit, utrum tu eo, quod dono des, felicior sis an ille?* **(p. 512.)**

Beneficia, quae aliis damus, nobis interdum utiliora sunt, quam iis, qui acceperunt. Hoc

vario modo accidere potest aut laude et gloria, quam acquirimus aut eo, quod ipsi ad paupertatem redacti auxilio aliorum destituti non simus. Consilium inde ortum poeta in sequente versu dedit: (metr. Thawil) فاكرم كريما ان اتاك لحاجة لعاقبة ان العضاه تروح Generosum honora, si ad te rem necessariam petens venit, ob finem rerum, nam arbores Idhah folia emittunt![1]) et alius poeta dixit (metr. Monsarih): ولا تهين الكريم علك ان تركع يوما والدهر قد رفعه Ne generosum levipende, fieri enim potest, ut aliquando depressus sis, dum tempus eum elevavit. In versu Hamasae verba inversa sunt, nam vox اسعد statim post vocem الانت locum habere debet, cuius praedicati loco sit, aut post vocem الانت ellipsis vocis اسعد est. Praeterea post vocem اسعد ellipses tam vocis منه, quam vocis منك statuendae sunt. Scholiastes vocem ام hoc in versu coniunctam[2]) esse, aequalem particulae Alif interrogandi, qua voce vox هو cum voce انت connectitur. In locis, quibus res narrentur, rem saepius occurrere. Sic in versu sequente (metr. Redjes): Per noctem in re sua comparationem instituit, num contortum eius firmius sit an simplex eius[3]). Quod vocem اعصمه repetivit, eo sermonis vis augetur. Discrimen autem esse statuit inter hanc vocem repetitam et vocem بين in verbis بين زيد وبين عمر (inter Saidum et inter Ahmruum), nam in his vox بين repetenda non est.

2\. *Fieri enim potest, ut petenti egenti, cui hodie rogatum deneges, crastinus dies fortunatus sit.*

Causam eius, quod in superiore dixerat, exponit. Verba ان يكون له غد loco praedicati verbi عسى sunt. Vox له dativum commodi designat et loco praedicati verbi يكون est. Vicissitudinum temporis, quas poeta respicit, in Corani loco Sur. 3, 134 mentio facta est. Vox سول tam cum Hamza quam sine Hamza effertur.

3\. *Manuum multitudo ignorantem repellit et profecto! intelligentia (mansuetudo) viros magis conservat iisque utilior est.*

Multos amicos nobis utilissimos esse ad depellendas iniurias. Multos amicos multitudine manuum poeta insignivit et manuum mentio fit, quod per manus auxilium fertur. De vocibus حلم et جهل Ham. p. ۴۹۹ fin. pluribus tractavi. Homoioteleuti causa vox اعود, quae cum voce ابقى coniungenda fuit, in fine posita est. Mersukius consilium datum duas complecti res dicit, unam, mansuetudine sociorum amorem nobis comparari, alteram, inimicorum odium aut tolli aut saltem diminui.

1) Poeta generosum, qui rebus necessariis eget, cum arbore foliis carente contulit. Quae arbor si folia emittit, aliis auxilio esse potest.

2) Particula enim ex grammaticorum sententia aut coniuncta aut separata esse potest, ut in Anthologia gramm. p. ١٠٩ pluribus explicatur.

3) Vox يقاسى pro يقايس est. Res cum fune una parte aut pluribus constante comparata est.

XX.
Alius dixit.

1. Rem cave, ad quam si accedis, ampla via est; a qua autem si recedere vis, angusta!

Rerum eventum, in eo, quod agamus, nobis considerandum esse, ne in rem, e qua exitus non sit, intremus. Tam vox اياك quam vox الامر e verbis omissis pendet. Vex prior e verbo احذر »te cavere iubeo« et vox الامر e verbo تلابس »aggrediaris« pendet. Voces موارد et مصادر proprie de locis, quibus ad aquam itur et inde reditur, adhibentur. Hanc ob causam vocem موارد alteri legendi modo مداخل praeferendam censeo.

2. Non enim decet virum se ipsum excusare, dum caeteri homines eum non excusant.

Hic versus si cum priore sensu cohaeret, eum imprudenter egisse dicit, qui aliter egerit neque aliorum excusationem mereri. Qui autem se ipsum propter imprudentiam excuset, rem inutilem et quae non deceat, eum facere. Versus autem construendi modum sic grammatici explicarunt. Verba ان يعذر (quae tanquam nomen عذر cogitanda sunt) aut nominativi locum tanquam subiectum occupare, cuius pradicatum حسن praemissum sit, quoniam vox ما, praedicate nemini praemisso, vim grammaticam amittat (i. e. praedicatum casum accusativum habet (conf. Gram. Ar. T. II p. 413.) aut nominativi locum tanquam subiecti tenere e verbo, qued voce حسن indicetur, pendentia, quippe cuius praedicatum verbo insit. Licere quoque vocem حسن subiecti loco esse, quamquam vox articulo careat, quod negandi particulà nitatur (conf. Gram. Ar. T. II p. 103 et 106). Verba denique ان يعذر tanquam praedicatum subiecti vocis حسن nominativi locum occupare posse. Hunc explicandi modum minime probandum esse.

XXI.
Alahbbas b. Mirdas dixit.

Poeta e sociis Mohammedis verbis المؤلفة قلوبهم insignitis (Ceran Sur. 9, 60.) erat. Iam ante Mohammedis legem vino abstinuisse dicitur. conf. Meidan. append. et Anthol. gramm. p. 337. Sed Abu-Rijaschus versus Moahwijaho b. Malec معود الحكماء cognominato, Cilabitae tribuit, qui sic cognominatus fuisse putatur ob versus sequentes (metr. Wafir): Eam expiabo et eam portabit gens Ghanijj [1]), et genti Cilab eius gloriam semper comparabo. Ad talem agendi rationem sapientes post me adsuefaciam, quotiescunque gravis casus supervenit. In eo Kodamahum aut Somairum praecessi, qui, si ad talem rem vocati essent, adnuissent. Kodamah et Somair filii Salamahi-Alchair erant e gente Koschair b. Cahb **(p. 513.)** viri gloria nobiles. Kodamahus dictus الذايد (propellens) die Alnosar [2]) occisus est.

1. Virum emaciatum vides eumque parvi facis, dum in eius vestibus leo fortis est.

---

1) Ghanijj nomen gentis quae pars gentis Ghathfan est.

2) In Meidanii (conf. T. III P. I. p. 553) et Firuzabadii operibus dies vocali Kesra scriptus est. Ante Mohammedis tempus inter gentem Dhabbah et Tamim pugnatum est.

Externae conditionis in viro dijudicando non omnino rationem habendam esse, ut virum ob corporis tenuem figuram parvi faciamus, quippe fieri possit, ut talis leoni fortitudine similis sit. Viri fortes cum leonibus saepissime comparati sunt conf. Ham. p, ١٠ v. 3. ٢٧٣ v. 4. ٣٣١ v. 2. ٣٨٣ v. 7 etc. Voci مزبر a radice مزر derivandae prudentis et cauti significationem scholiastes tribuit, id quod a lexicographorum explicandi modo differt. Djeuharius, qui versum nostrum adduxit, Abu-Ohbadahum soquens voci forti animo praediti (شديد القلب) significationem dedit. In Djeuharii opere duo legendi modi adnotati sunt, quorum unus est اسد tanquam nomen proprium, alter أسد (leo). Kamusi auctor Djeuharii vocibus vocem الناقد addit; sed النافذ (strenue res perficiens) legendum est. Loco vocis مزير legi يزير pro يزئر (rugit), pro qua magis ad analogiam et frequentius abiecta media radicali يزر [1]) dicunt. Qui mediam radicalem esse putat, abiecta media radicali يزر et non abiecta, يزار dicat, necesse est. Scholiastes legendi modum hunc probandum non esse censet, quum rugiendo comparationi cum leone parum sensus addatur. Vocem nonnisi ad comparationem confirmandam aptam esse. Ad hanc sententiam non accedo, quippe rugiens leo iratus et hanc ob causam timendus sit, quum rugions nulla re addita nonnisi leonem, ut vox ازل »clunibus macris praeditus« nonnisi lupum designat. Sic in versu metri Redjes: C l u n i b u s m a c r i s p r a e d i t u s (l u p u s) s i d u c i t u r e t s i d u c i t, e r e c t u m s i g n u m.

2. Iuvenis tener tibi placet; sed, si eum tentas, vir tener opinionem fallit.

Rem experientiâ probat. Iuvenis mollis formâ nos delectat; sed in rebus gravibus perficiendis fiduciam in eo ponere non possumus.

3. Magnitudo viris laudi non est; sed eorum laus in generositate et bonitate est.

4. Aves viliores plurimos pullos habent; sed vulturis mater unum tantum pullum habet parum prolifera.

5. Debiles aves longissima corpora habent et falcones vulturesque haud longi sunt.

Viri virtutem in corpore non esse, exemplis ex avium genere desumtis illustrat. Voce بغاث aves non venantes designantur. Aves autem rapaces maioribus viribus quam caeterae praeditae sunt.

6. Camelus animo haud praeditus magnus est, sed camelus e magnitudine utilitatem non capit.

7. Puer quocunque modo eum vertit eumque, dum pabulo caret, habena adligat.

8. Serva eum baculo percutit; sed neque iniuriae vindicandae cupiditas neque detrectatio est.

Idem cameli exemplo confirmat, qui, quamquam magno sit corpore, a puero regatur et fune infirmo, dum esuriat, adligetur et a puella percutiatur non detrectans iniuriam. Scholiastes pluralis formam vocis هراوى explicans dicit, litteram Ia permutatam non esse, ut forma **(p. 514.)** radicis cum littera Waw a radice cum littera Ia distinguatur.

9. Et si inter pravos vestros paucus sum; at vero in bonis vestris multus sum.

Se aegre non ferre, quod a pravis eius gentis parvi habeatur. In viro uno quum de

1) In Tebrisii codice يزر scriptum est; sed vix dubito, quin يزر aut يزءر scribendum sit.

numero magno ad verbum sermo esse non possit, verba sic intelligenda esse puto, ut vocibus pauci et multi ludens dicat, se quidem, quum unus tantum sit, a pravis gentis, qui multi sint, numero vinci; sed contra a bonis, qui merita sua agnoscant, loco multorum haberi. Scholiastes dicit, vocem شر, si pravum hominem designet, pluralem شرار et اشرار habere, sin malum, pluralem شرور formandum esse. Vox اك pro اكن est.

XXII.

Quidam dixit.

1. O vituperans! Quae vita mea est et num vita mihi erit, quum plures quam sexaginta quinque annos habeam?

Ab uxore, ut videtur, quod liberalitati deditus opibus conservandis operam non daret, vituperatus, vituperationem tanquam haud meritam a se removere studet. Non esse causam, cur opibus conservandis operam daret, quum aut parvum aut nullum vitae spatium tam aetate provecto reliquum esset. Arabum poetae interdum uxores ob liberalitatem vituperantes inducunt. Vox عاذل est pro عاذلة. Poeta modo nominum propriorum, quibus plures quam tres litterae sunt, vocem breviorem reddidit conf. Gram. Ar. T. II, 596. Interrogans: quaenam vita mea est? dicere vult, vivendi spatium ipsi brevissimum esse, ut paupertas metuenda non sit. Voci اقرانى in scholiis l. 3. a singulari قرن derivandae significatio temporis, aetatis tribuenda est.

2. Vidi mundi incolam, etsi loco subsistit, in itinere versantem, dum noctis tempore haud nesciens abducitur.

3. Dum in domo manemus, vesperâ maneque imus sine apparatu manentis, subsistentis et iter non facientis.

Viventem cum eo comparandum esse, qui in itinere ab uno loco ad alterum transmigret nunquam subsistens. Etsi eodem loco maneat, eum tamen subita morte abripi et nullam rem secum auferre posse. Ex eo ab aliis concludi vult, bonorum mundanorum curam inutilem esse, quippe mortuus omnia relicturus sit. Inest igitur verbis avaritiae vituperatio. Ut frater mundi in mundo degens est, sic frater itineris in itinere versantem designat. In versu voces sensum collectivum habent. Arabes voce اخو utuntur, ut coniunctionem intimam significent. Sic Ham. p. ٣١ اخو غمرات et p. ٣٣ اخو الحزم dictum fuit. Verbis »dum is nescit« rem subitam, ut impediri non possit, significat. Vox مقيمين, quae ad voces اخا الدنيا referenda est, quum statui describendo inserviat, casum Accusativum obtinuit. Se ipsum in numero in mundo degentium habens نروح ونغتدى dixit. Vox autem المقيم, cuius significatio a vocis الثاوى significatione diversa non sit et sensui nil novi addat, ut metrum versus expleretur, addita videtur. Ante vocem الثاوى vox الرجل (vir) supplenda est. Vox السفر, quae tam de uno, quam de pluribus adhibetur, hoc in versu, quae cum voce الثاوى coniuncta sit, unum tantum designat. His quoque vocibus sensus collectivorum tribui potest.

XXIII.

Quidam dixit.

1. Ne re occupatus sis, qua carere potes, neve sincera monita des nisi ei, qui ea accipit!

Rebus ioutiiibus operam dare non debemus, quarum duae hoc in versu proponuntur. Vox الامر in versu generaliorem, quam vox شان significationem habeat, necesse est. Vox شوون vocibus اسباب et جوانب explicatur, ut diversas negotii partes significare possit. Fieri potest, ut tam res, quae ipsum quam res quae alios ad ipsum non pertinentes spectant, significentur. Actsamus b. Zaifi (obiit octavo fugae anno conf. Meidan. app.) dixit: Prudentiao cautae est, res peragere, quae curae nostrae commissae sunt, res relinqoere, quibos carere possumus (coof. Meidan. C. 6, 172). Suffixum vocis قبله ad nomen نصح referendum est, quod verbo تنصحن indicatur.

2. Ne propinquum deseras, quotiescunque infortunium ei supervenit et in proelii campo contra eum dimica, qui cum eo pugnat!

Propinqoum deserendum noo esso; sed summo cum periculo defendendum, plura proverbia docuero conf. Meidan. T. III P. 2. p. 172 sq.

3. Ne propinquo generoso (petenti) rem deneges, nam frater tuus est! Tu nescis, an fortasse ab eo petiturus sis.

Hoc in versu, qui in Mersukii codico desideratur, monet poeta, no quis propioquo generoso rem petitam deneget.

XXIV.

(p. 515.) Manthsur b. Sohaim dixit.

Poetam ad gentem Thai pertinere, e versus secundi legendi modo coniici potest.

1. Ob cibum hospitalem loci incolas non perstringo, dum ob eorum commeatum ploro et plorantes ad ploratum excito.

Continentiam suam laudat, ot aliorum haud generosorom cibum hospitalem haud cupiat. Non igitur accidero, ut aut tristitia adfoctus sit aut qui ipsum hospitem non bene exceperit, eum satyrà vituporet. Scholiastes, quom hae in ro ploraodi locus non sit, poetam tristitiam magnam ob spem irritam indicaro voluisse adnotavit. Qui autom plorat, aliorum et maxime feminarum lacrymas concitare potest. Voce البواكى poetae uxorem aliasque secum haboutes femioas iotelligendas puto. Littera Alif ob homoioleutum addita est.

2. Si generosi divites sunt, ad quos venio, ex rebus, quas possident, tantum mihi sufficit, quantum mihi satis est.

Continentiam auam temporo, quo ad divites generoaos vonit, pluribos oxponit. So rebos ipsi nocessariis contentum osse. Vox اما ex إن et ما composita est. Poeta, ni fallor, metro

coactus interpositis vocibus كرام موسرون verbum a particula ان separavit, ut hanc ob causam suffixum cum verbo coniungeret. Sic verba constituenda sunt: ان اتيت كراما موسرين. Scholiastes autem vocum كرام موسرون nominativum a verbo omisso يقصد, quod sequente verbo indicetur, regi dicit. In prima autem scholii linea pro verbis وهو قوله كرام cum Mersukio بقوله كرام legendum puto. Litterâ ف in voce فحسبي sententia consequens, quae conditionem necessario sequitur, indicatur, dum vox حسبي locum subiecti, cuius praedicatum voce كفاني indicatur, tenet. In versu aut ذي aut ذو legitur, quas voces diverso modo explicant. Mersukius vocem ذو superfluam habet, ut in verbis هذا ذو زيد »hic Saidus est«, ita ut nominativus cum nomine modo, a grammaticis اضافة appellato (conf. Gram. Ar. T. II p. 47.), coniungatur. Similem loquendi modum in versu Alabschae invenimus (metr. Basith): **Eam in eo, quod dixerat, mendacii arguerunt, tum gens Hassani matutino tempore iis superveniens mortem laqueosque depulit.** Qui autem vocem ذو legit, eam dialecto gentis Thai propriam vocem pro الذي positam esse sciat.

3. *Si generosi pauperes sunt, eos excusatos habeo, sin viles sunt, pudorem meum recordor.*

4. *Honorem autem meum, omnium rerum, quas in thesaurum repono, maxime conservandum habeo et ventrem meum modo pallii mei complico.*

Continentiam suam tempore, quo ad generosos pauperes, qui non tantum possident, ut liberaliter dent et tempore, quo ad viles venit, qui ob avaritiam aegerrime parum dant, describit. Illos excusat, hos relinquit nil accipiens, quum a vili dona accipere pudor vetet. Construendi modus idem ac in priore versu est. Vox اذكرت pro اذّكرت est. Pudor autem eo consistit, quod precibus ad viles directis se non abjicit coramque dona non petit. In posteriore versu honorem suum sibi cariorem esse, quam ut eum abiiciat, declarat et se honoris conservandi causa famem patienter ferre. Scholiastes verba ما ادخرت (pro اذخرت) locum genitivi occupare dixit, ut sint pro ابقي شي ادخره et vox ذخيرة statui describendo inservire. In posteriore autem parte se hanc ob causam famem tolerare dicit. Qui famem tolerare debet, is ut facilius rem toleret, ventrem constringere solet. Venter autem complicari potest nonnisi quum vacuus est. Ut autem ventrem omnino vacuum esse indicet, eius complicandi modum cum modo, quo pallium complicatur, contulit.

XXV.
Salem b. Wabizah dixit.

(Occurrit p. ٣٢١).

1. *Quot odio plenorum inter amicos pravos, invidorum, qui carnem meam edebant; sed famem suam vehementem non sedabant,*

In versibus odium aliorum clementia et patientia se placasse dicit; sed huius versus sensus nonnisi proxime sequento absolvitur. Scholiastes vocem نيرب (odium), pro ذو نيرب (odio plenus) dictam esse vult, dum ante nomen actionis antecedens (ذو) omissum sit aut nomen actionis (odium) loco odium foventis, quod odium a tali homine saepissime pro-

feratur, positum sit. Odium foventem cum animali rapace, quod carnem vorat et cuius carnis appetitus non cessat, comparavit.

2. *Pectoribus, quorum odium diuturnum erat, invidia plenis remedium adtuli eorumque ungues sine forfice resecui*

Se patientia et comitate odium impedivisse, quominus erumperet. Suffixum in voce منه, pro qua in Mersukii codice عنه lequitur, ad odium referendum videtur, nam verbum داوى cum praepositione من morbi adhibetur. Quale remedium sanando odio adtulerit, ex posteriore versus parte et sequente versu cognoscitur. In posteriore parte ad comparationem cum animali rapace rediens, odii noxam cum unguibus confert. Se ungues sine forfice resecuisse i. e. patientia et comitate odii noxam removisse dicit.

3. *Per prudentiam bonumque, dum ei Dei timorem tanquam stamen disponebam et tanquam subtegmen propinquitatis officium, quod neglexerat, intexebam.*

Hic versus cum priore ita cohaeret, ut praepositio ب cum verbo قلمت coniungenda sit. Vox الخير tam cum vocali Fatha quam cum vocali Kesra pronunciari videtur. De posteriore voce quamquam lexicographi non consentiunt, tamen in nostro versu de bonitate animi sermo esse debet. Agendi rationem autem cum tela, quae texitur, comparavit poeta, ut duas res, Dei timorem et officia neglecta duas telae partes esse fingeret. Voces تقوى الالاه cum verbo اسديه; voces autem ما لم يرع etc. cum verbo الحمه coniungendae sunt. Se ita erga eum egisse, ut tam dei timorem quam officium ab ipso neglectum esse cognosceret. Suffixum in verbis اسديه et الحمه pro له esse videtur. In Mersukii codice loco vocis رحم, legitur رحمى. Ex usu huiusce vocis autem cognoscimus, poetam cognatos erga ipsum odium foventes respicere.

4. *Ita factum est, ut non a me nervo instructus arcus eius hostes meos palam, haud occulte peteret.*

Hoc modo se agentem eum amici loco habuisse, ut auxilium contra hostes ferret. Cognatum illum odium foventem cum sagittario comparavit. Verba دونى موترة, quae pro موترة دونى sunt, significant, arcum nervo instructum esse, ut alios quam ipsum sagittà peteret. Bello quiescente nervum arcus removere solebant, quippe arcus, qui nervo semper instructus esset, vis diminueretur. Voces غير مكتتم potius ad metrum explendum quam ad sensum versus augendum additae videntur.

5. ***Est** quaedam mansuetudo vilitas, quam tu novisti; sed mansuetudo e vindicandi potestate profecta est virtus ad generositatem pertinens.*

Si quis clementia et mansuetudine in alios utitur, quod vindicandi potestate caret, hoc debilitati tribuendum laudi esse non potest conf. Meid. C. 2. 191 et de cogitandi ratione Meidan. T. III P. 2 p. 163. In priore versus parte sententiam suam clariis verbis poeta non expressit; sed cuiusmodi illa mansuetudo sit, ex posteriore parte priori opposita concludi potest. In priore parte verba inversa videntur, quum potius dicere voluisse videatur:

ان شيا من الحلم ذل »quaedam mansuetude vilitas est«, nam praepositio من aut e voce omissa pendere aut superflua esse potest aut, dum vox ذلا loco subiecti est, verba sic verti possunt: »Est quaedam vilitas, quam tu noscis, quae pars mansuetudinis haberi potest«. Verba autem انت عارفه quum sensui explicando non multum inserviant, poeta, ut metro satisfieret, potissimum addidisse videtur. Verba فضل من الكرم significant, talem mansuetudinem e generoso animo ertam virtutem habendam esse. Similem sensum poeta alius versu sequente expressit (metr. Thawil): جهول اذا ازرى التحلم بالفتى حليم اذا ازرى بذى الحسب الجهل. Durus, quum clementia hominem despectum reddit, clemens, quum durities virum nobilem despectum reddit.

XXVI.

Alius dixit.

1. A cibis, quos video, me averto eosque relinquo, dum venter meus fame torquetur.

. Pudorem semper conservandum esse docet. Se a cibo oblato, si honor eo accepto deminuatur, faciem avertere, etsi fame summa adflictus sit. De voce انطوى confera Ham. p. ٥١٥ v. 4. Similem sensum sequente versu expressum invenimus (metr. Thawil): Ego omnibus cibis abstineo, quum fames animae rem inhonestam exornat (commendat) »Et hoc (metr. Camel): Ego famelicus noctem transigo diemque, donec eo nobilem cibum accipio. Vocem اظله pro اظل عليه esse, scholiastes fragmento versus probat, in quo قضانى pro قضا على dictum est.

2. Et, per patrem tuum! in vita bonum non est, neque in mundo, quum pudor abit.

3. Vir, quamdiu pudorem conservat, bene vivit et lignum manet, quamdiu cortex manet.

Pudorem viri cum cortice ligni, quo lignum contra aëris noxam defenditur, comparat. Honorem quum magni ducant Arabes, nostor vitam honore amisso nullam esse dicit. Conf. Meidan. T. III P. 2. p. 153 sq.

XXVII.

Nafih b. Sahd Thajjita dixit.

1. Nesciene, me, quum anima re desiderata potiri possit, honoris mei non oblivisci.

Se in omni re, quam cupiat, honoris sui haud oblivisci, ut potius re abstineat, quam honorem suum laedi patiatur. Uxorem suam, ni fallor, alloquitur. Scholiastes voci طمع rei desideratae significationem tribuit. Hac significatione recepta verbo اشرف significatio in eo esse, ut re potiamur danda est et vox النفس loco pronominis primae personae est, quasi dixerit: اذا انا اشرفت »quum ego in eo sum, ut potiar.«

2. Ego propter rem, postquam fugit, haud vitupero; sed fieri potest, ut praecedam.

Se, si rem attingere haud potuerit, tantopere adflictum non esse, ut se ipsum multum vituperet; se potius rei operam dare, ne effugere possit. Vox لوام eum designat, qui mul-

tum et saepius vituperat. Vox عل, quacum saepissime confirmandi particula ل coniungitur, in dialectis linguae Arabicae variae mutationi litterarum obnoxia erat, inde enim illi enunciandi modi, quos Kamusi auctor adnotavit, orti videntur. Origine verbum an nomen in accusativo positum sit, quis pro certo dicere potest; pronomen enim modo nominis علّى et modo verbi علّنى cum eo coniungitur. Verbum potius esse, inde sequi videtur, quod nomen in accusativo et praedicatum in nominativo modo verborum صار,كان etc. sequatur. Genti Ohkail autem proprium est, casum genitivum sequi, ut ista gens nomen esse putasse videatur c e n f. Djeuharium, qui grammatici Abu-Said auctoritate nititur et Anthol. gram. p. ٧٨ l. 6 infr. et 199.). Verbum sequens particulâ أن, quae etiam omittitur, coniungitur. Scholiastes noster discrimen statuit esse tale. Si particula أن sequatur, sensum verbi عسى habere, sin particula omissa sit, tempus verbi tanquam propius cogitandum esse, quippe cum particula أن futuri significatio coniuncta sit. Vocem autem, quamquam particula sit, verbis, quibus grammatici p r o p i n q u i t a t i s المقاربة (conf. Gram. Ar. T. II p. 577) nomen dederunt, adnumerari. Post vocem in versu suffixum primae personae omissum esse. Djeuharius vim eius tali modo describit: التوقع لمرجو او مخوف وفيه طمع واشفاق »Exspectatio rei sperandae aut timendae, in qua tam cupido quam metus est«; vocem enim اشفاق metus significationem habere puto (c o n f. Gram. Ar. T. I p. 535.). Post vocem اتقدم obiectum, ad quod verbum referatur, omissum est, ut الى تحصيل الشي aut minus accurato ut scholiastes adnotavit, في تحصيل suppleatur.

XXVIII.

Quidam gentis Banu - Asad dixit.

1. Ego dives fio; sed ob divitias insolens non fio, et ei, qui debitum cupit, divitias offero.

In versibus agendi rationem, quam sequatur in statu opulentiae paupertatisque, exponit. In primo versu opulentiae statum tractat. Fit saepe, ut homines pristini status immemores Deo gratias non agentes divitiis insolentes fiant. Vox الغنى casum Accusativum habet, ut sensus verbi specialior (تمييز) reddatur (Gram. Ar. T. II p. 446.). Mersukius praepositionem في supplendam putavit. Voci ميسور, quam, ut معقول et مفتون, grammatici nomen actionis esse putant, tanquam nomini pluralis مياسير datur c o n f. De Sacy Anthol. gr. p. ٤٥. Dum locum hunc cito, errores mihi in oculos incurrunt, quorum cum summa reverentia viri immortalis, cuius merita maiora sunt, quam quae erroribus paucis, quae humanae naturae sint, diminuantur, mentionem facere mihi liceat. In sequente pagina ٤٩ linea prima vox الاعاصير v e n t e s (non t e m p o r a الاعاصر) designat et pag. ٤٧ l. 2 loco vocis شهر legendum est شهرا et lin. 14 loco vocis والكمال legendum est والمال, ut sensus versus mutetur. Loco vocis قرضى in versu nostro vox عرضى tam vocali Fatha quam vocali Kesra enuncianda legitur. Si vocalis Fatha datur, opum, excepto argento, significatio tribuenda est, sin vocalis Kesra, honoris significationem habet, ut sensus sit: »qui meum honorem satyrâ laedere cupit, ei opes meas, ut honorem conservem, offero«.

2. Et aliquamdiu ad paupertatem redigor et difficultas mea gravis est; tum divitiarum opulentiam assequor, dum honor meus mecum est.

Aut nimia liberalitate aut temporis casibus adversis ad paupertatem redactum se non abjicere, ut tandem dives factus honorem suum conservarit. Voce احيانا significari puto, eum saepius ad paupertatem redigi, nam Mersukius verbis في الوقت بعد الوقت nuno tempore post alterumu sensum expressit, ut nimia liberalitate opibus perditis id factum esse videatur.

3. *Illam (paupertatem), donec ipsa evanuit abiitque, vir fiduciâ dignus neque aere alieno oblato aut dono a me abstulit.*

Modum, quo honorem suum tempore paupertatis conservarit, indicat. Se ad preces non confugisse dicit; sed tempori, ut noxam repararet, reliquisse.

4. *Beneficia mea do et indoles mea pura est, quum indoles cuiuslibet viri puri turbatae sunt.*

5. *Sed ea (opulentia) donum Dei et itineris mei est et eius, quod medium iumenti pectus antilena ligo.*

Divitias per avaritiam se non collegisse dicit. Se tempore, que omnes viri nobiles penuriam timentes donis dandis abstinuerint, consuetudinem suam retinuisse. In altero versu modum, quo divitias acquisiverit, describit. Se divitias gratiae, qua Deus itineribus susceptis faverit, debere. Arabes divitiarum comparandarum causa itinerum molestias perferre solebant conf. Meid. C. 5, 74. Natura hominum avaritiâ depravata cum aqua turbida comparatur. Istum comparandi modum verba تصفو et كدرت indicant. Pluralis اخلاق piurium virorum naturam indicat. Vox محض proprie de lacte puro et aquâ haud mixto adhibita in homines ingenuos Arabicae originis transfertur. Talibus generositas tribuebatur. Vocem سيب proprie de omnibus rebus adhiberi puto, quae homini a Dee donatae contingunt. Scholiastes adnotavit, articulum vocis الحلية totum genus indicare et animali audienti noto designando haud inservire. Haec quoque res causa est, cur pluralem حيازيم adhibuit. Se autem saepius in itinere esse, ut plura iumenta in usum adhibeat, indicat. Prior duorum versuum **(p. 518.)** in codice Mersukii non legitur.

6. *Et amicum a re libera, postquam labitur sicut camelus a loco lubrico delabitur.*

Erga amicos agendi rationem suam exponit. Eos se e calamitatibus liberare. Calamitates autem cum lapsu comparavit. Ut autem gravem lapsum significaret, amicorum lapsum cum cameli lapsu in loco lubrico contulit. Quo rarius camelus labitur, eo perniciosior ob corporis molem ei lapsus videtur.

7. *Eique opes meas amoremque do et auxilium praesto, etsi odium, quo me persequitur, eius animo innatum est.*

Triplicem modum, quo eum liberet, exponit, primum opibus erogatis, tum amore manifestato et denique auxilio armis praestito. Hoc autem se facere odii immemorem, quod alter animo abscendat. Res poetae nostri meritum auget, quum enim laude dignum est, amicos adiuvare, tum laude dignissimum inimicis auxilium ferre. Loco vocis مالى in Mersukii codice

عرضي cum eadem significatione legitur. Odium quum in corde sedem habere putetur, poeta odium foventem cum appellat, cuius costae super odium curvatae sunt. Suffixum in voce بغضي obiectum, quod odio est, designat.

8. Et mansuetudo mea eum tegit et, si voluissem, calamitates, quae ossa adficiunt verbis adfligentibus, eum adtigissent.

9. Et mihi rem impono, si res me adtingit et ex hominibus sunt, quibus si res imponitur, eam non perficiunt.

10. Erga eum, quem novi, duplici facie instructus non sum et avaritiam neque coeli neque terrae meae esse scito!

11. Lenis ego sum, cuius naturam vicissitudo noctium temporis torquendo et dissolvendo non permutat.

Hi quator versus in Mersukii codice desiderantur. In primo versu clementiam ac mansuetudinem suam laudat. Ea se usum esse, quamquam alterum verbis acerbis laedere potuerit. Vox القوارع verba laedentia significat, et tum in Corani versus quosdam tranlata est, quibus daemones etc. abigi putantur. Haec تبرى العظم os dolantia poeta dicit significaturus, ea maxime acerba et penetrantia esse. Praepositio عن in verbis عن كلم ممض instrumento significando (conf. Gram. Ar. T. I p. 486) inservit et cum voce كلم, quam singularis formam cum significatione pluralis habeat, singularem ممض doloro adficiens coniunxit. In secundo versu dicit, se, si res gravis ipsi superveniat, eam perficiendam sibi imponere, dum alii rem ab aliis impositam non perficiant. Laudat igitur fortitudinem suam in rebus gravibus perficiendis. Post vocem يقضى obiectum الامر (rem) supplendum puto. In tertio versu se eodem semper modo agere dicit et semper liberalitate uti, ut ab avaritia omnino remotus sit. Posterior specialiorem sensum offerens versus pars priori generaliori parti explicandae servire potest. Vocem فاعلم, quum sensum non augeat, iis rebus adnumerandam esse censeo, quae a poesis peritis حشو et فضول appellatae interdum poetis vitio vertuntur (conf. libr. meum Darstell. d. Arab. Vorsk. p. 527.). Omnes autem res, quae hominem spectant, quum aut in terra aut in coelo sint, et terra coelumque totam naturam complectantur, hisce verbis voluit, avaritiam toto caelo ab ipso abesse. Ante praepositionem من vocem شى supplendam puto. In versu denique quarto lenem mitemque se tam in adversis quam in secundis robus esse dicit. Naturam suam cum fune comparavit, qui per temporis vicissitudines neque dissolvendo neque contorquendo mutatur. In verbis صروف ليالى الدهر vox ليالى ad sensum constituendum quodammodo superflua est.

XXIX.

Hatem Thajjita dixit.

Vir summa liberalitate notus, ut in proverbium veniret, paulo ante Mohammedem vixit. conf. Meidan. append.

1. Ego operam non do, ut dimissâ eius (camelae) habenâ receptaculi aquam ante caeteros camelos bibat.

Liberalitatem suam laudat, qua aliorum commodo magis quam suo inserviat. Hoc exemplo probat. Se ante socios ad aquam non festinare, ut camelus suus ante alios bibat. Prior pars ad verbum ita vertenda est: »ego non curro per partem redundantem habenae eius.« Pars autem redundans habenae est pars habenae attractae, quae nimia est; habena enim longior esse solet, ut et attrahi et dimitti possit. Quod si igitur illam partem redundantem vehens dimittit, camelus ad aquam festinat. Suffixum ad camelum, cuius in posteriore parte mentio fit, referendum est; Arabes enim interdum suffixo utuntur, antequam rei, ad quam pertinet, mentio fuit (conf. Gram. Ar. T. II p. 452.). In scholii linea tertia loco vocis كالركوبة legendum est كالحلوبة, ut in Mersukii codice legitur. In voce انا posteriorem syllabam semper brevem esse, moneri vix opus est.

2. Ego pulvinar sellae eius non complico, ut, quum levior sit, eam adigam et socium meum relinquam.

Agendi rationem suam in itinere laudat. Se socii sui curam habere, ut pedibus incedentem in camelo suo locum sedendi concedat, neque, ut camelo parcat, se eum post se relinquere. Vox حقيبة pulvinaris, quod post sellam alligabatur, nomen erat. Sic in hemistichio metri Camel: Pietas optimum pulvinar post sellam est. In hoc alteri sedendi locus erat. Hoc autem complicato et remoto alter sedere non potest. Vox خفا statui cameli describendo inservit. Dicere non vult, illo pulvinari remoto, cameli onus multum levatum esse; sed socio cum ipso simul vehente remoto.

3. Quum camelum iuvencam possides, ne socium tuum post eam, dum non vehitur, incedere sinas!

4. Sine eam decumbere, ut ille post te inscendat et si utrumque portat, bene erit; **(p. 519.)** *sin alternatim vehendum est, alternatim vehere!*

Hi duo versus in Mersukii codice non inveniuntur. Poeta sic agendi, quemadmodum descripserat, consilium proposuit, ut alter aut post ipsum insideret, dum camelus genubus in terram decumberet aut si iumentum nimis infirmum duobus portandis esset, utrique alternatim veherentur.

XXX.

Alius dixit.

1. Ego sane in omni defensione honoris, quum dicitur: socius tuus! odii obliviscor!

Quamquam socius male erga ipsum egerit, ut, quem odio persequatur, dignus sit, se tamen eum defensurum esse. Vox حفيظة hoc in versu statum significat, quo generosus ob iniuriam illatam irascitur. Vox مولاك e verbo omisso ex gr. اذكر (recordare!) pendet. Accusativus احتمال a verbo انسى regitur. Pluralis الضغاين aut magnum odium designat aut homoioteleuti causa adhibitus est.

2. Etsi socius est, qui in omni re mihi superveniente neque spei satisfacit neque auxilium fert.

Se ita acturum esse, etsi alter auxilio indignum se ostenderit. Talem autem agendi

modum in proverbiis praescriptum saepe invenimus conf. Meidan. C. 6, 61. 86. 24, 339 etc. conf. Meid. T. III P. 2. p. 170 sqq.

XXXI.
Alius dixit.

1. Quoties amici, quem amici deseruerant, quasi ob infortunium pice oblitus, scabiosus camelus esset,

In hisce versibus, quos Reiskius ad Tarafam p. 103 latine vertit, suam erga amicum, quem alii deseruerant, agendi rationem describit. Hic versus cum proxime sequente tam sensu quam constructione cohaeret, nam vox ومولى cum verbo يمت, coniungenda est. Calamitate oppressum alii et interdum ipsi amici fugere solent. Quem vero ut vehementer exosum esse, ostendat, eum cum camelo scabioso comparat. Talem camelum, ne caeteri inficerentur, fugiebant. conf. Ham. p. ٢٥٥ v. 1. Proverbio igitur ابغض من الطلياء »magis exosa quam camelus pice oblita« (conf. Meid. C. 2, 154) dicitur. Picem autem adhibebant ad talem morbum sanandum. Camelis autem nonnisi hanc ob causam pice oblitis vox اجرب ante vocem مطلى poneretur, necesse erat; sed homoioteleuti rationem habuit poeta.

2. Amore adfectus fui, quando camela novennis pulli sui amore non adficiebatur et Bes Bes dicentibus mulgendi locus non erat.

Se tempore magnae calamitatis amico auxilium tulisse dixit: Post verbum رئمت, suffixum obiecti omissum est et cum verbo, quod nonnisi amoris sensum offert, hoc in versu auxilii ferendi significatio coniuncta esse debet. Camela si amore in pullum propensa est, lac ei praebet. Camelae novennis mentionem fecit, quod talis camela maiore quam iuvenca amore in pullum adfecta esse solet. Nonnisi anno sterili, quo camela lacte caret, in pullum amore non adfecta videtur, quum nil lactis, quod porrigat, habeat. Ut autem poeta sterilem annum designet, dicit, eos, qui Bes Bes dicant, lac elicere non posse. Viri enim, nam nonnisi viri mulgebant (conf. Meid. C. 28, 20), vocibus Bes Bes uti solebant, ut camela lac largius emitteret.

XXXII.
Ohrwah b. Alward dixit.

(De poeta conf. p. ٢٧).

1. Sine me, o mulier, per terram vagari; nam fieri potest, ut divitiis potiar, in quibus is, cui obstrictus sum, fiduciam ponit!

Mulierem ipsum ob itinera multa vituperantem alloquens causam, cur iter faciat, exponit. Non, ut sibi prosit, sed, ut in alios beneficia conferre possit, divitiis acquirendis operam se dare. Futurum apocopatum ex antecedente imperativo pendet (conf. Gram. Ar. T. I p. 206 II p. 33.) Vox ثقة! hoc in versu formae استفعال significationem habet.

2. Nonne grave est, quod infortunio incidente, officii praestandi fiduciam in nobis nemo habeat?

Summum malum in eo videt, quod amicis in infortunio opibus auxilium ferre non possit. Voces ان تلم ملمة verbo ليس subiecti loco sunt.

XXXIII.

Alius dixit. (p. 520.)

1. *Omni re abstineo excepto beneficio, e quo utilitatem capio et amicitiâ mei amantis, quâ vestimenti mei cingulum constringo.*

Studium suum nonnisi eo occupatum esse, ut beneficium apud virum collocet, e quo utilitatem capiat et ut amorem viri sibi acquirat, qui ipsi auxilium praestet. Post تثاقلت supplendum est: عن كل شى. Suffixum in voce استفيدها ad vocem يد referendum pro منها esse videtur. Quamnam utilitatem ex beneficio se capturum esse, speret, verbis اشد به ازرى indicat. Qui ad rem agendam se praeparat vestimenta succingit, ne longis vestibus impediatur.

XXXIV.

Abbd-Allah b. Alsobair Asadita dixit.

(De poeta conf. p. ٣٢٧).

1. *Calamitatem vicinam, quae me non relinquat, esse non puto, neque ob rem me fugientem venam colli incido.*

Mala cessatura esse sperans animum non abiicit aut ob spem, quae eum fefellit, summopere non adfligitur. Malum cum vicino comparat, quem mox abiturum esse sperat. Venâ colli incisâ animal occiditur; sunt enim duae venae colli الودجان appellatae, quas mactans incidit. Summum igitur moerorem, quo quia perire potest, verba indicant.

2. *Et quotiescunque in rem ingratam incido, me eius solamen inventurum esse confido.*

Patientia et spe contra mala se munit.

XXXV.

Malic b. Harim Hamdanita dixit.

1. *Certior factus sum (et dies pleni experientiarum sunt et dies quod nescis, tibi aperiunt),*

Verba والايام etc. sententias intermedias efficiunt et obiectum verbi انبيت sequente versu continetur. Se experientiam aetate assecutum esse dicit. Vox تجارب ob metrum Nunnationem accepit. Littera ک in scholiis ex voce کالاولى orta videtur, ut scholiastes والقافية کالاولى »homoioteleuton idem est« dicere voluerit conf. Ham. praef. p. XVI

2. *Opum multitudinem possessori prodesse eique laudem parare, dum multum vituperandus sit.*

Se experientia edoctum esse dicit, opes multum facere ad viri laudem, ut et ipsum vituperatione dignum laudatum reddant. Voci ينفع in codice Tebrisii vox يرفع subscripta est, quae vox, utrum alterum legendi modum indicet an explicandi causa adscripta sit, nescio. Vox يثنى tam vocali Fatha, quam vocali Dhamma effertur. Si vocalis Fatha adhibetur, verbum

flectendi, convertendi significationem habet, sin vocali Dhamma effertur, laudandi significatio tribuenda est, ut nomen الحمد subiecti locum teneat. Verbo quoque passivi forma datur i. e. ad eum laus convertitur aut laudo iterata laudatur aut denique يبنى legitur, ut sensus sit: laus super eo (tanquam fundamento) aedificatur. Scholiastes primum omnium legendi modum praeferendum censet. Voces بان ثراء duorum obiectorum verbi نبيت locum occupant.

3. *Paucae autem opes virum perdunt; vulnerant sicut flagellum durum vulnerat.*

Multis opibus paupertatem opponit. Paupertas homini damnum infert et adfligit. Paupertatem cum flagello novo confert, quod quum lora dura habeat, cutem incidit graviora vulnera faciens. Ante vocem قطيع nomen سوط omissum est et vox محرم eam rem proprie designat, quae nondum in usum adhibita est.

4. *Gloriae altos gradus (pauper) videt, dum eos assequi non potest et in media gente haud loquens sedet.*

(p. 521.) Talem virum, quum maxima gloria liberalitate et hospitalitate comparetur, gloriae participem fieri non posse et hanc esse causam, cur in media gente, quum se abiectum sentiat et curis depressus sit, loqui non audeat.

XXXVI.
Mohammed b. Baschir dixit.

(De poeta conf. p. ٣٧١).

Alter est poeta hoc nomine appellatus Rijaschita Bazrae quoque degens tempore Ahbbasidarum, de quo conferas librum Citab-Alaghani.

1. *Profecto! quod in nuditate trita veste indutus vitam transigam et loco copiosi alimenti rebus necessariis contentus sim,*

Praeferendum censet vili amictu et tenui victu vitam degere quam vilibus beneficia debere. Hujusce versus sensus nonnisi sequente adiuncto perfectus fit. Vidimus tempus cum camelo comparari conf. Ham. ٣٧٥ v. 1. et v. 2 infr. adnott. Haec est causa, cur poeta verbum زجى (propulit iumentum) adhibuerit. Particula ل in voce لأن a grammaticis particula subiecti appellata est, quod verba ان ازجى locum obiecti tenent conf. Gram. Ar. T. I p. 506. Scholiastes vocem علقة dupliei modo derivari posse dixit aut ab adhaerendo, ut formà et significatione singularis cum voce بلغة conveniat aut a pascendo, ut formâ significationeque voci طعمة similis sit. Depascendi autem significatio in verbis traditione ad nos delatis »Animae martyrum in paradiso pascuntur« occurrit. Ex homoioteleuto initium carminis esse videre licet.

2. *Melius et honore dignius mihi est, quam quod beneficia ab hominibus vilibus collo meo adligata esse videam.*

Voces خير واكرم loco praedicati verbis ان ارجى sunt. Loco vocis مننا legitur نعما cum eadem significatione. Ut metro homoioteleutoque satisfiat, verba posterioria partis inversa sunt, nam voces فى عنقى cum voce معقودة et voces لليام الناس cum voce مننا coniungendae sunt. Beneficia cum torquibus collo nostro appensis comparantur. Sic dicunt له قلادة فى عنقى »is beneficium in me contulit« (conf. Selecta. ex histor. Halebi p. 72 adnott.) et in Corani locis Sur. III v. 155. 157. facta nostra cum vinculis cervicis torquibusque conferuntur.

3. Ego, etsi opulentia mea minor est, quam propositum postulat et opes meae debiliores sunt, quam natura mea,

In hoc versu, cuius sensus nonnisi sequente perfectus est, suam conditionem quodammodo queritur, quippe quae non talis sit, ut toti benefaciendi desiderio satisfacere possit. Vox على خلقى sunt pro: على قدر خلقى »e ratione naturae meae.« Verbum قوى de robore corporis adhibetur, ut divitiae cum persona comparaverit, quae non tantum roboris habeat, ut desiderio naturae illius liberalis satisfacere possit.

4. Omnem rem omitto, quae dedecore me adficit et in locum aquae turbidae me ducit.

Se etsi non magnas opes possideat, tamen omnem rem, quae ipsi dedecori futura sit, fugere. Quin avaritiam significare velit, non dubito. Turpem autem agendi rationem cum aqua turbida comparavit (conf. Ham. T. I p. 304 v. 7). Secunda quoque verbi forma eandem significationem habere, ex proverbio, quod in Meidanii opere sic legitur: اهون السقى التشريع »Facillima potatio est, quum pecus in aquam introducitur« (conf. Meid. C. 27, 154.). Legitur quoque فى منهل الرنق, ut vox الرنق tanquam nomen actionis vocali Fatha efferatur.

XXXVII.

Idem dixit.

1. Quid est, quod te impellat, ut vesperâ iter facias et initio noctis, dum modo terrâ incedas modo maris undis veharis?

In hoc versu, qui, id quod ex homoioteleuto prioris hemistichii cognoscimus, carminis initium facit, personam interrogantem, cur tot itinera terra marique suscipiat, inducit. Interrogans ista itinera reprobat. Voces ماذا duplici modo explicantur. Aut istae voces tanquam coniunctae subiectum efficiunt, ut verbum يكلفك loco praedicati sit aut vox ما subiectum et vox ذا praedicatum est, quocum verbum modo grammaticis صلة appellato, ut الذى suppleatur, coniungitur. In voce الدلجا, ut in voce اللججا littera Alif homoioteleuti causa addita est. Hac autem ex re, versum initium carminis esse, cognoscere licet. Sic quoque pluralem اللجج metri potius quam sensus causa adhibitum esse puto. Vox aquam tam profundam, ut ad imum non perveniatur, qualis maris est, significat. Arabes autem, quum raro pedibus in itineribus incedant, verbum ركب, in varias res transtulerunt. Sic terrâ et mari tanquam iumento vehi dicunt. In posteriore versus parte metri causa verba transposita sunt. Scholiastes vocem البر a verbo omisso, quod verbo sequente indicetur, regi dixit.

2. *Quot viros, quorum passus alimenta attingere non possent, esse invenis, qui alimenti portionibus potiti sint!*

(p. 522.) Interroganti respondet, multos esse, qui domi paupertate pressi, itinere facto ad meliorem conditionem pervenerint. Dicit passus viri breves esse in alimento significaturus, eum alimentum assequi non posse. Ellipsin in hoc invenio, quam Mersukius sic explevit قصرت خطواتهم للسعى فى طلب ارزاقهم. Poeta, quamquam vox كم plures significat, tamen خطوته passus eius dixit. In posteriore versus parte comparationem alimenti cum mactati cameli portionibus instituit, quem benefici tempore penuriae mactare et in ludo sagittis facto distribuere solebant conf. T. I p. 487 II, p. 169. Scholiastes verbo فلج vincondi significationem tribuens sensum esse posse dicit, eum portionibus in ludo potiri, quo alterum de gloria cum ipso certantem vincat.

3. *Rerum viae si obstructae sunt, patientia omnes eas clausas aperit.*

Patientiam in rebus difficilibus commendat, quippe qua omnes difficultates removeantur. Difficultates cum viis obstructis comparavit. De patientia verbum فتق minus bene adhibuit poeta, quippe verbo vi rumpendi significatio sit, quae vis patientiae haud apta videtur.

4. *Ne spem abiicias, etsi diu quaerendum sit, fore, ut patientiâ in auxilium vocatâ gaudium percipias!*

Nunquam desperandum est, patientiâ enim ad finem pervenimus. Et in hoc versu metri causa verba transposita sunt; nam verba ان ترى etc. verbo تياسن obiecti loco sunt.

5. *Quam dignus patiens est, ut re necessaria potiatur et qui semper januas pulsat, ut intret!*

Patientem laudat tanquam dignum, qui desiderio suo potiatur. Vox اخلق a grammaticis verbum admirationis فعل التعجب appellatur. Duae sunt formae, una praeteritum quartae praemissa voce ما et sequente accusativo, altera forma imperativi quartae formae sequente praepositione ب, quarum prior orationi prosae, posterior poesi magis propria est (conf. Gram. Ar. T. II p. 217 sqq.).

6. *Defini, antequam passum ponis, pedi tuo locum, nam qui in locum lubricum per incuriam adscendit, delabitur!*

Cautio in rebus difficilibus et periculosis commendatur. Res gravis cum loco lubrico comparatur, in quem si quis nil cavens adscendit, facile labitur. Qui adscendere vult; videat, quo pedem ponat. Loco vocis قدر legitur ابصر (vide!) in Mersukii codice. Quidam lusus verborum in verbis زلقا et زلجا cernitur.

7. *Ne aqua pura te decipiat, quam bibis; interdum enim turbidâ mixta est.*

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, cautio denuo commendata est. Qui puram aquam bibit, caveat, ne impura cum ea mixta sit. Post vocem ممتزجا supplendum puto بما كدر. »Ne turbaudo cum aqua turbida mixta sit.«

XXXVIII.

Hodjajjah b. Almodharrab

Tempore Islami ob verba, quibus p. ٥٢٢ l. 5. utitur, vixisse videtur.

Ebn-Conasahus narravit, poetam, quum in vestibulo sedens servam exeuntem cum scutella lignea lacte plena conspexisset, interrogasse, quo tenderet, et quum audivisset, illam ad fratris filium lac portare, indignabundum conticuisse. A prato vesperâ quum pastores duo camelos reducerent, ut ad filium fratris camelos compellerent, eis imperasse. Quapropter quum in uxoris vituperationem venisset, eum dixisse:

1. Perseveravimus nos et haec quoque in ira manifestanda perseveravit et nobis velum dimisit et faciem operuit suam.

Discordiam inter se uxoremque ortam narrat. Post verbum لَجَجنا ex sequente verba في التغضّب supplenda sunt. Ex homoeoteleuto in fine prioris hemistichii initium carminis esse videre licet. Vox لَطّ, pro qua in Mersukii codice شدّ legitur, hoc in versu dimittendi (velum) significationem habet, quamquam scholiastes tegendi significationem ei dat. Voci شدّ velum firmiter ligandi significatio est. Tegendi significationem ut probet, versum Ahschae sequentem adnotavit (motr. Chafif): C a n i t i e s e i d i s p l i c u i t e t v e l o s e a b e o t e x i t, q u i a b i p s a a v e r s u s e s s e t. Vox التنقّب, qua sonsui versus nil novi addatur, homoeoteleuti causa addita videtur. Uxor eo, quod vultum velo tegit, fortasse abitura marito iram ostendit.

2. Ob opes me vituperat, quarum locus mihi medicatus fuit! Animum adverte, tum vitupera, quamdiu tibi videtur et irascere!

Causam irae indicat eamque iniustam esse dicit. Tum se iram uxoris parvi habere ostendit. Vidimus eum de pauco lacte indignatum fuisse. Hanc indignationem morbum appellat, cui missis camelis mederi voluerit. Hanc ob causam uxoris vituperationem probandam non esse. Vox اليك e verbo omisso pendet. Beatus de Sacyus idem esse putat, quam اليك عنى »recede a me!« ut تنحّ supplendum sit. Dubitare autem licet, num idem sit. Mihi, dum vocem تنحّ suppleo, sensum habere videtur: ad te recede i. e. rem tuam age, quae tibi agenda est, et me sine! Tum, si aliter non potes, me vitupera etc.

3. Orphanos vidi, quorum paupertatem dona missa in omni scutella reparata non **(p. 523.)** *tollunt.*

Indignationis suae causam exponit. Dona lactis nimis parva fuisse et parum utilia. Id quod proverbio vituperatur c o n f. Meid. C. 24, 1. 481. Fratris mortui filios orphanos appellavit. Qui quum plures sint, plurali فقور usus esse videtur aut ut paupertatem diversam fuisse indicaret. Paupertatem cum ruptura comparans verbum سدّ (obstruxit) adhibuit. Vocem مشعب (reparatus) scutellae ligneae adposuit, ut videtur significaturus, lactis partem in via effundi simulque donum parvum et haud sufficiens esse, nam vox قعب non maiorem scutellam significat, quam cuius lac unius viri siti restinguendae sufficit.

4. Dixi igitur vesperâ servis duobus nostris: ad eos ite! Domum meam alteri procul pascentes camelos habenti similem reddam!

Modum suum agendi erga fratris filios narrat. Se vesperâ camelos suos ad eos misisse. More Arabum, qui in pluribus operibus duos adhibent viros, duorum pastorum mentionem fecit; sed fieri potest, ut duobus pastoribus appellatis magnam camelorum gregem fuisse, indicare in animo habuerit. Ante vocem الاخر vox بيت suppleri potest, ut sensus sit, similem domo viri alterius aut vox الاخر domum significare potest, ut domo cameli pascentes tribuantur. Procul a domo pascentes cameli hoc in versu viri paupertatem indicant.

5. Filios meos magis decet famem tolerare et turbidam aquam bibere in omni bibendi loco.

Tantam liberalitatem manifestat, ut fratris filios suis praeferendos esse doceat. Apud Arabes veteres haud raro tantam liberalitatem invenimus, ut alienis suorum cum incommodo dona ampla dent. Loco vocis بنى in Mersukii codice عيالى »familia mea«, loco vocis سغابة »fames «legitur خصاصة »paupertas« et loco verborum لدى كل مشرب invenimus الى حين مكسب »usque ad tempus acquirendi«. Non autem est legendum a h a k k u n; sed forma comparativi est.

6. Per eos ossa eius recordor, ad quem si venissem bonis spoliatus, mihi in omni iumento solatium adtulisset.

Se orphanos illos conspicientem fratris mortui recordari, qui ipsum in omni statu auxilio adiuturus fuisset. Se igitur illum in agendo imitari et par pari referre. Vox حريبا statum subiecti describit. Voce مركب autem poeta usus est, quod Arabes in multis rebus, praecipue gravibus verbum ركب »vehi« ex. gr. in periculis adhibent. Mersukius igitur in commentario verbis: وجعلى اسوة نفسه فى كل ما اركبه usus est.

7. Fratris mei eiusque, quem si ad infortunium vocabam, mihi respondebat et qui, si ego irascebar, iratus ensem arripiebat.

Fratris sui agendi rationem pluribus laudat. Verba الى السيف e voce omissa pendent, ut مسرعا »festinans« suppleatur. Sed in Mersukii codice versus aliter adnotatus est: اخوك الذى ان تدعه لملمة يجبك وان تغضب الى السيف يغضب. »Frater tuus is est, qui si ad infortunium a te vocatur, tibi respondet et qui, si irasceris, irascens ad gladium properat.« Similem sensum in proverbio C. 1, 137, 362. invenimus.

8. Ne me morosum esse puta, si ei nubis; sed ego Hodjajjah b. Almodharrab sum!

Abu-Rijaschus hunc versum adnotavit; sed in Mersukii codice haud reperitur. Versus sensu sic cum prioribus cohaerere potest, ut dicat, se, si alteri nubat, id aegre laturum non esse; sed se talem esse, qualis isto nomine omnibus notus sit. Vox بلدم, nec non بلدامة eum designat, qui indigestione cibi laborat, tum in eum translata est, qui e re ipsi ingrata noxam capit et inde morosus est. Hanc significationem in versu Jasidi b. Althasrijjah invenimus (metr. Thawil): D e l i c a t a e (p u e l l a e), q u a e d e s i d e r i o c o n i u n c t i o n i s c u m m o r o s o, t a r d o h a u d t e n e n t u r, e t n o b i l i, d u l c i n o n a b h o r r e n t. Nomen Hodjajjah a voce حجاجة b u l l a a q u a e e p l u v i a o r t a derivatur. Dixit poetria (metr. Thawil): O c u l u m

meum converto inter equites non videns Hiaakum[1]), dum oculus meus instar bullae aquae pluvia cadente est. Fieri quoque potuisse dicunt, ut nomen deminutivi forma data a voce حاجوة et addita littera ة ex nomine actionis ortum, postquam nomen proprium factum esset[2]), derivaretur. Poeta Ahdjdjadj dixit (metr. Redjes): Et eae (feminae) eum circumdant, quum aenigmate vincit, quemadmodum Nabathaei in chorea iunctis manibus ludentes cingunt. Tertium derivandi modum esse, contendit scholiastes, quo a voce حجى ingenium ita derivetur, ut, si nomen proprium forma deminutivi adhibita fiat, littera ة addatur, quemadmodum nomen Amru et Becr feminae datum cum forma deminutivi بكيرة et عميرة dicatur. Alii quoque modi exsistunt, qui si omnes explicarentur, longum foret. A voce حاج, a voce حاجو et a voce محتاج derivari licet. Abu-l'Ahla a voce احجى »dignior« vocem derivat. Incolas Arabiae felicis dicere يا طول حاجوى بك »o quamdiu tibi adhaereo!« et حاجا بابله »(camelus admissarius) mugiit, ut camelae congregarentur« dici et verba حاجا بالمكان significare »substitit loco«. In versu Ebn-Ahmari (metr. Wafir): Invocatio feminae me vituperantis ad surdos directa fuit, quae posterioribus nostrorum adhaerens priorum obliviscitur, verbo تحجى aut significationem vocis تمسك (prehendit) aut vocis تضن (pepercit) et تبخل (avara fuit), aut vocis تفرح (laeta fuit) tribuunt. Narrant Ahjischam occiso Mohammede[3]) filio Abu-Becri, quum Abd-Alrahmanus frater Ahjischae[4]) filium illius et duas filias ex Aegypto secum adduxisset, **(p. 521.)** hos ei abstulisse, donec magis adulti essent, tum ei advocato dixisse: Ne aegre feras, quod filios fratris tui tibi abstulerim; sed quum tenera aetate essent, timebam, ne uxores tuae aegre eos ferrent. Ego autem maiore cum patientia et benignitate eos latura eram. Sed iam eos recipe et erga eos sic te gere, quomodo Hodjajjahus b. Almodharrab erga filios fratris sui Mahdan se gessit. Tum versus recitavit, e quorum numero sequens est: Filiorum Mahdani misertus sum, quum eorum pecora morbo periissent et per dominum loci Almohazzab![5]) ius suum obtinuere.

XXXIX.

Almokannah Cindita dixit.

Viri nomen Mohammed b. Ohmairah esse in scholiis legimus. In libro Citab-Alaghani nomen Mohammed b. Ahsaft b. Ohmair b. Abi-Ohmair b. Abi-Taim relatum invenimus. Cog-

1) De nomine حزاق in Kamusi opere legimus, nomen proprie Hasuk حازوق esse, quem aut filia aut soror, non mater, qui Djeuharii error sit, deploraverit. Nomen metri causa mutatum est. Rebellis erat. (conf. Djeuh. s. حزق. Loco vocis عينى in Djeuharii opere طرقى legitur.

2) Sic enim dicunt, quod a nomine actionis forma deminutivi non solet derivari.

3) Natus anno decimo in loco Dsu-l'Halaifah in Aegypto, cuius praefectus anno 36 ab Ahlio creatus fuerat, (Abulf. Ann. II, 302) anno tricesimo octavo occisus est conf. libr. Citab. Tahdsibl Alasmâl p. 110.).

4) Filiorum Abu-Becri natu maximus anno 53 aut 55 aut 56 subita morte in via periit conf. Citab Tahdsibl-l'Asmâl p. 377.

5) Locus est apud Minam, ubi lapilli iaciebantur tempore sacri cultus.

nomen القنع ob pulchram figuram accepit, ut velo semper tectus prodiret. Pauper tempore Omajjadarum vivens gloria ac dignitate in gente sua pollebat. Avus eius principis locum in gente occupaverat. Ipse opes suas liberalitate donisque perdiderat.

1. Ob debitum gens mea me vituperat; sed debita mea ob res sunt, quae iis laudem parant.

Ob nimiam liberalitatem, quae tanta erat, ut non solum opes suas perderet, verum etiam aes alienum contraheret, quum gens poetam vituperaret, vituperationem iniustam esse dicit, quod debita ex liberalitate orta genti ipsi honori sint.

2. Eo reparo, quod iam neglexerunt et perdiderunt, officiorum rimas, quas reparare non poterant.

Se officio, quod gens neglexerit, functum esse. Versus constructionem ita constituo, ut verba ما قد اخلو وضيعو loco obiecti sint omisso post verba suffixo huiusque adposita voces ثغور حقوق putentur. Suffixum in voce لها ad voces ثغور حقوق referendum est et verba لها سدا sunt pro سدها. Verbum اخلو est pro اخلو بها. Verbo significatio »effecit, ut rimas ageret „aut“ reliquit« tribui potest et in utraque significatione obiectum praepositione ب cum verbo coniungitur. Officia neglecta cum rimis comparantur (conf. Ham. T. I p. 362. v. 2), quae a poeta obstruuntur, ut ad scholiastae sententiam haud accedam, qui voces ثغور حقوق vocibus مواضع حقوق »loca officiorum« explicavit.

3. Et ob scutellam magnam, cuius causa porta non clauditur, carne tanquam corona ornatam, in qua intrita diligenter effusa est.

Liberalitatem suam et hospitalitatem describit, ob quam vituperatur. Scutellae magnae carne impletae paratae erant, ut quilibet porta aperta ad eas accedere posset. Vox دونها significat, neminem impeditum fuisse, quominus ad eam accederet. Voces لحما et ثردا rei accuratius definiendae causa (تمييزا conf. Gram. Ar. T. II p. 113) adpositae sunt. Carnes in margine scutellae positae cum corona comparantur. conf. Amru-l'Kais Moall. v. 68 schol. et Lebid. Moall. v. 77. In Morsukii codice مدققة ثربا legitur, dum vox ثردا aut vocali Dhamma aut vocali Kesra effertur. Vox مدققة a Morsukio voce مملوة (impleta) minus accurate explicatur, nam propria vocis significatio est: »in partes parvas contrita.« Enunciandi modum cum vocali Dhamma praeferendum habent. Alterius modi sensum explicavit verbis: مثردة ثردا دقيقا.

4. Et ob equum altum, generosum, quem tanquam velum domus meae posui et cui, ut serviretur, servum adhibui.

Alteram vituperationis causam in equo fuisse dicit. Arabes nobiles strenuique equis maximam operam dabant, quippe qui in pugnis frequentibus maximo auxilio essent. Fieri igitur potuit, ut ob magnam curam et impensam res a familia vituperaretur. Adiectiva نهد عتيق equum generosum designant. Vox نهد altam staturam significat et vetus عتيق omnis res pretiosa appellatur. Equum cum velo portae suae comparavit. Ut velum portae semper custoditur, ne quis invito domino intret, sic isto equus curae semper est. Servo autem cura equi mandata est.

5. *Mutua agendi ratio, qua nos, ego, filii patris mei et patrueles mei utimur, multum diversa est.*

Ad suam et suorum agendi rationem describendam transit.

6. *Si carnem meam edunt, eorum carnes multiplico et si laudem meam destruunt, ego eorum laudem exstruo.*

7. *Et si negligunt secretum meum, ego secreta eorum conservo et si errorem meum cupiunt, ego rectum eorum cupio.*

Contrariam esso ipsorum agendi rationem, exponit. Eos, qui ipsi inimieorum animum sempor ostendant, eum feris eomparat, quibus caro hominis cibo est; sod hòc ealumnias designaro videtur, quibus alter alterius honorem diminuore suumque augero studet. Hunc sensum verbis inesse ex usu vorbi وفر concludero posso puto, quippo وفرت له عرضه summo in honore eum habui dicatur conf. Ham. ٢٥١ v. 3. Similis quoque loquondi modus in proverbio (Meid. C. 1, 165) آكل لحمى ولا ادعه لاكل. »Carnem moam edo; sed alii eam edendam non permittou invenitur; proverbii enim sensus est, se quidem virum gentis suao vorbis lacessere; sed alii id facere non permittoro. Gloriam autem cum aedificio comparavit conf. Lebid, Moall. v. 85. In Mersukii eodieo loco vocis اكلو legitur ياكلوا et يهدموا loco vocis هدمو, dum sonsus idem manet. Sinceri quoque amici est, seeretum conservare ot, ut alter reeto agat, noque in errorom incidat, optare. Voci غيب hoc in vorsu voeis سر (secreti) significationem tribuendam puto, nam verbum حفظ in secreto custodiendo adhibotur. Sic in proverbio Meid. T. III 639 حفظك لسرك اوجب به من حفظ غيرك له. »Quod tu secretum tuum custodis, magis eonvenit, quam qnod alius id custodita. In scholio ان تمنو legendum est.

8. *Et si aves abigunt, ut ad me transvolantes malum omen adferant, ego aves abigo,* **(p. 525.)** *ut ad eos transvolantes felici omini sint.*

Eos odio impletos mala ipsi optare, se contra eis benevolum esse. Hoc eorum odium in omino so manifestare, quod ex avibus transvolantibus potant. De avibus istis Ham. p. ٤٠٣ egimus. Si aves doxterum obvertentes latus ad sinistrum latus transeunt, ad dexterum tondentes ساخ bono omini sunt; siu contra ad dexterum latus transeunt, malo omini. Sic incolae rogionis Nedjd. Contrarium statuunt incolae superioris rogiouis (العالية) ex. gr. gens Hodsail. In verbo زجر modus loquendi huio rei proprius est, undo زاجر auguris nomon est. Vox بنحس eum vorbis تمر بى eonlungenda est. Grammatieus ابن جنى dixit, vocem سعدا tanquam statui describendo inservientem eum pronomine in verbo تمر cohaerore aut loco adleetivi eum voee طيرا coniungi posse. Hunc explicandi modum priori praoferendum esse.

9. *Ego odium vetus contra eos non foveo et princeps gentis non est, qui odium fovet.*

10. *Eis omnes meae divitiae sunt, si opulentia mea continua est, et, si opes meae paucae sunt, donum ab iis non posco.*

11. *Ego servus hospitis sum, quamdiu apud me commoratur et praeterea nulla in me est indoles, quae servum referat.*

Suum cogitandi agondique modum pluribus describit. Odium votus principem minime

decore. Est enim impotentiae indicium et nonnisi erga eos odium servare solemus, quos punire non possumus. Principis est peccatis veniam dare. Poeta igitur gentis principatum sibi arrogavit. Odium autem cum onere comparari potest, quo quis premitur et hanc ob causam verbo حمل (portavit) usi videntur. Tum suam erga eos liberalitatem maximam exponit, ut nunquam remunerationem exspectet, si paucas opes possideat. Verbis جل et تتابع summam liberalitatem significat, prior enim vox maiorem opum partem et posterior eum iteratis vicibus beneficia in suos conferre indicat. Denique hospitalitatis suae modum describit. Se, quamquam indolibus animi servo omnino dissimilis sit, hospitibus loco servi esse, ut eis in omnibus rebus serviat. Ante vocem العبد vox شيمة omissa est. Vocem غيرها scholiastes rem exceptam praemissam (ei e qua excepta est) appellavit, propterea quod ante voces تشبه العبد posita est. Hae voces loco adiectivi vocis شيمة sunt et quum substantivum et cum eo coniunctum adiectivum pro una tantum re habeantur, idem est ac si vox غيرها ante substantivum, e quo excepta sit, locum habeat. Vox autem excepta statim post vocem, e qua excepta est, locum habere solet. (Gram. Ar. T. II p. 538.).

XL.

Vir e gente Fesarah dixit.

1. Si os meum longum non est; at ego indolibus bonis ad eum pertingo.

Se, etsi staturâ longâ non sit, tamen pulchris indolibus tali aequalem esse. Arabes longam staturam decori putabant (conf. Ham. p. ١٣٢ v. 1.) et parvam staturam vituperabant ib. p. ٩٣١ v. 1. Statura autem longa ossibus corporis longis efficitur. Scholiastes adnotavit, vocem خصلة nonnisi in bonis indolibus, vocem خلة tam in bonis quam in malis adhiberi. Voces autem in posteriore parte metri homoioteleutique causa transpositae sunt; vox enim له cum voce وصول coniungenda est, ut sit pro وصول اليه (perveniens ad id). Verba autem له بالخصال mutanda non sunt.

2. Nil boni in corporum pulchritudine et perfecta conditione est, nisi ingenium pulchra corpora ornat.

Similem sensum Ham. ٥١٣ v. 6. invenimus. Quum de pluribus corporibus (جسوم) sermo sit, vocis عقل pluralem adhibuit.

3. Quum in procera gente versor, beneficiis eos vinco, ut dicatur: longus.

Se beneficiis laudem sibi parare dicit. Voci عارفة significatio participii passivi tribuitur. Rem bono odore imbutam designare potest, ut a verbo عرف, cui intransitiva significatio sit, derivetur. Loco vocis الطوال, quae forma pluralis est cum nomine collectivo coniuncta, in Mersukii codice الطويل legitur. Utrumque ferri potest. Vox طويل praedicatum subiecti هو omissi est. Longitudine corporis dignitas quoque meritumque viri designatur conf. Ham. p. ١١١ v. 1.

4. Quot autem ramos perituros esse vidimus, quum eos radices vivos non servant.

Comparatione desumta ab arboris ramis eiusque radice ostendit, dignitatem, quam filii a

patribus acceperint, perituram esse, nisi interna auimi dignitate sustentaretur. Ut arboris radicem ad ramos conservandos necessariam esse, sic animi bonitatem ad dignitatem hominis a maioribus acceptam conservandam. Scholiastes sensum ad educationem filiorum refert.

5. *Nil autem vidi beneficio (virtuti) comparandum, cuius tum sapor dulcis est tum facies pulchra.*

Poeta quum beneficium cum cibo comparaverit, cuius sapor dulcis sit, non **(p. 526.)** bene postea ei faciem pulchram tribuit, ut ab une comparandi mede ad alterum, a cibo ad personam, transierit.

XLI.

Ahbd-Allah b. Moahwijah b. Ahbd-Allah b. Djahfar dixit.

Poeta natus regnante Moahwijahe a Manzuro, quum imperium obtinuisset, zendicismi accusatus occisus est Cit. Alaghani.

1. *Video animam meam desiderio rerum impletam; sed opes meae nimis parvae sunt, quam ut ad eas perveniam.*

2. *Et anima mea in avaritia mihi obsequium non praestat et opes meae, ut agendi rationem meam sequar, non permittunt.*

Poeta se tantas divitias non possidere, ut benefaciendi desiderio satisfaciat, queritur. In posteriore versu personam et animam tanquam seperatas describit, ut una alteri contrarium velit. Persona dum avaritiae studere vult, anima liberalis repugnat. Talem discordiam interdum a poetis descriptam invenimus. Pro verbis لا يبلغى فعالى legitur quoque لا يقوم له فعالى.

XLII.

Modharris b. Ribih dixit.

(Idem occurrit p. ۷۳۱.).

1. *Ignorantiae gentis nostrae veniam damus et hostis nostri collum inclinatum erigimus.*

Suorum clementiam erga gentem suam laudat. Se vitiis veniam dare et calamitate depressos auxilio erigere. Vocis مجاعل factorum ex ignorantia et insipientia ortorum significatio in versu tribuenda est. Vox سالفة colli latus significat et hoc in versu collum et cum eo cohaerens caput designat. Scholiastes hostis collum ob superbiam inclinatum esse dicit. Et vox صيد morbum colli designat, propter quem homo respicere non potest. Superbi autem est haud respicere. Talis Celaibi mos erat conf. Ham. ۴۲۳ l. 27. Talis autem hominis inclinatum caput nonnisi vi erigi potest. Dicit igitur, se in domandis hostibus vim adhibere, ut superbiam abjiciant.

2. *Et quum aliquando timemus, ne gens corrumpatur, conditionem eius restituimus et si bene se habentem videmus, non corrumpimus.*

3. *Et quum in altum crescunt, ob id a nostra parte hanc ob causam molestia iis non oritur iisque non invidemus.*

4. *Et agenti e nobis in re ipsi accidente auxilium ferimus, ut eius tanquam domini agendi rationem secundemus.*

In primo horum versuum se eos esse dicit, qui, si gentia res discordiâ corrumpantur, inter portes pacem componant et nnoquam discordiae causam adferant. In secundo se nunquam invidiâ, quod illi gloriam honoremque consecuti sint, commotus iis adversari exponit. In tertio denique se omni modo iis in ogendo auxilium praetare, ut domini agendi rationem sequi possint.

5. *Et qui matutino tempore ad auxilium nos vocat, ei misso exercitu congregato respondemus, cuius equites celeriter equos conscendunt, quum ad auxilium vocatur.*

Sensum qnarti versus pluribus exponens modum, quo auxilium mittatur, describit. Invitationem matutini temporis fuisse dixit, quod maxime tempore matutino, ut haud praeparatis et monitis supervenirent, ineursiones hostiles facerent. Ante adiectivum ثايب substantivum جيش (exercitus) omissum est. Hunc autem exercitum nt fortissimum esse significaret, equos celeriter conscendi dixit. Exercitus antem c o n g r e g a t i eam ob causam mentionem fecit, ut suam gentem bellicosam et ad auxilium ferendum semper paratam describeret.

6. *Tum vim eius frangimus et eius ardorem deprimimus, donec sedatur; sed ardor noster non cessat.*

Fortitudinem gentis suae laudat et cum hostium fortitudine comparat. Scholiastes dixit, spinas per metonymiam arma roburque designare. In proverbio est: Ne spinam ope spinae extrahas, nam erga eam propensa est (c o n f. Meid. 23, 359). Spinam robur exercitus significare saepe invenimus. Djeuharius voci roboris, vehementiae et cuspidis ferri significationem tribuit. Ardorem autem in pugna cum ardore ignis poeta comparavit.

(p. 527). 7. *Et domus nostrae in regione optime custoditae sunt, dum cameli in aridis herbis nigris libere pascuntur.*

Studium, quo patrium solum dofendunt, alio modo describit. Si alii pabulum quaerentes anno sterili in alias regiones migrant, poetae gens contenta aridis nigrisque herbia suo loco manet, ne hostes terram occupent. Voces دار الحفاظ proprie regionem, quam habitamus et a nobis contra hostes eustodienda est, designant. Initio versus legitur quoque: نحل في دار الحفاظ بيوتنا »efficimus, ut domus nostrae in patriâ maneant«. In codice Mersukii رتّع legitur et hunc logendi modum scholiastes explicavit dicens, poetam casum Accusotivum posuisse tanquam nomen actionis, quod statui describendo inserviat. (Gram. Ar. T. II p. 72 sq.). Vox a me typis expressa pluralis formam habet a voce راتع derivandi et ad vocem بيوتنا refereoda est, ut sit dictum pro وجمايلها رتّع, »dum earum cameli libere pasceotes sunt«. Vox autem جمايل forma pluralis فعايل est, derivata a plurali جمالة, quasi singularis forma sit. Vox درين omnes tam plantas quam arbores aridas, quarum folia decidere, significat. Vocem اسود »niger« poeta addidit, nt eas corruptas esse indicaret. Similis sensus sequente versu expressus est (metr. Camel): N o s t e n t o r i a n o s t r a i n r e g i o n e n o s t r a cu-

stodienda aliquamdiu oxstruimus, dum alii in regiones pabulo abundantes proficiscuntur.« Silontio praetermittendum non est, in codice initio scriptum fuisse نصير, quod postea in vocem نصبر mutatum videtur. In codice Mersukii legitur: ومعنى نحل فى دار الحفاظ بيوتنا نصبر فى دار المحافظة على الشرط اذا اشتد الزمان واذا قصد الزمان واذا قصد غيرنا وطلب الانتجاع اقمنا مرتعين فى الدرين مالنا. Quamquam pars scholii corrupta est, videro tamen licet, in textu nostro tum نصبر tum مرتعين فى الدرين مالنا والدرين legendum esso.

XLIII.

Almotawaccel Laitsita dixit.

Almotawaccel b. Ahbd-Allah b. Nahschal cognomine Abu-Chosaimah poeta in oppido Cufa vivens Jasidi et Moahwijahi aequalis erat. Cit. Alaghani.

1. *Ego, quotiescunque amicus alienationem a me ostendit et sincerum amorem fastidit aut amicitiam abrumpit,*

2. *Eius aquam, quae turbida est, non bibo neque me, propterea quod abit, tristem videt.*

Modum, quo erga amicos haud veros utitur, describit. Amicitiam veram cum aqua pura, amicitiam haud sinceram cum aqua turbida comparavit et hanc ob causam in posteriore versu dixit: eius aquam, quae turbida est, non bibo conf. Ham. ۱v. ٥٢١. Verba على رنق conditioni aquae describondae inserviunt.

3. *Eum fugio, tum residua pars alienationis inter nos cessat, dum contumelias non dixi.*

Modum agendi, quem erga talem sequitur, describit. Verbis ينقضى etc. significare vult, talem statum fieri, ut nemo inter eos animorum alienationem fuisso, cognoscere possit. Vox قذع proprie de turpibus verbis tum de rebus impuris adhibetur.

4. *Cave viri vilis coniunctionem, nam mendacia ei sunt parata, quum coniunctionis funis ruptus est!*

Monet, ne quis cum vili se coniungat. Vilem, cuius coniunctio haud duratura sit, alterum mendaciis petiturum esse. Scholiastes vocem عضها explicans loquendi modum يا للعضيهة et ويا للافيكة adnotavit. Admirandi significatio verbis inest »o magnum mendacium!« Djeuharius hunc loquendi modum للاستغاثة »ad auxilium vocandum« esse dixit. Grammaticus Ebn-Malec dixit, litteram Lam vocali Fatha enunciandam esse (conf. Gram. Ar. T. I. p. 475); sed in Mersukii opere littera vocalem Kesra accepit. Omnes Arabum grammaticos vocalem Fatha adhibere dubito.

XLIV.

Quidam dixit.

1. *O amici mei duo inter loca duo Alsilsil! si in loco elato terrae arenosae essem, quod dixistis, non admitterem.*

Duos amicos alloquitur dicens, verba, quae protulerint, se puniturum fuisse, si in patria degerit. Vocem السلسل et السلسلان nomen loci esse, in Kamusi opere legimus. E nostro loco hos locos, quorum singulus السلسل nomen haberet, duo coniuncti السلسلان appellati essent, in propinquo sitos fuisse conicio; sed, utrum vox اللوى hoc in versu nomen proprium an appel-

lativum sit, dicere non possum; sed voces نعف اللوى loci nomen esse haud puto. Littera Alif in voce ليا homoioteleuti causa addita est.

2. *Sed, quae socius meus dixit, oblitus non sum: Contemtus partem tuam (sume!), quum a tuis separatus vivis.*

(p. 528.) Se iniuriam tulisse dicit, quod a suis separatus esset; in hoc socii consilium ae secutum esse. Hoc prudentiae est, nam qui aliter agit, noxam suam auget. Vox نصيبك objectum verbi omissi خذ (cape) est. Post vocem خاليا verba من اعوانك aut similia supplenda sunt. Similem sensum poeta latrocinia faciens versu sequente expressit (metr. Thawil): Vultum domittere naturae nostrae non est; sed nos in gente Medshidj peregrini sumus.

XLV.
Kais b. Alchathim dixit.

Poeta paulo ante Mohammedem vixisse videtur conf. Meid. in append. et Citab-Alaghani nec non Essai sur l'histoire des Arabes T. II p. 663. Abu-Rijaschus Rabiho b. Abi-l'Hokaik Judaeo versus tribuit, qui ex Judaeorum illustrium gentis Koraitsah numero erat. Die بعاث appellato (conf. Meidan. T. III P. 1. p. 582 et Essai etc. T. II p. 682 sqq.) in ducum numero erat, cum sua gente gentis Chesredj confoederatus et gentis suae princeps. In explicando nomine Alhokaik scholiastes plura adfert, quae in lexico meo adnotata sunt.

1. *Commoratio quaedam in regionibus, ubi vir despicitur, nil nisi infortunium est,*

E loco, ubi quis despectus est, migrandi consilium dat. Vox بلاء loco praedicati verborum بعض الاقامة et verba يهان etc. his loco adiectivi sunt.

2. *Et quaedam hominum indoles morbo ventris similis est, cui remedium nullum.*

Ut indolem naturae removeri a homine, difficile esse significet, eam cum morbo interno, cuius sedes ignota est et cui remedium haud reperitur, comparat. Scholiastes morbum ventris eum esse dicit, qui iam foetui in utero matris erat. Talis enim morbus hominem nunquam relinquit. Traditione ad nos delata sunt verba: Turbae civiles, quae concordiam dissolvunt, morbo ventris comparandae sunt.

3. *Vir suis optatis potiri vult; Deus autem nonnisi suam voluntatem perficit,*
4. *Et quodcunque infortunium hominibus superveniens fortuna sequetur.*
5. *Avidus ob aviditatem divitiis non donabitur; liberalitate opes crescunt.*
6. *Dives animi, quamdiu superstes est, dives est et paupertas animi, quamdiu superstes est, miseria est.*

In hisce versibus varia et inter se non cohaerentia tractata sunt. Hominem quidem optare; sed optata perficere non in sua; sed in Dei potestate positum esse. Cui infortunium superveniat, ei desperandum non esse, quum infortunium fortunaque secunda per vias sibi succedant. Ne autem quis, se aviditate et avaritia opes suas augere posse putet. Liberali Dei auxilio opes augeri. Inter lineam vox الى pro على in altero exemplari reperta adscripta est. Veras autem divitias animi virtutes esse, quippo quae nunquam deleantur. Animi vir-

tute destitutum, etsi dives sit, semper miserum esse. Eundem sensum alius poeta sequente versu expressit (metr. Sarih): Divitiae in animo sunt, o tu mulier! divitiae vestibus et drachmis non consistunt. Voces duae غنى mutandae non sunt.

7. *Avaro divitiae inutiles sunt et liberalitas liberali vituperationem haud parat.*

Divitiae, quae avaro laudem non acquirunt, ei inutiles sunt, dum liberalis laudibus tollitur.

8. *Quorundam morborum remedium quaeri potest; at stupiditatis morbo nullum est remedium.* **(p. 529.)**

Stupiditatem, quae naturâ homini insita est, cum morbo, cui nullum remedium reperitur, poeta comparat. Scholiastes, vocem شفا cum Medda شفآء et شفا sine Medda efferri eaque in re grammaticos Cufenses et Bazrenses haud dissentire adnotavit.

XLVI.

Iasid b. Alhacam Tsakefita filium suum Badr adhortans.

Hadjdjadjus poetae Persiae provinciam addixerat. Quum in provinciam abiturus ad eum veniret, Hadjdjadjus petiit, ut carmen diceret; laudem enim suam audire exspectabat. Qui autem quum se ipsum laude celebrasset, Hadjdjadjus iratus surrexit. Poeta autem cubicularie diploma tradidit et Solaimanum b. Ahbd-Almalec, ad quem iverat, carmine laudavit. Qui quum poetam, quantum pecuniae ex provinciae reditibus accepturus fuisset, interrogans, viginti millia responso audivisset, tantam pecuniam ei per vitae spatium quovis anno solvendam promisit (Cit. Alaghani).

1. *O Badre! nam sapiens sententias prudenti profert,*

Hic versus sensu cum proxime sequente intime cohaeret, nam verba: nam sapiens etc. sententiam intermediam efficiunt. Voci الامثال hoc in versu sententiarum significatio tribuenda est, quacum usu proprie verbum ضرب coniungi solet.

2. *Amico amorem suum conserva, nam in amore haud durante nil boni est!*

Sequitur sententia, quam tanquam a sapiente prolatam cognosci vult. In voce بوده suffixum obiecti est, ut sit pro بودك له. Nomina actionis tam cum obiecto quam cum subiecto coniunguntur (Gram. Ar. T. II p. 164.). Beatus de Sacyus exemplari suo ex Ebn-Djinnii commentario adscripsit, praepositionem ب in voce بوده statui pronominis in verbo دم inservire posse, quasi dixerit: دم للخليل وودك اياه معك aut cum ipso verbo دم cohaerere posse, quoniam verba دم له idem significent, quam verba احفظه وراعه بودك. Scholiastes noster adnotavit, verba interrogandi ما خير etc. modo الاستثبات dicto [1]) adhibita negando inservire. In scholio lin. 3. Mersukius صفة لود scripsit, quod clarius est.

---

1) In arte rhetorica vox الاستثبات loquendi modum significat, quo ad rem affirmandam quodammodo contraria verba adhibentur ex. gr. si in laude de vitiis loquuntur et in bono omnino negando interrogant, quid boni sit.

3. *Officia vicino tuo praestanda cognosce, nobilis enim officia cognoscit!*
4. *Scitoque, hospitem aliquando aut laudaturum te esse aut vituperaturum!*

Duo in hisce verbis praecepta proferuntur, vicino officia praestare et hospites bene excipere simul additis causis. Litteram **Waw** in voce والحق duplici modo explicant. Aut littera est, quam grammatici واو الابتداء »Waw initii« i. e. qua nova phrasis incipitur, appellant aut littera, a grammaticis واو الحال »Waw, quae statui describendo inservit« appellata est **conf.** Gram. Ar. T. I p. 557. Priore modo admisse scholiastae littera ف praeferenda videtur, ut sensus ait: Quoniam generosi officium erga vicinum cognoscunt. Posteriore autem modo praelato sensus sic explicandus est: cognosce eius officium, dum generosis notum est!

5. *Homines duo aedificatores sunt, quorum aedificatio aut laude digna aut vituperanda est.*
6. *Scias, filiole mi! nam gnarus e cognitione utilitatem capit,*

Prior horum versuum cum quarto cohaerens hominem aut laudari aut vituperari confirmat, posterior ad tertium versum respiciens eum qui officia noverit et praestet, inde utilitatem capturum esse dicit. Scholiastes adnotavit, vocem بناية a masculino addita littera ة feminini formatam non esse modo vocis ثناية aliorumque, qnippe litterae Waw aut Ja, si post litteram Alif insertam cum ea casus signum coniungatur, in Hamzam mutentur, ut in vocibus لحاء, كساء etc. omnibusque huius generis vocibus factum sit. Silentio haud praetermittendum puto, vocis masculinum in voce ثناء cerni pesse, aliasque ut عاية, et غباوة tanquam nomina actionis a grammaticis adnotatas esse, ut diversa huiusce rei explicandi ratio **(p. 530.)** exsistere possit. Vocis بنى duplicem euunciandi modum scholiastes proposuit aut Bonajje aut Beuajji. Priore adhibito singularem (suffixo haud addito) esse, que persona advocetur, posteriore praehabito suffixum primae personae cum eo coniungendum abiectum esse, vocali Kesra indicari. Simili modo in vocibus huius generis Nunnatienem abjici (mode, quo يا غلام dicitur). In vocibus, quae vocando inserviant, quippe quae frequentissime adhibeantur, abiici solere. Voci autem بنى, in cuius fine et litterae Ja et vocales Kesra coueurrant, id maxime cenvenire. Vocis مبتنيان vocalem Kesra in vocalem Fatha mutandam non esse scias. Pronomen in voce فانه a grammaticis pronomen rei (Gram. Ar. T. II p. 371 sq. adpellatur et verbis sententia intermedia inter verbum اعلم et duo obiecta efficitur.

7. *Parvam rem magnam excitare.*
8. *Odium autem simile est debito. A te exigitur et interdum debitori mora conceditur.*

In priore versu poeta menens, ne quis parvo rei initie deceptus ulterius procedat, ut initio rei exitus potius ratio habeatur, hortatur. Si vox ان cum vocali Fatha enunciatur, vox الامور obiectum verbi اعلم est; sin vero cum vocali Kesra, versus cum priore non cohaeret, ut sermo de novo incipiat, id quod a grammaticis استئناف appellatur (Gram. Ar. T. II p. 294. 399.) et verbum اعلم obiecto caret, ut sensus verbi suspensus (معلق) maneat. In posteriore versu odium cum debito comparatum est, quod, quamvis interdum mora solvendi conceditur, selvendum est. Duplex vocis يلوى enunciandi modus reperitur. Aut est prima forma activi, ut sensus ait: moram trahit in solvendo debitor aut forma quarta activi, ut sensus

sit: denegat debitum debitor aut denique cum forma passivi (conf. Gram. Ar. T. I p. 144) ut sensus sit: interdum creditori debitum denegatur. Ut tam activi, quam passivi formam adnotaverim, verba in Mersukii opere me commoverunt, quippe in quo legatur: وقد روى يَلوى و يُلوى. Vox autem الغريم et debitorem et creditorem designat.

9. Insolentia cultores suos prosternit, et iniustitiae pratum noxium est.

10. Fieri potest, ut remotus fratris loco tibi sit, dum propinquus te deserit.

Insolentia cum pugnatore comparatur, qui non adversarium; sed suum cultorem luctà prosternit; fit enim, ut, qui adversarium ob nimiam superbiam et insolentiam despiciat, vincatur. Iniustitiam autem cum prato, cuius gramina noxia sunt, contulit poeta. Similis comparandi modus Ham. T. I p. 373 invenitur. Qui Iniustitiam infert, inde noxam capit. In altero versu monet, ne in propinquis nimia fiducia ponatur. Amicitia cum fune comparatur conf. Ham. P. I p. 286. et hanc ob causam dixit: يقطعك, quod mihi dictum videtur pro يقطع حبلك conf Ham. p. ٥٠٣ v. 2. 3 ٥٢٧ v. 5. Voci البعيد in Tebrisii codice tanquam alter legendi modus vox الغريب superscripta est.

11. Vir ob divitias honoratur; pauper autem ob penuriam despicitur.

12. Multum versutus, probus interdum pauper est, dum stupidus iniquus multas opes possidet.

In priore versu divitiarum vim in homines describit. In posteriore dicit, homines in honorandis divitibus et despiciendis pauperibus interdum iniuste agere, quum divitiae potius a fortuna donentur, quam meritis comparentur. Scholiastes dicit, poetam, ne opes perdantur, monere; sed cum hoc consentire non possum, quippe posterior versus indicare videtur, eum monere, ne aut divitem propter solas divitias honoret aut pauperem propter paupertatem despiciat. Quum sententias construendi modo et verborum ordine aequales copula maxime coniungi soleant, scholiastes silentio non praetermisit, poetam sententias subiecto et verbo diversas coniunxisse. Rem autem probari non posse, nisi inter utramque phrasin propinquitatis quaedam ratio sit. Similem loquendi modum in sequente hemistichio invenit: (metr. Thawil) Num promissis loricarum filii Taibahae stat an vituperaris? Contrarium inveniri in verbis Corani (Sur. 7, 192.). »Num vos eos vocastis, an vos silentes estis? 1) Scholiastes porro adnotavit, in voce الحول per analogiam similium vocum, quum media **(p.531.)** littera radicalis infirma sit, litteram و in litteram ا mutandam fuisse, ut الحال simili modo, quo مال et صات diceretur. Interdum tamen infirma illa littera remanet ut in vocibus لوز, عوز, عور. Beatus de Sacyus voces على نظائره رجل per errorem in textum scholii irrepsisse putavit; sed voces tam in Mersukii quam in Tebrisii codice leguntur.

13. Illi longa vita conceditur et hic infortunio adfligitur. Quis eorum iniuria adflictus est?

14. Vir in officiis exsequendis avarus est et pro cognatis pastum emittit.

---

1) In Corani priore parte verbum, in posteriore participium; in hemistichii priore participium, in posteriore parte verbum est. In Mersukii codice تذمّ (vituperas) legitur.

In priore versu fortunam ininato modo dona sua distribuere dicit, dum stupido longa vita concedatur; versutus autem calamitatibus adfligatur. Verbum أملا a voce ملوان (dies et nox) derivandum esse dixit scholiastes, ut significatio propria sit »dedit noctem et diem.« In posteriore poeta eos vituperat, qui in beneficiis conferendis avaros se ostendant. Quae enim illa officia (الحقوق) sint, ex usu verbi يباخل cognoscitur. Voce الكلالة haeredes exceptis patre filiisque designantur, dum significationem aut a cingendo, circumdando aut a fatigando derivatam esse putant. Grammaticus Abu-l'Ahla e Corani verbis (conf. Sur. 4, 15. 175.) concludit, fratres e matris parte significari. In altero loco sororem, quae dimidiam partem haereditatis accipiat, significari. Fratres e patris parte quoque significari posse dicit. Qui dicunt, voce كلالة omnes significari praeter filium patremque sororem aliosque cognatos significatione complectuntur. Vocem ما vario modo explicari posse dicunt. Superfluam esse posse, ut sensus sit: pecora sua haeredibus pastum mittit aut vocem ما idem quod الذى significare i. e. et id, quod pastum emittit, haeredibus alimento est aut vocem ما cum sequente verbo loco nominis actionis esse, ut sit pro واسامته المال, »et quod pecora pastum emittit, non sibi; sed aliis utilitati est«.

15. Quid avaritia ei prodest, qui morti eiusque fato scopus petendus est?

16. Videt agmina ante se pereuntia, sicut res fracta perit.

Avaritiam ei, cui moriendum sit, nil prodesse, experientiam temporis praeteriti docere. Scholiastes docet, vocem منون, si masculinum genus habeat, tempus (دهر), sin feminini, mortem (منية) designare. In hoc regulam observatam videmus, voces genus earum vocum accipere, quibus significatione aequales sint. Vocem quoque tam numerum singularem quam pluralem designare. Verbum همد in igne adhibetur, ut homines omnino pereuntes cum igne exstincto, ut nil supersit, comparati sint.

17. Mundus perit neque infortunium durat neque fortuna.

18. Cuilicet viro aut coniux morietur aut ipse coniugi morietur.

Sortem humanam, qua cuilibet moriendum sit, describit.

19. Neque filii pater scire potest, num ipse eo orbatus an filius orphanus futurus sit.

20. Bello par est durus, qui calamitatibus haud impeditus in proposito perseverat,

(p. 532.) Quaenam autem sors cuilibet destinata sit, neminem scire posse. Scholiastes igitur poetam monere dicit, ne quis in familia belli tempore fiduciam ponendam esse putet; sed in animi fortitudine; mihi autem sensu separatus videtur, ut generaliter hominem ad bellum bene gerendum aptum describat.

21. Qui morsus eius haud aegre fert et ubi fortiter pugnatur, audacter procedit.

22. Scito quoque, bello parem non esse petulantem et impatientem!

In hisce versibus cum proxime praecedente cohaerentibus poeta hominem describere pergit, qui bello aptus aut non aptus sit. Bellum cum animali rapace comparavit, quod pug-

nantes mordet conf. Ham. P. I p. 321. Patientem in ferendis molestiis se ostendat necesse est. Vox الحقيقة verum belli statum i. e. statum, ubi acriter pugnatur, designat. Vox نزق (sic, non autem النزق, legendum est), eum, qui nimis mobilis est et in uno loco non perseverat; inconstantem igitur designat et vox سؤوم eum, qui mox fastidio molestiarum belli capitur.

23. Optimus equus est celeriter currens, in cursus eorum (equorum) impetu fraenum mordens.

Comparatione viri fortis cum equo generoso instituta conf. Ham. P. I p. 88, 166, 339. qualis vir bello aptus esse debeat, indicare videtur, non enim hoc versu nil nisi equi descriptionem inesse puto. Ut equus generosus cum primis cursu certat et impatiens, si retinetur, fraenum mordet, sic vir bello aptus in prima pugnatorum serie pugnare debet, ut nonnisi cum difficultate retineri possit.

XLVII.
Monkids Hilalita dixit.
(p. ۴۷۱).

1. Quaenam vita vita mea est, quum in ea modo subsisto, modo celeriter iter facio?

Poeta vitam quietam et pauco contentum animum, ut aliis pro beneficiis gratiae solvendae non sint, laudat. Vilipendit vitam inquietam. Talis vita poetae nulla videtur. Voci منه in Tebrisii codice tanquam alter legendi modus vox فيه superscripta est.

2. Est ac si in omni saltu terrarum quosdam incolas ultione persequar.

Vitam suam, dum regiones peragrat, describit. Se cum eo confert, qui caedem ulturus fugientem per terrae regiones persequitur et quiete haud fruitur. Similem sensum Abu-Tammamus expressit dicens (metr. Thawil): A c s i i n e o o d i u m c u i u s l i b e t l a t e r i s t e r r a e a u t d e s i d e r i u m c u i u s l i b e t l a t e r i s s i t.

3. Meritum ac generositatem nonnisi in eo cerno, quod animam, ne res superfluas petat, retines.

4. Malum est beneficia accipere et exprobrationes, quae a donante proficiscuntur, audire.

In hisce versibus, quo priora verba spectent, videmus. Vitam suam inquietam querens contentum animum suum describit. In posteriore versu vox بلاء praedicatum antepositum est et verba حمل الايادى subiecti loco sunt. Verba تزق et sequentia vocis منا adiectivi locum occupant.

XLVIII.
Mohammedes b. Abi-Schihads[1]) Dhabbita dixit. (p. 533.)

1. Quum divitiis donatus liberalem te non ostendis, in rebus divitiarum superfluis laudator tibi non erit.

Varia agendi consilia in hisce versibus dantur. Primum liberalitas diviti commendatur.

1) Nomen Meid. T. II p. 81 vitiose scriptum est.

Vox الغيث sententiam consequentem, quae particulam اذا necessario sequitur, efficit. Verba autem ما لكه ماجد statui personae describendo inserviunt.

2. *Quod si latere tuo patienter non fers res quasdam, quae a propinquo profectae tibi non placent, remoti te petent.*

Ut propinquos sociosque patienter feramus, hortator poeta. Si hoc negligimus, a propinquis auxilium exspectare non possumus, ut inimici nos petere audeant. Formae vocis ادنى et ابعد hoc in versu comparativi significationem non habent. In Meidanii opere T. II p. 81. ما اذاك legitur.

3. *Quod si prudentia ignorantiam tuam non vincit, fulgura et tonitrua multa super te esse non cessabunt.*

4. *Quum firmum propositum dubium tuum non removet, ab aliis ad latus duceris, quemadmodum ducens vult, ut animal ad latus ductum sequatur.*

Iam antea vidimus, ut vocem حلم clementiam et mansuetudinem cum prudentia coniunctam significare sic vocem جهل durum erga alios agendi modum, quo clementiâ non utimur, cum ignorantia coniunctum designare. Hoc autem dure agendi modo aliorum contra nos iram irritamus. Inimicitias aliorum cum fulminibus et tonitribus poeta comparavit. Qui autem rem gravem ipse peragere vult, dubiis remotis, ut firmo proposito rem aggrediatur, necesse est. Eum autem, qui in re aggredienda dubitare non cessat, aliorum voluntatem necessario sequetur, ut animali ad latus ducto similis sit.

5. *Divitiae a te collectae tibi non prosunt, quum aliis haereditate relinquuntur, et tu in latere sepulcri reconderis.*

Eo, quod post mortem opes nobis utilitati non sint, ad liberalitatem commovere vult. Quum dicatur قبر لاحد, vox لاحد ad sepulcrum in latere fossâ instructum designare potest. Conferas Ham. P. II, 36. Nec non vox لاحد virum designare potest, qui mortuum in sepulcri latere ponit, id quod cognatis, ni fallor, faciendum erat.

6. *Quum tu cibum a te desideratum non relinquis et sedendi locum, ad quem puellae vocantur,*

7. *Dedecore tectus eris, quod contumelia virorum tam prosa oratione quam versibus tibi parat.*

Qui molli vitae se tradit, vituperationem virorum vario modo contra se prolatum effugere non potest. Sedendi locus, ad quem puellae vocantur, sine dubio epulas, in quibus cantatrices canebant, significat. Alter legendi modus تدعو in Tebrisii margine adnotatus est. Ut gloria cum veste, quae hominem tegit, comparari solet (conf. Ham. ٢٨٢ v. 2.), sic quoque in nostro versu, ut ex verbo تجلل cognoscere licet, vituperatio comparatur. Poeta ut omnis modi vituperationem significaret, prosam orationem et versus opposuit. Viri autem hoc in versu viri fortes sunt. Pro voce نثرهم alter legendi modus نقرهم in Tebrisii margine adscriptus est.

XLIX.

Alius dixit.

1. Quam pulchrae sunt voluptates iuventutis in vita cum opulentia coniuncta, qua vir prodigus, liberalis potitus est!

Poeta iuventutem in divitiarum abundantia laudat et paupertatem vituperat. Littera ك in scholii linea prima, ut pag. ٥٣٠, e verbis والقافية كالاولى »et homoioteleuton idem ac prius est,« desumtum videtur. Scholiastes de voce ويل cum sequente nomine coniungenda pluribus locis tractavit conf. Ham. ٣٢٠ ٣٢٣ infr. ٥٥٧ v. 3. ٧٨١ v. 4. Duplicem coniungendi modum noster adnotavit aut ope status constructi aut ope praepositionis ل. In illo modo voci casum accusativum ob verbum omissum, in hoc nominativum, ut subiectum praedicati omissum sit, tribuendum esse. Sensum esse الويل ثابت »infortunium firmum est.« Rem autem tanquam exsistentem a poeta descriptam esse, ut in verbis رحم الله زيدا, forma narrandi adhibita sit. In scholii linea quarta فتجعل اللفظ خبرا legendum est, sicuti in Mersukii codice **(p. 534.)** reperitur. Ebn-Djinnius nec non Mersukius putant, proprie ويل لام للذات dictum fuisse. Verba autem in versu laudandi et admirandi sensum offerunt. Vox معيشة ad accuratius definiendum modo a grammaticis تمييز appellato addita est conf. Gram. Ar. T. II p. 113 sq.

2. Iam impedit virum paupertas, quominus proposito satisfaciat, qui, si paupertas non fuisset, ad altiores regiones adscendisset.

Causam laudis divitiarum addit. Non eas laudavit, quod vir vita molli frui posset, sed divitiae, quibus si recte utimur, ad gloriam ducunt, dum paupertas, quominus beneficia conferamus, impedit. Altum gloriae gradum cum altis regionibus comparavit poeta. Voces طلاع انجاد et طلاع نجاد et طلاع النجدة et طلاع الانجد sunt proverbialis loquendi modus, quo is designatur, qui res difficiles perficere potest.

L.

Horkah filia Nohmani dixit.

Horak et Horakah nomina filii filiaeque Nohmani fuisse dicunt. Horum poeta in sequente versu mentionem fecit (metr. Monsarih): P e r D e u m i u r a m u s, (non) t r a d a m u s a r m a n e q u e H o r a i k u m n e q u e e i u s s o r o r e m H o r a k a h. Scholiastes dixit, poetam metro coactum H a l a k a h pro H a l k a h, ut singularis loco pluralis positus loricae annulos significaret, posuisse et rei probandae causa Rubahi versum (metr. Redjes): A m b i g u u s s i g n o r u m, r u t i l a n s l o n i a m o t u s et versum Sohairi (metr. Basith): F o n t e s t i m u i t a t h a n o o b c a u s a m m a g n a l a c t i s c o p i a i n u b e r i b u s h a u d c o r n e b a t u r adnotavit, in quibus الخفق pro الخفق et خشك pro خشك est.

1. Dum gentibus imperamus et mandata nostra perficiuntur, ecce inter eos plebeji sumus, ut famulorum loco habeamur.

Vicissitudines fortunae describit. Subito statum mutatum esse, ut qui antea principes

essent, plebeii fierent. Particula بينا utuntur ad rem subito factam indicandam. Scholiastes noster Mersukium sequens vocem particulam locum designantem esse adnotavit; sed silentio praetereundum non est, in Mersukii codice vocem المكان correctam esse, ut nunc ظروف الزمان legatur, id quod verius esse videtur. Grammatici putant, voci بين litteram Alif et vocem ما additam esse, ut huius ope verba sequentia cum antecedente tanquam adpositio coniungerentur conf. Gram. Ar. T. I p. 499 et Anthol. Gram. p. ۴۴ sq. In scholii linea secunda cum Mersukio loco vocis يصفوه legendum puto يصلوه. Ut antea Mersukius particulam بينا loco tribuerat, sic particulam اذا, quae mihi potius temporis particula videtur, loco adscripsit. Post vocem بينا tum اذ tum اذا sequitur. Particula اذا in versu in Anthologia gram. beati de Sacyi p. ۴۹ l. 1. occurrit conf. ibid. p. 132 et adnott. ad p. ٥١٧.

2. *Quam pravus est mundus, cuius vita commoda non durat, dum vicissitudines statum nostrum semper mutant!*

Vox اف particula est, qua despectus significatur. In voce enuncianda tres vocales adhiberi possunt, quarum causas sequentes scholiastes adnotavit. Vocalem Fatha adhibitam esse, quod levis enunciatu sit, vocalem Kesra, quod duae litterae quiescentes occurrant, quibus littera Kesra magis conveniat, vocalem Dhamma denique, ut eadem littera Dhamma sequatur. Si Nunnatio adhibeatur, vocem indefinitam esse, sin Nunnatio omittatur, vocem definitam esse indicari.

LI.

Alhacam b. Abhdal dixit.

Scholiastes in explicando nomine Abhdal, litteram Lam tanquam ad radicem non pertinentem additam esse, pluribus exemplis illustrat. Poetae nomen الحكم بن عبدل بن جبلة بن عمرو est. Claudus natura et dorso convexo praeditus tempore Omajjadarum (Abhd-Almaleci b. Merwan) in oppido Cufa, ubi educatus erat, vixit. In suo genere insignis, satyrae deditus foedo sermone usus est. Baculo quum semper uteretur, morem pristinum ad portas regum standi intermittens, baculo illo, cui rem sibi necessariam loco precum **(p. 535.)** inscripserat, misso istam rem semper accepit. Cit. Alaghan. et Ebn Challik. Nro. 202.

1. *Res ad vitam necessarias, quas generosus petit, ego peto et modo laudando peto.*

Suam agendi rationem in rebus ad vitam necessariis petendis laudat. Metrum versuum est prima species metri Monsarih appellati et littera Alif in fine versuum homoioteleuti causa addita est.

2. *Lacte abundantem et lac large dantem camelam mulgeo et papillis aliarum mulgendis operam non do.*

Sensum prioris versus illustrans se nonnisi generosos, qui multum eum voluptate dent, adire; turpe enim ducebant avaros donorum causa adire. Liberalem autem cum camela,

quae lacte abundans lac large omittit, comparavit. Vox درة non tam camelam designat, quae lacte abundat, quam quae lac non retinens ex magnis foraminibus large emittit; sunt enim animalia, quae etsi lacte abundant, tamen in mulgendo parce id emittunt Vox صفى lacte abundantem designat. Pro hac voce الصفوف legitur, cuius in significatione accurate definienda grammatici non consentiunt. A verbo صف derivatam vocem significare dicunt aut camelam, quae quasi in seriem disponat vasa lacte impleta aut inter mulgendum pedes anteriores in seriem disponat. Ille explicandi modus si rectus est, camelam lacte abundantem designat, sin hic, camelam, quae facile mulgetur, dum corpus suum disponit. Quid verum sit, dici non potest. Pro voce غبرها legitur غبرها i. e. lactis eius in ubere restantis. Qui legendi modus cum verborum constructione, ut pro غبر اخلافها sit, tum minus placet, tum sensui minus aptus videtur; hoc enim admisso poetam parvo se dono contentum non esse significat, altero autem praelato, suam personam se non abiicere, avaros vilesque dum adeat, videmus.

3. *Virum generosum a te ad factum praeclarum incitatum agendi desiderio impleri vidi;*

4. *Sed servus neque altum dignitatis gradum petit neque tibi dona dat nisi timore impletus,*

5. *Instar asini intertrigine dorsi adflicti, pravi, qui non bene incedit nisi verberatus.*

Viri generosi agendi rationem cum servi agendi modo comparat. Ille statim paratus est ad agendum, si laudem sibi comparare potest, hic asino similis nonnisi timore commotus bene agit. Voci مثل casus nominativus dari potest, ut praedicatum subiecti omissi (هو) sit. Vocem الموقع Mersukius triplici modo explicavit. Aut eum significare posse vocem, in cuius dorso vestigia clitellae aut intertriginis sint. Hanc significationem vocem in versu metri Redjes habere, scholiastes noster adnotavit: (Via) ungulis calcata, cui vestigia impressa sunt et ea, quamquam vestigiis signata, tamen relicta est. Alter modus, quomodo a priore differat, clarum mihi non est. Dixit: ويجوز ان يراد به المذلل كما يقال ظهر موقع »Fieri potest, ut idem significet, quod vox المذلل; sicuti ظهر موقع dicitur,« nam voci مذلل (vilis habitus, tritus) verba ظهر موقع convenire non videntur. Tertius denique modus est, quo percussi instrumento ميقعة significationem habeat, quasi ob stupiditatem saepe percussus sit. Horum priorem praeferendum puto. Verba لا يحسن etc. statui describendo inservire, Mersukius dixit.

6. *Praestantiae naturae laqueolum nonnisi in religione inveni, quum rem attente consideraverim et in honore.*

7. *Interdum tranquillus, loco suo manens vitae bonis potitur, dum camelam neque sellâ neque clitellâ instruxit*

Si inter utrumque versum sensus quidam nexus est, talem esse oportet, ut posteriore causa prioris contineatur. In priore duas res esse dixit, quibus naturae generosae ad bene agendum impellerentur, unam esse religionem, quae istam agendi rationem praescribens cultoribus suis praemia in altero mundo promittat, alteram gloriam a maioribus traditam, quae male agendo perdenda non sit. Religio et gloria cum laqueolo globuli vestiarii comparantur, quo indoles bonae hominis, quae cum veste comparatae videntur, tanquam vestem connectunt,

ne decidat. Simili modo vitae anni cum veste comparatae sunt Ham. ٣٤٢ v. 4. et iaua quoque cum veste comparatur ibid. p. ٤٨٤ v. 2. Voci الخلايق, quamquam indoles genorali sensu vox significat, in vorsu bonarum indolum significatio tribuenda vidotur. Posterior versus fortunae iniustitiam indicare videtur, nam quum intordum fiat, ut vir loco suo manens sine molestiis vitae bonis potiatur, nisi roligio et gloria conservanda iucitarent, plures molestias perferendas evitarent. Varias sellarum species nominavit, ut omnes in itinere adhibitas sellarum species designarot. Do sellis conf. T. I p. 506 II, 22.

8. Et iumenti sellaeque possessor et qui semper peregrinatur, opibus destitutus est.

Verbis sensum contrarium offereutibus fortunae iniustitiam describit.

LII.

(p. 536.)

Alius dixit.

1. O anne! qui res mihi non placentes attulisti, recordationi anni prioris libertatis pretium sis!

Annum tanquam personam alloquens, tempus praeteritum praesenti tempori praeferendum esse dicit. Hoc in versu voces عَم اولا ita adhibitas videmus, ut vox اول locum adiectivi habere videatur. Quae autem res quum in usu non sit, ut neque شهر اول neque حول اول neque سنة اولى inveniatur, scholiastes rei explicandae causa dixit: Quum hac in ro modus loquendi ad unum omnibus notus esset, poetam verba من عامى »quam hic meus annus«, quae post vocem اول necessaria sint, omisisse. Silentio praetereundum non est, in Mersukii codice, e quo scholion desumtum sit, pro verbis لم توصف malo legi ليوصف; sed pro verbis على التعارف melius اعتمادا على التعارف et in linea quinta legi سوغ الحذف والاجراء.

2. Tu recordationi anni, qui infelix non fuit et amantes non separavit, libertatis pretium sis!

Eadem quae in prioro versu dixerat, repetit et infortunium temporis praesentis clarius indicat. Versus sensus est: Tempus praesens ipsi minus carum esse quam temporis praeteriti recordationem, ut tempus hoc pro temporis praeteriti recordatione lubenter daturus sit. Vocem نحس infelicis significationem habere, scholiastes e loco Corani Sur. 41, 15 probavit. Post verbum زيلا obiectum omissum videtur. Idem loquendi modus Coran. Sur. 10, 29 invenitur.

LIII.

Alfarasdakus dixit.

(De poeta conf. p. ٣٣١.).

1. Quotiescunque tempus pectus suum super homines protrahit, ad alios procumbit.

Temporis vicissitudines describens calamitates temporis ab una gente ad alteram transire dicit, ut nemo securus esse possit. Tempus cum camelo comparavit, qui procumbens pectore calloso premit. Similis comparatio Hamas. ٣٣٥ v. 2 ٣٧٥ l. 2 infr. invenitur. Poeta pluralem كلاكل adhibuit, quod tempus plures homines simul adficit. In voce جر (trahit) nil

aliud video nisi motum, quo camelus, postquam procubuit, surgit, ut in alium locum se transferat. Mersukius autem in scholiis post lineam primam (عبشهم) sequentia verba addens alium sensum invenit: فجرت عليهم اذيال الشر والتغيير ودرست اثارهم ومحت دولهم تراها تنتقل الى اخرين ntum super eos lacinias calamitatis et permutationis protraxit et eorum vestigia delevit et eorum dynastias cessare fecit, vides eam ad alios se transferentem.

2. *Iis, qui ex nostris malis gaudium percipiunt, dic: ad vos redite! Quod nobis contigit, idem iis, qui malis nostris gaudent, continget.*

Non esse causam, cur aliorum malis gaudeant; futurum enim esse, ut eadem ipsis contingant.

LIV.

Alzalatan Ahbdita[1]) dixit.

Scholiastes vocem Alzalatan agilem in re sua peragenda significare, et cum hac significatione loquendi modum سيف منصلت (ensis evaginatus) cohaerere. Sic in Rubahi versu (metr. Redjes aut Sarih): Quasi ego in ea sim ensis evaginatus.

1. *Matutini temporis iteratio et vespertini temporis transitus parvum ad senectutem perduxerunt et grandaevum perdiderunt.*

Temporis vicissitudines eiusque vim in hominem describit. In postrema parte littera Ja ob homoioteleuton et versum Teschdidum vocalemque amisit, id quod in pluribus sequentibus versibus factum est.

2. *Quum nox diem suum decrepitum reddit, post illum dies iuvenilis venit.*

Tempus cum persona comparans id semper novum prodire exponit.

3. *Vesperâ et mane necessitati nostrae operam damus et viventis necessitas non cessat.*

Quamdiu homo vivit, tamdiu cupit, ut rebus ipsi necessariis operam det.

4. *Cum viro necessitas moritur et quamdiu restat (vir), tamdiu necessitas restat.* **(p. 537.)**

Nonnisi viri morte res ipsi necessariae, quas cupit, cessant.

5. *Quum aliquando iis, quos vides, dicis: Liberalem mihi ostendite! divitem tibi ostendent.*

Quantae utilitati homini divitiae sint, ostendit. Divitem semper generosum et virtutibus ornatum esse putabunt, dum pauperis nomen mentionem facit. Similem sensum Ham. p. ٥٢ v. 5. invenimus.

6. *Nescisne, Lokmanum filio suo praecepta dedisse et ego Ahmruo praecepta dedi et quam bonus praeceptor est!*

Lokman nomen viri sapientissimi inter Arabes est. Duo Lokmani sunt; unus noster,

---

1) Nomen tribus poetis proprium est, Abbditae, Dhabbitae, Fahmitae. Kam.

alter Ahdita. Uterque tempore antiquissimo et fabuloso vixerunt. De nostro conferas Herbelot. T. II p. 485(4). Tale exemplum quum in docendo imitatus sit, filium dignum esse, qui praecepta ista sequatur. Scholiastes post vocem الوصى omissam putat vocem هو. De construendi modo vocis فنعم, quam verbis laudandi Arabum grammatici adnumerant, conferas Gram. Ar. T. II p. 221 sqq.

7. O filiole mi! deceptio secreti virorum apparuit; in secreto tuo igitur eius, qui secreti tui particeps est, deceptor sis!

Praecepta ipsa sequuntur. Secretum bene custodiendum esse docet. Utriusque partis sensus, qui admodum clarus non est, nonnisi ratione habita alterius definiendus est. Deceptio secreti nil aliud significare potest nisi quod alter alterius secretum divulgat eoque ipsum secreti auctorem decipit; deceptio autem eius, qui secreti particeps est, eo consistit, quod alter alteri secretum non communicavit et ita alterum decepit. Monet igitur filium, ne secreta sua alteri communicet, quum experientia doceat, secreta non conservari. Vocem نجوى nomen actionis esse, quod arcanum significet et tum arcani socios, scholiastes adnotavit, et Corani loco Sur. 17, 50 probavit.

8. Secretum tuum est, quamdiu apud unum virum depositum est; sed trium virorum secretum occultum non est.

Arabes multa praecepta de custodiendis secretis dant, et duorum virorum secretum divulgari dicunt conf. Meidan. T. III Nro. 1322 et de aliis vid. tabulam. Noster dicit, nonnisi uni viri secretum communicandum esse et quod ad plures pervenerit, divulgari. Similis sensus in sequente versu invenitur (metr. Thawil): Quum secretum duos transgreditur, divulgatur; delatores celeriter augentur. In Mersukii codice pro بنث legitur ينث, et pro الوشاة legitur الحديث narratio. Utrumque praeferendum puto. Scholiastes adnotavit esse, qui voce الاثنين labia significari dixerint, ut cum proverbii citati sensu consentiat.

9. Ut silere propius est cuidam recto, sic quidam sermo errori propior est.

Silentium Arabes laudant et sermonem homini saepius perniciosum esse dicunt. Hoc in pluribus proverbiis expressum legimus conf. Meidan. T. III P. II p. 174 sqq. et P. I Nr. 2756.

2

CAPUT QUARTUM (p. 538.)

Commemoratio pulchritudinis feminae et amoris, quem quis erga eam habet.

Quam diximus pulchritudinis et amoris commemorationem نسيب appellatam, quam ab amore in carminibus غزل appellatis manifestato diversam esse scholiastes dicit, poetae veteres carminibus, quibus laudem celebrabant, praemittere solebant. Huius rei usus a poeta Motenabbio omissus est, et poeta Abu-Nowas eius rei omittendae primam occasionem obtulisse narratur. Motenabbium serioris temporis poetae imitati sunt conf. Darstoll. d. Arab. Versk. p. 518 adn. et Bohlen de Motenabbio ad vocem نسيب.

I.

Alzimmah b. Ahbd-Allah b. Thofail b. Alharets b Korrah .... Koschair b. Cahb dixit.

Poeta tempore Omajjadarum vivens in confinio quodam ditionis Mohammedicae diem obiit. Poetae avus e prophetae sociis erat. Poeta fuisse dicitur, qui amori feminarum deditus carmina غزل appellata componeret. Versuum ansam hanc fuisse tradunt. Quum patrui filiam Rajja appellatam, cuius amore captus esset, in matrimonium petiisset, pater ea conditione, ut quinquaginta camelos daret, se eam daturum esse promisit. Poetae pater quadraginta novem filio dedit, sperans fore, ut filiae pater ob unum deficientem puellam non deneget. Quos quum adducens puellae patrem de patris sermone certiorem fecisset, hic nisi numero expletos se accepturum esse negavit. Hanc ob causam quum rixa inter utrumque patrem orta esset, poeta se viliores non vidisse dixit et se illis viliorem esse ratus, si apud tales viros remaneret, in Syriam migrans ob amantis desiderium versus dixit.

1. Rajjae desiderio adfectus es, dum anima tua visitationis locum a Rajja longe removit tempore, quo tribus vestrae duae coniunctae erant.

In Ebn-Challikani libro Nro. 832. versus Jasido b-Althatsrijjah ab Almarsebanio auctore libri معاجم الشعراء inscripti, ab aliis Kaiso b. Dsoraih (ذريح), ab aliis Medjnuno tribuuntur. Causam, cur poeta amatae suae locum reliquerit, narravimus. Hoc in versu desiderium suum describit, quod eum tenebat, quamquam ultro profectus erat. Rajja feminae ab ipso amatae nomen est. Scholiastes, cur puella non potius Rawwa appellata sit, siquidem in nominibus formae فعلى a radice, cuius tertia littera Ja sit, littera Ja in litteram Waw mutetur, quaerens respondet, nomen origine adiectivum litteram Ja retinuisse, ut in vocibus خزيا et صديا et vocem ريا femininum vocis ريان videri. Verba ونفسك باعدت statui describendo inservire, et loco subiecti esse (ut pro ونفسك مباعدة sit). Status verba a voce حننت regi. Verbi

بعد tertiam formam secundae significationem habere, loco Corani Sur. 34, 18. »Itinera nostra longa redde!« probat. Et verba شعباكما etc. statum describentia a verbe باعدت regi. Vocem معا praedicati locum tenere, dum subiectum vex شعباكما sit.

2. *Non autem pulchrum est, quod sponte rem suscipis et tristis es amoris praecone vocante.*

Tristitiam suam vituperat, quum sponte feminae ab ipso amatae gentem reliquerit. Vocem حسن varium construendi modum pati, scholiastes adnotavit. Fieri posse, ut, quamvis haud definita subiecti (مبتداء) loco sit, quum particulâ negandi nitatur et ut verba ان تاتى subiecti (فاعل) loco voci حسن sint, quae subiecto suo sufficiente praedicate careat, ut phrasis sic constituenda sit: Quod ad rem sponte venis, bonum non est. Fieri quoque posse, ut verba ان تاتى loco subiecti et vox حسن loco praedicati sit. Haec autem verba in Mersukii codice, e quo reliqua desumta sunt, desunt. Fieri denique posse, ut vox حسن subiecti (مبتداء) locum teneat et verba ان تاتى praedicati loco sint. Hunc construendi modum omnium minime probandum esse, quippe subiectum indefinitum et praedicatum definitum sit (conf. Gram. Ar. T. II, 517. et 515, 534.). Ante vocem ان, Teschdide omisso, praepositio من omissa est et obiectum verbi اسمع (vox صوته »vocem suam«) supplendum est. Desiderium feminam ab ipso amatam videndi cum persona, quae vocat amantem, comparatum est.

(p. 539.) *3. Subsistite vos duo regioni Nedjd iisque, qui in loco defenso habitant, valedicentes! Et regioni Nedjd a nobis valedici, raro accidit.*

More poetarum duos socios allequitur conf. Ham. ۱۸ v. 1 et Amru-l'Kaisi Moall. v. 1, ut subsistentes regioni Nedjd valedicant. Simul ostendit, se nonnisi invito animo inde secedere, nam regio Nedjd Arabibus campestribus grata erat. Vocem بهرج contrariam voci الحمى significationem habere, versu a grammatico Ebn-Alahrabi citato scholiastes probare studuit (metr. Redjes): Eligere potuit inter regionem vetitam et regionem omnibus licitam, regionem inter Adjrad usque ad vallem Alschadji. De hisce locis nil certi habemus. In Kamuse Alschadji locum esse legimus. De finibus regionis Nedjd conferas Abulf. p. ۷۸ sq.

4. *Per animam meam! quam boni colles illius terrae sunt et quam pulchra statio aestiva et verna!*

5. *Et loci vesperae defensi ad te non redeunt; sed oculum tuum flere sine!*

In priore versu, qui in Mersukii codice deest, terram Nedjd laudat. Quod verba تلك الارض anteposuit, eo vis sermonis augetur; aliter dicendum fuit ما اطيب ربى تلك الارض et مصطافها. De verbis, quae admirande inserviunt, conferas Gram. Ar. T. II p. 217 sqq. De nominibus loc مصطاف et متربع conf. ibid. T. I, 305. In posteriore versu tempus praeteritum, quo vesperâ amatam visitasset, non rediturum esse querens, tempus plorandi esse dicit. Temporis vespertini sine dubio mentionem fecit, quod eo tempore feminam ab ipso amatam convenire soleret. Vox رواجع metri causa Nunnationem accepit et futurum apocopatum vocis تدمعا e praecedente imperativo خل pendet conf. Gram. Ar. T. II p. 33. In codice Tebrisii in margine

vox اليك tanquam alter legendi modus pro voce عليك adscripta est. Posterior versus para sensu similis est sequenti versui (metr. Thawil): Eique dixi: Ploratus quietem dat, eoque is, qui mutuum occursum futurum non esse putat, sanatur.

6. Et quum montem Bischr a nobis se avertentem vidissem et desiderio plenae camelae argutum sonum emitterent,

Iter suum e regione Nedjd et desiderium redeundi, quod cameli manifestarint, describit. Ubi mons Bischr situs sit, nullibi legimus. Kamusi auctor, eum in Aldjesirah (i. e. Mesopotamia) situm esse scripsit. Ex poetae verbis eum in finibus regionis Nedjd esse, concludo, dicit enim اعرض دوننا »latus nobis obvertit, ut a regione Nedjd eo separati essemus.« Eum autem in regione Nedjd situm non fuisse e posteriore versus parte, qua desiderium camelorum, quo regionis Nedjd adficerentur, significavit, cognoscimus. Verbo حال motus significationem, quae in lexicis desideratur, scholiastes tribuit. Sed جالت quoque legi, ex puncto diacritico addito et voce معا superscripto cognoscimus. Camelae filiae desiderii cognominantur, quod poëtae et stabuli et regionis consuetae desiderium iis tribuerunt. Hoc autem desiderium verbo حن, quippe arguto sono manifestetur, exprimitur. Similem cognominis adhibiti modum in sequente versu videmus (metr. Thawil): Nox pullos amoris eius mecum coniungit modo, quo laciniae globos vestiarios coniungunt. Silentio praetermittendum non est, pluralem formae فُعُل a forma فاعل derivari et dici ناقة نازع, quum illud desiderium maxime camelis feminis proprium esset.

7. Oculus meus sinister flevit et quum eum ob stultitiam post prudentiam vituperassem, ambo lacrymas emiserunt.

Versus cum priore sensu cohaeret. Se lacrymas retinere non potuisse dicit. Scholiastes dicit, poetam monoculum fuisse et oculum caecum non plorare adnotavit. Hanc ob causam poeta, oculum suum sinistrum flevisse dixit; sed, quonam oculo is caruerit, incerti erant, quum in Mersukii codice dextri oculi mentio facta sit; legitur enim quoque عيني اليمنى. Oculum autem tanquam personam reprobando a lacrymis retinere studuit, eique tanquam personae stultitiam tribuit. Verbis بعد الحلم (post prudentiam) significare vult, se antea fortiore animo rem tulisse et lacrymas non fudisse. Si rectum est, quod scholiastes monuit, caecum oculum lacrymas non effundere, poeta verbis اسبلتا معا »uterque oculus simul profudit lacrymas,« magnum dolorem significare voluit, ut et ipse oculus caecus ploraret. Post verbum اسبل obiectum (الدمع) tam poni quam omitti potest.

8. Ad gentem respexi, donec ob inclinationem in latere colli venâque dolorem sentirem.

Proficiscens ob desiderium feminae ab ipso amatae toties collum retrovertit, ut dolore adficeretur. Recte poeta tam lateris colli, quam venae اخدع appellatae, quae in lateribus colli duae sunt, mentionem fecit, ut locum doloris designaret. Arabes dicunt, qui proficiscens ad terram se retrovertat, eum rediturum esse. Fieri potest, ut hisce verbis redeundi desiderium manifestare voluerit. Similem sensum poetas versibus frequenter expressisse dicunt

(metr. Chafif): **Patientia mea per Tsahlabiticam (feminam) victa erat, quum nox mea longa esset et socii mei taedio me adficerent. Quotiescunque iumenta milliaris spatium nos abduxerant, anhelavi et retro me converti.** Scholiastes vocem ليتا et اخدع casum Accusativum obtinuisse adnotavit, quod sensui accuratius definiendo (تمييز) inservirent; proprie autem وجع ليتى واخدعى, ut voces subiecti locum tenerent, dicendum fuisse; sed quum primam verbi personam وجعت posuerit, pronomen subiecti locum obtinuisse et illas duas voces obiecto similes fuisse. Similem loquendi modum in verbis قررت عينا et تصببت عرقا inveniri; sunt enim pro قر عينى et تصبب عرقى.

(p. 540.) 9. *Dies in loco defenso peractos recordor, tum super jecur meum me inflecto timens, ne diffindatur.*

Quantum dolorem senserit, describit. Qui interno dolore adficitur, corpus super illud latus doloris inflectere solet. Quum autem iecur sedes adfectionum Arabibus putetur, ubi dolor sentiatur, illius poeta mentionem fecit. Scholiastes noster Mersukil scholion ita excerpsit, ut paulum diversus sensus oriretur; sic enim Mersukius habet: لمّا كان بيننا من اسباب الوصال تساعد وبين دورنا ودور الاحبة تقارب وللتراسل مكان ومع الحبيب فى الوقت وبعد الوقت تلاق واجتماع فاتنى. Abu-Ahbd-Allahus Almofadjdjah cognominatus in libro suo الترجمان „interpres" inscripto hosce versus in capite الغزل adtulit. Causa, cur id fecerit, in eo quaerendum est, quod poeta mulieri amore deditus talia carmina multa componeret. Duos autem versus sic incipientes: حننت et فما حسن in capite de amore et desiderio الصبابة tractante adnotavit, quibus sequentem sensum tribuit: »Bellum inter te et gentem feminae a te amatae te impedit, quominus ad eam accedas« et versum septimum Moallakae Antarae tanquam sensu similem addidit. In capite, in quo de amore et desiderio tractat, caeteros versus adduxit. In explicandis versibus dixit: Eum ab ipso amatis vicinum fuisse tempore, quo in regione Australi loci defensi (الحمى) pabularentur. Ibi quum commoraretur, nubem (عين) a latere regionis Meccensis et quidem a sinistro eius latere ortam, metum ei iniecisse, ne, si pluvia continua esset, separaretur. Huncce sensum verbis بكت عينى اليسرى poetam expressisse, ita, ut nubem voce عين et metum suum voce زجرتها significaret. Altera tum nube a latere dextero regionis Meccensis (القبلة) orta, eum rem pro certo habuisse. Hunc sensum verbis اسبلتا معا inesse et ipsam separationem cognoscentem خل عينيك تدمعا dixisse et oculis duas nubes significasse. Poetam Djerir dixisse (metr. Camel): **Nubes noctu et mane advenientes perfide egerunt a vento celeriter abreptae et circumactae.** Mersukius putat, Almofadjdjahum alios versus hunc sensum offerentes adnotasse et postea versus nostros cum illis confudisse.

II.

Alius dixit.

Versus hi duo in Ebn-Challikani opere Ibrahimo Alzuli, qui anno 243 diem obiit, tribuuntur conf. Ebn-Challik. p. ١٩ sq. ed. Wustenf.

1. Certior factus sum, Lailam deprecaturam ad me misisse; nonne autem Lailae anima deprecantis loco est?

Lailam ab ipso amatam, quam ipsius amorem cupientem fingit, ad ipsum intercessorem misisse dicit. Tria obiecta, quae verbum نبيت requirit, vocibus usque ad verbum ارسلت etc. continentur, unum enim obiectum est prima verbi persona, quod, si in formam activam نبوني mutatur, apparet, altera est ليلى et tertia verbum ارسلت; mutari enim potest in participium مرسلةً conf. Gram. Ar. T. II p. 74 sqq. Scholiastes dicens particulam فلا, quae incitando inserviat, verbum requirere; sed sequi subiectum et eius praedicatum i. e. vox نفس et شفيعها. Discrimen autem esse inter particulam فلا et particulam ei cognatam لولا in versu poetae (metr. Thawil): Putatis praestantissimam laudem vestram esse in mactandis camelis annosis, o filii Dhautherae (famis), nisi fortis galeâ tectus esset. Post illam particulam verbum suppleri, ut casus accusativus voci شفيعها detur, homoioteleuti rationem non pati et hanc esse causam, cur subiectum cum praedicato posuerit. Hanc rem fieri interdum post particulas, cui verba propria sint, si in sermone verbi omissi indicium reperiatur. Hoc in versu Corani Sur. 17, 102. locum habere (in quo vox انتم post vocem لو, quae statim post se verbum requirit, sequitur). Sic quoque particulam إن, quae futurum apocopatum requirat, post se nomen habere in verbis ان زيد اتانى etc. et in versu poetae (Ham. p. ٥) ان ذو لوثة (conf. ibid. scholion l. 15). Interroganti, cur in explicando versu nostro non potius verbum suppletum sit, quocum nominativus cohaereat, quemadmodum in verbis أن زيد اتانى اكرمته, ut nominativus مبتدأ non sit, respondendum est, phrases diversas esse, ut idem in utroque licitum non sit. In una nomen زيد casum nominativum ob verbum, quod altero verbo praesente indicetur, obtinuisse, ut verbum اكرمته propositio consequens particulae إن sit; in altero autem nil tale esse, quo verbum absens indicetur. Loco verbi illius explicantis vocem شفيعها positam esse, quae nonnisi praedicati locum teneat. Vox بشفاعة pro بذى شفاعة est. Verbum autem, quod vox فلا requirit, voce شفيعها indicatur. Nomen ليلى loco pronominis نفسها repetivit, ut vis sermonis augeretur.

2. Num apud me res in maiore honore, quam Laila est, ut per eam dignitatem sibi parare cupiat, an vir ei non obsequens sum?

Ob agendi rationem eam quodammodo vituperans se eam in maximo honore habere ostendit, ut nil ei denegare possit. Praedicatum vocis اكرم, ut موجون aut فى الدنيا suppleatur, omissum est. Vocem تبتغى futurum Nasbatum esse (metri causa vocali Fatha omissa), ut phrasis consequens interrogationis sit. Scholiastes vocem أم coniunctam (conf. Gram. Ar. T. II p. 403.) appellavit.

III.

Ebn-Domainah dixit[1]).

1. Cor non sanatur, nisi quum cogitatio stationis aestivae et vernae in regione Soahdae ei se offert.

Amore Soahdae (conf. Caab b. Sohair carmen v. 1) se ita adflictum describit, ut non-

1) Tempore Islami vixit conf. Abd-Allah b.-Aldomainah Citab-Alaghani.

nisi recordatione temporis praeteriti, quo cum ea in eadem regione degerit, dolorem lenire possit. Poeta cum negatione ما interrogandi particulam أ aut ad affirmandam sententiam aut ad negandam coniunxit. Grammaticus Abli b. Ihsa verbo استفاق significationem »sanationem petere« tribuit, dum alii decimae formae eandem significationem ac quartae sanandi esse dicunt. Vox صيف, ut ex coniuncta voce مربع videre licet, hoc in versu pro مصيف dicta est et verba من سعاد sunt pro من ارض سعاد. Homoioteleuti causa verba transposita sunt et sic constituenda: صيف ومربع من سعاد.

2. *Ab eius (domus) ruderibus oculum abducere studeo, nam, quando oculus tuus rudera cognoscit, plorat.*

Quomodo adspectu domus ab amica relictae dolore adficiatur, describit. Ruderum domorum ab amicis relictarum poetae saepius mentionem faciunt conf. Taraf. Moall. v. 1. Se operam dare dicit, ut oculum decipiat, ne rudera conspiciat et in posteriore parte causam addit; vult enim a sociis tristitiam suam, quae lacrymis apparet, celare. In posteriore parte personam ae alloquens mutavit et oculus tuus dixit: sed in alio codice عيني »oculus meus« legitur.

3. *Ibi dorcades velis obtectas vidi, et hae dorcades mane velis haud obtectae sunt.*

Praeteritum tempus cum praesente confert. Ubi feminae olim habitabant, nunc dorcades versantur. Feminae cum dorcadibus a poetis saepe comparantur et haec causa est, cur in priore versus parte وحشا dixerit conf. Ham. p. ١٨٣ v. 2. et Taraf. Moall. v. 6 sqq. Antar. Moall. v. 57. Caab b. Sohair v. 2. Feminas nobiles apud Arabes nonnisi velis obtectas prodire omnibus notum est. Velis pro magnitudinis diversae ratione, dum alia aut totam faciem, alia partem faciei aut magis aut minus tegebant, diversa nomina erant. Nomen veli generale نقاب fuisse videtur; vox قناع velum, quod caput et faciem tegit, est, برقع est velum tale, ut soli oculi conspiciantur. Parvum tale velum quoque خنف et وصواص appellatur. Hoc puellae utuntur. Vox لثام velum, quo os et labia teguntur conf. Har. p. ٣٧٣; at vox لفام velum mucronem nasi tegens designat. Velum خمار appellatum sic Golius descripsit: operimentum capitis seu faciei muliebre, praecipue, ita uti nunc mos obtinet, quod anterioribus colli partibus, mento atque ori praetentum superne in capitis vertice nodatur. Eandem significationem vox نصيف habere videtur. Viros velis uti, minus notum est. Narrant, Salamahum Dsu-Fajesch (regulum Jemanensem) semel per annum velo obtectum in conspectum gentis suae prodiisse. Dignitatis signum est fortasse ex Hebraeorum ritu desumtum, quo regia instar Dei ora adspicere populum prohibebant. Haec quoque causa fuisse videtur, cur Mohammedes propheta nonnisi velo tectus (مقنع) prodiret. Et Mokannahum Cenditam et Wadhdhahum Arabiae felicis [1]) nonnisi velo tectos in conventibus publicis apparuisse narrant. conf. Abulf. Ann. T. II p. 639. adn. 51. Cum posteriore parte sensus Sohairi Moall. v. 3. con-

1) Cognomina virorum sunt. Wadhdhah cognomen quoque Djadsimahi Alabrasch erat. conf. Essai sur l'histoire des Arabes II, 17.

sentit. Vox براقع Nunnationem ob metrum accepit. Pro voce فارقت in scholii linea prima in Tebrisii margine vox فارق (tanquam rectior legendi modus) adscripta est; sed, si voce اهلها hoc in versu maxime feminae significantur, femininum ferri potest.

IV.

Alius dixit.

1. O domine mi! Si pereo et tu per Lailam bubonem meum non irrigavisti, morior, dum sepulcrum meo sepulcro sitibundius non est.

Amorem, quem erga Lailam habeat, talem esse dicit, ut perire possit. Quum igitur Laila mortis causa esset, mors in Lailam vindicanda erat. Deum mortem ulturum esse sperat. At vero si intermittatur, neminem vindictam magis mereri. Iniustitiam Lailae in ipsum questurus verba profert. Si quis occisus est, Arabes bubonem e capite mortui prodeuntem aut osse mutato ortum clamare: Date mihi bibendum! putant, donec caedes vindicata sit. Caedem quum ulti essent, bubo irrigatus non amplius clamare putabatur. In posteriore autem versus parte sitis buboni tribuenda sepulcro tribuitur, quod ultionis sanguine satiatur. De isto bubone conf. T. II p. 118 sqq. Alius quoque est interpretandi modus, ut talis sensus prodeat: Si amori meo, quo Lailam amplector, non satisfit, ego morior siti maxima desiderii adfectus aut Ego ob vehementem amorem buboni illi et phantasmati simillimus factus sum, ut, si in hoc statu desiderio non satisfiat, etc. Vox ربّ est pro ربّي, quippe in vocando forma brevior redditur conf. Gram. Ar. T. II p. 90 sq. Silentio praetereundum non **(p. 542.)** est, vocem تروّ vocali Fatha, ut vox sensum intransitivum habeat aut vocali Dhamma enunciari, ut voci transitivus sensus tribuatur. Voci اعطش in codice Tebrisii tam nominativi quam accusativi vocales adscriptae sunt.

2. Et si ob Lailam animo tranquillo esse videor, animum consolari studeo, quod spem abieci; non me consolor, quod patientia mihi est

3. Et si Laila carere possum et durum me ostendo, interdum tamen animi contenti status paupertati propinquus est.

Si quis ex eo, quod tranquillus videatur, concludere velit, se re vera consolatum esse, eum falli. Se omnem spem abiecisse et hanc ob causam tranquillum esse. Porro, si quis aliam mulierem, cui se Lailâ amissâ dederit, Lailae vicem explere putet, eum errare. Suum statum talem esse, ut pauperi, qui nil possideat, similis sit. Vocem الفقر ob praecedentem vocem غنى, cui significatione opposita est, adhibuit significaturus, animum suum amore alius mulieris vacuum esse. Sed pro verbis قريب من الفقر in aliis exemplaribus امرّ من الفقر amarior quam paupertas legitur, quae verba significant, illam mulierem, qua animum consolari videatur, multum abesse, ut ipsum contentum reddat, ut ea potius causa sit, cur Lailae amissae dolore magis adficiatur. Similem sensum quam noster poeta Cotsajjir sequente versu expressit (metr. Thawil): Et si anima te amissâ se consolatur aut amorem abiicit, se quietat eo, quod omnem spem abiicit, non quod patientia est.

V.

Alius dixit.

1. (Recordare) diem, quo sellam ante pannum imposui, dum mens mea obstupefacta erat et cor occupatum!

Animi statum anum die, quo ab amica proficisceretur, describit. Dolore profectionis animus ita occupatus erat, ut camelo sellam imponeret, antequam pannum, quo dorsum contra noxam defenditur, imposuerat. Scholiastae voci يوم casus accasativus datus non est, quod tempori describendo inserviat; sed quod verbum اذكر »recordare« emissum sit. Sunt, qui voci متله passivi formam cum vocali Fatha dent, quod voci مشغول forma passivi sit. Hunc enunciandi modum scholiastes reiicit, quippe octava verbi forma nonnisi sensum intransitivum habeat. Firuzabadius autem transitivam significationem adnotavit. Pro verbis والعقل متله legitur quoque والعقل مختبل, »et mens alienata est.«

2. Tum ad emaciatum camelum meum me converti, ut eum, dum ligatus erat, instigarem secuturus vestigia pilentorum mane profectorum.

In describendo animi sui statu pergit. In priore versu tempus descripserat, quo amica profectura erat; iam ad tempus transit, quo profecta erat. Animus eius tantopere amicâ profectâ occupatus erat, ut contra sanam mentem ageret. Emaciatus camelus in itinere ad sequendum adhibendus non est, quippe velocitas necessaria est. Camelum, cuius pedes ligati sunt, qui ad celere iter impellit, is sanae mentis non est. Vox حدج pilentum designat, quo mulieres utuntur (conf. I p. 520.). Pilenta loco mulierum aut camelorum, quibus mulieres vehuntur, posuit. Similem sensum Abu-Tammamus versibus sequentibus protulit (metr. Basith): اصمنى سرهم ايام فرقتهم هل كنت تعرف سرا يورث الصمما ناووا فظلت لوشك البين مقلته تندى نجيعا وينذى جسمه سقما اظله البين حتى انه رجل لو مات من شغله بالبين ما علما. Secretum eorum diebus separationis suae surdum me reddiderunt. Num secretum scis, quod surdum reddit? Abiere et ob propinquitatem separationis nigrum oculi eius sanguine maduit et eius corpus morbo maduit. Separatio eum tantopere adflixit, ut separatione occupatus, si mortuus esset, nescivisset.

VI.

Djiran Alauhd dixit.

Nomen poetae Ahmir b. Alharits fuisse dicunt. Cognomen ob sequentem versum eum accepisse volunt (metr. Thawil): Cavete, o duae vicinae meae! nam ego interiorem colli partem cameli annosi convenientem vidi. Djeuharium, qui poetae nomen المستورد fuisse dixit, Firuzabadius in Kamuso suo erroris arguit. Vicinae eius uxores sunt, quas flagello e cute cameli annosi facto percutere solebat. Monet igitur, ut flagellum caveant. In Kamusi opere قد كان يصلح legitur. Abu-Rijaschus versus poetae Dsu-l'Rommah tribuit.

1. O iecur meum! quod vesperâ in loco Ghorrab parum abfuit, quin ob desiderium, quo proficiscentes sequerer, diffinderetur,

Dolorem, quo die profectionis adficeretur, describit. Tantus erat, ut parum abfuit, quin iecur, quod Arabibus sedes adfectionum putatur, dolore diffinderetur. Se cum femina ab ipso amata in loco Ghorrab versatum esse. Inde eam cum parte gentis abiisse queritur. Pro verbis ايا كبدا legitur: يا كبدا, ut prima versus syllaba desideretur, id quod initio metri Thawil haud raro accidit (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 170.). Susenius in Moall. Amru-l'Kaisi v. 86. discrimen tale inter vocem يا et ايا statuit, ut illa tam propinquo quam remoto vocando inserviat, haec nonnisi remoto. Vocem كبدا esse pro كبدى (iecur meum) scholiastes dicit, ita ut poeta pro vocali Kesra Fatham ponens litteram Ja in Litteram Alif mutaverit (conf. Gram. Ar. T. II p. 90 sq.). Iecur suum significari, e verbis **(p. 543.)** versus cognosci posse. Ghorrab nomen montis in Syria siti esse, in Kamusi opere legimus. Vocem عشية Nunnationem amisit, quod cum sequente nomine cohaeret (conf. Gram. Ar. T. II p. 147.). Ante vocem غرب vox antecedens omissa est. De modo, quo verbum كاد cum verbo sequente coniungitur, conferas Gram. Ar. T. II p. 147 sq. Hoc in versu plures voces, quae tempori definiendo inserviunt (ظرف), interpositae sunt.

2. Vesperâ, in qua in iis, qui in loco Ghorrab manebant, neque locus manendi erat neque in iis, qui profecti erant, locus festinandi.

Hic versus statum clarius exponit. Qui illo tempore retromanserant, subsistere nolebant, ut antea profectos sequerentur, dum ii, qui profecti erant, in itinere haud properabant, ut retromanentes eos sequi possent. Vox عشية eidem voci in priore versu appositioni est.

VII.

Alhosain b. Mothair Asadita dixit.

(Conf. Ham. p. ٣٢٥).

1. Durus animi eram, antequam discessus super iecore meo prunam accenderat, cuius ignis tarde exstinguitur

2. Et iam sperabam, fore, ut amor meus deleretur, quum dies eius ac tempora durassent;

3. Sed iam intimum cor meum visceraque pluviis veris amoris irrigavit, quas desiderii pluvia sequitur, qua eae reducuntur (renovantur)

Statum suum praeteriti temporis, quo se durum et patientem in perferendis calamitatibus gesserit, describit. Ille status quum separatione amicorum mutatus esset, se sperasse, fore, ut tempus priorem illum statum reducat, quum tempus omnem dolorem leniat. Hanc autem spem ipsum fefellisse. Separationem amicorum ob dolorem, quo animum adficit, cum igne, quo iecur, sedes adfectionum, laeditur, confert. Qui autem dolor quum duret, igni, qui tarde exstinguitur, similis est. Loco vocis جمرا (prunam) legitur in Morsukii codice نارا (ignem), quae vox iecori minus apta est, cui imposita pruna maiorem dolorem facit quam ignis, qui iecur modo tangit, modo non tangit. De vocibus خمودها بطئا, quae sunt pro خمودها بطى

conferas Gram. Ar. T. II p. 270 sq. Si voci عهودها temporis significatio datur, pleonasmua inest, qunm inter voces ايام et عهود nnllum fero seusus discrimen sit; at poetas homoiotelenti constituendi causa pleonasmum non semper evitare, pluribus locis vidomus. Haec autem res aine dubio causa est, cur acholiastes voci occursna significationem tribnerit. Voci ايامها in codice Tebrisii (tanquam alter legondi modus) vox الياتها superscripta est. In tertio versu poota amorom cum planta aut semine in corde, quod pluvià adfectus et desiderii conservatur et crescit, comparavit. Verba حبة القلب intimam partem cordis designant. Vox الحشا, quae generaliorem viscerum significationem habet, quum ad aensum nil novi addat, versns ut fieret, adposita videtur. Amorem هوى cum pluvia initlo veria, desiderium autem ex amore ortum cum pluvia illam priorem sequente, quae, ut planta crescat, necessaria est, comparavit. Verbi جعلت aubiectum vox صبابتى (amor meus) esse puto et verbo eadem significatio ac verbo صيّرت (produxit) est. Verbi autem unum obiectum vocem عهاد, alterum vocem توِلى esse, scholiastes adnotavit, ut ad verbum sic vertendum ait: »iam effecit (amor), ut pluvias initio anni pluviae serioris temporis sequerentur.« Vocem يعيدها loco adiectivi vocis بشوق esse. Sed grammaticus Tsahlab appellatus posteriorem versus partem sic protulit: عهادُ الهوى يُولَى بشوق بعيدها. His admissis verbo جعلت sensus intransitivus incipiendi convenit et vox بعيدها subiectum verbi يولى est. Sic verba vertenda sunt: »Incipiunt . . . . pluviae amoris priorea statim excipi in oxtrema earum parte pluvia posteriore« i. e. pluviae continuae aunt, dum una altoram statim sequitur. In codico Tobrisii duplex vocis عهادها enunciandi aut accusativi aut nominativi modus adnotatus est.

4. Per feminas nigris antiis, manibus rubris, collo anteriore flavo et genis candidis,

In hoc versn, qui cnm priore cohaeret, feminas pulchras, quas in amoro habet, describit. Praepositio coniungi potest aut cum vorbo جعلت, si voci عهاد casus nominativus datur, aut cum verbis تموت صبابتى. Scholiastes pluralem sequente uominativo nonnisi adhiberi adnotavit, si forma aequalis ait singularis formae. Noque autom formam pluralis irrogularis, qui singularis formam non referat, licitam esse. Sic quidem dici: مررت برجال ظراف اباوهم; sed مررت برجال ظريفين اباوهم non dici. Formae vocis سود etc. formae singularis aequales sunt. Vox بسود est pro بنساء سود. Vox نواصى, quao capronas designat, hoc in versu totam comam significat. Coma nigra Arabibus laudatur conf. Boblen de Motenabbio p. 54. Manibus digitos vult, qui tincti conf. Ham. p. ٥٧٥ v. 9. cum vermibus rubris comparantur. Colli anteriorem partem flavam dictam puto, quod aureis ornamentis tecta esset. Cur autem genas albas appellaverit, non video, quum ut nos sic Arabes genas cum rosis conferre solerent conf. Bohlen l. c. p. 53. et Meid. T. II p. 592. conf. Jones comm. p. 95. Hartmanni Ideale weibl. Schönheit bei den Morgenländern.

(p. 511.) 5. *Medio corpore graciles, quae monilia sua pulchrioribus rebus ornarunt, quam ipsas monilia sua ornarunt.*

Describere pergens feminis summam pulchritudinem adscribit. Arabes medium corpus gracile in feminis laudant conf. Ham. ٥١٥ v. 3. Meidan. T. II p. 592 l. 8 infr. Tanta

autem eius pulchritudo erat, ut ornamenta corpus non ornarent, nt potius corpus ornamentis ornaretur. Si vox خضرة casum nominativum habet, subioctum هي (eao) aopplendum est; sin casus genitivus est, cum vorbis بسود cohaeret.

6. Quae desiderio nos implent, ut corda nostra niteant modo plantae Chosama, quae nocturno rore largiter rigata est.

Hoc in versu modum describit, quo feminao illae erga ipsum agant. Tam benignae sunt, ut dosidorio coniunctionis eum imploant. Ista ope coniunctionis aoimi ita eriguntur ot florent, ut eum plantis roro noctnroo largitor rigatis comparari possint. Plantae Chosama, quae aliter خيرى البر appellatur, mentionem fecit, qnod flore rubro praedita et pulchra adspectu auavem odorem oxhalat.

VIII.
Abu-Zachr Hodsallita dixit.

(Conf. p. ١٩١.)

1. Per eum, qui fletum excitat risumque movet, qui occidit vitamque servat et per eum, cuius mandatum mandatum (perficiendum) est!

Poota, ut rebus, quas exponat, fidos habeatur, iuramentum praemittit. Non autem por pluros iurat, quamquam pronomen الذى repetitum est; Deus enim est, per quem iurat omnia illa perficientem. Plures autem illas ros enumerat, ut Dei potontia cognoscatur, por quom falso iurare nefas habotur. Sermonis igitur vis augetur. Scholiastes, si plura et diversa iuramonta verbis insint, diversao quoque propositiones illa iuramenta aequantur, nocesso osse dieit. Propositio iurameotnm seqnens, a grammaticis rosponsum iuramenti appellata (oonf. Gram. Ar. A. II, 612.) sequeuto versu continetur.

2. Profecto! ea me reliquit feris invidentem, quod duas societate coniunctas videam, quas terror nullus movet

Amicam profectam ipsnm tanto amore impletum reliqnisse, ut feris, quae sociotate coniunctae vivant, se invidere poeta dicit. Subiectum verbi تركت pronomen est, qnod ad amicam refertur. Veraus eoostructionem scholiastos sic explicat: Verba احسد الوحش statui describendo inserviro, quippo quae sint pro verbis حاسدا الوحش; verba autem أن ارى loco appositionis voci الوحش esso et verba لا يروعهما locum adiectivi vocis اليفين tenere; propterea quod verbo راى, quum ocnlis videndi significationom habeat, uoum obiectnm sufficiat[1]).

3. O amor, quo eam amplector, quavis nocte animi mei aegritudinem auge et o dierum solatium tempus promissionis tuum resurrectio sit!

Multnm abesso dicit, ut illum animi statum cessaro velit, ut eum sempiternum osse

1) Verbum راى si ad animum refertur. ut putandi significationem habeat, duo obiecta requirit. conf. Gram. Ar. T. I p. 75. conf. Ham. p. ٣٣, ١٩١.

cupiat. Optat igitur, ut amor, quem morbum esse internum dicit, augeatur et ut tempus, quo conveniant, dies resurrectionis sit. Dierum solatium esse potest aut solatium, quod cuilibet temporis decursu contingit aut tempus, quo cum amica coniungitur.

4. *Ob celeritatem temporis, quo cum ea coniunctus eram, admiratione adfectus sum et quum mutua nostra consuetudo desiisset, tempus quievit.*

Tempus voluptatis breve, tempus moeroris hominibus longum videtur. Haec res, quam expertus sit, ut poeta miretur, efficit. Alii verba سعى الدهر pro سعى اهل الدهر dicta esse volunt, ut conatus hominum significentur, quibus statum corrumpere et amantes separare tentant. Hoc praehabito in fine versus vox الدهر homines designet, necesse est. Alii **(p. 515.)** denique temporis significationem retinentes casus adversos, qui coniunctioni contrarii essent, respici putant. Quum autem tempus nil efficere posset, id quievisse. Posteriores interpretandi modi quum longius petiti sint, prior multum praeferendus est.

IX.

Idem dixit.

1. *In manu eius, qui cor meum per vos adflixit, facultas est, qua dolor, quem patior, removeatur.*

Poeta, moerorem animi sui sanari posse dicit per eum, a quo excitatus sit. Deum sine dubio significat. Scholiastes, poetam hunc aliis, qui ob amorem laetentur, contrario modo amorem queri adnotavit. Grammaticus Sibawaihi vocem تفريج subiecti et vocem بيد praedicati locum tenere vult, dum Abu-l'Hasanus (Alachfasch) vocem تفريج casum nominativum cum voce بيد, quae loco describendo (ظرف) inserviat, coniunctum habere dicit. Post vocem ألقى obiectum ه omissum est.

2. *Et oculum meum recreat, dum ea remota est, id quod prudentis oculum non recreat,*

Quum omni spe coniunctionis privatus sit, e rebus parvi momenti, quibus prudens non laetetur, gaudium se percipere dicit. Quum in oculis tam gaudium quam moeror appareat et lacrymis oculi inflammentur, loquendi modus قر العين »oculus friget« gaudium designat. In posteriore versus parte in Mersukii codice vox يقر primae coniugationis vocales habet, ut ad verbum vertendum sit: quod non friget in oculo i. e. quod oculum haud recreat; sed in Kamusi opere quartam verbi formam praepositione cum obiecto coniungi invenimus. Voci نازحة longius remotae significationem Mersukius tribuit, ut verbis status amicae describatur; sed nil obstare videtur, quin voci exhaustae significatio detur; fieri enim potest, ut oculus lacrymis multis effusis cum puteo exhausto comparetur. Hoc admisso oculi status descriptus est. Morsukius vocem الحلم vocali Dhamma (somnium) a nonnullis efferri dicit. Modum hunc reiiciendum esse.

3. *Quod ego video et puto, eam visuram esse lucem diei altasque stellas.*

In hoc versu res describuntur, e quibus gaudium percipit; sed tum varius versus legendi

modus exsistit, tum varius in verbis sensus invenitur. Vox انّي aut vocali Fatha aut vocali Kesra enunciatur. Si vocalis Fatha est, cum priore versu cohaerens verbis ما لا يقر adpositionis loco est, sin vocalis Kesra adhibetur, de novo versus incipiens priorem versum explicat. Sensum verbis aptissimum et facillimum hunc esse video: Poeta ex eo, quod videt, diem et noctem amicam idem visuram esse putat, gaudium percipit. Si in priore versu vox الحلم vocali Dhamma effertur, res illae, quas somnians videt, intelligendae sunt. Nonnulli in versu minas genti amicae factas cernunt, ut sensus sit, poetam putare, res graves et pugnas futuras esse, quibus tantus pulvis oriatur, ut meridie stellae adpareant; tali enim modo poetae pugnas acres describunt. Alter legendi modus est: ان الذى ساظن ان سترى وضحُ النهار وعالى النجم. »Id quod eam visuram esse putabo, sunt clarus dies et altae stellae.« Vox الذى subiectum, vox سترى pro ستراه dicta et vox وضح etc. praedicati loco est. Sensus idem manet, nisi quod additâ litterâ س opinio viri cum diverso; sed propinquo tempore coniuncta est. De voce تراخى in scholiis l. 9 conf. Hamas. p. ٦٦ l. 21. Vox عالى autem origini formae convenientem vocalem Dhamma metro necessariam obtinuit. Tertius denique legendi modus talis est: انى أرى واظن ان ستُرى وضحَ النهار وعالى النجم. »Quod mihi ostenditur et puto ei ostentum iri, lux diei et altae stellae.« Voces ارى et ترى quartae formae passivum esse puto, ut vox وضح obiectum sit, quod verbi راى quartae formae in passivo manet. Hisce verbis scholiastes sensum attribuit sequentem: poetam, qui ob magnos vehementis amoris dolores meridie stellas conspiciat, putare feminae ab ipso amatae eandem rem eventuram esse. Hanc autem ob rem virum prudentem haud laetari.

4. Et profecto! nox cum ea peracta, nobis sine obscoeno sermone et crimine rediens,
5. Carior mihi esset, etsi multum remota, quam opes meae et gens Banu-Sahm.

Versibus hisce amorem suum describit. Tantus est, ut amatam omnibus **(p. 546.)** praeferat, simulque castus. Versus autem varium interpretaudi modum patiuntur. Vox منها ad amicam referenda est. Poeta voce تعود indicare videtur, se antea noctes cum amica transegisse. Vox ما inter vocem غير et رفث interposita est; videtur autem dictum pro من غير رفث ما »sine ullis obscoenis sermonibus«. Quod ad vocem نزحت adtinet, duos interpretandi modos scholiastes miscuisse videtur, unum, quo vox اشهى comparativi significationem habet, ut cum verbis مما etc. coniungatur, alterum, quo verbum نزحت cum verbis مما etc. cohaeret, ut voci اشهى comparativi significatio non sit. Subiectum verbi نزحت vox نفسى est. Priore admisso verba لو نزحت sententiam intermediam efficiunt. Sed nil obstare videtur, quin verbi نزحت subiectum amica sit. Hoc in Mersukii margine adnotatum invenimus. Tum re vera cum amica coniungi non cupit; sed nonnisi somnio. Gens Sahm poetae familia erat. Beato de Sacyo locus schol. l. 2 ونزحب بعدت mutilus visus est, ut fortasse sic legatur: ونزحت بعدت وقيل معناه ولو بعدت نفسى من ملكى; sed textus sicut in codice legitur, ferri potest. In Mersukii codice legitur: ولو نزحت شرط فيما تمنى حصوله وقد فصل به بين اشهى الى نفسى وبين ما ملكت اى وان بعدت بعد تلك الليلة فعادت الى اولى احوالها فى التمنى علىّ والتقصى منى.

6. Morte nobis eeparatio fuiecet; eed tu ante mortem separationem accelerasti.

7. Et profecto! quamdiu superstes sum, morbus corpus meum deprimens inter latera remanebit.

Amicam absentem alloquens qneritur, qnod separationem acceleraverit, tum amorem duraturum esse affirmat. Scheliastes dicit, particulam ل ad iuramentum praeparare conf. Gram. Ar. T. II p. 34 et Authol. gram. p. 264. 279. Veces ما بقيت scholiastes nomen actienis leco nominis temporis appeliavit, quod sunt pro مدة بقاءى »spatio temperis, que exsistos adhibitae. Voce autem ما conditio continetur, est enim pre لئن بقيت »profecto! si permaneo«. Vox لئن بقيت iuramenti omissi conseqnentem phrasin constituit conf. Gram. Ar. T. I p. 504. Beatus de Sacyus ex Ebn-Djinnii commentario sequentia in margine adscripsit: وجعل ما المصدرية شرطا وادخل عليه اللام الموطئة للام القسم كقولك والله لئن قمتَ لاقومن فالمحلوف عليه لاقومن واللام دخلت في الشرط توطئة للاخرى بعدها. Morbus inter costas amorem, que cor adficitur, designat. Silentio praetermittendum non est, in Mersukii codice vocem بقيت primae persenae vocales habere. Uterque enunciandi modus ferri potest; sed primam personam praefero.

8. Sed scito, me vobis omnino deditum esse; tum rei gnarus, quemadmodum vis, age!

Se amore eius omnine eccupatum confitetur, tum, ut eam propensam reddat, rem suam eius arbitrio permittit. Qnum nil petat, nisi, ut ei placeat, se quamlibet agendi rationem gratam habiturum esse promittit.

IX.

Alius dixit.

Grammaticus Abu-Rijasch anctorem Ebn-Odsainah (eundem, qui Ohrwah b. Odsainah appellatur p. ٥١١) fuisse adnotavit.

1. Quae contendit, cor tuum fastidium eius habere, ea tibi amori creata est, quemadmodum tu ei amori creata es.

Amerem, quo amica cum poeta ceniuncta sit, a natura utriusqne animis insitum esse, ut inde removeri uou possit. Pest verbum زعمت particula ان omissa est. Scholiastes, vocem هوى (amor) hoc in versu vocis مهوى (amati) significatienem habere adnotavit; sed mihi vocea هواك pro لهواك et هوى pro لهوى potius dictae videntur.

2. Candida, quae a prima iuventute commodâ vitâ usa est; quae tùm eam cum intelligentiâ finxit, et tam in tenuibus quam in crassis corporis partibus pulchram reddidit.

Amicam describit tanquam pulchram molliterque educatam. Arabes in feminis vitam mollem, quum pulchritudinem augeat, laudant conf. Ham. ٥٧١ v. 1. Pulchrae album celorem adscribunt Ham. ٥٦١ v. 1. Molli autem vitae prudentia tribuitur, qua eam finxerit. Verbum صاغ in rebus arte formandis adhibetur. Voci لباقة (prudentia) primariam lenitatis significationem tribunnt; scheliastes vocem ملبقة offam adipe infuso mollitam significationis probandae causa adnotavit. In margine codicis Tebrisii manu seriore adscriptum lego, in codice Ebn-

Djinoil بلياند ioveolri. Sensum gene,alem verbis specialioribus ادقها واجلها explieavit. Effecit illa ars, ot partes corporis, quae tennes pulchrae habcantur, tenues, quae crassae polchrae ducantur, erassae fierent. Partes aotem, quse tenues pulchrae pntantur, nasus, eeolos, crines, medium eorperis; quae autem crassae, erus, femur, pectus, pedex sunt. Ham. ٣٨١ 1. 18 et Meid. T. II, 592. Alius poeta in sequeutibus similem sensum protulit (metr. Thawil): Tenuis est ot erassa simul et erectâ staturâ et perfecto corpore praedita ot si hemo ob pulchritudinem a daemooe obsessos esset, ea a daemone obsessa esset et alios (metr. Wafir): Femioa Jemanensis apud nos habitat. Ea tenues suas pulchras partes ostendit et lacertum crassum tegit.

3. *Salutem occultavit; tum socio meo dixi: Quam multum eâ fruiti sumus et nunc quam parum!*

Poeta admiratione adfectus ob agendi rationem amieae eam vituperare videtur, qued, quae olim ipsi tam dedita fuerit, iam animi alieoationem ostendat, ut salutem dictam vix remittat. Suffixum verberum اكثرها et اقلها ad mulierem referendum est. Grammaticos Ebn-Djinni aote suffixum aotecedens emissum esse dixit, ut sit pro ما اكثر فعلها i. e. ما اكثر وصلها ,مودتها »quam multus eius cooiunctio et amer eios erat!« Idem vocem اكثر ad eorporum multitudinem referendam non esse adnotavit; eam felicitatem gratiamque etc. respicere. Sed suffixum qooque ad vocem تحيتها «salutem eius« referri licet. In verbis (p. 547.) اكثرها et اقلها autem qoom ellipsis sit, ea varie modo pro ellipsis ratione oxplicantur. Multitudo ad utilitatem, dum poeta eâ laetabator, paucitas ad verborum paucitatem respicere potest. Alii, eam tempore praeterito multam foisse, tempore praesente paucam esse dieoot. Simili loqoendi modum adhibuit poeta in sequeotibus verbis (mctr. Chafif): Parva res a te mihi tributa mihi multa videtur et paucum ab eo, qui amatur, concessum multum est.

4. *Quum solatii cogitationes ob eam mihi iniiciuntur, animus pro ea intercedens, eas removit.*

Amorem eius animo poetae tam infixum esse dieit, ut omnes cogitatiooes, qoae solatium adferre possint, removeat. In Mersukil eodiee posterior versus pars sic legitur: شفع لها الى فسلها »pro oa apud me iotercessit et tum eas (cogitationes) removit«. Similem sensom poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): Recordationem eios oblivisci volo; sed est ac si io omoi via Laila ob oculos versatur.

XI.

Alius dixit.

1. *Per eum, ad cuius sacra camelae albae tendunt, et crinibus haud pexis ad eius gratiam consequendam inter se proiiciunt lapides, dum earum lenis incessus longus est!*

Sermonem iuramento per Deum praestito incipit, ut dictis maior fides sit. coof. p. ٥٧٢. Cameli ad templum Meccae, ut sacrificareotur, ducebantur. Ut cameles optimos hos esse significaret,

poeta alboa عيس appellavit. conf. Ham. ٥٤٨ v. 2. Meccam autem ducti cameli signis aut lana aut cortico interiore contorta instructi erant, hanc ob causam مقلد cognominati (conf. Ham. ٧١٥ v. 6 Mers.) aut vulnere in gibbe facto, ut sanguis doflueret. Haee rea اشعار appellabatnr conf. Ham. ٧١١ v. 4. Quod autem verbum حج, quippo quod maxlme in hominibus Meccam ad sacra proficiscentibus adbibcatur, eum camelis coniunxerit, in eo haud bene fecisse videtur. Loce vocis ترتمى legitur quoque وارتمى. Quod de homioibus Meccam ficiscentibus dicendum fuit, id ad eamelos transtulit. Vox شعث camelos, anbstantivo emisao, designat, querum capilli pulvere inquinati et haud pexi aunt. Voeibus تميلها طويل modus qnidam incedendi significatur, de quo lexicographi dubitant. In hoc versu cultus sacri partem poeta respicore vidotur. Inter alia inter locos Merwa et Zafa modo lenibus modo celeribna gressibus incedunt et lapidibus iactis in valle Mina sacrificia facinnt. Verbum ارتمى de pluribus inter ae iaculantibus adhibetur et haec est causa, cur hoc loco do lapidibus a pluribus iaciendis verbum intelligendum putaverim conf. de Ryer l'Alceran T. I p. 244 sq.

2. Profecto! si aliquando vicissitudines temporis mihi de matre Ahmrui victoriam concedent, iis (hoc peccatum) non condonabo.

Tanto amore feminae deditus est poeta, ut si victoria reportata dolores eessaturi aint, hoc se aegro laturum esse dicat. De voce لئن conf. Ham. p. ٤٤٧ ٥٤٦ v. 2. Varium autem intorpretandi modum versus patitnr. Suffixum in voce اقيلها aut ad vicissitudines temporis ant ad feminam referri licet. Si prius admittitur, temporis vicissitudinibus, tanquam porsonae crimen imputatur, quod poeta non condonat; sin posterius, feminae, eui quamquam vicissitudines temporis rem perficiunt, crimen imputat, desiderio satisfaeturus est. Hoc autem qnum amoris naturao repugnet, alterum praehabeudum pute, in que poeta ipsos amoris dolores albi gratos csso ostendit. Verba كا ئنلذته كان فى الهوى (schol. l. 3) beatus de Sacyus mutila putavit, ut fortasso legendum sit كان لذ ته ما كان يقاسيه فى الهوى; sed tam in Tebrisii quam in Meraukii codice aie legitur. Vox دولة modo infinitivi, ut pro ادالة sit, Accusativum obtinuit conf. Gram. Ar. T. II p. 113; nam infinitiva cum diversis verbi eoniugationibus coniunguntur. Ut praepoaitio ل hoc in versu commodum victoris, sic praepositio على onus et incommodum victi designat Gram. Ar. T. II p. 474. Alter legendi modus ادلننى pro ادلى لى in codico Tebriaii superscriptus est. Loco vocia ادلى legitur quoque ادرن, ut vox دولة obiectum verbi sit. Sonsus versua autem eo non multum mutatur.

XII.

Alius dixit.

1. Et quum visum tuum tanquam cordi tuo pabulum quaerentem aliquando mittebas, res, quas adspiciebas, te fatigarunt.

Poeta ao ipsnm alloquens fingit, so eeulis auis roa quaesivisse, quarum adspectu amoris dolores leniret; sed praeter apem accidisse, ut in maiorem aerumnam incideret. Verbum

كان initio versus causa est, cur post particulam اذا verbis praeteriti temporis significationem dederimus. conf. Gram. Ar. T. I p. 173 sq. Verbo كنت ipsum praedicatum inest. Oculos autem circumspicientes cum viro comparavit, quem Arabes ad loca pabulo abundantia quaerenda mittere solebant. Quum enim pluvia in Arabia rara sit, fieri potest, ut, si in una Arabiae regione pluviae tempestatis decidissent, pabuli copia magna, in alterâ summa pabuli inopia sit. Huius viri ايد, appellati fides in proverbium venit, ut dicatur: »Pabulum quaerens genti suae non mentitur«, conf. Meidan C. 23, 382. Abu-Tammamus in sequente versu similem comparationem adhibuit (metr. Thawil): Eheu! oculi duo cordi pabulum quaerens sunt, tum, cui oculi adsuescunt, ei cor ad- **(p. 548.)** suescit. Voces فيه ومعه, quas beatus de Sacyus in fine scholii delendas censuit, tam in Tebrisii quam in Mersukii codice sunt.

2. Res vidisti, quibus neque totis potiri neque partibus earum carere potuisti.

Hisce verbis sensum verborum اتعبتك etc. explicat. Rerum pulchrarum adspectu se adflictum esse, quibus neque totis potiri neque carere potuerit. Ante vocem الذى substantivum supplendum est. Verba autem transposita sunt; sic enim verborum ordo constituenda est: رايت الشى الذى لا انت قادر على كله ولا انت صابر عن بعضه.

XIII.

Alius dixit.

1. Socio meo dico, dum camelae albae inter locum Almonifah et Aldhimar nos ducunt:

Versus cum sequente sensu cohaeret. Se cum socio in itinere versantem describit inter duo loca, quorum situs mihi notus non est, nisi quod, ut e sequentis versus verbis coniicio, in finibus provinciae Nedjd fuisse videntur. Aldhimar, qua voce locus aut vallis depressa significatur, ea de causa nomen accepisse dicunt, quod iter faciens in ea occultetur. Sic verbum in sequente poetae Alahscha versu adhibitum invenitur (metr. Motakarib): Video nos, quando terrae te occultant (i. e. profectus es), iniuria adfici a cognatis relictos. Scholiastes nomina illa locorum melius copula Waw coniungi putavit; in Amru-l'Kaisi autem versu (Moallak. v. 1.) duo loca Aldochul et Haumal ita coniungi (conf. Anthol. gram. p. ٣٣ l. 6 infr.). Alazmaihum copulam Fa reiecisse, quod propositio بين ante duas vel plures res, quarum una ab altera distet, ponatur. Re autem sic se habente copulam Waw adhibendam esse, nisi si voce بين partes loci Almonifah significentur, ut vox Almonifah nomini collectivo, ut vox القوم et العشيرة similis fiat.

2. Odore buphthalmi silvestris regionis Nedjd delectare, nam post hanc vesperam nil buphthalmi erit!

In hoc versu, qui in Chrestomathia mea grammat. histor. p. ٤٣ citatus est, poeta, ut tempore brevi, quo in regione Nedjd versetur, fruatur, socium monet. Planta autem عرار appellata isti regioni propria videtur. Quae autem planta sit, in eo lexicographi non omnino consentiunt.

Dicunt esse olus bonum flavi coloris bene olens. Chalilus buphthalmum silvestrem (بهارة برية) esse dixit, dum alii arboris (fruticis) nomen esse volunt, quacum feminae color comparetur. Sic poeta Ahscha (metr. Camel): Alba tempore matutino suo et flava vesperâ sicut frutex Ahrar. Scholiastes poetam من عرار (articulo omisso) dixisse adnotavit, quod vox totum genus complectatur. In scholiis l. 4 pro verbis من عرار نجد legendum est من عرار, quum postremam versus partem respiciat. In Mersukii codice nil nisi من legitur. conf. de versu Almookhtusur p. 632.

3. Ah! O quam amati sunt odores regionis Nedjd et odores horti eius post pluvias!

Poeta ob multos flores odoriferos regionem Nedjd cum horto comparavit, cuius flores post pluviam odores exhalant. Post pluviam autem praecipue odores exhalantur. Scholiastes particulam ألا sermoni incipiendo inservire, adnotavit, personam particula يا advocatam omissam esse, ut قوم »gens« aut ناس »homines« suppleretur. Vocem حبذا praedicatum subiecti نفحات esse, ut voci حبذا significatio vocis محبوب (amati) tribueretur. Ante vocem نجد flores supplendi sunt, qui re vera odores exhalant. Voce enim نفحات odores significantur, qui vento flante in locum a floribus dissitum feruntur. Loco vocis بعد in Mersukii codice غب cum eadem significatione legitur. Vox قطار proprie guttas significans in pluviam translata est.

4. Et gens tua (quam amata erat!), quum gens regionem Nedjd habitaret, dum tu tempus tuum non vituperabas.

Vox واهلك cum voce يا versus prioris cohaeret. Voce وانت socium suum significare videtur. Status autem eius illo tempore praeterito describitur.

5. Menses transibant, dum nos neque eorum medium neque eorum finem cognovimus.

(p. 549.) Tempus praeteritum tanquam iucundissime peractum describit, quo enim iucundius tempus peragimus, eo brevius nobis videtur. Scholiastes nominativum vocis شهور duplici modo explicari posse dixit, aut esse subiectum, cuius praedicatum verbum ينقضين sit aut praedicatum subiecti omissi, ut verbum ينقضين adiectivi loco inserviat. Vox سرار in codice Tebrisii tam vocali Fatha quam vocali Kesra insignita est.

XIV.
Alius dixit.

1. Moerore me adfecit, quod ea die, quo se convertebat, abiit, dum lacrymae in ciliis confluebant.

Poeta amicae suae dolorem die, quo proficisceretur, describit. Lacrymas occultare studebat; sed non poterat. Nomen يوم Nunnationem amisit, quod cum sequente verbo, quod loco nominis actionis اعراضها est, intime cohaeret.

2. Et quum in longinquo me oculis respiciens se convertisset, oculi eas (lacrymas) tradiderunt.

Lacrymae, quas initio retinebat, postea effluxerunt. Scholiastes varium construendi

modum adnotavit, aut esse vocem التفاتا obiectum verbi, ut vox بنظرة pro ناظرة atatui feminae describendo inserviat aut vocem بنظرة obiectum verbi esse, ut praepositio Ba superflua sit aut affirmando sermoni inserviat ut in sequente hemistichio سود المحاجر لا يقران بالسور »Nigris oculis praeditae Coranum non legunt«. (metr. Basith) conf. Gram. Ar. T. I p. 471. Vocem الى, quae cum voce التفاتا coniungi non possit, ad vocem بنظرة referendam esse, quippe quae ante nomen actionis, quocum coniuncta sit, locum habere non possit.

XV.

Alius dixit.

1. Quum inimicitiam clandestinam habentes vidissem, qui amorem nostrum pervestigarent et nos a latere inimicorum modo adspicerent,

Poeta eos querens, qui malevolo animo amorem suum pervestigarent, suam agendi rationem describit. Qui alterum odio habet, eum a latere adspicere solet modo ab Arabibus شزر appellato. Ausus dixit (metr. Basith): اذ يشزرون الىّ الطرف عن عرض كانّ اعينهم من بغضتى عور. »Quum me a latere adspexerunt, quasi oculi eorum ob odium mei caeci essent.«

2. Incepi, dum in me neque iniustitia neque odium erat, vos diem visitare et mensem fugere.

Se, ut amorem suum non detegerent, ita egisse dicit, ut eos potius odio habere videretur. Nos alterum aut, quod eum iniuriâ adfecimus, ut vindicta timenda sit, aut, quod eum odimus, evitare solemus. Qui autem alterum per maius temporis spatium evitat, is, eum se odio habere, ostendere videtur. Scholiastes verbum طفق, quum incipiendi significationem habeat, obiecto haud egere adnotavit. Versus poetae Alahrdji appellato tribuuntur. Scholiastes, Ishakum b. Abrahim Almauzeli[1]) talia narrasse tradunt: Mortuo Ohmaro b. Abi-Rabiah puellam plorantem faciem palmâ percutientem dixisse: Quis Meccae eiusque viis feminisque commemorandis restat? Tum quidam dixit: Bono animo sis! Iuvenis gentis Ohtsmani b. Ahffan, Alahrdji[2]) appellatus adolevit, qui eius modum imitaturus est. Quum autem rogatus ei versus hosce recitaret, oculis detersis et manibus ad coelum elatis dixit: Laus **(p. 550.)** ei sit, qui feminas haud negligit!

XVI.

Quidam Koraischitarum dixit.

Viri nomen erat Abu-Becr b. Ahbd-Alrahman b. Almiswar b. Machradjah. Uxorem

1) Vir ab Harun-Alraschido multum honoratus cognomen Abo-Mohammed gerebat. Ab Harun-Alraschido cognomen Abo-Zafwan accepit, quo eum vir Abu-Ishak Ibrahim b. Moslib loci causa appellaverat. Praeter cantus artem, qua ornatus erat, multis scientiis, quibus maiore gloria dignus erat, excellebat. Mense Ramadhan anno 235 initio imperii Motawaccell in urbe Bagdad mortuus est.

2) Nomen gerebat Ahbd-Allah b. Ahmru b. Ahmru b. Ohtsman b. Ahffan Cit. Alaghan. Io loco, quem beatus de Sacyus in Anthologia gram. p. 453. ex Sojuthii libro adnotavit Ahbd-Allah b. Ahmru b. Ohtsman etc. appellatur. Plura de poeta vide loco citato.

Zalehah appellatam, filiam Abu-Ohbaidahi b. Almondsir b. Alsobair, quam vehementer amaret, ex itinero in Syriam faciendo in loco Albalacits versatus Medinam rediit. Quod videns uxor et versus audiens, so eum omnium rerum carissimum habere dixit et dimidiam opum partem, in quibus dandis parca fuerat, concessit. Auctor libri (Sibawaihi) a gonte Koraisch vocem قريشى derivandam censet. Sic in versu sequente (metr. Thawil): In gente Koraischitica, cui reverentia est, celeriter ad eum tendens, qui ad liberalitatem generositatemque vocat. Nomon autem Koraisch vario modo derivari, scholiastes adnotavit.

1. Dum in loco Albalacits et Alkah properabamus et cameli albi celeriter incedebant,

Itineris sui ex oppido Medinah in Syriam faciendi mentionem facit et locos, ubi versatus erat, appellat. Ubi loci siti fuerint, accurate definire non possum, quum prioria situs in Kamusi opere accuratius haud definiatur et posterioris nomen pluribus locis commune sit. Cameli albi, luridi, qui Arabici generis sunt, magni aestimabantur conf. Amru-l'Kaisi Diw. p. 105 adn. et Ham. ٥٢٨. Verbum هوى de motu celeri adhibetur conf. Ham. p. ٣٩. Vox سراعا statui subiecti describendo inservit. Copula Waw est copula initii, quae statui describendo inservit. conf. Anthol. gram. p. ٨٧ l. 18.

2. E recordatione tui media nocte cogitatio in mentem incidit, ut in itinere pergere haud possem.

Se dosiderio uxoris adfectum domum redire coactum esse dicit. Scholiastes verba versus sequentis قلت لبيك verbis prioris خطرت خطرة non convenire ot dicendum fuisse دعت دعوة (me vocando vocavit) adnotavit.

3. Dixi: Tibi obsequor, quum desiderium tui me vocasset et duobus agasonibus (dixi): Iumenta instigate!

Quomodo hic versus cum superioro cohaeroat, vidimus. So quum desidorio resistere non posset, revertendi mandatum dedisse dicit. Scholiastes vocem لبيك a verbo الب (subatitit loco) derivandam esse et modo vocis سبحان immutatam manere dicit. Grammatico Sibawaihi esse formam dualis, qua quendam vocanti subsistere una vice post alteram significent. Eandem dualis formam vocem سعديك habero, quae cum illa coniungatur. Ad formam dualis probandam poetae versum sequentem adnotavit (metr. Motakarib): Advocavi propter id, quod mihi suporvenit, Miswarum, tum annuit, tum annuit manus utraque Miswari. Sic Arabes versum adnotasse; at alios vocem لبّ cum vocali Kesra modo soni غاق appellati enunciasse. Grammaticum Junus formam singularis esso contendere, ut littera Alif in litteram Ia mutata sit, modo quo in praepositionibus على, لدى et الى cum pronomino coniunctis mutetur. In versu igitur illo لبا يدى legondum esse, sicuti in praepositionibus, quibuscum nomen coniungatur, littera Alif (enunciando) non mutelur ut in vocibus الى عمرو على زيد et [1]).

1) Ad grammaticorum sententias recte cognoscendas, loci Djeuharii sub voce لب et لبى multum faciunt. Prior

XVII.

Ebn-Harmah dixit.

(Occurrit p. ٦١٣).

Scholiastes, Harm nomen plautae esse, quae ab infirmitate nomen acceperit, adnotavit.

1. Lacrymas tuas conserva, ne fletus eas omnino perdat et lacrymas ex oculo tuo profluentes retine! **(p.551.)**

Versus amatum monent, ut lacrymis abstineat, ne fletu continuo oculos perdat. Scholiastes verba لا يود etc. duplici modo explicari posse dicit aut esse propositionem, quae imperativum sequatur (conf. Gram. Ar. T. II p. 33) aut futurum apocopatum e particula لا, cui prohibendi significatio sit, pendere. Posterior explicandi modus scholiastae praeferendus videtur, quod imperativus اكفف sequatur, quocum propositio sequens a grammaticis جواب appellata non cohaeret. Causa autem, cur scholiastes hoc praeferat, in eo posita est, quod posterior pars versus priori constructione aequalior sit et sermo maiorem vim habeat. Vox مدمع locum lacrymarum significat, cui autem significationi quum neque verbum اكفف neque verbum تستبق conveniat, formam potius nominis actionis, cui propria fluendi significatio in ipsas lacrymas translata sit, esse puto conf. Ham. ٥١٥ v. 5.

2. Neque loci in capite, unde lacrymae manant, etsi liberaliter emittunt, neque cilia semper durant neque oculi pupillae.

Si sic flere pergat, eum oculos perditurum esse, praesagit. Oculi autem partes loco oculi ipsius posuit. Vox بباقية cum verbo ليس coniungenda est et particulae لا sequentes verbi ليس vicem agunt. Verba على هذا modum agendi indicant.

---

hic est: ابن السكيت الب بالمكان اذا اقام به وقال الخليل لب لغة حكاه عنه ابو عبيد قال الفراء
ومنه قولهم لبيك اى انا مقيم على طاعتك ونصب على المصدر كقولك حمدا لله وشكرا وكان حقه
ان يقال لبا لك وثنّى على معنى التاكيد اى البابا بك بعد الباب واقامة بعد اقامة قال الخليل
هو من قولهم دار فلان تلب دارى اى تحاذيها اى انا مواجهك بما تحب اجابة لك
والياء للتثنية وفيها دليل على النصب للمصدر ونحن نذكر حاجته على يونس فى المعتل. Posterior
autem locus, cuius mentionem fecit, sic sonat: قال يونس بن حبيب الضبى النحوى لبيك ليس بمثنى
انما هو مثل عليك واليك وحكى ابو عبيد عن الخليل ان اصل التلبية الاقامة بالمكان يقال البت
بالمكان ولبّبت لغتان اذا اقمت به قال ثم قلبوا الباء الثانية الى الياء استثقالا كما قالوا تظنيت
وانما اصلها تظننت وقولهم لبيك مثنى على ما ذكرنا فى باب الباء وانشد للاسدى دعوت لما
نابنى مسورا فلبّى فلبّى يدى مسور ولو كان بمنزلة على لقال فلبا يدى مسور لانك تقول على
زيد اذا اظهرت الاسم واذا لم تظهر تقول عليه كما قال الاسدى دعوت فتى اجاب فتى دعاء بلبّيه
اشمّ شمردلى conf. Harir. p. ٩ et Ham. ٨٧١ v. 1. (in Djeuharii codice versus haud recte scriptus videtur).

XVIII.

Alius dixit.

1. Amorem per aliquod tempus vincebam, tum aut dissolvi aut contorqueri haud cessavi, donec me vinceret.

Quomodo ab amore post certamen inutile tandem subactus sit, describit. Se cum fune comparavit, qui modo dissolvendo modo coutorquondo subigitur. Amorem autem ipsum cum persona contulit, quae amantem tanquam funem aut dissolvit aut contorquet. Loco vocis الابرام legitur الامرار cum eadem paene significatione. Scholiastes vocibus النقض et الابرام paulo diversum tribuit sensum, ut dissolvendi et contorquendi actio mutua putetur, et modo amor modo repugnans alterum aut dissolverit aut contorserit. Hisce autem verbis ostendit, se non statim primo puellae intuitu modo, quem اعتراض appellant, amore subactum; sed quamquam repugnaret, victum esse. Ille subito ortus amor ut celeriter advenit, sic celeriter abit. Grammaticus Ebn-Alahrabi singularem in suo genere versum, quo triplex amor describitur, adnotavit (metr. Thawil): Amor triplex est; unus quo alteri assidue adhaeremus, alter quo amorem ostendimus, tertius, quo amans perit.

2. Neque vidi nobis similes aversionem ostendentes, qui invito inimico sinceriore amore se invicem amplecterentur.

Mutuum amorem describens unum alteri, quamquam inimici id impedire vellent, sincero amore deditum esse dicit. Voces خليلي جناية voci مثلينا appositioni sunt. Amicis peregrinationis eos designat, qui tali modo agunt, ut aliis peregrini videantur. Voci تصافيا casus accusativus datus est, quod voci اشد accuratius definiendo inservit conf. Gram. Ar. T. II p. 138. 446.

3. Duos amicos, qui occursum haud speramus et duos amicos (praeter nos) nisi mutuum occursum sperantes non vidi.

Hisce verbis amicitiae sinceritatem probat. Amicitia autem mutua maxime spe niti solet fore, ut in posterum amici coniungantur. Qua autem spe ablata si amicitia durat, amicos sinceros esse videmus. Loco vocis لقاءا in Mersukii codice اللقاء legitur, dum sensus haud mutatur.

XIX.

(p. 552.)

Alius dixit.

1. Omnes temporis calamitates leves esse inveni praeter amicorum separationem.

Hoc in versu, cuius metrum prima species metri Thawil appellati est, summum dolorem describit, quo ab amico se separans adfligatur. Scholiastes verbis سوى فرقة الاحباب exceptionem praemissam rei, e qua excipiatur, contineri adnotavit. Quod enim adiectivo rei, e

qua excipiatur, praemissa sit exceptio, idem esse ac si rei ipsi praemittatur. In Tebriali codice voci وجدتها alter legendi modus رايتها superscriptus est.

2. Cordique meo dixi, quum amor ei adhaereret et quod ferre non possem, mihi imponeret:

3. Eheu! o cor, quem amor duxit, ad sanam mentem redi, ne te Deus tranquillitate donet!

In hisce versibus, qui in Mersukii codice desiderantur, summum amorem suum ostendit simulque cor tanquam personam alloquens, ut tranquillum sit, hortatur. In posterioris versus posteriore parte modo improprio cordi, tanquam personae oculus tributus est.

XX.

Alhosain b. Mothair dixit.

(De poeta conf. Ham. ١٣٥, ٣٢٥.).

1. O quam mirum est, quod homines me contemplantur, quasi ante me amantem non vidissent neque post me (visuri essent)!

Miratur, quod homines ipsum contemplentur, quasi status suus novus ac inauditus sit. Particula يا in admirando adhibetur Gram. Ar. T. I p. 537. Vox عجبا cum Nunnatione (conf. Gram. Ar. T. II p. 89.), ut sit منادى مفرد i. e. suffixo haud addito, aut sine Nunnatione pro عجبى conf. ibid. p. 90, ut sit منادى مضاف i. e. suffixo addito, enunciari potest. Nil quoque obstat, quin littera Alif addita sit, ut vocalis Fatha extendatur (ليمتد الصوت). Res autem, quae mirandi causa est aut ope praepositionis لِ (conf. Gram. Ar. T. II p. 92 sq.) aut ope praepositionis من exprimitur conf. ibid. T. I p. 537. Verbo استشرف propriam significationem optandi, ut in loco terrae elato sit, ubi ab omni parte conspici possit, esse scholiastes adnotavit. Verba لم يرو quum praeteritum tempus significent, cum voce بعدى haud bene coniunguntur. Sensus ratione habita cum voce قبلى coniungenda sunt, ut verborum inversio et ellipsis ante vocem بعدى statuendae sint. Scholiastes post voces بعد et قبل vocem روية supplendam esse putat.

2. Mihi dicunt: Te separa, ut tota mens redeat; at vero separatio amati potissimum mentem aufert.

Consilium contra amoris morbum datum refellit. In separatione tantum abesse, ut amoris remedium sit, ut amor augeatur. Maior grammaticorum pars formam comparativi a quarta verbi forma derivari posse negat, ut loco verborum اذهب للعقل dicendum sit اشد اذهابا للعقل; at vero grammaticus Sibawaihi mirandi verbum a quarta verbi forma provenire posse dicit (conf. Gram. Ar. T. I p. 265. Anthol. gram. p. ٣٣). Quae res si ita se habet, forma comparationis eundem modum aequi potest.

3. Et o quam mirum est, me eum, qui me occidat, amare, quasi ei pro caede perpetrata amorem retribuam!

Ut vox من obiecti locum cum voce حب coniuncti habet, aio quoque suffixum vocis

قتلى obiectum est. Vocis حب suffixum primae personae omissum est. Suffixum et pronomen هو masculini generis sunt, quamquam poeta feminam ante oculos habet.

4. Amoris indicium in eo est, quod eius familia cordi meo oculisque meis meâ familiâ carior est.

Se illam personam re vera amare probat. Diverso modo Antara (Moall. v. 7.) locutus est. (metr. Camel): علّقتها عرضا واقتل قومها زعما لعمر ابيك ليس بمزعم. Eam subito amavi, dum eius gentem occidebam, cupidine, per patris tui vitam! cui locus non erat. Similem autem sensum poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): Iuro, me, si lupos deserti viderem ei cognatos, eius lupos amaturum esse. Scholiastes versus construendi modum talem adnotavit, particulam أن esse pro انه, ut pronomen, quod grammatici ضمير الامر والشان appellent conf. Gram. Ar. T. II p. 371 sq., omissum sit. Verba autem cum hac particula cohaerentia subiecti, ut verba من بينات الحب praedicati locum tenere.

XXI.

Ohmar b. Abi-Rabiah dixit.

Pater poetae Abhd-Allah b. Abi-Rabiah tempore ante Islamum inter Koraischitas clarus erat. Ab Ohmaro oppido Arabiae felicis Aldiaod appellato praefectus erat. Tempore, quo Ohtsmanus, qui ei provinciam dederat, oppugnatus erat, quum ad auxilium venisset, in propinquo Meccae a iumento decidens periit conf. Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 461.

1. Quum inter nos sermones contulissemus et vultus nituissent, pulchritudo eas movit, ut velo se non obtegerent.

(p 553.) Adventum feminarum pulchrarum describit. Phrasin, quae particulam temporis لما (quum) sequatur, necesse sit aut deesse aut voce زها etc. contineri, scholiastes adnotavit. Phrasi omissa, ut توانسنا »familiaritatem mutuam coluimus« aut simile quid suppleatur, sermonis vim augeri contendit. Versum autem sic verti, ut in voce زهاها phrasin consequentem esse ostenderem, nam illâ omissâ locus mihi obscurior videtur. Sunt autem, qui suffixum vocis زهاها feminam, cuius antea mentio facta sit, respicere putent. Arabum autem feminae, si pulchritudinis suae admiratione adfectae sunt, ut aliorum admirationem excitent, velum demittere negligunt. Voces أن تتقنعا sunt pro من ان تتقنعا; praepositio enim ante particulam saepius omittitur. Ut autem legentes cognoscant, quomodo Tebrisius verba Mersukii, quibus usus sit, interdum mutaverit, Mersukii verba in scholii initio adscribo: فيقول لما تنازعنا الحديث واندفعنا فيه واشرقت وجوه تلالوا ونورا استخف اربابها الحسْنُ الحايل فى جوانبها ومنعتها ان تسترها بقناع عجبا بها والتذاذا بخوص عيون الناس فى محاسنها.

2. Quum me cognovissent, ignorantes se simularunt, dicentes: Vir cupiens (alacer) celeriter incessit et fatigavit (iumentum).

Advenientium feminarum agendi modum decribit. Simulantes se eum haud nosse, quum

amore extenuatus esset, eum itinere accelerate adfectum esse dicunt. Quominus poeta vocem اوضعا ante vocem اكل, cuius causam contineat, posuerit, homoioteleuti ratio impedivit. Hic autem versus in Mersukii codice desideratur.

3. Et funes amoris porrexerunt viro amore omnino subacto, qui, quotiescunque digito mensae sunt, brachio metitur.

Hoc in versu, qui in Mersukii codice deest, amorem suum illarum amore maiorem designat. . Ut brachii mensura maior est quam digiti, sic poetae amor illarum amorem vincit.

4. Et eas vehementer laudanti dixi: Vae tibi! noces! et num prodesse potes, ut prosis?

Feminarum illarum pulchritudinem vehementer laudantem vituperat, quum futurum sit, ut ista laus ipsi noceat. Neu posse non feminarum amorem sui ista laude augeri, quum quanta pulchritudine praeditae sint, illas doceat, ut in ipsum superbe se gerant. In Mersukii codice فقلت legitur. Vox ويح, cui Alazmâihus significationem verborum: **tibi Deus misericors sit!** tribuit, si per alteram vocem praepositione ل haud interposita coniungitur, casum Accusativum semper habet et a verbo omisso الزمه الله efficiat Deus, ut ei adhaereat! regitur; sin autem praepositio ل sequitur, tam Accusativum quam Nominativum habere potest. Vox تسطيع pro تستطيع est et futurum Nasbatum تنفع e particula ان emissa pendet. Scholiastes vocem responsum interrogationis esse dicit. Poeta Ohmar b. Abi-Rabiah Meccensis carminibus amatoriis, quibus excellebat, genti suae Koraisch poesis gloriam comparavit. Nocte, qua Ohmarus chalifa occidebatur, natus post septuaginta aut plurium annorum vitam exspirasse dicitur conf. Cit. Alaghani p. ٥٣. De versibus conf. cel. Kosegarteni Chrestom. p. 144.

XXII.

Abu-l'Robais Tsahlabita dixit.

Vir e gente Tsahlabah b. Sahd b. Dsobjan oriundus erat. Nomen Robais formam deminutivi a nomine actionis ربس (manibus percutere) derivandam esse dicunt.

1. Num me perferet ad matrem Harbi et proiiciet, dum alacris est, curas apud me pernoctantes, quibuscum depugno,

Versus cum proxime sequente sensu cohaeret. Optat, ut curae, quibus noctu invadatur, removeantur itinere facto ad feminam ab ipso amatam Omm-Harb appellatam. Verborum تبلغنى et تقذفن subiectum in sequente versu vox مبينة est et voces على طرب tam cum uno quam cum altero verbo coniungi possunt. Voces هم بيوت sunt pro هما بيوتا. Curae autem noctis tempore, quo negotiis haud distrahitur animus, hominem invadere solent. Grammaticus Abu-l'Ahla vocem البيوت, de curis adhibitam, desumtam esse dicit ab aqua البيوت i. e. sub coelo pernoctante (frigida). Haec autem vox in sequente versu occurrit (metr. Sarih): **Et mane perveniunt ad receptaculum, in quo aqua collecta est, quae sub coelo per noctem erat; dum aquam frigidam eius cum silentio degiutiunt.** Alius poeta dixit (metr. Thawil): **Grata instar aquae (p. 554.) frigidae est in scrobe mentis. Cum eius saliva vinum forte mixtum est.**

2. Camela praestantia insignis ob pulchram genam et cubitum parum deflexum, ut latus non fricetur,

Camelam describit, qua vehens ad feminam ab ipso amatam vecturus est. Nominativus vocis مبينة aut e posteriore verbo versus proxime antecedentis تقذفي, qui est grammaticorum Bazrensium modus aut e priore تبلغني, qui Cufensium modus est, pendet. Grammaticus Alferra eum ab utroque verbo simul regi posse, contendisse narratur. Priorum sententiae in scholiis versus antecedentis mentio iam facta erat. Voce عتق animalis generositas designatur (conf. Caab b. Sohair v. 25.). Illa generositas ex pluribus indiciis cognoscitur, quae pluribus Caabus explicavit. Genae glabrae (وفي الخدين تسهيل) ibid. et in Tarafae Moallaka v. 30. similes chartae Damascenae appellantur. Necesse quoque est, eius cubitus a pectore remotus sit, ne, dum incedit, latus fricando laedatur. Sic ibidem v. 22. legimus: مرفقها عن بنات الزور مفتول. Quae res si aliter se habet, vitium in camelo est, ut, quum sit aut حاز aut ناكت aut ضاغط aut ناتر, a longo itinere faciendo impediatur. Accusativum vocis حسن aut a verbo omisso regi aut causam indicare scholiastes dicit.

3. Agilis animae, si eius dominus in stapede, qui loco scalae est, pedem flectit, in loco, ubi cameli quiescunt, celeritate eum surgens vincit.

In describendo camelo pergens alacrem eum esse dicit. Cor cameli ob celerem motum cum ave, quae ad volatum excitatur, comparatum est; alacritas autem cameli, quae hisce verbis significatur, sequentibus magis explicatur. Stapes, cuius ope camelus conscenditur, ut videtur, ob cameli magnitudinem cum scala comparatur. Camelus ita adsuefieri solet, ut, si quis eum conscendere velit, in genua procumbat. In voce تعاجله vocalis ob homoioteleuton transposita est, nam, quum conditionis (ان) phrasis consequens sit, futurum apocopatum تعاجله necessarium est. Idem in sequente hemistichio metri Madid (conf. libr. meum: Darstellung d. Ar. Verskunst p. 181.) auctore Tharafa factum est: S i a n i m a e o b s e q u e r e r, i d n o n v e l l e m (nam est pro ارده). Verbum عاجل significat, unum cum altero festinando certare; dicere igitur vult poeta, camelum ob alacritatem cum tanta celeritate e terra surgere, ut alteri tempus conscendendi vix sit. Narrant, poetam Cotjajjir a femina ab ipso amata Ahssah cognominatum, quum poeta Dsu-l'Rommah cognominatus sequentia verba recitasset (metr. Basith): U t (c a m e l a) s i m u l a c i n s e l l a e r e c t u s s e d e r e t, a s s i l i r e t, dixisse: »Per Deum! Ea vehentem occidisti!« Cur non modum poetae Alrāih secutus es dicentis? (metr. Motakarib): E a m v i d e s, q u u m i n s t a p e d e s t a s, i n s t a r n a v i s a u t g r a v i o r e m. Poetam autem respondisse: Illum regis, se plebeji camelum descripsisse. Poeta Alrāih cognominatus alio loco dixit (metr. Camel): A c s i r u d i s c a m e l a, q u u m l e n e m t e e i p r a e b e s, i t i n e r i a d s u e f a c t a e t c o m m o d a e s t. Narrat Sāihdus b. Salm (Bahelita), quum coram Alazmāiho hoc carmen legerent, illum (Alazmāihum) in versu loco vocis ياسرتها legisse باشرتها et quum, quae vocis significatio esset, interrogassent, dixisse: ركبتها في المباشرة, »ea veheris in laeto nuncio«. Grammaticum autem Abu-Ohbaidahum Alazmāihum erroris accusasse.

4. In qua (sedens) certat itinere cum camelis longis collis praeditis, qui naribus annulo instructis flant, vir parum in itinere devertens nutante staturâ, monilibus carens.

Se in iste itinera ad femiuam ab ipso amatam facieudo versautem describit. Festinat in itinere, ut camelus cum aliis incessu certare videatur. Illi cameli describuntur collis longis praediti. Longum collum generositatis indicium est (conf. Caab b. Sohair v. 18, Taraf. Moall. v. 28.). Ut autem illos camelos alacres esse ostendat, eos naribus flantes describit. Camelis per nares annulus, qui freno inserviebat, trabebatur. Qui si aero flavo (صفر) aut aere (نحاس) confectus erat, برة, si crinibus خزامة, ain vero ligno خشاش appellabatur. In posteriore versus parte se ipsum describit. In verborum اغيد الخلق significatione constituenda priorum verborum قليل النزول ratio habenda est. Quum ob festinationem parum tantum devertaret, non poterat non fieri somnolentus, ut capite nutaret. Scholiastes adnotavit, vox اغيد quum in describendis feminis adhibeatur, poetam, ut de viro sermonem esse significaret, bene vocam عاطلة »monilibus haud ornatus« addidisse. Sine dubie ex haud accurata vocis النزول, punctis diacriticis absentibus, scriptione alter legendi modus قليل البروك ortus est, qui si admittitur, voces اغيد الخلق ad cameli collum referendae sunt. Quod autem quum minus aptum sit, prior legendi modus praeferendus est. **(p. 555.)**

5. In regionem Nedjd post odium et alienationem rediens, oppidum Bosra quasi repudio dimittens animo acri praeditus celerique.

· Reditum suum in regionem Nedjd relicto oppido Bozra in Syria sito (conf. Abulf. geogr. p. ٢٥٣) designat. Regionem autem illam oppidumque cum duabus feminis comparat, quarum alteram in matrimonium duxit, alteram repudio dimisit. Vocem فرك odium inter coniuges significat. Quam alii de odio tam mariti quam coniugis vocem adhiberi dicunt, eâ scholiastes noster nonnisi odium mariti designari vult. Maxime in feminis vocem adhiberi non dubito. Quae significatio si urgetur, terram Nadjd tanquam coniugem antea ipsum odio habuisse fingit, ut terram illam relinquens Bazram transmigraverit. Terrae Nedjd masculinum genus tribui solet; sed poeta Lebidus feminine genere usus est in sequentibus verbis (metr. Thawil): Q u u m r e g i o N e d j d c a m e l o s m a n e p r o p e l l i t. Interpretes hanc ob causam aut ventum aut gentes ibi habitantes significari putant; sed nil impedit, quominus regioni (بلدة) femininum genus tribuerit. In postrema versus parte se ipsum describit.

XXIII.

Abd-Allah b. Abdjlan Nahdita dixit.

Poeta ante Islami tempus vivens amore perditus erat. Uxorem suam H i n d appellatam quum repudio dimisisset, postea poenitentiam agens tristitia periit Cit. A l a g h a n i.

1. Quot capsulis moschi ex feminarum numero tempore iuventutis meae delectatus sum et quot poculorum vis mane me invasit!

Feminarum amorem tempore iuventutis gloriatur. Feminas autem ob pulchritudinem cum capsulis pulchris, in quibus odoramentum, cui moschi nomen est, reconditum erat, poeta comparavit; sed ut comparandi modus recte intelligeretur, verba من نساء explicandi causa addi-

dit. Particula W a w casum genitivum obtinuit, quod vocis رب significationem habet (Gram. Ar. T. I p. 555). Odoramentis Arabum feminae utebantur. Moschus magno in honore habebatur conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 36. Ambari quoque Indici mentio fit Ham. ٦٧١ v. 2. Odoramentum aliud ذريرة appellatum ex India adferebatur conf. Ham. ٨٠٨. Odoramentum ex variis speciebus mixtum tempore Amru-l'Kaisi feminae in capsulis pulchris habebant. Sic in Amru-l'Kaisi Diwano p. ٣١ v. 9. describitur: Quibus iungunt odorem Senae in capsula Himjarensi destinata comminuto moscho fragranti, nec non myrobalanum et aloem Indicum redolentem et myrtum cum styrace et agallocho suavi. Res tales feminae ope lapidum terendo praeparabant. Lapides illi مداك appellabantur conf. Amru-l'Kaisi Moall. p. ٥١. Quum poeta voce حقة, quae vestimentis accenseri potest, usus esset, verbum لبستها »eam vestivi« adhibuit. Sed verbum لبس et in personis, quibus utimur, adhiberi, e sequente versu Ebn-Ahmari cognoscimus (metr. Thawil): Patre meo usus sum, ut vitae eius taedio adficerer et patrueles meos consumsi et avunculum meum. Voci شمول scholiastes vini omissa voce خمر, cui Aquilonis vis (عصفة) est, tribuit, ab aliis autem frigidi i. e. Aquilone refrigerati vini significatio datur. Scholiastes dixit, vocis كاس casum genitivum inde ortum esse, quod vox copulâ Waw cum voce وحقة coniuncta sit; nam si ante vocem كاس litterae W a w significatio vocis رب esset, poetae ووحقة dicendum fuisse, scholiastes monuit.

2. *Novo iuventutis indusio tectis, quasi iunci bene rigati essent, quos aqua sua crescendo sustulit.*

Feminas illas describens iuventute florentes et staturâ altâ praeditas esse dicit. Iuventutem autem cum veste poeta comparavit. Simili modo anni vitae cum veste, quae exuitur, comparati sunt conf. Ham. ٣٣٢ v. 4. Voci سربال generalem vestimenti significationem tribuendam puto. Scholiastes tanquam singulare adnotavit, voci جديد feminini signum additum esse, quum forma masculini cum nomine feminini generis, ut ملحفة جديد, coniugeretur. Grammaticus Sibawaihi rem explicaturus dixit, adiectivum masculini generis voci generis feminini appositum esse, quod loquens animo nomen masculini generis cogitaverit, ut voces ملحفة جديد pro ازار جديد sint conf. Gram. Ar. T. II p. 268. Alii dicunt, formam فعيل significationem formae فاعل habere, ut regulae modo conveniente signum feminini accipiat, ut ظريف et ظريفة dicatur, dum verbo جد intransitiva significatio tribuitur; alii autem, formam فعيل significationem participii passivi habere contendunt, dum verbo جد transitiva significatio adscribitur. conf. Gram. Ar. T. II p. 274 sq. Feminas ipsas cum iuncis aquâ bene rigatis poeta comparavit. Homines cum plantis comparantur Ham. p. ٣٩١ v. 1. Amru-l'Kaisi Moall. v. 13. Cum arboris Araci truncis iuvenis ob longam teneramque staturam comparatur Ham. p. ٤٤٤ v. 1. In Amru-l'Kaisi Moallaka v. 36. crus cum iunco confertur. Quae autem in nostro versu comparandi ratio sit, ex verbis quodammodo cognoscitur. In teneritate corporis, mollitie et vitae commoditate eam video. Alius enim poeta dixit (metr. Camil): بردية سبق النعيم بها اقرانها وغلا بها عظم. Iuncus, cuius commoda vita effecit, ut pares praever-

teret et quem magnitudo in altum sustulit. Ut autem noster hunc comparationis modum indicet, سقية بردى (iuncus rigatus) dicit, nam pro بردى مسقى dictum videtur. Addidit denique نمتها غيولها. Vox غيل aquam inter arbores currentem designat. Vult igitur dicere, iuncum illum in mediâ aquâ stantem bene rigari, quo efficiatur, ut mollis sit et in longitudinem excrescat.

2. Carnosis ut quasi fimbriis adipis instructae sint sub veste, parvas proceritate vincentibus, a longis proceritate victis.' **(p. 556.)**

In feminis describendis pergit. Carnosas eas esse dicit et mediocri statura praeditas. Arabes a macie corporis in feminis abhorrent et mediocrem staturam amant, nam in hoc versu sine dubio staturae laus est. Scholiastes adnotavit, vocem مخملة, quamquam copula Waw coniuncta sit, tamen adiectivi locum tenere. Carnem autem, qua corpus tectum est, cum fimbriis aut pulvillis comparavit. et verba من دون ثوبها significare videntur, carnem tantam esse, ut non solum vestimenti spatium impleat, verum etiam sub vestimento promineat. Scholiastes autem verbis سمينة المعرى significare videtur, eam re vera pinguem esse, ut, si corpus denudetur, tale corpus appareat, quale videatur. Arabum enim feminae sibi speciem magnarum natium parare solebant. Similem sensum poeta Alahscha expressit dicens: (metr. Basith): Vacua baltei[1]) et plena indusii, natibus obesis praedita. Mediocritas autem in omnibus rebus laudatur, ut in proverbio sit: »Optima res est media« Meid. T. I p. 440. Poeta quoque dixit (metr. Thawil): Rebus in medio positis (mediocribus) operam des, nam saluti sunt, neque aut camelo obsequente aut difficili veharis.

3. Quasi album sericum aut nubis rami super earum dorsis essent, ubi earum zonae firmatae sunt.

Feminarum corpora pluribus describit. Scholiastes in versu duplicem comparandi modum videt. Sericum album significat, eam mollem tactu esse; nubes autem, eius cutem splendere, sicut nubis talis, solem quae tegat, extremitates. Verbis حيث استقر etc. locus specialius indicatur. Vox جديل zonam (وشاح) aut lora plexa, quibus mulier femoralia constringit, designat. Scholiastes talibus zonis Arabum feminas haud uti adnotavit, nonnisi servis morem illis utendi esse. Aliis vox وشاح zonam largam e corio confectam gemmis ornatam, quam inter humeros et hypochondrium circumligabat, aliis duas series gemmarum aut unionum, quarum una super alteram dependeat, significat. Talibus zonis auro et gemmis ornatis Arabum feminas nobiles usas esse, vix dubitaverim conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 23. schol. Zona autem si duobus coloribus distincta esset, in pueris, ut noxa oculi maligni removeretur, adhibebatur. Grammaticus Abu-l'Ahla vocem دمقس, quamquam Arabicae originis non sit, antiquo tempore ab Arabibus adhibitam esse adnotavit. Sericum album

1) Poeta dicere vult, eam ventre medioque corpore tenui praeditam carnosam esse, ut indusium carne impletum sit. Magnae autem nates feminis laudi sunt.

et alias res albas mollesque voce significari. Quae vocis peregrina origo causa esse videtur, cur et دقمس et مدقس, nec non fortasse دمصق pronuncietur. Num ab urbe Syriae Damasco (دمشق) nomen acceperit, dubitare licet. Extremarum autem partium nubis mentionem fecit, quod sole nube tecto semper splendeant. Namarita hunc versum tanquam priori contrarium reprobasse dicitur. Poetam in priore feminam descripsisse; hunc autem ad camelam respicere, ita ut quaedam pars, qua cum priore coniungatur, desit. Huius posterioris sensum esse, camelam caudam in dorsum attollere. Esse quoque, qui فروع عمامة »extremae partes fasciae« legant et hanc vocem voci دمقس (serico albo) magis convenire, acholiastes adnotavit.

4. *Et candido gracili et utre et puella et flavo (vino) in albo (vase), cuius notae albae in pedibus apparent.*

5. *Quum eius pars in poculum effunditur, rubrum habens colorem odores diffundit, dum parva eius pars bibentes delectat.*

Hisce versibus, qui in Mersukii codice desiderantur, res alias, quibus delectatus sit, describit, in quibus autem describendis quum interdum adiectivis usus sit, non omnes res clare apparent. Initio dubitari potest, quam rem vox أبيض albus designet, quum adiectivum منقوف cum ea coniunctum varias significationes offerat. Iuvenem generosum, quem in vino bibendo socium sibi adiunxisset, significari coniicio. Voce صهباء vinum ex uvis albis expressum significatur, cui autem significationi vox كميت, qua vini color obscurior significatur, non omnino apta videtur. Vinum fuisse in vase بيضاء باد حاجولها. Vox بيضاء (alba) nonnisi de argento intelligi potest. Hoc vas cum equo aut puella comparatum esse, ex verbis باد حاجولها videmus, nam vox حاجل tam de pedis ornamento, quo feminae utebantur, quam de notis albis in equi pedibus, quae cum illis compedibus comparantur, intelligi potest. Maius vas, in quod ex utre vinum indebatur, significari idemque, quod ابريق appellatur, aut non multum diversum (conf. Ham. p. ٥٥٩) fuisse puto. Formam eius artificiosam fuisse, e loco Ham. ٥٥٩ v. 6. coniicere licet, in quo cum ansere comparatur. In posteriore versu vinum colore obscuro praeditum forteque designatur. Vox كميت colorem vini rubri i. e. in quo niger color cum rubro mixtus est, designat. Odorem exhalare boni vini est; fortis autem bibentes, si paucum sumserunt, exhilarare.

XXIV.

Abd-Allah b. Aldomainah Chatsahmita dixit.

1. *Et quum pilenta attigissemus, quorum aditum vir extenuato ventre praeditus defendebat, cuius humeri tunicam rumpebant.*

Se desiderio impulsum feminam ab ipso amatam in itinere secutum esse, dicit. Versus hic cum versu tertio cohaeret. Vox حمل proprie onus designans tum pilenti, quod camelo oneri est, significationem accepit. Feminae autem, quas secutus est, a viro custoditae erant, quem tenui ventre et humeris haud carnosis largisque praeditum describit. Vir

corpus emaciatum habens laudatur. Ham. ٣٨٣ v. 5. ٦٢١ v. 3 et ventriosus vituperatur conf. ibid. ٦١٥ v. 7. Humeri autem quum largi et carne tecti non essent, factum esse dicit, ut tunica isto loco rumperetur. Similem sensum poeta sequente versu expressit (metr. Thawil): Viri tunica in medio corpore non erat rupta, sed eius humeri (eam) omnino secabant. De loquendi modo فرى الفرى, qui in proverbii consuetudinem venit (Meid. C. 5, 128.) conferas Haririum p. ٣٢٣ infr.

2. *Paucas in oculis festucas habens, quem mortem esse sciebamus, si eius calamitates a nobis non avertebantur.* **(p. 557.)**

Custodem illum vigilantem et acuto visu praeditum, fortem et ipsi periculosum depingit. Virum ad iram pronum et haud patienter dedecus ferentem esse, Mersukius dicit. Qui iniuriam patienter non ferat, eum لا يغضي على قذى »super festucas palpebras non contrahit« dicit. Est igitur quaedam inter nostrum scholiasten et Mersukium dissensio. Virum illum, ut alia periculosissimum esse et mortem adferre significet, mortem ipsam esse, poeta dixit. Huic loquendi modo consentaneum est, quod poetae mortem tanquam personam inducant conf. Ham. p. ٨٨ v. 2 p. ٢٢٥ v. 5 p. ٧٣٠ infr. Loco vocis تصر ab aliis aut تُلْوَ (avertitur a nobis) aut تُلْقَ, sensu haud multum diverso, legitur. Vox بايقة a verbo باق accidit derivanda est, ut res accidens sit. Poeta in sequente versu verbum adhibuit (metr. Wafir): Eam (equam) circum tentorium nostrum prope domum retentam vides, sed quum casus nobis supervenit, eam munifice damus.

3. *Ad latus transivimus et tum salutem diximus. Is autem invitus salutem reddidit, dum ira eius iugulum comprimebat.*

Quum ad latus illarum feminarum pervenissent, custos quum salutem reddere evitare non posset, id fecit invito animo et irâ plenus. Vox كارها statui illius custodia describendo inservit. Scholiastes adnotavit, in poesi Ebu-Aldomainshi pro vulgari legendi modo من الغيظ inveniri من الغنظ, qua voce summus moeror significetur. Haec autem vox sequenti voci خانق maxime convenit, quum summo moerore guttur nobis quasi constrictum sentiamus. Vocem in sequente versu adhibitam invenimus (metr. Thawil): Quum nos graviter angunt iniuriâ adficientes, nobis contra eorum moerorem auxilium fert donum Dei amplum. Voci تبريح adflictionis significatio convenit. Scholiastae in verbis Alahschae formae quartae adfligendi significatio tributa videtur (metr. Motakarib): Tu dominum adflixiati et tu vicinum adflixisti.

4. *Et per milliaris spatium cum eo iter feci et utinam ego, quamdiu in vivis est, quamquam ab eo alienus, eius socius sim!*

Res postea accidentes describit et optat, ut huius viri semper socius sit, quippe feminarum adspectus ei tanto gaudio sit, ut virum illum ipsi invisum libenter ferat.

5. *Et quum ea vidisset, non esse conveniendi facultatem eiusque tentorium tanquam terminum separationis contra nos fixum esse,*

Hic versus sensu cum proxime sequente cohaeret. In statu feminae ab ipso amatae describendo incipit. Vocem انّ pro انه esse, scholiastes e sequente voce انه probat. Ipsam autem rem, quam particulâ لا negatur, nomen Nunnatione privatum esse, conf. Gram. Ar. T. II p. 63. Arabum grammatici, si suffixum ad totam phrasin respicit, id ضمير الامر aut ضمير الشان appellarunt ibid. p. 372. Scholiastes voces مدى الصرم locum subiecti, voces مضروب علينا locum praedicati tenere adnotavit, dum vox سرادقه casum nominativum tanquam subiectum (فاعل) vocis مضروب obtinuerit (conf. Gram. Ar. T. II p. 98 sq.). Voci سرادق proprie veli super locum extensi significatio est, tum in ipsum tentorium transfertur. Velo autem tentorii incolae ab aliorum adspectu defenduntur.

6. Oculo me petivit, quo si armatus petitus esset, eius iugulum et lacinia indusii sanguine irrigata essent

7. Et oculorum intuitu, cuius splendor pluviae fulgur videretur, cuius pluviae largae in regionem Nedjd ducuntur.

Quum a custode tantopere se custoditam sensisset, amantem oculis adspexit, in quibus tum iram tum spem et amorem ostenderet. Adspectus feminae ab ipso amatae quum in cor amantis penetret, eum cum sagitta vulnerante poeta contulit. Hic comparandi modus tum ex verbi رمى usu, tum ex vulneratione cognoscitur. Vox كميا, quae quamquam verbi obiectum est, tamen ante verbum locum obtinuit, armis omnino tectum designat. Talis si modo descripto vulneratur, sagitta acutissima sit et tantam sanguinis copiam si vulneratus amittit, vulnus lethale sit oportet. Petitum occisum iri significare vult. Vox نجيعا, de cuius speciali sanguinis significatione lexicographi non consentiunt, quum verbo accuratius definiendo (تمييزا) inserviat, casum accusativum accepit. Hoc autem visu feminae iram, quam aut contra custodem conceperit aut contra amantem, qui occasionem conveniendi haud invenerit, indicare videtur poeta. In posteriore versu intuitum leviorem describit. Quem quum fulguri pluviae, cuius tractus longi in regionem Nedjd tendant, comparaverit, fieri potest, ut poeta spem, fore, ut alibi conventus sit, indicare voluerit. Scholiastes in versu promissum invenit, ut uno intuitu occidat, altero in vitam revocet; sed femina tali modo custodita nil promittere potest. De vocis شقيقة significatione lexicographi non omnino consentiunt. In nostro versu striae nubis longae, a magna nube separatae, significari videntur, origine enim sua vox proprie omnem rem in longum fissam aut ductam significans in varias huiusmodi res translata est.

XXV.

(p. 558.) Abu-l'Thamahan Kainita dixit.

Poetae nomen aliis Heuthaelab b. Alscharki, aliis Rabiah b. Auhf b. Ghanm b. Cinanah b. Djasr erat. Ante Islami initium vivens eques erat incursiones hostiles faciens. Pauper quoque erat constansque Cit. Alaghani. Inter Arabes quoque vir Abu-l'Thamahan Asadita tempore Iosephi b. Ohmar degebat nec non Abu-l'Thamahan Nahschalita et Abu-l'Thamahan Thajjita. Nomen Thamahan a verbo طمح بانفه sublato fuit naso i. e. superbus

fuit, derivaudum censet. Ihdjlita verbo usus dixit (metr. Redjes): **Naaum superbi, perfecti frango.** Kainita a voce قين, qua faber ferrarius, tum omnis artifex significatur, originem habet. In proverbio est: »Quum noctu abiturum esse fabrum audis, eum mane adfuturum esse scito!« (conf. Meid. 1, 155.). Poeta vocem adhibens dixit: (metr. Thawil) **Et si vivis, o fili fabri, post me per Dei decretum, sepulcrum meum time, nam ex parte, qua nescis, te perdet.** Vocem قين locum vinculi in camelo esse, e versu Dsu-l'Rommahi videmus (metr. Basith): **Arctavit ei vinculum in deserto amplo, longinquo locos compedum et cameli lassi ab eo recesserunt.**

1. O (vos duo socii) me quietate, priusquam mulieres plangunt et anima super costas adscendit!

Tanto (amoris) moerore adflictus erat, ut, nisi socii solatium adferrent, succumbere metueret. Voci الا et excitandi et optandi significationem tribuo conf. Anthol. gram. p. ١٠٩ l. 7 et Ham. p. ٧٦٦ v. 4. Se moriturum esse, duplici modo tam in priore, quam in posteriore versus parte exprimit. Ad funus mulieres stantes plangebant conf. Ham. II p. 17. Sed loco vocis huic rei propriae aut صدح النوايح, ut in Mersukii codice, aut صدح الصوائح legitur. Quod autem verbum صدح, quum de voce galli, corvi adhibeatur, loco nostro minus conveniens videtur. Ex homoioteleuto in priore versus hemistichio cognoscimus, poetam carmen suum hoc versu incepisse. Homo autem quum cum vita animam exspirare videatur, poeta animam super costas adscendere dixit. In scholii linea tertia post voces كما يقال quaedam verba omissa sunt, quibus omissis efficitur, ut verba تلفت نفسه cum prioribus non cohaereant. Sic in Mersukii codice legimus: كما يقال بلغت نفسه التراقى فيقول علالى بالمقترح عليكما قبل ان اموت فتقوم النوايح علىّ يندبننى وقبل ميقات اجلى واوان تخلفى عن اصحابى وقد راحوا عنى لنزول القدر المقدور بى فان قيل كيف etc. Quae autem تلفت نفسه, quum minus congrua sint, in Mersukii codice desiderata ex vocibus بلغت نفسه caeteris omissis orta videntur. In eo autem, quod scholiastes ordinem sententiarum duarum, scilicet muliorum lamentationem ante mortem ipsam positam excusaverit, minus recte fecisse videtur. In versu nostro homoioteleuti necessitati causa tribuenda est; in Corani autem loco (Sur. 3, 38.) in quadam incuria causa quaerenda est.

2. Et ante tempus matutinum, vae animae meae propter tempus matutinum! quum socii mei, me haud redeunte, redeunt.

Tempus mortis suae, dum funus effertur, describit. De voce نهف conferas Ham p. ١٩, ٤٣٩. Loco verborum على غد alii ex. gr. grammaticus Ebn-Aldjinni, من غد legunt. Hoc modo recepto vox نفسى in fine cum vocali Fatha Nafsija enuncianda est. Vocem اذا adpositionis locum tenere dicunt, cui aut casus genitivus et nominativus tribuatur. Grammaticum Abu-l'Abbas appellatum, ut voci et genitivus et nominativus tribuatur, permittere, scholiastes adnotavit. Vocem adpositionis locum tenere posse, ea causa adducti grammatici dixisse videntur, quod voci temporis وقت, significatio sit. In margine codicis Mersukii haec grammatici Abu-l'Hasan dicti verba legimus: قال ابو الحسن اذا قلنا حتى اذا كان كذا جرى كذا فاذا مجرورة الموضع بحتى وكذا قال اذا يقوم زيد اذا يقعد عمرو الاولى مرفوعة بالابتداء والثانية مرفوعة بالخبر كانه قال وقتُ يقوم زيد وقتُ يقعد عمرو. Scholiastes adnotavit, fieri posse, ut casus accusa-

tivus voei tanqnam adpositioni verborum من غد aut على غد rationo regentia et recti habita in uno alteroque legendi modo, quao obiectorum locnm habeant, tribuatur. Verba يا لهف نفسى vorbi اتلهف sensum offerro, ut voces من غد huins obieeti locnm occupent. Mersukius, quum horum duornm versuum in eapite النسيب inscripto locum non convenire eenseat, in tenero eornm modo ot voluptate, quam audiens percipiat, causam, eur in eo locum obtinuerint, videt. Sic enim scripsit: وانما جاز ان يودع البيتان باب النسيب لرقتهما ولان المتعلل به كان لذة من اللذات وهذا عادته فى ابواب اختياره.

XXVI.

Alius dixit.

1. Nonne amor est, quod, si cor meum spatio lanceae carboni appropinquasset, carbo arderet?

Tanto amore oor suum flagrare dicit, ut in carbono, si spatio lanceae i. e. parvo spatio inde remotus esset, ignis aceendoretur. Distantiam proverbiali modo tum lancea, tum arcu, tum sagittâ definiunt. Scholiastes diei قاب قوس et قيد رمح et غلوة سهم adnotavit. In Djeuharii opere dici quoquo قيب قوس et قاب قوس ot قيد قوس legimus. Scholiastes adnotavit, esse, qui ad verba loci Corani Sur. 53, 9 dixerit, cuilibet singulo arcui esse partem قاب appellatam (sed iu Mersukii eodice rectius قوبين duas partes قاب appellatas esse legimus). Hic autem statnit قاب قوسين esao pro قابَىْ قوس, ut quoque pro قاب قوس dicendum sit قابى قوس. Hunc voro loquendi modum a lexicographis adnotatum non invenimus.

2. Num rectum est, quod ego tibi amore deditus sim tuique amore captus, tu autem erga me neque acetum neque vinum sis?

Feminae erga ipsum agendi modum iniustum esso queritur, quum par pro pari referendum sit. Poeta amorem, quem e corde suo evollere nou potest, cum debito ipsi necessario solvendo comparavit. Cum hoe in Corano oecurrens (Sur. 25, 66.) loquendi modus ان عذابها كان غراما cohaeret. Voce هايم autem significat, animum amore tantopero occupatum esse, ut, quid agat, nesciat. Est provorbium (Moid. 24, 123.) ما انت بخل ولا خمر **(p. 559.)** »tu neque acetum neque vinum es«, quo significant, in homine nequo malum neque bonum esse; sed in avarum quoquo dicunt: ما عنده خل ولا خمر »apud eum neque acetum neque vinom est i. e. apud eum uil boni est. Utrumque in explicando versu nostro adhiberi potest. Silentio praotereundum non est, loco vocis لدى apud te legi هواك (amor tuus), quae vox in Tebrisii eodice superscripta invenitur.

3. Et si morbo correptus sum, in hoc statu perseverabo; sin autem fascino adfectus sum, fascinum non removebitur.

Arabes amoris vehementis causam aut in morbo aut in fascino positam esse putant conf. Ham. ٣١ v. 2 sq. Scholiastes quamquam initio versus lexicographorum sententias sequens voee مطبوب idem ac voee مسحور significari dixit, in fine recto vidit, hanc vocis significationem, ne prior posteriorque versus pars eundem sensum offerat, in versu admitti non

posse. In versu vocem مطبوب h o m i n i s m e d i c i n â t r a c t a n d i significationem habere puto. In posteriore autem versus parte poetam verba برا الساحر recte adhibuisse dubito, quippe verbum برا in viro, cuius morbus sanetur, adhiberi soleat, ut برأت من مرض الساحر dicendum esset.

XXVII.

Alius dixit.

1. Amantes amorem queruntur. Utinam ego solus, quod iis accidit, perferam!

Tantopere amore se delectari dicit, ut iis, qui in eo molestiam inveniant, haud adsentiatur. Se potius optare, ut, quas alii molestias aegre ferant, eas ipsi ferendas sint.

2. Tum animae meae omnis amoris voluptas esset, ut neque ante me tali quis fruitus esset neque post me (fruiturus esset).

Hic versus cum conditione, quae in voce ليتنى u t i n a m e g o! latet, cohaeret. Si igitur omnium amore occupatus essem, mihi tota voluptas esset. Post vocem لا, verbum يلقى omissum est, nam verbum يلقها, cui praeteriti significatio sit, ad vocem بعدى referri haud licet.

XXVIII.

Schobromah b. Althofail dixit.

Poetam ante Islami tempus carmen dixisse, ex rebus, quae in carmine tractantur, conjicio. Nomen Schobromah a planta calida, quae ventrem solvit, derivatum censent. Traditione ad nos verba delata sunt: Eum, quum plantam Schobrom contundentem (feminam) conspexisset, dixisse, calidam, ferventem esse. De planta conferas lexicon meum.

1. Quot dies longos vehementis aestus sanguis utris et lyra pulsata breves reddidere!

Umbrae lanceae longitudo adscribitur, ita, ut dies longus cum umbra lanceae comparatus sit. Contrario sensu dies brevis cum pollice avis Katha confertur c o n f. Har. ٢٨٠ et ٣١٠ Arabes ante Mohammedem et circa Mohammedis tempus vino sic indulgebant, ut rem sibi laudi ducerent c o n f. Tharaf. Moall. v. 50. Amru b. Celth. Moall. ab initio, Anthar. Moall. p. 37 sq. De vino autem conferas Ham. I p. 421. Vinum rubrum cum sanguine poeta comparavit. Citharam quoque, quae puellae in canendo utebantur, magnis in deliciis Arabes habebant. De instrumento مزهر conferas Ham. ٥٠٩. Loco vocis اصطفاق, quae est propria in cithara pulsanda, minus propria vox اصطكاك in aliis exemplaribus legitur.

2. Matutino tempore, ut ad vesperam pervenirem, dum socii mei interdicentibus obsequium non praestabant, altis nasis praediti.

Se a tempore matutino usque ad vesperam tempus in vino bibendo cum sociis, qui dissuadentibus obsequium non praestarent, trivisse dicit. Scholiastes adnotavit, vocem لدن unicam

esso, quao modo vocis numeri عشرين easnm accusativum post se habeat, (conf. Gram. Ar. T. I p. 488. T. II p. 154.). In aliis autem nasis Arabibus generis nobilis indicinm est conf. Ham. ٧٢٨ v. 5.

3. Quasi gutturnia vini vesperâ anseres in littore alto Iracae curvis collis sint.

Vespertine tompore gutturnia ovacuala et inclinata cum anseribus curvis collis praoditis, qui caput demittunt, comparavit. Arabes quum in desertis ab aqua remotis vitam degant, ab animalibus in aqua viventibus rarissime comparationes desumserunt. conf. Ham. p. ٢٨٢ v. 1. Haec autem specialis comparatio nounisi ab eo inventa esso potest, qui in tali regiono aut ipse degeret aut saepe versaretur. Vox ابريق originis Persicae anto Mohammedis tompus in linguam Arabicam translata videtur; erat enim ante Mohammedem Arabiae pars sub ditione Persarum et in oppido Hira Porsae stationes habebant, ut cum morum cognitiono et vasorum usu non possent non nomina in linguam Arabicam tranaire. Vox ابريق ni fallor, ex Persico آب aqna et ريز fundens, spargens (a radice ريختن orta proprie vas significabat, e quo aqua effundebatur, tum eius usus apud Arabes latius patebat. Maius igitur vas, e quo in pocula bibentibus vinum offundebatur, sine dubio designatur; ne enim voci poculi, quo homines vinum biberent, tribuatur, ipsa vasis forma, quae comparatione indicatur, vetat. De vocis شمول significatione Ham. ٥٥٥ v. 2. conferas. Vocibus اعلى الطف Tigridis ripam altam significari puto, quippe Iraca in utraquo Tigridis ripa sita sit. Quae scholiastes ad vocem الطف explicandam adtulit, ea proverbialem loquendi modum spectant conf. Meid. C. 9, 6. Mersukius gutturnia evacuata et inclinata cum anseribus in ripa congregatis comparata esse dixit et recto adnotavit, hosce versus, qui proprie ad caput النسيب non portinerent, ab Abu-Tammamo adsumtos esse, quod pocta tenere loquendi modo usus lusui se deditum ostenderit.

XXIX.

(p. 560.) Djabir b. Altsahlab e gente Djarm, quae pars gentis Thai est, oriundus dixit.

1. Quot interrogantes de Rajjae secreto nil certi de Rajja respondens repuli!

Metrum carminis tertia species metri Thawil appellati est. Secretum amoris, quo cum muliere Rajja appellata coniunctus sit, se diligenter servasse docet. Vox عمياء caecam significat. In loquendi modo هو على عمياء, quem scholiastes adnotavit, substantivum حال status aut قصة narratio omissum videtur. Statui aut narrationi caecitas adscribitur eodem modo, quo ليل اعمى (nox caeca), ut noctem obscuram, in qua nemo cernere possit, significent, dicunt. Poeta nomen feminae ab ipso amatae loco prouominis, ut via sermonis augeretur, repetivit (conf. Gram. Ar. T. II p. 373.). In verbis بغير يقين aliquid superflui est, quum nil novi sensui versus addatur.

2. Et dixit: Me amicum admitte, quod ego tibi amicus sincerus sum; sed, si eum de re certiorem facerem, fidus non essem.

Studium aliorum rem occultam cegnesccndi describit et ee eorum verbis deceptum nen esse dicit. Similem sensum peeta Djcrir sequentibus verbia expressit: (metr. Camel) Delateres ad errerem me impulerunt; eed virnm secretum tuum non divulgantem invenerunt, o Omaimah! et tenacem. Vocem اميم pre اميمة poeta adhibuit. Loco verberum انى لك ناصح legitur انى ذو امانة »ego fidus snm«. Vox انا in fiue brevem ayllabam ـَ habet. conf. libr. meum: Daratcllung d. Arab. Verakunst etc. p. 58.

XXX.

Nafr b. Kais dixit,

Peetam avum poctae Thirimmahi, qui tempore Alcomaiti Cufae deceret, fuisse, scholiastes tradidit. Nemen Nafr a verbo نفر, quod celerem incessum, que Meccam peregrinantes a lece Mina deproperant, significat. Hanc verbi significationem echeliastas sequente versu probavit (metr. Camel): Nennisi tres persenas Minae occurrebamus, donec fuga inde nos separaret. Primam verbi fermam gleriâ vincendi significationem habere, e sequente hemistichio metri Sarih: »Gleriâ victus vinceuti se submisit«, videmue.

1. Nonne Bohaisa (femina) dixit: Quid Nafro est, quod temporibus mutatum eum videam?

Mulierem admirantcm inducit, quod peeta tempere elapso tam mntatus sit. Dno eunt legendi medi بهيشة, ut in Mersukii codice (sed felium heo alia manu scriptum est) invenimus et بهيسة. Scheliastea in aliis exemplaribus بهيسة inveniri dicens modum, que Abu-l'Ahla vecem بهيشة explicandam censuerit, adnetavit. Verbum بهش extendendi (manum) significatienem habere, versu prebavit eequente: (metr. Camel) Num videe, ei manus mca gladium Indicum tenens, qui in osse commovetur, versus te extenditur.

2. Et tu sicut ego me absente mutata es, nam stellae Sirii similis eras.

Se mutatnm esse haud negat, sed idem mulieri accidisse dicit, ut ei nil obilcere peasit. Ratione habita cius, qued versus in capite النسيب inscripte inveniantur, peeta feminae ab ipse amatae admiranti, se amoris desiderie et delere emaciatum esse, concedere videtur, in eo quasi selatium inveniens, qued idem amatae acciderit. Pristinum autem pulchritudinis statum cum splendere stellae luceutis comparavit. Feminae pulchritude in aliis lecis cum luna confertur conf. Ham. p. ٨٣ v. 1 et ٥١٥ v. 2. Cum stellis herees Ham. ٣١٠ infr. et principes Ham. ٧٠٠ v. 2 comparantur. Vex الشعرى plurium stellarum cemmune nomen est, quae adposito adiective distinguuntur. Nostrum nemen Sirium, stellam lucidam in ere sideris Canis maioris appellati, designat conf. Ideler Untersuchungen etc. p. 237. Voce العبور mihi appellata videtur, qued per coelum transit conf. ibid. p. 244. Aliter Idelerus p. 246. Scheliastes noster, ab Arabibus vocem diverso medo derivari, adnetavit. Suut, qui voci moleati significatienem tribuant, qued stella ee adtellens aestu, decidens in ceelo frigere pecora pascentia adficiat.

XXXI.

Bordj b. Moshir Thajjita dixit.

(conf. Ham. p. ۳٥٠.).

Grammaticus Abu-l'Ahla nomen a turri desumtum esse censet. Antiquo tempore Arabibus signa coeli, quorum notitia Sur. 25, 62 occurrat, ignota fuisse. Vocem برج in amplitudine oculi et vocem بارج in ampla natura, indole adhiberi. Sic in versu metri Redjes reperiri sequente: Utinam ego domo non prodiens ante tempus matutinum amore captus essem mulieris ampla indole praeditae, matris pueri aut repentis aut gradientis.

1. Quoties compotori poculi delicias augenti potum praebui sideribus ad occasum vergentibus! **(p. 561.)**

In hisce versibus poeta vitam suam liberalis et prodigam, qua voluptatibus se daret, descripsit. Sensu igitur ad caput النسيب inscriptum non pertinent. Se noctem vino bibendo cum compotore iucundo saepius peregisse dicit. Verba يزيد الكاس طيبا »auget poculum bonitate« significant, compotorem sermone iucundo effecisse, ut vinum bibentibus gratius esset. Poculum hoc in loco pro vino positum est. Post verbum سقيت suffixum ء eum omissum est. Loco verbi تغورت in Mersukii codice تعرضت, quae vox in Tebrisii codice subscripta est, legitur et in scholiis explicatur i. e. latus suum ad occasum vergebat. Scholiastes, ut significationem probaret, sequentes versus adtulit (metr. Sarih): In dexteram et sinistram partem (o camela) in via incede et pascere, quemadmodum sidus Orionis in latere siderum incedit. Hic Abu-l'Kasimus est; consiste igitur!

2. Eius caput sustuli et per merum vinum vituperantium reprehensionem ab eo removi.

Compotorem se vino exhilarasse dicit. Scholiastes verba »eius caput sustuli« somnum spectare dicit, ut, eum e somno excitasse compotorem, significent; sed potius tristitiam se fugasse, poeta dicit, ut iis, qui vinum bibentem vituperarent, omnino non credendum esset. In vocis معرّقة significatione accurate definienda lexicographi non omnino consentiunt. Alii merum vinum, alii paucâ aquâ mixtum significari dicunt.

3. Et quum ebrius factus esset, vir liberalis inter viros, perfecto corpore praeditus, hiemis tempore opes erogans surrexit.

Suam liberalitatem praedicat; sed, ut summam liberalitatem describat, se ebrium fuisse dicit, ut nullius rei rationem haberet; ebrii enim, id quod Arabes ante Mohammedem laudi sibi ducebant, opes perdebant. Sed ne quis putet, eum nonnisi ebrii statu ad liberalitatem commotum esse; sed naturâ talem esse, se خرق et هضوم appellavit. Posterior vox significationem obtinuisse videtur aut quod liberalitate hiemis vim frangit (id quod mihi placet) aut quod liberalitate opes perdit, quem explicandi modum scholiastes adnotavit. Vox مختلق

tam cum vocalibus passivi quam activi offerri potest. Vox vocalibus passivi enunciata perfectam corporis formam, vocalibus activi animi generositatem designare dicitur. Particula أن sensu superflua est.

4. *Ad camelum tendens magnas genas habentem pinguem, quae tum tribus pedibus incessit rupto magno nervo et osse pedis.*

Ut quanta liberalitas fuerit, ostendat, camelam mactatam describit. Quae, sive magnis genis praeditae sive robustae vocis وجناء significatio sit (c o n f. Harir. p. ٤٨٦), generosam camelae indolem indicat (Caab b. Sohair v. 18). Non solum generosa erat; verum etiam pinguis, qua re eius pretium augebatur. Camelam mactaturi nervum magnum (عرقوب) in pedibus posterioribus succidere, ut in terram procideret, incipiebant (c o n f. Ham. p. ٦٨٨). Poeta, quum nonnulai unius podis nervum succidisset, tribus pedibus eam incedere dicit. Quod autem os pedis simul ruptum esse dicit, eo robur suum indicans simul homoioteleuto satisfecit.

5. *Crassam, annosam, quae senis erat, cuius indolem debitor cavet.*

In camela describenda porgit et, qualia eius possessor fuerit, addit. Debitor eum cavere solet, qui magnum rei pretium postulat et debitorem, ut solvat, premit. Talis viri camelam mactare gloriae sibi ducebant. Similem sensum Tharafahua in versu 85 sqq. expressit. De vocis كِناة significatione lexicographi non consentiunt; alii pinguem aliis crassam, quae iam in eo est, ut ad aetatem provectiorem perveniat (i. e. haud iuvenca), aliis eam, quae cutem amplam papillarum uberis habet (in quo indicium lactis abundantis videtur), significat.

6. *Tum cum ipso bibentes satiarit et gutturnia duo ad eos portarit, quorum pocula exundabant.*

Huius camelae mactatae carne cum eo bibentes satiavit et cibo satiatis vinum dedit. Ut festinationem, qua in vino dando uteretur, significaret, verbis سعى عليهم, pro quibus in aliis exemplaribus جرى عليهم legitur, usus est, ut autem et in hoc liberalitatem suam ostenderet, verba كاسهما رذوم addidit. Ni fallor e gutturniis in pocula minora vinum bibentibus effundebant.

7. *Id (vinum) in vase vi praeditum esse vides, rubrum nigro colore mixtum colorem* **(p. 562.)** *corii habens.*

Vinum describit tanquam forte et purpureum. Color autem iste fortis bonique vini est (De vino conferas Ham p. ٢٣٨). Et colore, quem voce كميت utens vino tribuit poeta corium, quod in comparando adhibuit, colorem rubrum, qualis corio apud nos J u c h t e n appellato est, habuisse conicere licet. Corium adhibito cortice arboris أرطى appellatae concinnabatur. Praeterea corium adhibita re قرظ appellata concinnabatur. Sed hac re nonnisi in corio tingendo Arabes usos esse puto. Lexicographi, quaenam res sit, non consentire videntur. Kamusi auctor, vocem aut folia arboris S a l a m, quae in concinnando corio adhiberi constat aut fructus arboris A l s e n t h (acaciae) significari dixit. Adhibita autem re in concinnando corium colorem acceplsse, ex eo videmus, quod Kamusi auctor verba اديم مقروظ significare corium

re قرظ concinnatum aut tinctum dixit. Quum res قرظ appellata in Arabia felici frequens esset, regio illa بلاد القرظ appellabatur. Corium talem colorem habens praecipue in regione Arabiae felicis paratum fuisse, e versu 30 Tarafae (Moall.) cognoscimus. Duo sunt in versu nostro legendi modi فقع الاديم et نصع الاديم, quorum priorem, quippe verbum فقع de rubro corii colore adhibeatur, praeferendum puto. Scholiastes vocem كميت sonum superlativi vocis اكمت offerre et hanc esse causam, cur pluralis كمت formetur, dicit.

8. Quod bibentes titubare faciebat, ut homines vulneribus debilitati viderentur.

Vim vini probans dicit, bibentes vino omnino subactos esse, ut viribus quasi vulneribus afflicti destituerentur. In Mersukii codice post hunc versum in fine folii, quod alia manu scriptum est, in novo folio eadem manu quam maior pars scripta quinque versus ex Tharafae Moallaka cum commentario sequuntur, quasi pars Hamâsae sint, in textum inserti. Nonnisi in margine sequentia leguntur: هذه الابيات من السبع الطول وليست من الحماسة. »Hi versus e septem longis (i. e. carminibus Moallakat) desumti pars Hamâsae non sunt.

9. Tum surreximus (et cameli condocefacti erant), tendentes ad (camelos) cubitis deflexis praeditos, magnis gibbis praeditos.

Ebrios autem illos matutino tempore camelos suos conscendisse, ut voluptatis causa excurrerent, narrat. Camelos, quibus ebrii uterentur, condocefactos fuisse addit. Sed loco vocis مخيسات (condocefacti) alter legendi modus محبسات (adligati in loco ante habitaculum) est, quem Mersukius, nescio qua causa commotus praeferendum censuit. Camelos autem tanquam bonos describit. Camelum cubitum deflexum, ut latus non fricetur, habentem laudari (Ham. ٥٥٤ v. 1.) vidimus. Nec non magnus cameli gibbus (conf. Ham. ١٨٨ v. 3.) laudatur. Animal pingue esse ostendit et nonnisi bonum animal pinguescit.

10. Quasi nos sellaeque super grege boum silvestrium in arena loci Hosak, quam nox (venatoribus) tradidit, essemus.

Scholiastes camelos cum gregibus boum silvestrium a poeta comparatos esse dicit. Comparatio igitur in celeritate potissimum posita est, addidit enim poeta verba اسلمه الصريم »tradidit eam nox«. Omissa sunt verba الى الصيادين والكلاب »venatoribus canibusque«. Comparat igitur camelos celeriter currentes cum bobus silvestribus, quas venatores canesque persequuntur. Vocem الصريم tam noctem quam matutinum tempus significare, quum proprie pars temporis ab altera separata sit, scholion habet. Nox quum propter obscuritatem tempus sit, quo venatores ad gregem accedere possint, hanc in versu significationem praeferendam esse puto. Nil quoque obstare videtur, quominus significatio pars arenarum a maiore cumulo separata admittatur, ut enim tempus sic locus in causa esse potest, ut venatores ad illam gregem accedant. Poeta unum aut alterum tanquam personam describit, quae rem quasi manu tradit. Loci arenosi Hosak aut Hisak enunciandi situm nullibi inveni.

11. Et noctem transegimus tam hisce rebus quam moschi odoribus delectati et, o vitam admirandam! si ea duraret.

Odoramenta non solum feminis (conf. Ham. p. ٥٥٥ v. 2.); verum etiam viris grata fuisse videmus. Moschus in summo honore erat. Vitam autem tali modo peractam laude et admiratione dignam esse dicit, si duraret. Talem igitur vitam non durare queritur optatque simul, ut duret. Hic sensus usu particulae لو se mihi offerre videtur; vitam enim talam haud durare significat (conf. Gram. Ar. T. I p. 561. Anthol. gram. p. 173 et 175.). Post particulam يا, quae tam invocando quam admirando inservit substantivum Nunnationem amittit (Gram. Ar. T. II p. 92 sq.).

12. Et inter nos cantrices apud bibentes erant et dorcades (puellae pulchrae), quibus aqua calida paratur.

Ad vitam iucundam describendam redit. Antiquissimis temporibus cantu puellarum Arabes se delectasse, ex loco Meidanii C. 23, 517 videmus, in quo duarum cantricum (الجرادتان) sine dubio ob dulcem vocem cum locustis comparatarum mentio fit tempore Ahditarum viventium. Poetam celeberrimum Amru-l'Kaisum, ante Mohammedem viventem cantrices secum habuisse, quibus in epulis uteretur, ex vita eius (conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. 9. l. 8) cognoscimus. Tales cantrices maxime Persicos modos vocibus Arabicis aptasse, coniicio, quippe ante Mohammedem artis musicae cognitionem a Persis ad Arabes venisse, dubitari non potest. Praeterea puellas pulchras Arabibus in deliciis fuisse, nemo non ex carminibus scit. Puellae pulchrae vario modo cum dorcadibus comparantur, quae res causa est, cur poeta puellas ipsas dorcades appellaverit. Maxime autem collum oculique dorcadum comparantur Ebn-Doraid. Makz. v. 1. Amru-l'Kaisi Moall. v. 32. Lebid. Moall. 14. Diw. Amru-l'Kaisi p. ٢٦ v. 6. Halitus quoque puellae cum halitu dorcadis confertur Ham. p. ٣٦٦ v. 2. Generalis comparatio saepissime occurrit Caahh. b. Sohair v. 2. Taraf. Moall. v. 6 sqq. Antara Moall. v. 57 et Ham. p. ٨٤ v. 2 ٥٢١ v. 4 multisque locis. Comparant quoque puellas cum dorcadibus in arenis viventibus (Diw. Amru-l'Kaisi p. ٢١ v. 18.) et cum dorcadibus albis (Ham. p. ٣٣٦ v. 5.). Puellae autem illae delicate colebantur. Ad earum usum tempore hiemis aqua calida, ut cutis tenera conservaretur, parabatur. Vita mollis et delicata in feminis laudatur Ham. ٥٧٩.

13. Migramus, quamdiu migrare licitum est, tum tam opulentus e nobis quam egenus devertitur
14. Ad foveas, quarum inferiores partes cavae sunt et superiores lapis erectus.

Hi versus cum fine versus undecimi magis cohaerent. Mortem neque diviti neque pauperi parcere. Prior versus cum posteriore ita coniunctus est, ut prioris sensus nonnisi addito posteriore integer reddatur, quam rem haud probatam a rei metricae peritis تتميم aut تضمين appellatur (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 332 sq.). Verbum ظاف ab uno loco in alterum transmigrare significat. In loco Ham. p. ٢١٤ de eo, qui locum relinquit, ut pericula evitans mortem effugiat, adhibitum est. Cum hac nostro loco apta significatione, vocis ياوى usus cohaeret. Comparavit igitur poeta vitam cum itinere, ex quo tandem in sepulcrum, locum quietis homo devertit. Ut omnes homines designaret, divites pauperibus

43

poeta opposuit. Sepulcrum autem non suo nomino appellavit; sed robus ei propriis circumscripsit. Fossà autem cavà in inferiore parto ea, quae nomino لحد appellatur, in qua funus ponebant, significatur conf. Ham. p. ٣٧٧ v. 1. Illa fovea lapide largo حمارة appellato tegebatur Ham. p. ١٦١ et ٣٦٣. In ipso sepulcri tumulo lapis orectus erat. Hunc noster poeta addita voce مقيم designat conf. Ham. ٣٧٧ adnott.

XXXII.

(p. 563.) **Ijas b. Alaratt Thajjita dixit.**

(conf. p. ٤٦٠).

1. Adesdum, amice mi! nam error efficit, ut pueriliter nos geramus; adesdum, ut ebriis ex bibentibus salutem dicamus!

Hi versus do vino bibendo et lusu agentes in capite النسيب inscripto locum non merent. Hnc in versu amicum suum adbortatur, ut se cum ipso in bibendo coniungat ot societatom eorum, qui iam ebrii sint, ineat. Vocis هلم et oxplicandae et adhibendae duo sunt modi. Alii vocem vorborum nominibus (Gram. Ar. T. I p. 545.) accenseut, ut omnibus numeris generibusque oadem forma detur. Scholiastes ad hanc rom probandam Corani locum يقولون لاخوانهم هلم الينا. »Fratribus suis dicunt: Adesdum ad nos!« adnotavit, quo in loco vocem هلم plures personas spoctet. Nisi mo omnia fallunt, scholiastes, qui Mersukii verba exscripsit, in adlegandis Corani verbis errorem commisit, quippe in Corani loco Sur. 33, 18 والقائلين loco vocis يقولون legatur. Alii vocem compositam osse dicunt ex particula excitandi ها, quacum imperativi forma لم coniuncta sit. Tum genus et numerus formà distinguuntur. (Gram. Ar. T. I p. 546.). Grammaticus Ferra vocem compositam esse ox particula هل et لم statuit. Vocem هل maxime quidem interrogando inservire; sed interdum significationem vocis قد habere, ut in Corani loco Sur. 76, v. 1. Particulae هل significationes, sivo hanc sive illam eligas, quum in voce هلم non inveniantur, eius sententiam non posse non falsam osse scholiastes contendit. Vorba والغواية قد تصبى sententiam intermediam efficiunt. Verbi تصبى obiectum omissum est.

2. Ut virorum vituperationes bibendo oblivioni demus et hodierni diei mala joco lusuque resecemus.

Esso quidem, qui talem vivendi modum vituperent; sed horum nullam rationom habendam esse, quum vino diei mala removerentur. Futura apocopata ex imperativo, qui voci هلم inest, pendent. Verbum فرى maximo in corio secando adhibetur, ita ut prima verbi forma id oo concinnari, quarta id perdi indicetur. Voci رية poculi vino pleni significationem Mersukius tribuit, ut ante oam vox شرب suppleatur. Pro vocibus شرور اليوم legi videtur همومَ اليوم »curas hodierni diei«. Hunc alterum legendi modum vorbis scholii ونفر هموم indicari puto; sed vitiosa ea sunt, ut ويروى نفر هموم legatur, necesso sit. In Mersukii codice ea frustra quaesivi.

3. Quotiescunque hora lenis est, ea bono concede, nam tempus curvum est et malum excitat.

Amicum hortatur, ut, quamdiu tempus saepius mala adducens permittat, gaudio se det. Poeta voce ساعة (momentum, hora) usus est indicaturus, nonnisi parvam temporis partem lenem se homini ostendere. Tempus tanquam personam deformem describit, quae infortunia adducens, curva duraque est. Modo, quo scholiastes vocem اعصل explicat, adsentiendum non puto, nam causam non video, cur ad dentes curvos respiciat poeta. Similem sensum versus ab Ebn-Alahrabio adnotatus expressit: (metr. Tbawil) S i d i e s r e c t u s e s t, e u m a d m i t t e, n a m t i b i d i e s m o l e s t u s c o n t i n g e t.

4. Nam si bonum est aut quaedam quies, tu sollicitudines moeroremque invenies.

Causam, cur ita agatur, amplius explicat. Fore quidem, ut homini bonum contingat et quies post mala sit; sed tale tempus duraturum non esse. In praepositione من explicanda duas grammaticorum sententias scholiastes adnotavit, unam Achfaschi, ex qua in sermone adfirmante superflua sit, alteram Sibawaihii, ex qua in sermone adfirmante superflua esse non possit, ut ex vocibus ما شيت (quod vis) omissis aut simili pendeat c o n f. Gram. Ar. T. I p. 490. Ham. p. ۴۱ v. 1. Anthol. gram. p. 82. 242. Poeta voces غموم et كرب, quarum illa leviores sollicitudines, haec moerorem graviorem significare videtur, coniunxit, ut varia eius genera indicaret simulque homoioteleuti rationi satisfaceret.

XXXIII.
Alius dixit.

1. Terram amo, quam Solaima incolit, et si continua infertilitas eam occupavit!

Tanto se Solaimae amore impletum esse dicit, ut et ipsam regionem infertilem, quam incolat, in amore habeat. Hoc autem carmen iure suo in capite النسيب inscripto locum obtinuit. Poeta verbi ورث sextâ formâ (est enim pro تتوارثها) usus indicat, se regionem naturâ suâ infertilem, ut per plures annos infertilitas duret, significare velle.

2. Nunquam ego humum terrae amo; sed qui eam incolunt, mihi amati sunt.

Verba prioris versus quasi corrigens dicit, se humum terrae non amare; sed terrae incolas. Tempori suo amorem adscribit modo, quo d i e s j e j u n a n s etc. dicitur. **(p. 564.)** Post vocem حبيب vox لى supplenda est. Posterioris partis sensum quodammodo refert versus sequens: (metr. Wafir) P r o f e c t o, o d o m n a i n l o c o A l a l j a, o d o m n a! n i s i a m o r g e n t i s t u a e e s s e t, (a d t e) n o n v e n i s s e m.

3. O me vituperans (femina)! si vinum bibissee, ut ad omnes digitos penetraret,

4. Tum sane! me excusans scires, me opes meae perdentem recte agere.

Hi versus sensu cum prioribus coniuncti non sunt, eum enim, qui in vino bibendo opes perdit, excusant. Duplex autem est modus, quo opes perduntur, tum vino emendo, tum nimia

liberalitate, ad quam ebrietas commovet. Quae illa vituperans femina, nam عاذلة pro عاذلة scriptum est, fuerit, non dixit, sed uxores maritos ob talem agendi rationem vituperare solebant. Nonnisi eum, qui vini vim senserit, de ebrii agendi modo recte iudicare posse dicit. Loco vocis بما اتلفت legitur لما اتلفت (ob id quod perdidi).

XXXIV.

Abu-Zahtarah Baulanita dixit.

(conf. p. ٣٤٢.).

1. Aqua pura ex grandine nubis orta, quâ latera duo montis Djudi percussa sunt, dum nox obscura erat,

Versus huius sensus nonnisi versu tertio expletur. Artis metricae peritos tales versus vitiosos habere, antea diximus (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 332.). Vocibus حب المزن (grana nubium) Arabes grandinem significant. Nomen مزن varia nubium genera complecti, Mersukius adnotavit. Causam, cur Arabum poetae aquae ex grandine nubis ortae puritatem tribuunt, in eo video, quod in terram decidens nil terrae secum auferat, ut inde destillans aqua nulla re mixta sit. Poeta formam sextam verbi قذف adhibuit, ut plures simul petere significaret. Scholiastes adnotavit, plures e nostro versu concludere, homines vocem جنبة cum vocali Fatha litterae Nun haud recte adhibere; sed litterae signum Djesm convenire. Alazmâihus in versu sequente vocem جنب cum signo Djesm adnotavit: (metr. Sarih) Homines in latere erant et nos latus eramus. Mihi autem e modo, quo poeta vocem protulerit, haud certum iudicium ferri posse videtur; fit enim saepius, ut metri causa poetae enunciandi modum permutent (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst etc. p. 56 conf. p. 471.). In scholii linea secunda loco vocis جنبة cum Mersukio في جنبة legendum puto, quamquam, nisi loci antecedentis في جنبة ratio sit, illud ferri potest. Loco verborum جنبتا الجودى in Mersukii codice حسن الجودى invenitur, pro quibus Albarkius حزن الجودى habet. Nomen Aldjudi montis est. Voce حسن partem cum eo coniunctam significari dicunt. Lexicographis vox altum arenae collem designat. Chalitus autem nomen arenae esse in regione, quam gens Sahd incoleret, in opere suo العين inscripto, referente Mersukio, tradidit. Albarkio autem vox حزن locum asperum designat. Postrema versus pars statum temporis definit.

2. Quam quum fissurae in monte excepissent, Aquilo super eius aquae superficiem flavit, ut frigida esset,

Aquam ex ista grandine ortam ut bibenti gratam describat, ventum frigidum frigus conservasse dicit. Verbo تنفست indicare vult, ventum lenem fuisse, ne aqua turbida redderetur. Verbum genus femininum habet, quod vox شمال ut ريح generis feminini est. Loco vocis متنه in Mersukii codice متنه (latus eius) legitur.

3. Melior non est, quam eius os, cuius quamquam saporem haud novi, tamen ex eo, quod oculus videt, conicio.

Initium versus cum primi versus verbis قما نطفة cohaeret. Praepositio ب post negationem saepins tanquam superflua adhibetur conf. Gram Ar. T. I p. 471. Ore cum aqua comparato poeta salivam oris iutelligi velle videmus, ut من فيها sit pro من رضاب فيها. Arabes salivam feminae ab ipsis amatae saepius laudant et cum vino comparaut conf. Antar. Moall. v. 13 ct Menili adnotat. et Bohlen Motenabb. p. 53. Posteriori autem versus parti sensu congruns est versus in scholio adlatus: (metr. Basith) O tu, cuius saliva inter homines optima cst, qnamqnam experientiâ edoctus non sum; sed rem testimonio extremi dentifricii cognosco. Vox فارس hoc in versu formae quintae متفرس significationem habet. Unam verbi formam pro altera poni, in lingua frequentius occurrit, nt ابقل et بقل et ايفع et يفع; sed fieri potest, ut poeta homoioteleuto satisfacturns per licentiam poeticam a sermonis usu recesserit.

XXXV.

Alharits b. Chaled Machsumita dixit.

Scholiastes genealogiâ viri descriptâ virum a Jasido nrbis Meccae praefectum creatum ab Ebn-Sobairo impeditum fuisse, quominus munere fungeretur, tum regnante Abhd-Almalico primum urbi praefectum, postea a munere remotum esse. Postea autem versibus sequentibus in eundem dictis: (metr. Thawil) Te secutus sum, quando oculus meus velo tectus erat et quum remotum esset, animam meam vituperatione adflixi. Tum animam meam ad te deflexi, quasi nonnisi in tua manu eius infortunium aut nonnisi apud te eius bona conditio esset in eius gratiam rediit et dona accepit. Viri mater Fathimah, filia Abu-Säihdi b. Alharets b. Hescham erat. Eius avus die pugnae Bedr cum Meccanis pugnans ab Ahlio occisus est. Frater eius Ihcrimah (conf. Hamas. p. ! adnott.) b. Chaled insignis relator traditionum (محدث) crat. Abhd - Almalicus inter tres res poetae nostro eligendi potestatem concesserat aut donum centum millium drachmarum aut pro eo aes alienum solvere aut Meccae praefecturam. Quam quum praetulisset, cum hominibus, in quorum numero Ahjischah, Thalhahi filia erat, quam amabat, visitationem sacram absolvit. Quo tempore quum noster ad preces faciendas exiisset, femina illa mittens rogavit, ut preces faciendas differret, donec ipsa circumeundi officio, cuius pars restaret, functus esset. Praeconibus igitur publicis, ut precum tempus nondum indicerent, imperavit et hominibus hanc ob causam clamantibus non cessit. Quae autem res ad Abhd - Almalicam relata causa erat, ut a praefectura removeretur. In eius locum Abhd-Allah b. Chaled b. Osajjid missus est.

1. Ego per hostias iuro, quas matutino tempore apud Minam in loco glareae mactarunt, quas vincula gravant:

Ut verbis suis fidem faciat, per hostias, quae in loco Almohazzab mactabantur, **(p. 565.)** iurat. Tempore matutino, quo peregrinatores Meccâ Minam tendebant, in loco المحصب ob glaream appellato, qui inter Meccam et Minam (sed propior Minae) in valle Meccae erat,

hostias mactabant. Mina autem loci nomen est tribus milliaribus ab urbe Mecca distantis, in via ad locum Arafat ducente siti (Abulfed. Geogr. p. ٨٠, ٨٣). In vorsu nostro vorba عند الجمار (apud silices) pro عند المحصب (apud locum Mohazzab) dicta sunt. Suffixum in vorbo تودها ad vocem ما referendum est, cui significatio vocis القرابين (hostiarum) inest, quapropter suffixo genus femininum est. Mactandorum animalium pedes vinculis ligati erant.

2. *Si superior illius (feminae) habitaculi pars in inferiorem et inferior in superiorem mutata fuisset,*

3. *Tamen eius domum cognovissem propter id, quod cor meum eius genti antea spoponderat.*

Vorsus prioris sensus nonnisi posterioris verbis expletur. Vorba autem sunt, quae praemisso iuramento confirmare intendit. Se tanto amore incolarum illius domus teneri dicit, ut semper, etsi omnino diruta sit, eius rudera cognosceret. Vorba مني الضلوع sunt pro ضلوعي (meae costae). Costae pro corde, quod intra costas est, dictae sunt. Voce اهل feminae saepe significantur; sed fieri potest, ut hoc in versu incolae generaliore sensu, etsi feminas velit, designatae sint.

XXXVI.

Alius dixit.

1. *In incessu celeri vacillantes aegrotae videntur, quasi timeant, ne ipsarum medium frangatur*

Poeta feminas describit. Arabum mulieres ob magnas clunes, dum medium corpus tenue est, laudantur conf. Amru b. Kelth. Moall. v. 16. Ham. ٣٨٩ l. 18. Meid. 24, 12. Summum utriusque rei gradum poeta designat. Celeriter incedere quum tentant, in utrumque latus inclinato corpore incedunt, ut timere videantur, ne media corporis pars frangatur. Voce مريضات (aegrotae) poeta dicere non vult, feminas re vera aegrotas esse; sed vox addità voce اربات accuratius definitur. Verbo تهادى scholiastes inter duas personas incedendi significationem tribuit et rei probandae causa tertiam verbi formam adnotavit. Djeuharius huic formae incedendi inter duos, ita ut ob infirmitatem ab iis sustentetur, significationem adscribens auctore Alazmäiho sextae formae incedendi, ut corpus in utrumque latus inclinetur, qualis sit obesarum feminarum incedendi modus nemine cum ea simul incedente, significationem adnotavit. Alahschae versum adscripsit (metr. Motakarib): اذا ما تاتى تريد القيام تهادى كما قد رايت البهيرا. Quotiescunque accidit, ut stare volit, inclinato in utrumque latus corpore incedit, quemadmodum feminam obesam vidisti. Voce احشاء (viscera) medium corpus designatur et vox تقطعا est pro تنقطع littera Alif in fine homoioteleuti causa addita. Haec littera a rei metricae peritis حرف الاطلاق et vocalem in pronunciando extendendi modus اشباع appellatur. conf. Darstell. d. Ar. Verskunst p. 310.

2. *Lente modo serpentis incedunt, quem ros frigore adfecit. Tum latera sua elata sustulit.*

Modum incedendi, qui feminae obesae proprius est, cum incessu serpentis frigore adfecti comparat. Serpens frigus ferre non potest. Mersukius dicit, cutem serpentis frigore

aridam rumpi. Ut igitur serpens partis corporis nonnisi cum molestia a terra extollens lente per terram prorepit, sic femina obesa incedit. In versu primo Ham. ٣٦١ talis feminae properantis incessum cum modo, quo aves Katha ad aquam tendunt, poeta comparavit. Quum enim pedes compedibus arctis vincti sint, nonnisi lente et parvis gressibus incedere possunt. Verbum ساب et انساب de fluxu aquae et de huic simili rependi modo serpentis adhibetur. Scholiastes verbum voce تدافع, quae Ham. ٣٦١ v. 1. simili modo adhibita est, explicavit.[1] Loco vocis الايم legitur quoque الاين cum eadem significatione. Post hanc vocem vox لدى omissa est. Voci الندى, cui roris diurni et madoris significatio est, hoc in versu pruinae significatio magis convenit. Serpens autem repens superiores corporis partes adtollere videtur, qua in re causa est, cur poeta posteriorem versus partem addiderit. In scholii linea secunda loco verborum في مشيتها cum Mersukio في مشيها legendum puto, quum vox in seosum phrasis magis quadret.

XXXVII.
Alius dixit.

1. Nates mammaeque impediunt, quominus tunica ventrem et dorsum tangat

Mulieri, quam describit, res, quae ab Arabibus pulchrae habentur, tribuit, magnas scilicet nates mammasque. Rem quamquam non ipsis verbis expressit; ita tamen locutus est, ut cogitans rem cognoscere posset, ut enim magnae nates causa sunt, cur tunica medium corpus, quod hoc in versu dorsum appellatum est, haud tangat, sic mammae impediunt, quominus tunica ventrem, nisi crassus sit, adtingat. Crassus autem venter in feminis pulcher non habetur. Vox الروادف proprie partes pone venientes corporis designat; hoc in versu nates significari ex oppositis mammis nemo non cognoscit. Vox قمص est pro قُمُص unâ vocali abiectâ. Duplex autem est error Ruckerti et iniusta lexici nostri vituperatio. Poeta quum tam in hac voce, quam in vocibus البطون et الظهور pluralis formis usus sit, eum plures feminas hoc in versu describere, non dubito. Quod verbi ابت obiectum priore loco nomine actionis, altero autem particula أن sequente futuro expressit, id nonnisi metri ratione ductus fecisse videtur.

2. Et quando vespertino tempore venti ex adverso spirant, invidas commonefaciunt, zelotyposque excitant.

Corporis partes, quae pulchrae habentur, vestimentis amplis occultae sunt. Spirantibus autem ventis modo ab anteriore corporis parte modo a posteriore efficitur, ut illae partes, vestimentis ad corpus adpressis, etsi tectae sint, adpareant. Fit igitur, ut feminae non item pulchrae invidiam concipiant et viri timentes, ne ab aliis viris illae partes conspiciantur, zelotypiâ adficiantur. Verbum تناوح de vento alteri opposito adhibetur; sexta igitur forma in pluribus dicitur. Hoc autem in versu rem non sic intelligendam puto (scholiastae haud adsentiens), quasi Aquilo et Auster eodem temporis momento flaverint, quae res aut nunquam aut nonnisi vehemente tempestate cogitari posse videatur;

sed modo unum modo alterum ventum spirantem poeta descripsisse videtur. Versui sensu quodammodo similis est versus poetae Dsu-l'Rommah cognominati (motr. Thawil): **Clnnibus macris praeditas, quao ventos spirantes odio habent, vidos; sed Majja vento flante laeta ost.**

XXXVIII.

Beer b. Alnaththah dixit.

Poeta o gente Hanifah oriundus cognomen (كنية) Abu - Wajol gorebat. Alii antem eum e gento Ihdjl (familia Banu - Sahd b. Ihdjl) originem ducore dicunt. Ihdjl b. Lodjaim et Hanifah b. Lodjaim duo fratres erant. Poeta noster tantâ paupertate premebatur, ut in viis rapinam oxorcere cogeretur. Postea quum ro abstinerot, Abu-Dolafus in exercitum eum recepit et stipendio regio adiuvit. Vir strenuus in carminibus fortitudinem suam multum laudavit. **(p. 566.)** Abu - Hiffanus dixisso narratur, eo mortuo poesi finem impositum esse. Abu-Dolafum eiusque fratrem **Mahkil** omni studio laudavit. Praestantissimis eius laudibus sequentes versus adnumerantur: (metr. Motakarib) **Abu Dolafus gonti similis ost, eius commemoratio exercitum valet et mors oculo Abu-Dolafi loricis indutos adspicit.** Temporo igitur Ahbbasidarum floruit, nam Abu - Dolafus anno 226 obiit oonf. Abulf. Ann. T. II p. 685.

1. Candida, comam suam stans trahit et in ea occulta est, dum copiosa, nigra est

2. Quasi ipsa in ea dies altus sit et quasi ea (coma) nox super ea obscura.

Puellam describens dicit, eam albo colore praeditam tam longam nigram comam habore, ut eam stans per terram trahat; tam copiosam autem, ut ipsa ea omnino occultetur. **conf.** Roiski Proben d. Arab. Dichtkunst p. 44 et 45. Tum ipsam ob colorem candidum cum die alto; comam antem ob nigrum colorem cum nocte obscura comparat. Ante vocem بيضاء subiectum هى (Ea) omissa videtur.

XXXVIIII.

Alius dixit.

1. Eam contemplatus sum, dum incuriosa erat et erat ac si per eam faciem lunae orientem viderem.

Fominae faciom cum luna orionte comparavit **conf.** Ham. p. ٨٣ v. 1. et ٥١٥; sed, quum mulieris pudicae facies in virorum praesentia velo somper tecta sit, ut suspicionem removoat, eam incuriosam fuisso addit. De vocis سنة significationo accurata lexicographi non consentiunt. Vocis بدر **lunae plonao** significationi rotundi faciei ambitus significatio maxime congrua est. Verba من سنة البدر مطلعا sunt pro مطلع سنة البدر.

2. Quotiescunque eius adspectu oculum implebam, eum lacrymis implebam, donec omnes lacrymas exhausissem.

Adspectum illum effecisse dicit, ut lacrymae abunde manarent. Caussam, cur manarent, non addidit; sed quae fuerit, ex priore versu conîicere licet. Se eam non curantem adspexisse dixit. Inde poetam voti compotem factum non esse videmus. Quae res quum ita sit, poeta amore captus, quum nil speraret, lacrymas retinere non potuisse videtur, ut in tristitia lacrymarum causa cernatur. Statum autem continuum fuisse, inde apparet, quod lacrymas exhaustas esse addit. Vox اجمعا loco appositi vocis الدمع est conf. Gram. Ar. T. I p. 290.

XL.

Cotsajjir b. Abhd-Alrahman b. Djomah b. Chosaah cognominatus Abu-Zachr dixit.

Poeta, qui Cotsajjir-Ahssah, quod Assah appellatam feminam saepe laudaret, appellatur, anno 105 mortuus est. Ultimus erat, qui simul poeta et aliorum carminum relator (Rawi) esset. conf. Anthol. gram. p. 133. et Ebu-Challik. Nro. 557.

1. Velim, et mea voluntas nil prodest, ut, quae in animo Alhadjebijjae sint, sciam!

Optat, ut, qui animus feminae Alhadjebijjah appellatae erga ipsum sit, sciat, quamquam voluntate sua se nil assecuturum esse, bene scit. Verba وما تغنى الودادة sententiam intermediam efficiunt.

2. Si bonum esset, eius notitia laetitiâ me adficeret, sin malum, vituperantes feminae me non vituperarent.

Causam, cur hoc optet, addit. Se istius rei cognitione aut laetitiâ adfectum iri aut, si ipsum spernat, se quieturum esse, quod feminarum vituperationi haud amplius expositus sit. Sed nil obstare videtur, quominus posterioris partis talis sensus sit: Feminas, quae illius feminae pulchritudinem noverint, ipsum vituperaturas non esse, quod talis feminae, etsi renuentis, amore teneatur.

3. Quotiescunque autem tui cogitatio animum subit, in duas partes abit aut me excusans aut me vituperans.

Animi sui statum incertum describit. Duplicem esse dicit aut excusantis **(p. 567.)** amorem, quum tanta feminae pulchritudo sit, ut resisti non possit aut vituperantis, quum ille stulte agat, qui rei adhaereat, cuius consequendae nulla spes sit. Est Arabum proprius loquendi modus, ut animam, quae incerta in duabus rebus eligendis haereat, duplicem esse dicant.

4. Pars eius iniuriam pati vi recusat, pars etsi invita iniuriam accipit.

Quae in tertio versu dixerat, magis explicat. Hic autem versus in Mersukil codice desideratur.

XLI.

Idem dixit.

1. Tu, o mulier! effecisti, ut locum Schaghb usque ad Badam amarem, dum alias regiones incolo.

Se tanto illius mulieris amore captum esse, ut regionem, quam ea incolat, patriae suae praeferat. Ubi loca duo, quorum in versu mentio facta est, sita sint nescio, quum in Kamusi opere nonnisi stationem inter Syriam Aegyptumque sitam, cui nomen شغب sit, memoratam invenerim. De altero loco nil habeo.

2. Quum oculi mei lacrymas abunde effundunt, festucâ me excuso, dum, si medicus notitiam haberet, Ahssah eorum festucam esse cognosceret.

In hoc versu, qui in Mersukii codice haud reperitur, tristitiam suam describit. Ahssah alii viro nupta erat conf. Meid. 27, 30. Pudore sine dubio commotus lacrymarum causam in festuca, quae in oculum inciderit, esse dicit. Medicum autem, si rei notitiam haberet, veram in istius feminae amore causam inventurum esse.

3. Et hoc loco una vice devertit, tum mane in altero versata est; sed utraque vallis bona est.

Hic versus sensu cum primo versu cohaeret. Nomina illa aut valles aut loca in vallibus sita significare, ex hoc versu cognoscimus. Scholiastae verbum طاب edores spirare, quos ob praesentiam feminae valles exhalent, significare, e versibus adlatis, qui huic similes sint, coniicere licet. Unus est (metr. Mensarih): Odorem suum terris (Mers. الرياض hortis) (ubi commoratur) committit; sed temporis decursu eius (terrae) (quae aliter tempore deminuuntur) oderamenta augentur alter sequens: (metr. Thawil) Valiis Nahman musci odores diffudit, quod Sainaba cum feminis fragrantibus (Mers. جفرات) ibi incedit.

XLII.

Nozaib dixit.

Nomen deminutivum aut vocis ناصب aut vocis نصب, antea nomine ex nomine actionis facto, esse scholiastes adnotavit. De genere suo talia refert. Eum servum nigrum incolae regionis Wadi-l'Kora (conf. Abulf. Geog. p. ٨٠) fuisse, qui constituto pretio se ipsum ex servitute liberaturum esse promisisset. Qui quum ad Abbd-Alahaisum b. Merwan veniens versus recitasset, eum pretio dato ab hoc redemtum esse et insuper dono donatum. Versus autem sequentes sunt: (metr. Motakarib) Abbd-Alahsisus in gentem suam aliosque beneficia magna contulit. Et porta tua lonissima portarum eorum et domus tua culta et habitata est. Canis tuus magis adsuefactus est beneficia petentibus quam mater filiae suae visitatum venienti. Tuum est dona dare, nostrum laudare omni (carmine) pulchre vulgateque. De

genere poetae in libro Citab - Alaghani diversas sententias prolatas invenimus. In genere poesia نسيب et مديح excellebat non item in satyra. Castis moribus eum ornatum fuisse dicunt, ut nonnisi in uxorem versus componeret.

1. Profecto! palumbes noctu per tempus super ramo vocem edidit, dum dormiebam.
2. Mentitus sum, per Dei templum! si amans fuissem, profecto! palumbes ante me non flevissent.

In priore versu dicit, palumbem gementem voce sua dolorem noctis tempore, quo dormiret, denuo excitasse. Palumbis maris vox, qua feminam vocat, dolentis voci similis est, quapropter poetae amorem describentes in carminibus saepius eius mentionem faciunt. conf. Ham. p. ٥٧١. Poetis post Mohammedem viventibus hunc loquendi modum magis proprium esse puto. Ut جنح الليل sic جنح الظلام dicitur Harir. p. ١٥٢. Quae autem accurata verborum significatio sit, lexicographi non ostenderunt; sed primam noctis partem post vesperam significari, tum ex nostro loco tum ex Haririi loco coniicio. Vocem وهنا, quae spatium temporis durantis indicet, neque medium noctis neque tempus post dimidium, sed generaliore significatione spatium temporis nocturni designet, necesse est. In posteriore versu verba sua corrigens dicit, rem se ita habere non posse, nam, qui re vera amore captus sit, eum non posse non semper flere, ut palumbes ante eum noctu non fleverit. Aut se igitur amantem non esse, aut quae dixerit, falsa esse. Abdijjus b. Alrikah, quae verba a grammatico Ebn - Barhano ipsi recitata esse, Tebrisius dixit, simili modo locutus est: (metr. Thawil) **Si ante eius (palumbis) fletum amore commotus flevissem, ante poenitentiam animae remedium adhibuissem; sed ante me flens lacrymas meas excitavit; tum dixi: praecedenti meritum debetur.**

XLIII.
Alius dixit.

1. Deus medullam tuam (o camela) in ossiculo infimi pedis liquefaciat! Cuiusnam **(p 568.)** *desiderium gemitu tuo provocas?*

Poeta camelum ob gemitum, quo ipsius desiderium feminae ab ipso amatae excitetur, vituperat. Notum est, camelis desiderium pulli aut loci consueti magnum tribui, ut hanc ob causam gemant conf. Ham. ٥٣٦ v. 4. In Mersukii opere versus sic adnotatus est: اراز الله مخكه فى السلامى الى من بالحنين تشوقينا. Scholiastes in versu explicando Mersukii verborum rationem habuit. Vox نقى propria huius rei vox est, vox مخ generale medullae nomen. Verba على من بالحنين تعولينا. »In quonam ut fiducia ponatur, gemitu efficis?« sensu minus congrua videntur. Camelo suo, ut poetarum mos fert, male precatur. Ut emacietur, optat. Scholiastes, in oculo et esse pedis **solama** appellato pinguedinis indicia ad extremum disparere adnotavit. Sic in versu sequente poeta dixit: (metr. Sarih) **Non queruntur (cameli) opus faciendum, quamdiu pingues sunt, quamdiu medulla in osse Solama et oculo est** (loco vocis عملا in Mersukii codice الما **dolorem** legitur). Posteriora versus verba الى من etc. duplici modo explicari posse scholiastes putavit.

Aut inesse vituperationem ad camelum directam, ut interrogatio verbis insit aut verbis narrationem inesse et verborum sensus esse: gemitu tuo desiderio hominis me imples et qualia? Voces تعولينا et تشوقينا pro تعولين et تشوقين sunt, et suffixum personae omissum videtur.

2. *Et desiderium meum tuo desiderio simile est; sed ego id occulto, dum tu id manifestas.*

Voci وجدى tanquam adpositionem suffixi vocis لى casum accusativum tribui posse, ita ut vox مثل locum praedicati vocis أن occupet, scholiastes dixit. Mersukius dixit, vocem وجدى locum subiecti, ut casum nominativum habeat, et ita, ut vox praedicatum ei praemissum sit, occupare posse. Phrasin autem locum praedicati vocis أن tenere. Camelum voce elata desiderium suum manifestare, dum ipse silentium teneat, poeta dicit.

3. *Et in me idem est, quod in te, nisi quod ego nimis magnus habeor, quam ut vinciar, dum tu vinciris.*

Discrimen inter se et camelum indicat. Poeta desiderium suum cohibet; camelus autem desiderii impetum sequeretur, nisi vinctus esset. Hanc causam esse, cur gemens vocem tollat.

XLIV.

Alius dixit.

1. *Quum eius cor omnino refractarium neque opum neque familiae solatio uteretur,*

2. *Ex alia solatium capere studuit; sed ea, ex qua sibi solatium reportare volebat, ad Lailae desiderium instigavit et solatium non adtulit.*

Amantis statum describit. Eius amorem tantum fuisse, ut neque opes neque familia ei solatium adferrent. Ut igitur animum distraheret et dolorem leniret, cum alia amore se coniungere cupivit. Quae autem femina quum dotibus aut animi aut corporis Lailam non aequaret, factum est, ut ad Lailae desiderium semper reduceretur. Particula اذا statui subito indicando inservit, quam scholiastes particulis, quae locum (non tempus) designant, adnumerat. Quae eam sequuntur verba, locum subiecti et praedicati tenent conf. Anthol. gram. p. ٨٠ infra. Verbum سلا ex eorum numero esse, quorum futurum, etsi neque intransitiva sint neque tertiam litteram gutturalem habeant, tamen vocali Fatha enuncietur, scholiastes adnotavit.

XLV.

Alius dixit, qui Cotsajjir fuisse dicitur.

(de poeta conf. p. ٥٣٦.)

1. *Miror, o Ahsa! vulnus meum amoris tui sanatum esse, dum per temporis spatium propter te morbo adfectus eram.*

2. *Si sanationis meae conditio est, ut propter te animo non amplius turber, sanatus ero, si id mihi quietem adfert.*

(p. 569.)

3. *Capitis mei tegumentum remotum est; sed cordis mei tegumentum ob parvam rem non removetur.*

Poeta primum miratur, se amore Ahssae, quem morhum appellat, non amplius adfligi, tum de statu suo dubitans, ex quiete animi, qua in posterum fruiturus sit, cognosci posse dicit, num re revora sanatus sit nec ne; denique autem se nonnisi post longum temporis spatium multosque dolores sanatum esse confitetur. Mersukius duos priores versus hisce verbis explicavit: يقول قضيت العجب من انصراف قلبى عنك ويروى من الداء فيك بعد ما بقيت زمانا مبتلى النفس فى هواك عليل القلب بوجدك مبرّحا فى حبك فان كان برؤ النفس يعقب لى راحة منك وفى هواك فقد برئت والراحة منتظرة ان كانت من نتايجه ومسبباته ثم قال تجلى غطاء الراس يريد شبت واستبدلت بلون راسى وسواد شعرى لونا اخر حديثا فكان المتقدم كان كالغطاء على راسى تكشف بالثانى ولم يكد ما يغشى قلبى من حبك ينكشف بالهوينا فان قيل فى ظاهر هذا الكلام تناقض لان القايل اذا قال كدت افعل كذا معناه شاقهت فعله وشارفته ولا يكون قد فعله واذا قال لم يكد فلان يفعل كذا معناه لم يقرب وقوع ذلك منه واذا كان كذلك فقد نفى عن نفسه ما اثبته بقوله تجلى غطاء الراس بقوله ولم يكد غطاء فؤادى ينجلى لسريع قلت لو امسك عند قوله ولم يكد غطاء فؤادى ينجلى لكان الامر على ما قلت لكنه لما قال لسريع بين انه لم يكن عن سهولة وبعجلة وقلة تعب ومشقة فنفيه فى الحقيقة لقلة التعب والسهولة لا للانجلاء واذا كان كذلك يكون الغطاء قد انجلى عن القلب لكنه انجلى بعد طول مزاولة نصب ومقاساة كمد وعن شدة تفاقم وبلاء ملازم. Ad tertium versum scholiastes noster adnotavit, legi quoque: تجلى غطاء الياس, quibus verbis sensum sequentem tribuit: »tegumentum a desperatione remotum fuit«. Verba autem غطاء الياس varium sensum admittere, quemadmodum voces ثوب زيد vestis Saidi vestem significare possint eam, quae Saidi sit, tum quae Saidus alteri donaverit, denique quam tibi eripuerit.

XLVI.
Ohrwah b. Odsainah dixit.

Poetae nomen Orwah b. Jahjah b. Malec b. Alharets b. Ahmru; cognomen Alschodach et pater Ahmiri habuit o gente Banu-Laits tribus Cinanah oriundus. Nobilis, religiosus, poesis genere غزل appellato insignis inter incolas Medinae, iurisconsultis et relatoribus (محدثون) adnumeratus. Eius autem relator Malec b. Anas et Ohbaid-Allah b. Obmar Ahdawita erat. Eius avus de Ablio retulit. Qui quum ad Hischamum b. Ahbd-Almalec se contulisset, hic cum interrogavit, num sequentium verborum auctor esset (metr. Basith): I a m n o v i, n e q u e e g o c i t r a n e c e s s i t a t e m o p e s e r o g o, m e a l i m e n t a m i h i n e c e s s a r i a o b t e n t u r u m e s s e. S i, u t e a o b t i n e a m, o p e r a m d o, q u a e r e n d i s t u d i u m m e a d f l i g i t e t s i s e d i s s e m, m i h i c o n t i g i s s e t n o n a d f l i c t o. Quum se verborum auctorem esse, respondisset, alter iterum rogavit, cur igitur venerit? Tum dixit: Rem meam invisurus sum et statim exiit. c o n f. Har. ٤٧. Hischamus autem hac de re certior factus ei statim donum misit. c o n f. Ebn - Chall. Nro. 267. Nomen Ohrwah ab arbore, qui tempore sterilitatis in regione remanserit, desumtum esse volunt. Hanc vocis significationem in sequente versu invenimus: (metr. Camel) D e p o s i t i s r e g i b u s

sub eius vexille profecti sunt arbores, quarum felia starilitatis tempore non deciderunt (i. e. generosi) priucipesque geutium.

1. Socii duo, quos coniunctos separatio angit et qui longa temporis spatio, quo coniuncti sunt, taedio non adficiuntur

Duos amantes, qui nuuquam satiati coniuectiouis fastidio uon adficiuntur; sed semper, ne separeutur, timent, describit. In Mersukii codice يعنيهما legitur. Verbo praeposito, verbum cum aequente nemine genere consentiat, necesse nen est. Gram. Ar. T. II p. 230. Scholiastes vecis بين triplicem rationem esse scripsit. Aut uemeu actionis aut adverbium loci aut denique significationem ceniuuctionis babere. Hanc siguificationem in leco Corani (Sur. 6, 94), quippe quae sensui sententiae soia conveoiat, et in loqnendi mode adhibitn سعى فلان لاصلاح ذات البين من عشيرته. »Quidam ut gentis snae coniuuctionem restituat, eperam datu esse vident. Nullnm nisi hanc in versu veci tribuendam esse censeut sigeifieationem. Verba طول الدهر aut obiectum verbi aut loco adverbii temporis esse statnunt.

2. Nubi iuventutis obriam euntes amori, quum invitat, obsequuntur.

Iuveutute, quae amorem homini imperat, fruuetur et ameris voluptates uon respuunt. Inventutem, quae celeriter abit, cum uube comparasse videtur. Mersukius comparandi modum aliter intellexit, sic enim legimus: فاستعير هنا لما يقتبل من الشباب وايام الصبى واللهو كانه يمطرهما النشاط والسرور كما يمطر السحاب الغيث. »Initium iuveetntis et temporis amoris lususque metaphorâ adhibitâ cum nube comparavit, ac si illi duo (socii), ut alacritatem et laetitiam (tauquam pluviam) ostenderent, effecerit eodem mode, quo nubes pluviam emittit«. Tempus iuventntis autem cum hemine, qui ad amerem invitat, coutulit. Abu-Nowasum iu sequoute versu hunc seusum respicere Mersukius dixit: (metr. Basith) قد عذّب الحب هذا القلب ما صلحا فلا تعدن ذنبا ان يقال صحا. Amor hoc cor, quamdin recte se habuit, adflixit, ne igitur crimen putetis esse, quod dicitur: Vanas res agere intermisit.

3. Qui hominum verbis a latere dictis admiratione non adficiuntur; sed quae ipsi dicunt faciuntque admirantur.

Suo amere tam occupati sunt, ut quae alii de iis iudiceut, minime curent, dnm uuus eerum uonnisi rationem habet, quae alter dicit agitque. Mersukius, qui iu fine scholii يصنعانه habet, rei explicandae causa sequeutia addidit: اذ كل واحد منهما قد صار فى ملكة هوى صاحبه وفى رباق ميله فلا يبصر الا بعينه ولا يسمع الا باذنه.

XLVII.

(p. 570.) **Alius dixit.**

1. Quum mihi tua in hostes meo loco inclinatio apparuisset et quae vicem tuam impleret, nullam invenissem,

In hoc versu, qui cum proxime sequente ita cohaeret, ut aensus uonuisi eo addito integer fiat, se amore mulieris ab ipso alienioris omnino captum esse dicit, ut praeter eam

nulls ipsi placeat. Sibawaihius, Mersukio auctore, voci سوى eandem significationem quam vocis بدل (vicis) et مكان (loci) tribuit. Beatus de Sacyus ex Ebn-Djinnii commentario hanc vocis grammaticam explicationem in versu adscripsit: سوا الاولى منصوبة على الظرف ولا معنى استثناء فيها والثانية منصوبة على الظرف وفيها معنى الاستثناء فكانه قال فى الاولى ميل مع الاعدا فى ناحية غير ناحيتى وكانه قال فى الثانية ولم يحدث بديل الا انت.

2. Me averti sicut sagittâ petitum (animal) se avertit, quod diu vitam agit, dum certe occidendum est.

Se cum animali, quod, quamquam venatorem fugit, tandem occiditur, confert. Se autem quamquam feminam ab ipso amatam de eius amore desperans fugiat, non posse non amore victum perire. In amantibus vox قتيل a poetis adhibetur.

XLVIII.

Alius dixit eodem metro utens.

1. Num me novo amore denuo incendis, dum tu avara es? et avarum non amari contendere?

Feminam quasi vituperans interrogat, num rectum sit, se novâ amoris flammâ, dum iam ardeat, incendi, ipsam autem se avaram erga ipsum in amore ostendere. Avaram haud amari, ab aliis minus recte dici. Accusativus vocis حبا a verbo emisso تجمعين aut simili regitur. Verbum يحب aut cum vocali Fatha litterae Ba, ut futurum Nasbatum e particula ان pendeat aut cum vocali Dhamma, ut vox انّ ex انْ orta sit, efferri licet.

2. Certe! per eum iuro, ad cuius domum sacra peragentes veniunt. Amor consequendo, etsi paucum sit, sanatur.

Vox بلى interrogationem, quae cum negatione coniuncta sit, sequi, scholiastes e loco Corani Sur. 7, 171 probat. Particulam quoque sententiam negantem sequi, e loco Corani, quem beatus de Sacy (Gram. Ar. T. I p. 514.) adnotavit, videmus. Cum posteriore igitur parte versus prioris particula cohaeret. Suo exemplo probat, avaram amari. Ut sententiam suam confirmet, per Deum iurat, ad cuius templum, Caabam scilicet Meccae, homines migrant. Verbum لبى significationem dicendi لبيك (tibi obsequium praesto) et tum virum peragendis sacris Meccanis operam dare, significat.

3. Et in nobis, si scires, profecto! sitis (desiderium) tui vehemens est, sicuti in (avibus) gyrum circa aquam peragentibus vehemens sitis est.

Amoris sui vehemens desiderium cum siti avium, quae circum aquam gyros ducunt, ut bibant, contulit. Ut illae aves a bibendo timore venatorum impediuntur, sic noster timore, quominus ad feminam ab ipso amatam propius accedat, impeditus videtur. Scholiastae voces لو تعلمين excusationem amatae continere videntur, mihi amantis optatum, quippe qui speret, fore, ut femina, si de statu amantis certior factus sit, desiderio eius satisfaciat.

XLIX.

Alius dixit.

1. Quum ob eam, quam amas, neque separatio utriusque partis te consolatur, neque longitudo mutui occursus te sanat,

2. Num tu alius es, nisi is, qui extremum vitae spiritum pro animae sanguine, quae decessum **(p. 571.)** *clare indicavit, commodare vult?*

Se ipsum querimoniam de statu suo iactans alloquitur. Talis est amoris sui conditio, ut nulla re aut solamen accipiat aut sanetur. Non posse non ipsum interire. Cum eo se comparavit, qui morti propinquus extremum halitum effuso sanguine cordis ducit. Vocem مهجة scholiastes Mersukium sequens vocibus خالصة النفس »purum animae« i. e. anima ipsa, cui nil alieni admixtum est, explicavit; sed mihi sanguinis cordis, quae animae peculiaris pars putatur, significatio magis placet.

L.

Ahbd-Allah b. Aldomainah Chatsahmita dixit.

(conf. Ham. p. ٥٥٩.)

1. Ah! o zephyre regionis Nedjd! Quando e regione Nedjd advenis, profecto! iter tuum nocturnum amorem meum vehementer auget.

Poeta sine dubio in regione Nedjd feminam ab ipso amatam reliquerat. Huius autem recordatione eius amor augebatur. Regionis Nedjd, ubi illa commorabatur, zephyrus inde adveniens in memoriam revocaverat. Modo igitur poetarum zephyro tanquam personae rem narrat. Num zephyrus noctis tempore flet, an voci مسرا itineris significatio generalis tribuenda sit, diiudicare haud possum. De vocis متى vi et significatione conf. Gram. Ar. T. I p. 185. Ex homoioteleuto prioris hemistichii initium carminis cognoscitur.

2. Num, quod palumbes splendente sole in ramo recente arboris Rand vocem ediderit,

In hoc versu, cuius sensus nonnisi sequente addito cognoscitur, in describendo statu suo pergit et se ipsum aut admirans aut vituperans alloquitur. In loco Ham. p. ٥١٧ audivimus poetam dicentem, dolorem suum gemitu palumbis denuo excitatum esse. conf. Ham. ٦٢٣ l. 20. Sic quoque noster. Adjectivum ورقاء, substantivo حمامة omisso, apud poetas palumbem designat, quippe cuius color fuscus sit. Vocem Rand arborem bene olentem significare certum est, cuiusnam generis sit, non constat.

3. Plorasti, sicut puer plorat et fortem te non gessisti et manifestasti quod antea haud manifestabas?

Se cum puero, cuius si voluntati haud satisfactum est, plorante contulit. Tum praeteriti temporis agendi rationem praesenti opponit.

4. *Fuere, qui contenderent, amantem, quum (amatae) propinquus sit, taedio capi, et separationem remedium amoris esse.*

5. *Omnem rem tanquam remedium vicissim adhibuimus, sed nobis remedio non erat. Est igitur domus propinquitas melior quam longinquitas.*

Exemplo suo hominum opinionem refellit, quam poeta p. ٥٧ infr. respicit.

6. *Sed domus propinquitas utilis non est, quum is, quem amas, promissis non stat.*

In Tebrisii codice verbis بذى عهد alter legendi modus بذى ود superscriptus est.

LI.
Alius dixit.

1. *Quotiescunque ob amicum te consolari vis, multas sine eo noctes perage!*

2. *Nihil quoque amicum magis consolatur, quam absentia et nil vestem tuam novam magis terit, quam usus quotidianus.*

Remedia doloris in amore adfert. Unum esse in absentia, alterum in consertio quotidiano. Scholiastes quintae formae eandem significationem quam primae formae esse dixit. Formam autem verbi intransitivam idem significare quam formam transitivam, sequentibus poetae verbis probat: (metr. Sarih) E t s i a q u a m c o n c h a e S o l w a n [1]) a p p e l l a t a e **(p. 572.)** b i b i s s e m, s o l a t i u m n o n i n v e n i s s e m. Loco vocis خليلك in Mersukii codice حبيبك legitur.

LII.
Alius dixit.

In libro Ebn-Challikani versuum auctorem Jasidum b. Mefarrigh esse legimus (conf. Nro. 831.), qui anno 69 diem obiisse dicitur.

1. *O! Sainaba extremo noctis tempore ad me venit. Tibi salus sit! (dixi) Num quod praeteriit, petendum est?*

Sainabam, a poeta amatam feminam, ad eum aut somniantem aut vigilantem venisse fingit, non enim re vera id accidisse puto (conf. Ham. p. ٣٣) infr. Verbum dicendi interdum omittitur. In Ebu-Challikani opere loco adnotato legitur عليك سلام الله عن ذات مطلب. Ex prioris hemistichii homeioteleuto initium carminis cognoscitur.

2. *Et dixit: Recede a nobis neque ad nos adpropinqua! at vero quomodo, quum mihi necessarii sitis, a vobis recedam?*

Feminam ipsi respondentem inducit et ipsi, ut recedat, imperantem, tum se id non posse

1) Hoc ad usum respicit, quo amanti concham nigram, quae sub terra abscondita fuerat, aut terram sepulcri bibendam dabant, ut sanaretur. Aut plures usus modi exstitere aut lexicographi de vocis سلوان significatione non consentiunt.

dicit. Scholiastes autem adnotavit esse, qui verbis الليل الاخر in priore versu extremum iuventutis significari putent. Hoc sensu admisso suffixum in voce عليك cum vocali Fatha enunciandum esse, ut salus a femina viro dicta sit. Feminam autem virum salute, quae mortuo dicatur (i. e. praeposita voce عليك), allocutam esse, quod vita eius ad finem tendat. In scholii igitur linea tertia cum Mersukio وقولها legendum est, quippe verba feminae tribuantur. Femina autem poetam reiicit, quod eius iuventus praeterierit. Mihi autem hic interpretandi modus nimis artificiosus videtur. In Mersukii codice et Ebn-Challikani opere. فكيف legitur. In hoc quoque فقالت.

3. Dicunt: Num post triginta vitae annos peractos ludendi locus est? Contra ego dixi: Num ante triginta annos peractos ludendi locus est?

Esse, qui ipsum propter amorem iuventute peracta vituperent. Se his respondere, si amor in homine vituperandus sit, vituperationem non solum ad aetate provectos, verum etiam ad iuvenes pertinere. Hic loquendi modus quum ambiguus sit, varium interpretandi modum passus est. Sunt, qui dicant, amorem iuvenem haud decere, quod voluptatum ignarus sit, alii sensum sequentem in verbis inveniunt: quum iuvenis triginta vitae annis nondum peractis lusu haud delectatus sit, se vituperandum non esse, quod post illam aetatem eum petat.

4. Profecto! senectutis res magna esset, si, quotiescunque unus canus capillus appareret, lusus iumentum sellâ privaretur.

Se non videre causam, cur vir aetate provectus lusu omnino abstineat et senectuti talem vim se non tribuere. In versu phrases ita transpositae sunt, ut verba لقد جل sententiam consequentem conditionis أن كان etc. efficiant. Scholiastes autem vocem أن vocali Fatha enunciari licere dixit. Loco vocis كان in Mersukii codice كنت legitur. Vox يعرى in Mersukii codice vocali Dhamma notata est, qui enunciandi modus mihi praeferendus videtur. Arabes autem quum camelis frequentissime vehantur, et pedibus raro incedant, factum est, ut inde loquendi modum derivaverint. Sic poeta Ham. ۳۸۴ v. 2 solus terrore vehitur dicit, sic ركب راس فلان, malo quendam persecutus est, ركب الناس السيف, in homines gladio saevitum est dicunt. Simili modo noster lusum cum iumento comparat. Significaturus hominem ludo non uti, dicit lusus iumentum sellam non habere, ut vir eo non vehatur.

LIII.
Cotsajjir dixit.

(conf. p. ٥٦٦.)

1. Me ad te adlexisti, donec, quum in potestatem me redegisses sermone, qui efficit, ut capri montani in campo depresso locum habeant,

2. A me te abstinuisti, quando mihi remedium non erat et quod inter costas (meas) erat, reliquisti.

Poeta artes, quibus femina ipsum adlexerit et ceperit, tum captum et amore plenum reliquerit, indicat. Se in priore versu, caprorum enim montanorum mentionem facit, cum

praeda a venatore capta comparasse videtur. Loco vocis ملكتنى legitur in Mersukii codice قتلتنى »me occidiati«. In Tebrisii codice alter legendi modus فتنتنى »in aerumnas me coniecisti« superscriptus est. Se autem verbis dulcibus captum esse dicit. Ut vim eorum designet, talia fuisse dicit, quae capros montanos, qui semper in montibus altis degant, in campos vallium deduxerint. Adiectivum اعصم, omisso substantivo, caprum montanum, qui in anterioribus cruribus albo insignis est, designat. Vox سهل partem terrae montibus oppositam et الاباطح partes vallis inferiores et alvei, in quibus glarea parva est, designant. Hisce igitur vocibus regiones montibus altis oppositas, quas capri montani haud incolunt, significat. Ut poeta p. ٥١٥ v. 2 costarum, sic noster laterum loco cordis mentionem fecit. Mersukius eorum sententiam, qui poetam feminam tanquam haud pudicam et haud castam **(p. 573.)** descripaisse contendant, rectam esse negans rei probandae causa versus sequentes adtulit (metr. Thawil): E a e t a n q u a m p u d i c a e p r o d i e r e c a p u t v e l o t e g e n t e s e t s e r m o v e r u s e a r u m s e r m o n e f a l s o m i x t u s f u i t. I n t e l l i g e n s i n c e r t u s e r a t , q u i d c o g i t a r e t e t s t u p i d u s c u p i d i t a t e i m p l e t u s ; e a e a u t e m a t u r p i d e c l i n a n t e s e r a n t , m o d o s e t e g e n t e s m o d o n u d a t a e , m o d o t a c e n t e s m o d o l o q u e n t e s v e r b a p u d i c a , m o d o d a n t e s m o d o a v a r a e. Narrant Abu-Ahmrunm b. Alahlah Djerirum, quocum in Syriam proficisceretur, rogasse, ut ipsi versus fratris gentis Molaih (Cotsajjiri) recitaret et versibus Hamasae auditis dixisse: Si senem instar mei deceret, ego, profecto! sonum per nares emitterem, quem Hischamus in throno suo audiret. Haec autem verba ob summam voluptatem, quam ex verbis poetae perciperet, dixisse videtur.

LIV.

Alius dixit.

1. Spatio iactus praedae eae sese nobis obtulerunt, tum sagittis a scopo non aberrantibus, in terram non decidentibus, postea scopum ferientibus nos iaculatae sunt.

Feminas in priore versus parte cum venatore, qui praedam petendi copiam quaerit et propius accedere studet, ut sagitta directa praedam adtingat, in posteriore autem cum iaculatore, cuius sagitta a scopo non aberrat, contulit. In cel. Kosegartenii Chrestomathia, ubi hoc carmen invenitur, legimus: تتبعن مرمى الوحش حتى رميننا; sed minus bene. Voces مرمى الصيد spatium designant, e quo praeda sagittâ recte peti potest. Venator autem quum praedae semper a latere obviam venire studeat, poeta verbo تعرضن recte usus est. Posterior versus pars ita construenda est, ut aut verbi obiectum بالناقرات (perforantes) ante voces من النبل omissum sit aut voces transpositae sint, ut voces لا بالطايشات ante voces من النبل locum habeant. Vox طايشة sagittam, quae nimis levis haud rectâ viâ scopum petit, vox خاطفة eam, quae ante scopum in terram decidens, terrae partem abripit, et tum vi eius deminuta scopum ferit, significat. Vocem خاطفة cum generaliore significatione de sagitta aberrante adhibere solent. Dixit poeta a Djenhario citatus metro Redjes utens: اذا اصاب صيده او اخطفا. Q u u m p r a e d a m f e r i t a u t a s c o p o a b e r r a t. In scholii linea quarta loco vocis يتخطف cum Mersukio melius يخطف legendum puto.

2. *Debiles sanguine haud effuso viros occidunt; sed, o mirum, quod debiles occidunt!*

Poetae a feminis amantes occidi dicunt, quamquam amantes re vera occisi non sunt (conf. Ham. ٥٧٢ v. 5. Mersukii legendi modum). Ante vocem ضعايف, quae praedicati loco est, subiectum هن eae omissum est. Scholiastae adsentiendum non puto, qui verba بلا دم de odio intelligenda esse dicit, ut feminae amantes odio haud commotae occidant; nam cur a propria sanguinis significatione recedatur, causam non video, quum de ipsa morte sermo non sit. Vocis عاجبا interpretandae varium modum proponit scholiastes. Aut singulam vocem invocando inservire et litteram Alif, ut vox extendatur, additam esse, aut vocem cum pronomine primae personae coniunctam esse, ut littera Ja in litteram Alif mutata sit. Praepositionem Lam sequenti voci, ut admirationis causam indicaret, additam esse.

3. *Oculus quidem rebus veteribus delectatur; sed nulla res amorem animi magis excitat quam res novae.*

Discrimen indicat, quod inter alias res et amorem inveniatur. Hominem rebus, quas diu possederit, delectari; in amore autem res novas animum attrahere. Hanc sententiam proverbium (Meid. 23, 582) exprimit: »Omni novo voluptas« et sequens proverbium: »Omni antiquo reverentia est« eius partem illustrat. Scholiastes voce ملهى tam rem accidentem, nempe lusum, quam locum et tempus rei accidentis i. e. locum et tempus lusus significari posse dixit. In cel. Kosegartenii Chrestomathia ملهى في البلاد legitur. Legendi modus hic rejiciendus est, quod voces التلاد et الطرايف sensu bene oppositae sunt. Haec quoque res causa est, cur legendi modum الطرايف apud Kosegartenum haud probem.

LV.

Alius dixit.

1. *Profecto! si frigus dentium eius (feminae) superiorum pauperiori me daretur; utique ego pauper sum.*

Se feminam tanto in amore habere, ut nullius amor suum aequet. Amantem autem se cum paupere confert, cui divitis opes opus sint. Feminae autem dona ipsi inter omnes maxime necessaria esse, quum re vera pauper sit. Verbo اعدى aut dandi aut deducendi significationem dari posse, scholiastes dicit; mihi verbis برد انيابها prior magis convenire videtur. Hisce autem vocibus oscula et saliva significantur. Dentibus autem frigus tribuitur aut quod frigus Arabem tempore aestus delectat aut quod dentes a poetis cum grandine et margaritis ob similem colorem comparantur conf. Jones comment. p. 105 et Caab b. Sohair v. 3. Poetae autem quum amantes tanquam occisos describant, salivam cum aqua comparant, quae moribundum in vitam revocet. Sic Motenabbius apud Bohlen. p. 53. Voce الاعلى aut superiores dentes, quod hic locus osculorum sit aut magnificos significari, scholiastes dixit. Formam فعيل adiectivo vim quandam dare, quae, si absolute positum sit, maxime adparere, in scholio legimus. Hanc quoque adiectivi vim in versus nostri voce فقير videre

licet. Eundem modum vocem سقيم sequi, e versu in scholiis citato cognoscimus: (metr. Thawil) Profecto! si lac caprarum cum aqua fontis Moaisil **(p. 574.)** (nomen aquae ditionis gentis Thai), mixtum me morbo infestat, sane! ego aegrotus sum. conf. Ham. ٧١٤ v. 1. Forma comparativi a prima forma, cuius usus obsoletus est, derivanda videtur; sed ab octava quoque forma, quae in usu est, ut partes primae additae abiectae sint, eam derivari licet. De hoc derivandi modo alio loco sermo fuit.

2. Quam multi autem sunt nuntii, eam nuptam esse! Num ad me laetus nuntius venit, eam repudio dimissam esse?

Fingit, sibi multos, eam nuptam esse, nuntiasse et optat, ut ea repudio dimittatur. Incipit versum formulâ admirandi conf. Gram. Ar. T. II, 217 sq. Scholiastes voces ان قد تزوجت locum obiecti vocis الاخبار, praepositione Ba omissa, tenere dicit. Huic qui adsentit, ei vox الاخبار (pluralis forma) loco nominis actionis formae verbi quartae sit, necesse est. Nomina modo verborum casum obiecti regere, invenimus. Sic in verbis Ahschae (metr. Thawil): Promissa Ohrkubi fratri suo in oppido Jetsreb data nomen مواعيد Accusativum vocis اخاه regit conf. de re Meid. C. 7, 10 et Caab b. Sohair v. 11. Sed nil impedire videtur, quominus voces ان قد تزوجت ipsa nuntiorum verba sint, quippe particulâ ان ad inducenda verba sermonis interdum utantur conf. Gram. Ar. T. I p. 568.

LVI.
Alius dixit.

1. Videnti mihi arenam Alghadha animus delectatur, quotiescunque aliquando collium eius vertices oculo meo apparent.

Se adspectu regionis, ubi femina ab ipso amata commorata sit, laetari dicit. Quum arbores Ghadha appellatae maxime in arenis crescant, vox nomen loci non esse; sed addita videtur, ut generale arenae nomen specialiorem significationem accipiat. Caeterum Ghadha nomen regionis in terra gentis Cilab et vallis in terra Nedjd est. Praepositionem in voce بعينى superfluam esse, scholiastes adnotavit.

2. Ego autem, etsi incolas arborum Alghadha amo, primus non sum, qui rem sibi necessariam speret, quâ potiturus non sit.

Quamquam desperat, se optatis potiturum esse, tamen, quum ex animo amorem evellere non possit, spem omnino abiicere non potest, et hanc ob rem se aliorum exemplo excusat. Hic autem versus propter verba من يسكن الغضا opinioni, vocem الغضا loci nomen esse, favere videtur.

LVII.

Alius dixit.

1. Interroga (o mulier) arborem Ban (salicem Aegyptiacam) virentem in campo arenoso, ubi arbores Ban sunt, num vestigia domus tuae salutaverim

Testimonio loci, quem ea incolucrit, feminae probare vult, se, quemadmodum amantium mos ferat, vestigiis domus relictae salutem dixisse c o n f. Bohlen comment. de Motenabbie p. 42. Arabes campestres quum regiones, ubi degant, saepius mutent, poetae veteres domus relictae vestigiorum saepe mentionem fecere c o n f. Lebid Moall. v. 1 Sohair Moall. v. 1. Antarae Moall. v. 1 aliaque. De arbore B a n appellata conferas ea, quae doctissime disputavit celeber. Garcin de Tassy in libro: Les oiseaux et les fleurs p. 142 sqq. Scholiastes formam سلى ex forma أسالى ortam esse dicit, modo quo ex voce الأحمر fiat لحمر. Vox غيناء frondosae et densis ramis, ut tegat umbra sua, praeditae (arboris) significationem habet. Pro hac voce in Mersukii codice الغنّاء legitur, cui voci multis foliis ramisque praeditae (arboris), significationem tribuunt. Significationem inde derivatam dicunt, quod arbor vento mota sonum edat quasi canens. Scholiastes versum sequentem adnotavit: (metr. Chafif) T e r r a e **(p. 575.)** s u b e a q u i e s e s t, a q u a e m u r m u r e t r a m i s c a n t u s.

2. Et num vesperâ in earum umbris steterim loco pauperis (te egentis) et id elegerim?

Feminae ab ipso amatae quoque probare vult, se ibi amore coactum substitisse, ut infelici comparandus sit et suam agendi rationem casu haud adductam esse, sed a libera voluntate profectam. Loco vocis في أظلالهن »in umbris earum« in Mersukii codice في أفنايهن, quae autem vox minus quadrare videtur.

3. Et num matutino tempore oculi mei in domo lacrymis impleti fuerint instar seriei margaritarum decidentium?

4. Homines ver sperare video; sed ver meum, quod spero, in coniunctione tua est.

5. Homines annos steriles timere video; annus autem meus sterilis, quem metuo, calamitas discessus tui est.

6. Profecto! Si, quod me adflixeris, mihi displicet, profecto! quod animum ad me adtenderis, me delectat.

Hi quatuor versus in Mersukii codice desiderantur. In tertio oculum cum muliere gravida comparasse videtur. Lacrymas autem cum margaritis c o n f. Jonesi comment. poesis etc. p. 105 contulit. Vox المتهالك significare videtur, margaritas e filo, in quo coniunctae essent, decidere, sicuti singulae lacrymae ex oculo decidunt. Verba autem في الدار i n d o m o, quum antea de domus deletae vestigiis locutus sit, si versus hi cum prioribus coniunctae cogitantur, minus quadrare videntur. In sequentibus dicit, se earum rerum, quae hominibus cordi sint, nullam prorsus curam habere, quum nonnisi de femina ab ipso amata cogitet. Vox صروف mihi pluralis forma a voce صرف (conversio) esse videtur, nisi potius eam nomen actionis habere vis.

7. Tibi proficiat, quod manum super viscera teneam et lacrymae in oculo meo se moventes ob metum separationis tuae!

Maximo autem feminae amore incensum se eo ostendit, quod optat, ut dolores, quos ipse sentiat, ei salutares sint. Viscera loco cordis posuit. Homo si dolore in visceribus cruciatur, manum super ventrem, ut comprimendo dolorem leniat, tenet. Hisce igitur verbis magnus dolor indicatur. Similem sensum poeta sequente versu expressit: (metr. Sarih) Dominum suum invocans manum dexteram tollit, dum manus dextera super iecore est. Vox رهبة causae indicandae ergo casum Accusativum obtinuit.

LVIII.

Alius dixit.

1. Eâ fruere, quamdiu tecum consentit neque moeror in gutture tuo sit, quum se separat!

Amanti consilium dat. Verbum ساعف de auxilio adhibetur, quod unus alteri ad rem consequendam fert. Si femina aut viam ostendit, qua ad ipsam pervenire possit aut difficultates removet, amanti auxiliatur. Poeta recte dicit moeror in gutture, nam, si quis magno moerore adflictus plorat, res ei in gutture haerere videtur gutturque comprimitur. Et vocem شجا os in gutture haerens significare, Kamusi auctor adnotavit. Neque igitur legendi modum في الصدر in pectore cum Mersukio praeferendum putaverim.

2. Et si tibi lenem se praebet, aliis quoque ex amicis suis lenis erit.

Feminarum agendi modum describens monet, ne quis in iis nimiam fiduciam ponat. Feminis mutabilem animum esse. Scholiastes plures poetarum versus nostro similes adnotavit. Primi sunt Baschschari: (metr. Camel) Ne verbum a femina pudica (Mersuk. خبيا cum eadem significatione) prolatum, etsi laedat, spem tibi eripiat! Feminarum difficultas in facilitatem mutatur et difficilis, postea quam refractaria fuit, copiam facit. Alius sic dixit: (metr. Camel) Feminae et si in rebus tam apertis quam occultis castitas iis adscribitur, tamen caro sunt, quam ferae famolicae circumdant haud defensam, nam in partes dividitur. Hodie tibi eius lascivia sermoque est, cras autem alii eius manus brachiumque. Hospitio similes sunt, quod habitas et unde mane proficisceris et ad quod alius tibi ignotus devertit.

2. Et si iurat, discessum foedus rupturum non esse; at iis, quarum manus tinctae sunt, iuramentum non est.

Et ipsis feminis iurantibus credendum non esse dicit. Voces لا ينقض etc. verba iuramenti sunt. Mos erat feminis digitos rubro pigmento (Alhinna) imbuere conf. Ham. ٢٨٨ l. 14. Vox يمين (iuramentum) iuramentum, cui fides est, hoc in versu significat.

LIX.

Alius dixit. Ohtaibah b. Mirdas auctor esse dicitur.

(p. 576.) *1. Parum carnis in oculis habens iuventute ornata, commodam vitam iucundamque agens*

Feminae pulchritudinem faciei, iuventutem et commodam vitam adscribit. Scholiastes vocem النّاظران minus accurate describens dicit, duas venas in oculorum angulis internis significari. Djouharius nostro loco aptius, auctore Iakobo, dixit, duas venas significari in loco, quo lacrymae effluant super naso ab utroque latere. Poeta dicere vult, superiorem nasi partem, loco, ubi venae illae (fistulae lacrymales) in oculi interiores angulos decurrunt, haud crassum; sed tenuem esse. Tenuem nasum Arabes pulchrum esse censent (conf. Meid. T. II p. 592 supra). Iuventus autem ut omni feminae decori sic ad pulchritudinem necessaria est. Ut pulchritudo conservaretur et augeretur, mollitor vivebant Ham. ٥٤٢ v. 6. Commodam igitur vitam agere, feminis laudi est. Voci بارن quamquam scholiastes firmi et constantis (ثابت) significationem tribuit, tamen iucundi significatio mihi aptior videtur.

2. Velum domus capere voluit; at non ipsa eam ob rem surrexit; sed servae id dimiserunt.

Commodam feminae vitam pluribus describit. Se e loco non movebat, ut, si velum domus paulum removere in animo haberet, puellae plures advolarent. Omnes igitur molestiae et ipsae minimae summa cum cura ab ea removebantur.

3. Ad lusum sermonis omnino inclinata aegroto similis, quem consuetudines reliquerunt.

Nonnisi lusu eam occupatam esse, ut praeter lusum nullius rei curam habeat. Hoc autem in statu poeta feminam cum aegroto contulit, qui nulla re amplius occupatus est. Vox تناهى pro تتناهى est. Vocis propria significatio est ad extremum, finem pervenit i. e. finis, quo tendit, lusus est. Voces اخو سقطة frater lapsus aegrotum designant. Verbum in scholiis occurrens رفرف alas expandit significat. Verbis igitur يترفرف عليه fovendi significationem tribuo, quippe avis, a qua loquendi modus desumtus videtur, alas expandens pullos foveat. Hunc rectum intelligendi modum esse, ex verbo يشفق cum eo coniuncto quodammodo coniicere licet. Verba قد اسلمته العوايد eum consuetudines iam tradiderunt significant, aegrotum occupationibus suis relictis nullius rei curam habere.

LX.

Taubah b. Alhomajjir dixit.

Tempore, quo Merwanus b. Alhacem Medinae praefectus erat, vixit et regnante Moahwijahe occisus est. Alachjalijjam amabat conf. Cit. Alaghani.

Grammaticus Abu-l'Fath nomina propria الحمير et الثعلب comparans voci الحمير articulum potius convenire quam voci الثعلب contendens causam in eo invenit, quod forma demiuutiva

voci quandam adiectivi significationem (se. parvi) addat. Articulum autem nennisi nominibus propriis, quae ex adiectivis eriginem duxerint, ut voci الحارث etc. convenire. Vocis الثعلب aliam rationem esse, cui nisi in eo turpia significatio lateat, tanquam nomini proprie articulus addendus non sit. Rei explicandae causa adtulit, vocis rationem talem esse, ut deminutivi formam non admittat, quippe voci nunquam adiectivum addatur. Adiective appesite futurum esse, ut prima eius conditio, qua sensum integrum (مغالاة conf. Anthel. gram. p. ٧٣) offerat, cesset. Vocis sensus integri ratienem talem esse, ut semper indefinitus sit. Adiectivo autem addito quum quedammodo sensus definitus fiat, hac in re causam quaerendam esse, cur neque adiectivum neque alia res (ex. gr. deminutivi forma) sensu adiectivo similis cum ee ceniungi pessit.

1. *Si Laila Alachjalijjah me salutaret humo et sepulchri lapidibus me tegentibus,*

2. *Profecto! ego laetitiâ adfectus salutarem aut bubo e sepulcri latere vocem edens acclamaret.*

Tante se amere istius feminae captum esse, ut ipsa morte amor periturus nen sit. Ponit sibi in sepulcre iacenti feminam ab ipso amatam salutem dicere. In sepulcre lapis largus ponebatur conf. Ham. ٣٣٣. Mortuerum ossa in bubones mutari putabant conf. Ham. II p. 626 et ۴۰۰. Lateris autem sepulcri mentionem facit, qued in fundi latere foveam لحد appellatam, in qua mortuus peneretur, parare selebant conf. II p. 25. Salutem autem qnominus redderet, si impeditus esset, suo leco bubonem voce sua respensurum esse dicit. Laila antem Alachjalijjah cognominata poetria insignis tempore Islami vixit. Regnante Abhd-Almalico b. Merwan grandaeva erat conf. Cit. Alaghani.

3. *Quae a Laila mihi non contingunt, ea mihi invident. O! omne, quo animus laetatur, bonum est.* **(p. 577.)**

Se a Laila nil ebtinuisse confitetur; sed iam in eo, qued alii ipsi invideant, et ipsum tanquam a Laila amatum commemorent, se gaudii causam invenire dicit.

XLI.

Alius dixit.

1. *Et si Lailam a me retinetis eiusque pulchrum sermonem, tamen ploratum meum versusque non prohibebitis.*

Inimicos suos, qui feminam ab ipso amatam custodientes impediunt, quominus cum ea cenvenire possit, allequitur. Eos ipsum, quin amorem suum manifestet, impedire non posse.

2. *Cur non vos, qui sermonem impediveritis, imaginem impedivistis, quae ad me recta via, quamquam a me longe abest, venit?*

Laetatur, quod feminae imago ad ipsum somniantem perveniat et hac in re selatium invenit. Scheliastes his in verbis indicium videt, feminam ei fidem servare, nam si aliter se habeat, poetam noctes sine semno transacturum esse, ut feminae imago ad eum accedere

non possit. Sententiae probandae causa sequentem vorsum scholiastes adnotavit: (metr. Wafir) Eius imago mo visitatum venit; sed qnum iniustus oaset, imaginom impedivit. Particula أن superflua est. Cui autem sontontiae non ox omni parte assentiri possnm; fiori enim interdum soiot, nt, si quis in amore aut alia re infelix somnnm capit, somnium ei vero statui contrariam rem adferat.

LXII.
Nozaib dixit.

(conf. Ham. p. ٥٩٧.)

1, Quasi cor nocte, qua dictum est: Mane aut vesperâ Laila Ahmeritica abducitur,

2. Avis Katha sit, quam rete subegit. Illa, dum ala ei inhaeret, per noctem id trahendo frangere studet.

Se tanto amoro illius feminae captum describit, ut cor suum, profectionis nuntio adlato, tanta inquietudine commoveatur, quanta avis irretita, ut se liberet, tota nocte se commoveat. Scholiastes adnotavit, vocem ليلة verbornm cum ipsa coniunctorum قيل etc. tempori definiendo inservire non posse, quippe voces, quibuscum coninneta sit, vim non exerceant, nt potius comparationi, quae vocibus كان القلب indicetur, inserviat. Formam tertiam verbi جلب, quae maxime in duabus personis adhibeatur, a poeta hoc in versu adhibitam esso, quod rete trahentem avem impediendo tanquam alteram personam trahentem cogitaverit. Lailae cognomen Ahmeriticae a gente derivatum datum est, ut ab altera Alachjalijjah cognominata distingueretur.

3. Cui duo pulli sunt in nido a ventis agilato relicti,

4. Qui, quum ventum audiunt, colla extollunt, dum eam fatum iam perdidit.

In hisce versibus, qui in Mersukii codice desiderantur, statum illius avis pluribus describit. In nido duos pullos reliquit. Quo maiore autem eorum desiderio tenetur, eo maiore inquietudine acta in reti so commovot. In posteriore versu pullorum statum iudicat. Matris reditum exspectantes, quotiescunque venti sonum audiunt, matrem, quae iam periit, redire putant. Verbum نص de collo erigendo adhiberi, ex versu poetae, quo doreadem cum pullo **(p. 578.)** describit, videre licet (metr. Monsarih): Cum eo (pullo) peragrat desertum omnis meridiei longo collo praedita (dorcas) arenarum ot arborum Dhal et Salam, quae quum soni occulti nuntium accipit (venatorem metuens) ei collum erigit aut voce **Ma** cum vocat. Voces قدر متاح decretum Dei definitum, quod Arabes neminem effugere posse credunt, designant. In codicis Tobreaii latere vox بها aut tanquam alter legendi modus, aut, ut vox به corrigeretur, adscripta est.

5. Sed neque noctis tempore quod sperat, cepit neque tempore matutino e loco suo prodiit.

In hoc vorsu, qui in Mersukii codice non invenitur, avis inutilis movendi modus designatur. Eam neque per noctem neque mane e reti se liberare posse dicit.

LXIII.

Abu - Hajjah Alnomairi dixit.

Ob sensum prioris versus poetam post Islamnm versus dixisse puto. De poeta conf. p. ٦٠ conf. Meid. T. III app.

Scholiastes plures nominis Hajjah derivandi modos proposuit.

1. Ramima me iaculata est, dum Dei velum inter me eamque erat et nos in tractibus regionis Hidjas commorabamur.

Se amore Ramimae, quamquam religio vetet, ne sermone amorem ostendat, captum esse, confitetur. Feminam cum venatore, qni praedam sagitta petit, comparavit. Velum quum impediat, quominus vir aut feminam adspiciat aut ad eam accedat, religionem cum eo comparat. Quae verba intelligendi ratio si recta est, loquendi modum, quo feminae amorem nostrnm patefacimus, غزل appellatum respicit; hunc enim modum tanquam indecorum Mohammedes interdixerat; contra modum النسيب appellatum permiserat. Attamen vero quum canitiea velum Dei recte appellari possit eaque non minus impediat, quominus vir a puella ametur, haud scio an hic intelligendi modus alteri praeferendus sit. Similem loquendi modum scholiastes in seqnentibus versibus Hodsailitae invenit (metr. Thawil): Sicnt tempore domus res non est, o mater Malici! sed catenae colla cinxerunt. Iuvenis instar senis factus est, praeter rectum nil profert, dum vituperantes quieverunt. Hic autem poeta religionis leges cum catenis comparavit, qnae impediunt, quominus vir amorem snum verbis liberis patefaciat. Posteriorem versus partem sic quoque adferunt: عشية الرام الكناس رميم »vesperâ lapidum loci Alcinas dicti, Ramima.

2. Et si, quum me iaculata esset, ipsam quoque sagittâ petiissem; sed multum temporis praeteriit, quod iaculando certo.

Vocis لو consequente sententia omissa voces لحق الامر »res recta esset« aut similes supplendae sunt. Huius autem versus posterior pars causa est, cur vocibus ستر الله canitiem significari putaverim, quippe in qua de senectute poetae sermo sit. Ramimam, quae ipsum amoris sagittâ laeserit, iniuste egisse dixit, quum ipse, iam senex, amoris sagittâ eam petere non possit.

LXIV.

Alius dixit.

1. Num carcerem, vincula, desiderium, peregrinationem et absentiam amati (coniungis)? Sane hoc magnum est!

Queritur, se tot malis adfectum esse singula enumerans. Loco vocis غربة (peregrinationem) in Meraukii codice vox عبرة (lacrymam) legitur. Accusativus substantivorum e verbo omisso تجمع (coninngis) aut simili pendet. Sunt, qui substantivis casum nominativum tribuant.

2. *Vir, cuius pactum foedus in tantis malis, quae perpessus sum, haud rumpitur, profecto! generosus est.*

Hoc in vorsu se generosom esse probat eo, quod tanta mala efficore non potuerint, ut foedus ictum violaret. Voci لاسيته in codice Tebrisii alter legendi modus لاقيته subscriptus est, qui minus placet.

LXV.

Alius dixit.

1. *Sponsio Dei te, o mater Malici, custodiat et profecto! Deus dives potensque est, ut te liberet a morbo.*

(p. 579.) In hisce vorsibus, quorum metrum secunda species metri Thawil appellati ost, feminao ab ipso amatae bonum optans magnom amorem ostendit. Loco vocis يشقيك in Mersukii codice يشفيك »te a morbo liboret« legitur et vox يشقيك fortasse vitio scribae orta est. Alter quoque legendi modus يسقيك »te irriget« adnotatus est. Forma futuri Nasbati metri causa adhibita non ost. Mersukius, sponsiooem Dei, in verbis Coraui Sur. 40, 62. »Mo advoca et te exaudiam!« esse dixit. Quod autem praopositio عن poeta ante verbum posuerit, id duplici modo explicari posse; aut particulam أَنْ omissam esse aut litterâ Alif mutatâ vocem عن pro أن positam esse. Scholiastes adnotavit, fuisse inter Arabes, qui omnem litteram Alif vocali Fatha onunciandam in litteram Aihn mutarent. Geoti Tamim istum enunciandi modum, a grammaticis عنعنة appellatum proprium fuisse scimus conf. Meid. 23, 345 et Djouh. Res in multis vocibus occurrit, ut قما et قمع, جاف et جعف, تزازا ot تزعزع etc. In versu poetae Dsu-l'Rommah cogoomioato vocem عن pro ان positam dicunt (motr. Basith): Num, quod vostigia domus Charkae contemplatus os, aqua dosiderii ex oculis tuis effusa ost? Hoc si in versu nostro admittitur, schollastae praepositio Ba ex voco أغنى pendons omissa vidotur, ut vorba sint pro ولله اغنى بأن يسقيك.

2. *Tam malum quam bonum, tam quod timeo, quam quod spero et exspecto, efficit, ut tui recordar.*

Nullam rem esse, quae efficiat, ut feminao ab ipso amatae obliviscatur, dicit.

LXVI.

Alhacam Chodhrita dixit.

Gentom Chodhr ad gentem Mokarib b. Chazafab b. Aihlan pertinere dixit.

1. *Duo eius vestimenta inter se partita sunt; nam in tunica mollis est et in inferiore veste duo crassi (lumbi) sunt, quorum nates magnae sunt.*

Corpus feminae ab ipso amatao describens, superiorem partem mollem, inferiorem crassam esse dicit. Vocem درع indusium mulieris esse, quo corporis superior pars tegitur, e nostro

loco videmus, sic, quin vox مرط vestimentum mulieris, quo inferior pars vestita sit, designet dubitare haud licet. De hac autem voce Ham. ٥٠٣ pluribus disputatum est.

2. Et per Deum! nescio, utrum mulieres gratia et pulchritudine superet an ego mente caream?

Quasi ipsum amoris, quo captus sit, pudeat, aut eam omnes mulieres pulchritudine vincere aut se sana mente privatum esse, dicit.

LXVII.

Alius dixit.

1. Abeo, dum Lailam haud visitavi. O quam pravus ego cultor amoris coniunctionisque sum!

Comites festinantes poetam impedivisse videntur, quominus Lailam ante abitum visitaret. Se igitur quasi vituperans hanc ob rem alloquitur. Pronomen primae personae post vocem بئس, quae verbis vituperandi adnumeratur, omissum est, quod ex sermonis nexu notum esset (conf. Gram. Ar. T. II p. 223). Similis loquendi modus in verbo laudandi نعم in verbis e Corani loco (Sur. 38, 29.) adnotatis invenitur. Vox إذا, quam grammatici particulam responsi retributionisque appellarunt (Gram. Ar. T. II p. 32), quum ad sensum necessaria non sit, nonnisi metro explendo inservire videtur (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 527.). Particulam Lam ante vocem بئس, quam grammatici لام الابتداء appellarunt, nominativus substantivi sequitur (Gram. Ar. T. II p. 582).

2. Terra genti meae sit neque commoda vita! Quam vehementer sane gens mea in servitutem me redegit!

Genti suae, quae illius rei causa sit, male precatur. Verba poetae: terra genti meae sit! duplici modo intelligi posse videntur, ut aut terram sepulcri aut paupertatem vitae commodae oppositam designent. In proverbiali loquendi modo (conf. Meid. 2, 36) بفيه البرى »in ore eius terra sit!« non dubito, quin terra sepulcri intelligenda sit; alia autem sit ratio, necesse est in verbis poetae (metr. Wafir): كلانا يا معاذ نحب ليلى بفى وفيك من ليلى التراب. Nos ambo, a Moahdse! Lailam amamus. In ore meo oreque tuo ex Laila terra est. Sic quoque in versu a scholiasta adnotato (metr. Thawil): Et terra in oribus delatorum et lapides sint! Mersukius contemtum significari dixit. Idem adnotavit, post priorem vocem **(p. 580.)** لا aut sermonem omissum esse, ut voces عز لهم »(ne) iis honor sit!« suppleantur aut sermonem adversariorum voce لا refelli, ut, si quis dixerit: Erga quendam sic age! alter respondeat: لا ولا كرامة له i. e. neque hoc faciam neque honore eum adficiam, cui honorem habendum mihi imperas. Silentio autem praetereundum non est, verba لا ولا كرامة a scholiasta adnotata diverso modo, ut post vocem لا vox حبا suppleatur, explicari posse conf. Selecta ex histor. Halebi p. 82 adnott. Voce اهل interdum uxores designantur. Scholiastes adnotavit, verbi لشد ما eundem sensum quam verba لعز ما (conf. Ham. ٣٨٨ infr.) offerre. Gentem suam in agendo terminos convenientes transgressam esse dicit. Fieri quoque posse, ut modum vocis نعم et بئس sequatur conf. Anthol. gram. p. ١٣٩ et p. 359. Beatus de

Sacyus e grammatici Ebn-Djiunii commentario sequentia verba adscripsit: قوله لشد ما معناه المبالغة وهو عندهم ملحق بنعم وبئس ويجوز ان يكون شد فَعُل بمنزلة حب من حبّذا ولم يات عندهم فَعُل فى المضاعف الا حبّذا وما حكاه يونس من قولهم لبُبْت الُبّ وحكى ابو الحسن شرُرت من الشرير ومن جهة احمد بن يحيى لمُمت لمامة.

LXVIII.

Abu - Dahbal Djomahita dixit.

Nomen duobus poetis erat, quorum unus noster, alter Djohairita. (Tempore Mohammedis post Islami initium Ham. ۷۰۳ vixit.)

1. Num Lailam relinquam, dum inter nos nonnisi noctis spatium est? Sane ego patiens essem!

Se Lailam, a qua nonnisi parvo viae spatio separatus sit, visitaturum esso dicit, quum tantam patientiam non habeat, ut eam relinquat. Post interrogationem omissa sunt tum responsum, se eam relicturum non esse, tum verba: si id facerem. . . . .

2. Ponite, me esse virum ex vestrûm numero, qui camelum suum amiserit, cui clientela sit; clientelae autem graves sunt.

Rogat socios, ut ipsi in visitanda Laila opem prestent neque adversentur. Rem autem tanquam iis praestandum officium postulat. Ut socio camelum amissum quaerat, quaesituro tempus concedendum esse, sic in graviore re quaerenda ipsum a sociis, in quorum clientela sit, ad festinandum in itinere impelli haud debere. Verbo وهب, cui proprie donandi significatio sit, ponendi significationem habere, scholiastes sequente versu Ohkaibahi Asaditae probat (metr. Wafir): P o n e e a m e s s e g e n t e m , q u a e s i n e v i n d i c t a p e r i e r i t . J a s i d u s e o s r e g i t e t A b u - J a s i d u s . Voces اضل بعيره et له ذمة loca adiectivorum vocis إمرءا tenere scholiastes dixit. De discrimine, quod scholiastes inter primam quartamque formam verbi ضل esse statuit, lexicon meum conferas.

3. Et profecto! socius relictus maioris socio habendus est quam camelus aberrans.

Ut sociis persuadeat, discrimen inter socium et camelum magnum esse dicit.

4. Deus Lailae hodie mane condonet! nam, quum contra me iudicium facit, iniusta est.

Alteram rem, qua socios commovere studet, adfert. Lailae contra ipsum iniustitiam tantam esse, ut parva eius peccata magna ducat. Eam igitur, si ipsam visitare omittat, poenâ gravi ipsum adflicturam esse.

LXIX.

Alius eodem metro usus dixit.

1. Postrema res tu in omni somno levi es et prima res in evigilando.

Nullum temporis momentum esse, quo de femina ab ipso amata non cogitet, dicit. De imagine eius, quae ipsi somnianti se ostendit, sermo non esse videtur et cur scholiastes

huius rei mentionem fecerit, in poetae verbis causam non video Vox الاخر cum duabus litteris Alif in codice loco vocis آخر cum signo Medda semper scripta invenitur.

2. Augmentum autem tuum a mea parte est, quod te ab interitu custodiam et quod amor meus instar aquae nubis haud mixtus sit.

Se non solum de femina ab ipso amata semper cogitare; verum etiam eam ab ignominia, dum secretum amoris haud divulget, servare et purum amorem ei dicare dicit. Sed operae pretium videtur Morsukii duplicem explicandi modum apponere: ثم قال والذى ازيدك من عندى الا اشهر بك ولا ابوح بسرك ولا اعلن النسيب باسمك اذا كان فى جميعه تنفيرك وتعريضك الردى وفضيحتك فانا اقيك من ذلك واصفى لك الود حتى لا يشركك فى قلبى احد فيصير خالص الود مشوبا وصافى الهوى مكدرا ويجوز ان يكون المراد مزيدك عندى ان ادعو الله جل جلاله بالصيانة لك وتوفير الحياطة عليك من كل ما تكرهينه او يودّى الى شينك فيما ترومينه والذى يشهد لقوله من الردى وان المراد به الفضيحة قول امرى القيس (Diwan. p. ٣١) صرفتُ الهوى عنهن من خشية الردى ولست بمقلى الخلال ولا قال الا ترى انه كان ملكا لا يخاف معارضا له فيما يتعاطى من اللهو ويختاره من الصبى والبطالة مع من كان وفيمن اتفق فكيف ما يتعداه من طلب الغوائل له لكنه عد انتشار الحديث فيه وقيام الناس وقعودهم بذكره هلاكا وعطبا. Vox مزيدك locum subiecti tenet, cuius praedicatum ان اقيك est. Cum hoc autem verba وود كماء etc. coniuncta sunt.

LXX.

Alius eodem metro usus dixit.

1. Dsalfa iusta non est, nam eius propinquitas fuga est et eius absentia desiderio implet.

De modo agendi quo femina ab ipso amata utitur, queritur. Talem eam esse, ut si ipsi propinqua sit, eum fugiat; absens autem eum desiderio incendat. Poeta in versu aequali modo locutus non est. In priore phrasi nomine actionis هجر, in posteriore futuri forma يشوق usus est, tum quoque et propinquitati et absentiae, quod feminae propinquae et absenti tribuendum fuit, tribuit. In tertia scholii linea loco vocis جعلها in Mersukii codice جعل فعلها legitur, id quod praeferendum est.

2. Ab eo remota est, quocum coniuncta est et ita se gerit, ut, quem non amet, ei amicus videatur.

Priorem versus praecedentis partem pluribus illustrat. Vox تباعد est pro تتباعد et post verbum واصلت suffixum ه ad vocem من referendum omissum est.

LXXI.

Hafz Ohlaimita dixit.

Poeta e gente Djenab, quae pars gentis Calb erat, oriundus. Alii, istam gentem Koraisch gentis Cilab fuisse, dicunt (i. e. gentis Cilab nobilissimum tribum).

1. Prudentiae meae dico: Ne ab amore iuvenili me prohibeas! et senectuti: Ne puellas pulchras a me deterreas!

Hi versus in Mersukii codice p. ٥٨٧ ante versum وقفت لليلى locum obtinuere. Poeta senex, amore iuvenili, quo incensus est, gaudet. Mersukius sensum esse scripsit: Poetam optare, ut prudentia, quae aetate provecta homini propria sit, ipsum ab amore non retineat, et senectutis adventus cunctetur; sed talis sensus in verbis necessarius non est. Poeta iam senex evasisse videtur. Verbum وزع prohibendi significationem habere, verbis Mohammedis traditione conservatis scholiastes probat: »Plura a rege prohibentur, quam lege Corani et hominibus prohibentes opus sunt.«

2. In terra depressa amorem quaesivi, donec eum inveniebam et in terra alia amori mihi sufficienti indulsi.

Multis variisque amoribus se indulsisse dicit. Ex hoc versu, poetam aut senem aut saltem provecta aetate esse coniicere licet. Vox غور regionis inter locum Dsat-Ihrk et mare sitae et tum occidentalis regionis Tehamah partis et vox نجد regionis Tehamah terrae oppositae nomen est. Illa vox generale depressae terrae, haec altae terrae significationem quoque habet. Quamquam proprie de amore نجدي aut غوري sermo esse non potest, tamen poeta amorem Ghauricum, ut ita dicam et Nedjdicam appellavit, ut cuiuslibet generis amorem significaret. Formam verbi سار secundam elegit significaturus, se iter fecisse. Loco nominis actionis سيرا poeta vocem ما cum verbo coniunxit.

3. Et o domine mi! si eam mihi non decernis, ne Kadsuram illis permittas; sed Kadsuram suo statu ad te sume!

Incertos de amore feminae, quam amat, esse videtur. Quod autem in amore accidere solet, ut, qui feminam vehementi amore complectatur, eam alteri invideat, id noster declarat. Rogat igitur Deum, ut, si ipsa potiri non possit, eam morte aliis eripiat. Scholiastes vocem كما duplici modo explicari posse dixit aut vocem ما esse pronomen pro الذي, ut praedicatum subiecti omissi هو sit aut esse superfluam, impedientem, quominus particula ك sequentem vocem regat, a grammaticis ما كافة appellatam conf. Gram. Ar. T. II p. 63. Hoc admisso vox locum subiecti tenet, ut praedicatum omissum sit. Sensus hisce verbis constituendus est كما هي عليه (Vocem عليه ex Mersukii codice addendam esse puto). Verba autem feminae ab ipso amatae statum indicant, qui quum floris iuventutis sit, ei ex lege naturae moriendum non est.

4. Et utinam Deus, si ei non occurro, ut omnes duo (amantes) sibi non occurrant, decernat!

In hoc versu desiderium cum femina amata conveniendi declarat. Post particulam يا persona advocata vox قومي (gens mea) aut similis omissa est. Particulam ان in voce الا ex voce أنْ mutatam esse, scholiastes ea causa commotus dixit, quod nomen actionis تلاقيا sequitur. Mirum est, quod et in Mersukii codice in scholii linea secunda لا تلاق لنا legatur, quum de duobus aliis amantibus sermo sit. Factum esse potest, ut propter incuriam scholiastes sic scripserit. Scholiastes dixit, praedicatum vocis لا (sc. vocem موجود aut similem) omissum esse, prepositionem locum praedicati vocis أن tenere et pronomen rei Gram. Ar. T. II

p. 372. abesse, ut locus sic constituendus sit: انه لا تلاق موجود. Loco praedicati vocum ان الله verbum قضى esse, ut voces قضى etc. tam conditionis ان لم etc. propositionem consequentem efficiant, quam vocis ليت praedicato inserviant.

LXXII.

Abu-Becr b. Abd-Alrahman Sahrita dixit. (p. 582.)

(Eum post Mohammedis tempus vixisse, e nomine coniicio.)

1. Quum ad habitaculum rore madefactum, pulchrum et hortum floribus ornatum devertissemus,

2. Loci odores eiusque pulchritudo optata nobis renovarunt. Tum optavimus; sed tu in votis eras.

Quum poeta cum socia in loco amoeno substitisset et locus effecisset, ut optarent, nil praeter mulieris praesentiam optarunt. In hoc mulieris laus est. Aut mulier in isto loco olim commorata erat, ut eius reminiscerentur aut loci pulchritudo ad laetitiam invitans feminam pulchram in mentem revocavit. Vocem بستان origine Persicam, ab Arabibus antiquo tempore in usum adhibitam esse, scholiastes observans poetae Alahschae versum adnotavit (metr. Chafif): D a t a n n o s a s c a m e l a s, c r a s s a s i n s t a r h o r t i, q u a e p u l l i s p a r v i s p r o p e n s a e s u n t. Quum Persae in oppido Hira commorarentur, non potuit non fieri, ut voces Persicae, quae fermâ similes Arabicis essent, in linguam Arabicam transirent. Beatus de Sacyus adscripsit, se, cur hos camelos horto assimilaverit, non satis intelligere. Forsitan in pulchritudine comparandi rationem esse. Scholiastes dixit, a voce البستان provenire rem بستن appellatam. Idem de Sacyus adnotans, se a quodam linguae vulgaris perito audivisse, vocem a o d o m i a m significare scripsit. Sed fieri potest, ut vox a Persico بوسيدن o s c u l a r i derivata sit et بُستن Castello auctore Persis amasium designat.

LXXIII.

Mahdan b. Almodharrab Cendita dixit.

1. Quamdiu amor Lailae purus erat, inimico obsecuti non sumus et socii sermonem de eo non audivimus.

Quamdiu Laila ipsum sincero amore amplexus esset, se ei omnino deditum fuisse et detrectaturo aures non praebuisse. Mersukius sequentia verba (quorum posteriorem partem in fine versuum noster adscripsit) adnotatu digna habet: سلك فى هذا مسلك ذى الرمة حين قال فيا مىّ هل تجزى بكاى بمثله مرارا وانفاسى اليك الزوافرُ وقد زيّف النقاد وقالوا ذو الهوى لا يستدعى ممن يهواه المكافاة على ما يتحمله فيه وقد عاب ابن ابى عتيق على كثير قوله ولست براض من خليلى بنائل قليل ولا راض له بقليل وقال هذا كلام مكاف لا كلام محب. »Hoc in versu modum poetae Dsu-l'Remmah secutus est dicentis (metr. Thawil): O M a j j a! n u m f l e t u m m e u m s i m i l i r e p e n d i s e t h a l i t u s m e i a d t e g e m e n t e s et nummularii (sermonis) improbum nummum esse declararunt (i. e. sermonem haud rectum esse dixerunt) dicentes: Amantem

ab amato in eo, quod ferat, ut ponset, non postulare et ab Ebn-Abi-Ahtico poetam Cotsajjir appellatum ob verba sequentia vituperatum esse (metr. Thawil): B o n o p a r v o, q u o d a b a m i c o c o n s e q u o r, c o n t e n t u s n o n s u m e t e i p a r u m d a r e m i h i n o n p l a c e t. Haec esse verba retribuentis, non verba amantis.« Scholiastes voces ود ليلى duplici modo explicari posse dixit; vocem ليلى aut obiecti loco aut subiecti loco esse, ut amor, quo amans Lailam amet aut amor, quo Laila amantem amplectatur, significetur. Vocibus ما صفا varius quoquo sensus tribui potest. Praecedentibus verbis tempori definiendo inserviunt, ut aut idem subiectum maneat aut subiectum mutetur. Prior igitur versus pars vario modo sic verti potest: 1) Purus fuit amor, quo Lailam amplectebamur, quamdiu purus erat. 2) Purus fuit amor Lailae, quo nos amabat, quamdiu purus erat. 3) Purus fuit amor, quo Lailam amplectebamur, quamdiu amor Lailae, quo nos amabat, purus fuit. Verborum autem proxime sequentis versus qui rationem habet, is non potest non interpretandi modum praeferre, quo Lailae (tanquam subiecti) amor designetur. In Mersukii autem codice versus sic legitur: صفا ود ليلى ما صفى لم نطع به عدوا ولم نسمع به قيل صاحبى. In scholii linea secunda cum Mersukio مدة بقائه spatium temporis, quo durata legendum est. In scholii tertia linea ibi sic legitur: ويجوز ان يكون المراد صفا ودنا لليلى مدة صفا ودها لنا لحميناه من قدح الاعداء فيه والاصغاء الى قيل اللائمين وعتبهم له ويدل على هذا التفسير قوله من بعد فلما تولى ود ليلى لجانب وقوم تولينا لقوم وجانب فان قيل. In lineâ septimâ cum Mersukio sic lego: صلح ان ينوى فى قوله ما صفا. In linea denique decima sic legitur: هو فى نفسه لنا وقد روى لم نطع بها عدوا.

2. Sed quum Lailae amor ad latus gentemque declinasset, nos quoque ad gentem latusque abivimus.

Quum Laila alios amore amplexus esset, se eius exemplum imitatum esse dicit. Se igitur talem describit, qui in amore feminae infidelis haud perseveret. Voci تولى et abeundi et obsequendi significationem tribui posse scholiastes dixit.

3. Omnisque amicus post Lailam ob perfidiam me metuit aut amore mediocri contentus est.

Quum amici poetae agendi rationem erga Lailam cognovissent, quam ob parvam **(p. 583.)** causam reliquisset aut timuêre, ne ipsos propter parvum delictum relinqueret aut mediocri amore contenti summum amoris a poeta haud postularunt.

LXXIV.

Alius dixit.

1. O! Utinam scirem, num unam noctem agerem, qua tui recordatio ad me non accederet, quemadmodum accedere solet.

Se amore vehementer vexatum confitetur, ut per noctis tempus quiete haud fruatur. Num de imagine in somnio apparente, ut scholiastes dixit, sermo sit, dubitare licet. Fieri potest, ut feminae ab ipso amatae recordatio non dormienti veniat. Sed sententiae probandae causa Abu-Tammami versum Mersukius adtulit (metr. Chafif): ثم فما زارك الخيال ولكنك بالفكر زرت طيف الخيال.

Dormi, nam imago te non visitavit; sed cogitatione tu apparentem imaginem visitasti. Voci شعرى casus accusativus est a voce ليت rectus conf. Gram. Ar. T. II p. 61 sq. Praedicatum vocis ليت sc. واقع emissum est. Voces هل ابيتن locum duorum obiectorum, quae voci شعرى necessaria sunt, tenent (conf. Gram. Ar. T. II p. 297 sq. 580).

2. *Et num delatores conditionem nostram corrumpere intermitterent et fossam nobis cavare, ubi nescimus.*

Iulmicerum agendi rationem queritur. Tam verbis calumniosis conditionem corrumpere quam insidias iis struere student. Se et feminam amatam cum fera comparavit, quam venatores, ut in fossa tecta capiant, operam dant. Scholiastes, vocis العاثور casum Accusativum e nomine actionis Nunnationem habente pendere, et efficacissimum nomini actionis regendi modum esse adnotavit, quum Nunnatione adfectum sit, quippe verbo similius sit. Beatus de Sacyus huius rei explicandae causa Ebn-Djinnii verba exscripsit, quorum partem hic addam:
اعمل المصدر منوّنا وهو اقوى احوال عمله ثم يليه عمله مضافا ثم يلى ذلك عمله وفيه لام التعريف وهو آخر مراتب عمله وانما كان عمله منونا اقوى لانه حينئذ نكرة وهو اشبه بالفعل.

LXXV.
Alius dixit.

1. *Si hic revera animus tuus est, ego conditionem nostram fugâ reparabo.*

Amata sic egerat, ut de sincero eius amore dubitaret; minatur igitur, se eam relicturum esse.

2. *Abiturus a te modo filii ingenuae, qui amorem in animo occultavit. Qui (amor) autem occultatur, is magis durat quam qui vulgatur.*

Se in hoc generosi agendi rationem secuturum esse, qui iniuriam patienter non ferat, etsi feminam amet. Suum autem amorem duraturum esse indicat. Se feminae liberae filium appellavit significaturus, se ingenuum et generosum esse, nam ingenuae filius, etsi pater servus liber est; sed servae filius patre libro servus conf. Abulf. Ann. T. I p. 362. Hic autem servo patre natus liber purus origine Arabs non erat; sed nomen هجين gerebat.

LXXVI.
Alius dixit. **(p. 584.)**

1. *In viciniis matutino tempore venientibus vallis Wadjrah dorcas, nigris oculis, molliter educata est.*

Mersukius retulit, poetam cum amica per aliquod tempus in valle Wadjrah commoratum esse, ubi saepius conveniendi occasionem inveniret. Postea separationis dolore adflictum hos versus dixisse. Sed vallem Wadjrah locum, ubi poeta commoraretur, fuisse, eam ob causam in dubium vocare licet, quod a poetis saepe dorcadum vallis illius mentio fit et in valle ipsa

statio non est (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 31.). Feminas pulchras cum dorcadibus comparatas esse, saepe vidimus conf. Ham. ١٨٤ v. 2. ٥٤١ v. 4. Taraf. Moall. v. 6 sqq. Wadjrae autem dorcades appellatae sunt, quod ibi aut frequentes aut pulchrae essent. Hoc enim loco, qui inter Meccam Bazramque situs spatium quadraginta milliariorum amplectitur, hominum statio non erat. Duas res addit, quibus pulchritudo feminae significatur. Vox كحيل, quae ad feminam referenda est, feminam, cuius oculi collyrio tincti sunt, designat; solebant enim Arabes nigra collyria oculis illinere. Collyrium, quo utebantur e lapide اثمد appellato paratum a beato Hamakero in libro: De expedit. Memphidis p. 35. descriptum est. Nostro in versu non de collyrio; sed de oculis nigris sermonem esse, ex usu vocis المقلتين videmus, quippe quae proprie nigrum oculi designet, in quo collyrium non adhibeatur [1]). Natura autem nigri oculi, quibus collyrium haud opus est, pulchri habentur conf. Ham. ٥١٥ infr. et haec res causa est, cur tales oculi cum oculis dorcadis comparentur ib. p. ٥٣١ v. 2. Oculi caerulei pulchri non putantur conf. Ham. ٣٣٣ v. 2. Alterum in versu nostro pulchritudinis indicium in eo est, quod molliter educata dicitur conf. Ham. ٥٧١ v. 1.

2. *Ne peregrinum eum esse cogites, qui absens est; sed a quo tu remota es, is peregrinus!*

Feminam alloquens dicit, eum, qui a suis absit, peregrinum non esse; eum potius peregrinum esse habendum, a quo ipsa, in cuius potestate cor sit, remota degat [2]).

LXXVII.

Alius dixit [3]).

1. *Per animam meam gentemque (libero) eum, cui si alii noxam inferre cupiunt, quomodo respondeat, nescit.*

Quidam poetam amans, ab aliis hunc ob amorem verbis vexatus, quum amore omnino occupatus esset, criminationes haud repulisse videtur. Quae autem res quum amoris indicium esset, poetae tantopere placuit, ut versus verba proferret. Arabes autem, se quendam in summo amore habere indicaturi dicunt, se illum vita et gente tradita liberare. Scholiastes voces بنفسى واهلى e verbo omisso افدى (redimo) pendere adnotavit. Verbo عرض latus obvertendi significationem tribuo, ut ad verbum vertam »quum latus obvertunt ei cum quadam noxa« i. e. quum eam (personam), ut noxam inferant, aggrediuntur.

2. *Neque excusatione innocentis se excusat neque silentium rumpit, ut dicatur: Crimen commisit.*

Quum se non excuset, ut innocentia manifesta sit neque silentium interrumpat, se peccasse, confiteri videtur. In Ebn-Challikani opere loco vocis سكتة vox عدة, utremora legitur.

---

1) Cui voci si adipis oculi, quo nigrum et album oculi continetur, significatio esset, poeta Ham. ٥١٥ infr. haud bene مقلة سوداء dixisset.

2) Post vocem نأى obiectum عن اهله ab gente sua aut simile quid omissum est.

3) Versus, qui in Ebn-Challikani opere Nro. 832 occurrunt, ab aliis Ebn-Aldomainaho, ab aliis Jasido b. Althaterijjah tribuuntur.

LXXVIII.
Alius dixit.

1. Omnis terrae, cui vestigia ea (femina) impressit, et si anni elabuntur, odores suaves augentur.

Feminae laudem praedicans dicit, omnis terrae, in qua degat, odores suaves augeri. Maximam igitur huic feminae vim tribuere videtur. Sed qui feminam amat, ipsa ei terra, in qua illa degit, pulchrior videtur. Noster autem illam pulchritudinem post annos peractos haud deleri dicit. In scholii linea tertia (codex Tebrisii in margine corruptus est) cum Mersukio بالاقامة legendum puto. Voci طيبا casum Accusativum datum esse dicit scholiastes, quod distinguendo, id quod grammatici تمييز appellant, (Gram. Ar. T. II p. 114. 538) inserviat; verbum autem ab hac voce in vocem ترابها translatum esse, quum proprie dicendum fuerit: يزداد طيب ترابها »odores suaves terrae eius augentur«. Factum inde esse, ut vox طيبا obiecto similis fieret (sed cum Mersukio فاشبه طيب المفعول melius legendum puto). Similem loquendi modum in verbis قررت به عينا reperiri. In sequentibus autem scholii verbis quum propter codicem Hamasae laesum lacunae, quae ex Mersukii codice explendae sint, reperiantur, locum ad verbum vertendum esse puto. »Quod si quis interrogat, num in hoc versu indicium sit, adversarium Sibawaihii, qui vocem a grammaticis تمييز appellatam anteponi permittat, quum a verbo regatur, recte iudicasse, dum inter hunc versum et alius verba, in quibus argumentum esse putaverint (leg. وبين ما استدلو به) (metr. Thawil): وما كان نفسا بالفراق تطيب »et animae separatio haud placebat«, discrimen statuat, in nostro argumentum non esse respondeo, quamquam versus a me citatus argumento inservire potest, ut Sibawaihii socii dixerint, alio modo versum sic legi: وما كان نفسى بالفراق تطيب. Causam autem in eo video, quod vox طيبا non ante vocem regentem se. verbum; sed nonnisi ante vocem, quae subiectum factum est, posita est (Legas: على العامل وهو الفعل وانما قدم.). Quae res quum ita se habeat, argumento esse non potest, quoniam nonnisi quaeritur, utrum vox ante vocem regentem locum habere possit, nec ne. Vox autem, quamdiu post verbum locum habet, ad contrarium probandum adhiberi non potest.

2. Nescisne, o domine mi! me saepius sincero animo te invocasse, si preces meae exaudirentur.

Se Deum saepius invocasse dicit, sed de re tacet. Ex sequente versu coniicio, poetam Deum invocasse, ut eum ab amoris doloribus liberaret; sed Deum preces eius haud exaudivisse. Voce مخلصا status poetae Deum invocantis indicatur; in voce اجابها autem, id quod poetae frequentius faciunt, praepositione omissa, suffixum cum verbo poeta coniunxit conf. libr. meum: Darstellung der Arab. Verskunst etc. p. 488 sq. Vox أَنْ autem licentiâ poeticâ pro أَنَّ posita est.

3. Et iuro, si lupos deserti ei cognatos viderem, lupos mihi caros futuros esse. **(p. 585.)**

Tanto puellae amore captus est, ut eius cognati, etsi turpissimi ipsi cari sint. Inimici

antem turpes cum lupis comparantur conf. Ham. p. ۱۳۰ v. 3. ۱۳۹ 4. Hoc quoque in vorsu lupis inimicos turpesque significari puto, nam de lupis revera cum femina cognatis ne a poeta quidem cogitari potest. Poeta autem huius rei, quae tanquam possibilis nunquam cogitari potest, mentionem fecit, ut suum maximum amorem designaret. Vocem الفلا aut sermonis exornandi causa aut quod lupi deserti aliis ferociores cogitentur, addidit. Voce antem ذئاب repetitâ sententia confirmatur. Verbum أقسم iuramenti, cuius sententia consequens verbis حببت etc. contineatur, vicem agere scholiastes adnotat. Haec autem sententia consequens cum conditione, nt ea cum iis cognata sit (leg. وهو ان يكون مناسبة لها), coniuncta est, dum sententia consequens iuramenti eadem est ac sententia consequens conditionis. Legitur quoque حبّبت cum forma passivi, quod alii pro حُبّبت dictum esse volunt negantes, primae formae transitivam formam esse, quae nonnisi quartae conveniat, aut حَبّبت, quod pro حُبّبت esse dicunt.

4. Per vitam patris Lailae! profecto! si in loco Wadhi-l'Kora est, nemini praeter me eius peregrinatio nocet.

Poeta per vitam patris amatae iurans ostendit, se Lailam magni facere. Vir per vitam patris iurat, quod pater ipsi carissimus est. Poeta igitur, se Lailae patrem suo cariorem habere, iuramento patefacit. Cur autem poeta dixerit, absentiam eius nonnisi ipsi nocere, haud liquet. Rem sic intelligo. Quum femina aliquod temporis spatium in alia quam suorum regione commorata in regionem Wadi-l'Kora, ubi eius cognati versarentur, rediisset, hic reditus nonnisi poetae amanti nocuit. Locus Wadi-l'Korah in provincia Jemamah in finibus regionis Badijah Djesirah (desertum Aldjesirae) situs est. Scholiastes dixit, poetam voce اغترابها aut ipsum a feminâ amatâ absentem esse aut feminae amatae absentiam significare.

LXXIX.

Alius dixit.

1. Per vitam tuam! Locus promissus oculorum tuorum et ploratus in loco Dara non est nisi quod Auster flat.

Poeta se ipsum alloquens dicit, causam, cur semper in isto loco ploret, in vento, qui feminam amatam ipsi in memoriam revocet, esse. Venti autem australis sine dubio eam ob causam mentionem fecit, quod femina amata in regione, unde ventus ille flaret, commoraretur. Grammaticus Ebn-Djinni, adnotante beato de Sacyo, voci البكا triplicem casum tribui posse dixit aut genitivum, ut cum voce عينيك constructione coniuncta sit, aut Accusativum, ut littera و significationem vocis مع habeat (Gram. Ar. T. I p. 556.) aut nominativum, ut cum voce ميعاد constructione cohaereat. Horum primum explicandi modum caeteris praeferendum puto, quod tam sensu quam constructione aptior videtur. Vox enim ميعاد quum locum aut tempus promissum designet, verborum sensus mihi videtur, oculos et ploratus, qui personas agant, se conventuros esse isto loco, promisisse. In scholii linea quinta cum Mersukio

رسولها legendum puto. Grammaticus Chalil voce ميعاد nil nisi tempus aut locum significari vult (Djeuharius nominis actionis quoque significationem vocem habere dixit). Scholiastes adnotavit Chalili sententiâ probatâ, vocem ميعاد subiectum esse et verba أن تهب praedicati locum tenere, et tempus flatus significare, ut postremum primum sit, nisi quod nomen antecedens omissum putetur. Quid scholiastae verba ut primum postremum sit significent, non liquet. Fortasse significare vult, praedicato, quum ante subiectum negandi particula sit, primum locum deberi conf. Gram. Ar. T. II p. 515. Voces eaedem quum in Meraukii codice legantur, vitiosas haud putaverim. In Abulfedae opere, Dara nomen parvi oppidi in pede montis Maredini siti et nomen vallis in regione gentis Ahmir esse lego.

2. In loco Dara eorum consortium mihi est, quos non amo, et in arena ea (persona) remota est, quam amo.

3. Quum ventus e regione Alahlijjah veniens flat, mihi illi vento cognotus videor.

Sibi cum iis degendum esse, quos non amet, queritur, dum femina amata in locis arenosis versetur. Ista loca in superiore parte provinciae Nedjd esse, e posteriore versu videmus. Regio العالية appellata est regio alta provinciae Nedjd imminens usque ad regionem Tohamah et ultra Moccam sitam regionem (Hidjas). Verba علوى الرياح sunt pro الريح العلوية. Ventus inde veniens eius cor tantopere movet, ut cognatus videatur.

LXXX.

Alius dixit.

1. Amor nil est nisi suspirium post suspirium et ardor in visceribus, cui refrigeratio non est

2. Et lacrymarum fluxus abundans, o Majja! quotiescunque terrae vestrae mons apparet, qui antea non apparebat.

Feminae Majjae appellatae sui vehementis amoris dolores describit. In posteriore autem versu se in feminae ab ipso amatae regionem proficiscentem fingit, nam discedenti montes apparere, qui antea non apparebant, dici non potest. Tres autem res memorat, suspiria, ardorem in corde et lacrymas profusas. Scholiastes putat, poetam quondam ardorem haud recte describentem refellere videri.

LXXXI.

Ebn-Majjadah dixit.

Viri nomen Alrammah b. Jasid aut Alrammah b. Abrad etc. erat, cognominatus Ebu-Schorahbil. A matre sic appellata, quod dormiens in sella inclinaretur, nomen accepit. Eam servam viri Calbitae, nuptam servo Nahbal nomine fuisse dicunt. Vendita genti Banu-Tsaaban e patre poetae gravida facta est. Ad hanc rem versus satyrici respiciunt, qui quum manci et corrupti e codice temporis noxa laeso descripti sint, haud accurate, verti possunt (metr. Camel): O fili feminae turpis, o fili uxoris impudicae Nahbali! Nonne,

quemadmodum praedicasti, viros collegisti? Num cum caruncula pudendi Majjadae an cum testiculis Nahbali aut ..... contra strenuos in pugnam venis?

1. Cor meum in manu esse videtur, quae timens, ne quis funem amputet, prehendit.

Timore separationis cor suum ita pressum esse dicit, quasi manu capientis comprimatur. Amorem autem, quo cum femina amata coniunctus est, cum fune comparat. Dolor autem iste cordis inde oritur, quod timet, ne quis istum funem amputet. Voci محاذرةً casus accusativus datus est, quod causam indicat (Gram. Ar. T. II p. 114. 522.). Verba in scholii linea tertia لانه مفعول له in Mersukii codice non leguntur. Verba autem ان يقضب quum sint voci محاذرة obiecti loco, ista aut omnino superflua sunt aut لانه مفعول به legendum est.

2. Et celeritatem separationis metuo et ego, sic puto, ad eam cogar, tum eam perficiam.

Ne ista autem separatio celeriter accidat, ita ut ab ipso evitari non possit, metuit. Verbum ظن ex eorum numero est, quae grammatici افعال القلوب (verba cordum) appellarunt. His autem quum duo obiecta propria sint, scholiastes prius et posterius obiectum indicari dixit, quum verbum اظن idem significet ac verba ذلك فى ظنى »id eventurum esse puto«. Verbi autem ظن duo obiecta cum verbo cohaereant constructione, necesse non est. Hoc in versu accidisse, scholiastes vocibus وهو ملغى indicat conf. Gram. Ar. T. II p. 580 sq. Separationem poeta cum iumento comparat, quo vehi recusat. Eum cogi, vocibus انى محمول عليه »cogor, ut conscendam« indicat conf. Ham. ٥٧٢ v. 4.

3. Sed, per Deum! nescio, utrum amor, quum separatio revera acciderit, me victurus sit an ego eum victurus sim?

Qualis antem animi sui status in separatione futurus sit, se nescire dicit. Ostendit igitur, tantam amoris vim esse, ut, quin animi vis amorem subigat, dubitet. Voces جد جد البين duplici modo explicari posse, scholiastes adnotavit aut significare, serium separationis augeri aut iocum separationis serium fieri.

4. Si possum, vincam; sin vero amor vincet, tali re, quae mihi accidit, homo vincitur.

Se quidem contra amorem certaturum esse, ut si ipsi satis virium sit, victoriam reportet; at vero si res contra voluntatem accisura sit, in eo solatium esse, quod tantam amoris vim, quantam expertus sit, nemo alius sustinere valeat, ut ipse excusatione dignus habeatur. Post verbum لاقيته suffixum et post verbum يغلب vox به deest.

LXXXII.

(p. 587.)

Alius dixit.

1. O gens Lailae! multas ei similes Deus vobis donet, ut eam mihi liberaliter concedatis!

Scholiastae poeta fingere videtur, gentem feminam illam, cuius amore captus sit, tam anxie custodire, quod ei pulchritudine similis in gente non inveniatur et hanc esse causam,

cur eptet, ut Deus piures hnic similes denet. In Mersukii cedice lineae primae schelii verba sic melius leguntur: على ان عشيرتها والمالكين امرها. Ibidem loco vocis كثر legitur اكثر et loco vecis بامثالها invenitur من امثالها.

2. Quotiescunque latus meum terram teligit, eius recordatus sum eiusque odorem in vestibus meis percepi.

Se, quetiescunque in terra semee se tradat, femieae recordari et tante eius desiderie impleri, ut tanquam praesentis ederem in vestimentis suis percipere potet conf. Ham. ٥٨٠. v. 5.

LXXXIII.
Alius dixit.

1. Inimici dicunt: Ne Deus inimicis benedicat! A Laila iam recessit et propinquitatis vincula attrita sunt.

Ieimlci peetae male velentes et suspicienem amicae eius iniicere cupientes, ut a peeta se averteret, a poeta amicam suam relinqui false dixerant. Peeta igitur iis male precatur. Ie Mersukii cedice تقول legitur, qued, qnum pluralis irregularis sequatur, ferri potest Gram. Ar. T. II p. 232. Metri causa verbi اقصر signum Hamsa in signnm Wezla mutatum est. Amerem antem qeum peeta cum fune (conf. Ham. p. ٥٨١ v. 1) comparaverit, verbum رثت (triti sunt) adhibuit. Sed pro hac vece راثت (et res, quibus sibi amorem conciliare studet, cunctantur) minus apte, ut mihi videtur, ab aliis legitur.

2. Et si Laila baculo nixa reperet, profecto! amoris Lailae initia nova essent.

Eorum verba falsa esse dicit. Talem sibi animum erga Lailam esse, ut, si tanquam vetnla ad ipsum veniret, neve amere incenderetur; nen igitur fieri pesse, nt puellam pulchram amere nen amplecteretnr. Simili mode peeta Alkehaif b. Chemair locutus est (metr. Thawil): Charka ad me legatum misit, ut me in eorum numere, ques in errorem ceniecisset, haberet; sed Charkae pulchritude nen peteat nen augeri et si Neahi longam vitam duceret et annesa esset. Scholiastes hanc Charkam a poeta Dsu-l'Remmah cegnominate amatam fnisse e gente Banu-Ahmir b. Rabiah b. Ahmir b. Zahzaah erinndam adnetavit. Qeae quum ad Alkehaifum misisset regans, nt ipsam carmine laudaret et is se vetnlas haud landare respondisset, se ei estendit. Quae qnamquam ceetum et viginti annes nata erat, tamen eum pulchritudine taeta admiratiene adfecisse dicitur, ut hesce versus cempeneret. In Mersukii cedice loco vocis جديدا in versu حديثا cum eadem significatiene legitur. Post hunc versum ibidem due versus اقول et طلبت sunt, qui in neatre leco p. ٥٨١ existunt.

LXXXIV.
Alius dixit.

1. Longo temporis spatio peracto Lailae causa in deserto apud stationem steti, dum oculus multis lacrymis manabat

2. Et Lailam sequor, quo profecta est valedicens et homines nil nisi socii aut valedicentes sunt.
(p. 588.) *3. Quasi habena in corde adpensa sit, qua me ducit sequentem quo transiit.*

Amorem, quo Lailae deditus sit, describit. Tantum esse, ut eam semper sequeretur contra aliorum consuetudinem, qui modo cum amica coniuncti modo ab ea separati sint. Suum igitur amorem maiorem esse probat. In priore versu Lailam locum habitaculi sui reliquisse fingit et se, quum ibi adveniret, tristitia adfectum. Longum igitur tempus, quo Lailam non vidisset, amorem suum haud diminuisse probat. Quod voces ودّعت et مودع in eodem versu occurrunt, scholiastes تجنيس ناقص appellavit. Voce تجنيس rei metricae periti similitudinem duorum verborum aut in scriptura aut in enunciando designant. Quae similitudo si haud perfecta est adiectivo ناقص addito significatur. Eam in vocibus versus locum habere nemo non videt conf. libr. meum: Darstell. d. Arab. Verskunst etc. p. 522 sqq. et Almookhtusur p. 625 sq.

LXXXV.
Ward Djahdita dixit.

1. O amici mei duo! in latus habenas deflectite, Deus vobis benedicat! etsi Hinda terrae, quam petitis, scopus non est

2. Eique dicite: Error a via nos non abduxit; sed, ut vobis occurreremus, datâ operâ de via deflexímus.

Ex usitato veterum poetarum more duos socios noster alloquitur (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1) rogans, ut ad Hindam, quae in alia terra habitarot, proficiscerentur. Quamquam in versibus causa itineris addita non est, tamen alia esse non poterat, quam ut poetae nuntium ad amatam perferrent aut poetam ad illum proficiscentem comitarentur. Hisce rebus perpensis versus in capite النسيب inscripto, nisi alios cum iis cohaerentes versus cogitas, locum habere non possunt. Abu-Rijaschus Ebn-Doraidum, rei auctoribus additis, narrantem inducit, Mamunum aliquo die cantores interrogasse, num quis eorum sequentes versus nosset (metr. Thawil): E valle Nahman[1]) lignum arboris Arae Hindae elegi. Quis autem hoc ad Hindam perfert? Omnibus ignorantibus unus eorum a viro docto cito versus didicit et rediens quum Mamuno eos caneret, tantam voluptatem inde ille percepit, ut veste honoris canentem ornaret.

LXXXVI.
Alius dixit.

Grammaticus Abu-Rijasch hosce versus ab Arabe haud genuino dictos esse retulit (conf. Meidan. T. II P. 2. p. 5.). Huiusmodi versus in libro Hamasae recepti non videntur, ut, si

1) Vallis montibus Noahm et Naihm inclusa tribus milliariis ab urbe Mecca distans. Alia vallis pone locum Arafah (inter Meccam oppidumque Thajef) nomine Nahman-Alarac appellatur; est quoque nomen vallis in propinqua Cufae at vallis in Syria prope ad Euphratem et duorum aliorum locorum nomen. Kam. Abulf. Geogr. p. ٦٥.

Abu-Rijaschi sententia recta sit, Abu-Tammamus in errorem incidisse aut, quod in praefatione p. II adnotavimus, Abu-Rijaschus voci مولدة sensum diversum tribuisse videatur.

1. In terra infelicior amante non est et si amorem dulcis saporis esse invenit.

Amoris dolores queritur, ut amantem omnium infelicissimum appellet. Loco verborum في الارض legitur في الخلق (in hominibus). Scholiastes priorem versus partem sententiam consequentem conditionis esse dixit.

2. Omni tempore plorantem eum vides aut ob metum separationis aut ob desiderium.

3. Plorat igitur, si absunt, desiderio impletus ploratque, sin propinqui sunt, metu separationis commotus.

Causam infelicitatis in coutinuis lacrymis invenit. Poetae, ob amorem se plorare, saepius dicunt conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 4. 7. Voces مخافة, شوقا et خوف casum Accusativum, quod causae indicandae inserviunt, obtinuere. Cum voce مخافة vocem لاشتياق coniunxit metri ratioue ductus; aliter enim اشتياقا dicendum fuit.

1. Eiusque oculus in mutuo secessu ardet oculusque eius in mutuo occursu ardet.

Hic versus sensui nil novi addit; sed sententiae exornandae inservit.

LXXXVII.
Filius mulieris Thetsriticae dixit.

Poetae nomen Jasid b. Almontaschir e gente Ahmru (Ahmir) b. Salamah b. Koschair oriundi, cuius mater e gente Thetsr, quae pars gentis Kodhaah esset, fuisse, grammaticus Abu-Rijasch retulit. Vixit tempore sectae Harurijjah, quacum strenue pugnavit conf. p. ٥١٠ l. 8 et a gente Hanifah tempore Ahbbasidarum occisus est conf. Ham. ٣٩٨. De poeta plura apnd Ebn-Challikanum Nro. 822. Poetam anno 126 occisum esse ibi legimus, quod aliorum sententiae contrarium est.

1. Mulier Ohkailitica, cuius locus cingulo circumdatus arenae cumulus, cuius medium tenue est.

Mulierem pulchram duabus rebus, magnis natibus scilicet et medio tenui describit. Noster magnas nates cum cumulo arenae comparat. conf. Meidan. T. II p. 592. Magnae nates a poetis saepe laudantur conf. Amru. b. Kelth. Moall. v. 16. Medium corporis autem Amru-l'Kaisus in Moall. v. 35 cum funiculo tenui contulit. Vocem ملاث locum, qui **(p. 589.)** circumdetur, significare scholiastes sequente versu probat (metr. Basith): Fuere ab aliis circumdati (i. e. nobiles), qui amico necessarii erant. Voce بتيل tenuem significari, dum secandi signicationem verbum habeat, loco Corani adducto (Sur. 72, 8) scholiastes confirmat.

2. In lateribus loci defensi aestatem transigit et in loco Nahman vallis Araci loco, ubi meridie somno indulget, obumbratur.

Arabes campestres locis diversis tempus aestatis hiemisque transigebant. Eam aestatis

tempore in valle, cuius paulo ante mentionem fecimus, degere et ibi vitam commodam agere dicit.

3. Nonne parum est, si uno tantum intuitu te adspicio; sed minime! tui parum non est.

Feminam semel intueri, magni faciendum non esse dicit; tum se corrigens in ista femina multum hoc esse confitetur. Tam feminae castitatem, quae vire intuitum non permittit, quam pulcbritudinem, cuius unus tantum adspectus magnam voluptatem paret, laudare videtur. Interrogandi particulam, quae negandi particulae similis sit, cum negandi particula coniunctam haud negare, quippe duae negationes confirment, scholiastes illustrat et Corani verbis (Sur. 7, 171) probat. Similem autem sententiam poeta sequentibus verbis protulit (metr. Chafif): Num te semel intuendi copia est, ut sitis restinguatur et ardor sitis sanetur. Res apud te parva, apud me magna est et paucum multum est ab eo, quem amás. conf. Ham. p. ٥٢٧ l. 5.

4. O animae amica! praeter quam ex amicis sinceris nobis amica non est

5. Et a tu, cuius amorem occultavimus, ut inimico in eo obsequium haud praestaretur, qua familiari confisi non sumus

Unicam sibi amicam esse, cuius amorem neque inimico neque amico patefecerit. Vox خلة tam amicum quam amicam, tam unam personam quam plures designat. Quamquam feminam alloquitur, ut ex tertio versu cognosci licet, in quinto versu suffixum masculinum ob vocem من posuit. Scholiastes adnotavit, legi quoque لم نطع به عدوا et لم نطع به عذولا; sed passiva verbi forma cum sequente voce يومن magis congrua et vox عدو voci دخيل melius opposita est.

6. Nonne locus est, in quo ad te perveniam, ubi de distantia secessus et inimicorum metu querar?

Rogat, ut sibi ad ipsam veniendi copia detur. Versus autem cum versu quarto quintoque sensu cohaeret.

7. Te liberem! Inimici mei multi sunt, distantia est longa et adjutores mei apud te pauci.

Querelas ipsas, quarum in priore versu mentionem fecerat de inimicis multis, longâ distantiâ et adiutoribus paucis profert. Scholiastes voces بعيد formam masculini obtinuisse dicit, quod forma فعيل utrique generi inserviat, ut aut modum adjectivi relativi (i. e. pro ذات بعد sit conf. p. ٥٢٣ v. 4 schol.) aut formae فعول sequatur conf. Gram. Ar. T. II p. 274 sq. Hi sequentes versus excepto decimo in Ebn-Challikani opere Nro. 832 inveniuntur.

8. Quotiescunque veniebam, causam adtuli; causas autem consumsi; quomodo igitur dicam?

Antea se excusationem, cur venerit, paratam habuisse, nunc, quum saepius veniens multas excusationes adtulerit, se nullam excusationem invenire scholiastes dixit, aut obiectum verbi اقول omissum esse aut voci loquendi significationem tribuendam esse, ut obiecto haud egeat. Hoc in versu sequente inveniri (metr. Thawil): In responso suo non de negotio animae locuta est, ut excusationem adferret et sermo excusationem adfert.

9. *Quovis die negotium in terra tua perficiendum mihi non est, nec quovis die ad te mihi legatus est.* **(p. 590.)**

Haec omnia ad versum sextum respiciunt et causam adferunt, cur ab amica locus conveniendi paretur. Quum neque in eius terram venire possit neque legatum, quem mittat, habeat, rem necessariam factam esse.

10. *Folia vituperationi destinata apud me sunt; ea nunc complicui; sed aliquando expandentur, dum vituperatio longa erit.*

11. *Ne crimen meum in te suscipe, nam debilis tu es! Sanguinem meum suscipere dis computandi grave erit.*

Hi versus, qui cum prioribus sensu non cohaerere videntur, in Mersukli codice desiderantur. Abu-Rijaschus retulit, Jasidum haud firme corpore praeditum; sed strenuissimum et pulcherrimum fuisse. Frater eius Tsaur quum mane eius comam abrasisset, pectam nostrum dixisse (metr. Thawil): Tsauro dico, dum comam meam abradit ferro adunco, cui manubrium restitutum est: Benignus erga eam sis, o Tsaure! nam sicci non rependitur; sed a domino meo ei rependitur. Nonne saepius, o Tsaure, digiti molles, modo tincti inter eam ingressi sunt? Sed Tsaurus eam splendentem abstulit, ac si eius pulchritudo et fluxus catenae loricae essent. Vesperâ autem caput meum abstuli simile petrae parvae, super qua aquila elata fuerat, tum avolaverat. Tempore, quo cum secta Haruritica strenue pugnans manu privatus erat, sequentes versus dixit (metr. Redjes): Si tu me fratremque meum Otharid videres repellentes turbas invadentes e gente Hanifah, abigentes earum primos equites advenientes numero instar locustarum, quae vias ad aquam ducentes sequuntur. Nonne vir est, qui potum frigidum bibendum dat? manum quaero amputatam brachiumque, quam quaerentem me non pute inventurum esse. Perfer Abu-Lathifahe repugnanti nuntium, qui sex personis unum Modd edendum dat. Scholiastes adnotavit, eum velle Abu-Lathifahum, qui iste die gentis Obkail dux esset. Fugam quoque quum cepisset, Sawadahum b. Cilab b. Hanifah . . . . . b. Koschair, ab uxore vituperatum esse. Hic unum e sociis, qui in fugam actus esset, conspiciens tribus digitis dactylos cum cremore lactis capientem dixit (metr. Thawil): Aequales non sunt duae partes cibi sumti, una cum cremore, altera viri Haruritici cum gladio splendente, secante. Qui quum mortuus esset, (a gente Banu-Hanifah occisus est) a sorore Sainab carmine lugubri honoratus est (metr. Thawil): Videe tamarices vallis Alakik mihi vicinas etc., cuius mentio praeteriit (conf. p. ٣٩٨).

LXXXVIII.

Alius dixit.

1. *Num post id, quod mihi inhaesit, me inimicum habes, dum venenum merum mihi bibendum dedisti?*

In hoc versu, cuius metrum secunda species metri Thawil appellati est, queritur, quod amica, quae ipsum amore omnino incenderit, eum inimici loco habeat. Amorem autem cum veneno comparavit. Cum hoc loquendi modus cohaeret, amantem occisum esse c o n f. Ham. ٥٧٣ v. 2. Ante vocem الذى nomen الحب a m o r aut simile et post verbum لج vocem به suppleas. Voci منقع scholiastes vocis ثابت (stabilis, constantis) significationem tribuit. Qua in significatione definienda neque Djeuharius neque Firuzabadius, quamquam primae verbi formae significationem dant, cum nostro consentiunt. Djeuhario auctore سم منقع venenum, quod aqua ita maceratum est, ut quasi sedem fixam in aqua habeat et ab ea secerni non possit, significare puto. Firuzabadius voces سم منقع vocibus سم مربى (venenum conditaneum) minus accurate explicavit. Scholiastae autem venenum stabile (ثابت) id esse potest, quod e corpore removere nemo valet.

2. *Qui erga me iniustus erat, eum tanquam intercessorem admisisti, dum ego tanquam intercessorem eum non admittebam, qui contra te iniustus erat.*

Suam agendi rationem cum ea, quam amica secutus erat, comparat.

3. *Et dixit, dum mihi responsum reddere in animo non habuerat: Imo, tu semper nil aliud nisi te humiliare voluisti.*

Femina culpam a se remotura respondet. Culpam esse poetae, qui amoris dolori se nimia subiecerit et querelis se humiliaverit. Poeta vocem انت metri causa Wezla adfecit.

4. *Tum ei dixi: Primus amans non sum, qui grave onus portans dolore adfligitur.*

Querelarum causam esse in eo, quod onus tantum portet et in querendo se aliorum exempla sequi.

LXXXIX.

(p. 591.) Alius dixit, qui Abu-l'Aswad Dealita fuisse dicitur.

Nomen viri Thsalim est (sed neque de nomine neque de patre consentiunt). Iudicis munere in oppido Bazra fungebatur. Alii poetam in oppido Bazra anno 69 aetate octoginta et quinque annorum, alii tempore imperii Ohmari b. Ahbd - Alahsis inter annum 99 et 101 diem obiisse dicunt Ebn-Challik. Nro. 312 c o n f. Citab Tahdsibi-l'Asmäi p. 651. Meidan. app.

1. *Cor nil aliud cupit nisi matrem Ahmrui eiusque amorem, dum vetula est. Qui autem vetulam amat, delirare dicitur.*

2. *Ut panni Jemanensis, cuius, etsi vetustus est, segmentum, quamdiu id vis, oculis et manui gratum est.*

Amore vetulae captum se esse dicit. Hac de re se excusaturus vetulam cum panno Jemanensi comparat, qui vetustus et oculo colore pulchro et manui tactu gratus maneat. Iste autem comparandi modus, ut in panno tam externam quam internam conditionem respicit sic in femina tam corporis pulchritudinem quam animi dotes amplecti videtur. Poeta illam fe-

minam iam antea amasse et quum vetula fieret, in amore perseverasse videtur. Aliorum vituperationi verbis suis uccurrit. Vucem حبها scholiastes ita explicat, ut suffixum obiecti luco (i. e. puetam eam amare) sit. Loco verburum كثوب اليمانى in Mersukii codice كسحق اليمانى (adtritiu) legitur. Vuce اليمانى, quae metri causa signu Teschdid in littera Ja privata est, duplici mudu explicantes aut pannum, ut vux البرد omissa sit, aut mercaturem, ut vocem التاجر suppleas, significari dicunt. Post verbum شثت ubiectum ﻩ umissum est. Djeuharius hosce duus versus sub radice رقع, pustquam verbu satyrâ perstringendi significationem dederat, adscripsit, quasi in nostru versu voci رقعته similis significatiu cunveniat. Sed illa satyrâ perstringendi significatiu prupria verbi non est, ea putius segmento imposito resarciendi est.

XC.

Alius dixit.

1. Aliquot dies loco Dsu-l'Ghamr te fugi; me fugae per aliquot dies loco Dsu-l'Ghamr poenitet.

2. Ego autem in illa fuga, si tu eam nosses, comparandus sum cum muliere ab infante longe remota, quem amore amplectitur.

Apud feminam de eo, quod ipsam in luco Dsu-l'Ghamr per aliquut dies evitaverit, se excusat. Illam fugam ipsum summu dulure adflixisse. Quem dulurem ut maximum designet, se cum matre ab infante suu separata cumparat. Vocem الهاجر triplici mudu explicari posse scholiastes adnotavit. Aut cupulam و significatiunem praepositiouis مع (cum) habere aut numini actionis significationem participii passivi (fugiendae persunae) cunvenire aut denique fugam causam fugae indicare. Vuci tam casus nomiuativus, quam accusativus convenit. Verba autem لو تعلمينه indicant, feminae fugae illius causas nun omninu nutas fuisse, ut de amante male cugitare potuerit.

XCI.

Alius dixit.

1. Secessus nos separans solatium non adtulit neque longitudo coniunctionis odium mutuum.

Amorem mutuum tanquam constautem describit. Neque absentia neque longa cuniunctiune amorem diminutum esse.

2. O duo mei amici! si mihi in plorando auxilium non praestatis, amicum in auxilium vocabo, qui lacrymis meis exhaustis pro me ploret.

3. Quasi separatio non fuisset, quum post eam mutuus occursus evenit; sed mutuum occursum futurum esse non puto. **(p. 592.)**

Morem poetarum sequens duus amicus (cunf. Ham. p. ١٣١ v. 5. ١٣٩ infr. ١٨١ v. 1) invocat, ut in plorandu auxilium ei praestent, in tali enim cordis sui cunditiune, ne plurando lacrymas consumat, metuit. Luco verbi افنيت in Mersukii codice انزفت legitur. In posteriure versu primum spem cuncipit, fore, ut mutuu uccursu umnis dulor cesset, tum de re desperat.

Vocem كانْ ex كانَ ortam esse, ut post eam vox الأمر (res) suppleatur, scholiastes dicit. Vox كان sensum integrum, ut praedicatum abesse possit, effert conf. Gram. Ar. T. II, 299). Formam اِخال cum vocali Kesra elegantiorem esse et cum vocali Fatha enunciandam dialecto gentis Asad propriam esse, in Djeuharii opere legimus. Verbi huius alterum obiectum (conf. Gram. Ar. T. II p. 581) omissum esse, ut vox بعدك supplenda sit, scholiastes adnotavit. Vocem omitti posse, quum eius antea mentio facta sit. Tres hosce versus sensu haud cohaerere, nemo non videt.

XCII.

Djamilus dixit.

Cum gente, e qua Botsainah, eius amata originem duxerit, poetam bellasse, scholiastes scripsit. Botsainah femina a Djamile amata erat conf. Ham. ٣٣٣ et Amru-l'Kaisi Moall. v. 11 schol. Poetae cognomen Abu-Ahmru est. Patre Abbd-Allahe b. Moahmmar utebatur. Anno 82 in Aegypto diem obiit conf. Ebn-Challik. Nro. 142.

1. Utraque gens nostra, o Botsainah! separata est, dum pars substitit, pars discessit.

Dissensione inter suam gentem et feminae ab ipso amatae gentem ortâ unam alteram reliquisse narrat. Nominis بثينة postrema littera abiecta est conf. Gram. Ar. T. II p. 92.

2. Si debilis fuissem, stigma meum deferbuisset; sed hasta mea dura, vetus est.

Rixâ, ut videtur, inter utramque gentem ortâ poeta iratus gentis suae honorem defenderat. Contumelia autem, quam genti suae illatam putabat, quum dolore ipsum adflixisset, cum stigmate aut cum instrumento, quo stigma inuritur, comparatur. Istum autem dolorem, si debilis animo fuisset, prius abiecisset, nam fortis est animi tam contumeliam genti illatam sentire quam gentis honorem defendere. Inest igitur hisce verbis poetae laus. Ut autem se talem designet, qui alteri se haud submittat, suam hastam duram veterem esse dicit. Vetus nempe ea mihi videtur, cuius lignum haud molle est; sed tempore durum factum. Simili modo Amru b. Keltb. in Moallaka v. 56 dixit: »Sane hastae nostrae ante te, o Ahmrue! mollea esse recusarunt,« in versibus sequentibus comparationem magis depingens.

3. Res esset ac si non bellavissemus, o Botsaina! si obscuritas removeretur, dum tu amica sincera es.

Quandam facti poenitentiam et animum ad pacem propensum ostendit. Ad pristinam amicitiae conditionem facile utramque gentem redire posse, si modo, quod res dubii et obscuri haberet, removeretur, Botsaina autem ipsi sincera amica esset. Metri causa in voce أنيا signum Hamza in signum Wezla mutatum est. Suffixa feminina in vocibus أنيا et غمها ad vocem قصة, quae supplenda est, spectare videntur (conf. Gram. Ar. T. II p. 371. 373 infr.) Obscuritas autem dubium significat, quo rixa inter duas partes orta erat. Loco vocis تشكّف, quae est forma futuri pro تتكشّف, praeteriti formam enunciari posse, scholiastes adnotavit. Vocem autem صديق signo feminini carere, quod pro ذات صداقة (sincerae amicitiae possessatrix)

sit conf. De Sacy Gram. Ar. T. I p. 351. Similem loquendi modum in sequente versu invenimus (metr. Thawil): Ecce homines homines sunt et tempus in socordia et ecce mater Ahmmari sincera amica, consentiens est.

XCIII.

Alius dixit.

1. Dies separationis caput meum canum reddidere et animam meam super locum, ubi erat, sustulere.

Quod ante tempus e iuvene senex factus sit, huius rei causam in moerore, quo ob separationem amicorum se confecerit, invenit. In Mersukii codice وشيب legitur. Hac litterâ additâ res a rei metricae peritis ثرم appellata, quae initio metri Thawil maximo occurrit, evitatur (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 170.). Poeta voces الفراق مفارق, quae eiusdem radicis sunt et similem sonum offerunt, coniunxit. Arabes hanc rem تجنيس aut جناس appellantes, quum similitudo haud perfecta sit, vocem ناقص addiderunt conf. Ham. ٥٨٧ v. 5. Vocem حيث, quae in loco similem significationem habeat, quam vox حين in tempore, duabus propositionibus egere, scholiastes adnotavit. Significare vult, unam propositionem, in cuius initio vox حيث locum habeat, eodem modo ac in propositione cum voce حين, altera propositio sequatur, necesse esse. Hoc in versu tanquam nomen eam adhibitam esse, e voce فوق praemissa videmus. Grammaticus Ebn-Djinni, adnotante beato de Sacyo, idem dicens grammaticum Sibawaihi voce حيث quodam loco tanquam particulâ temporis (ظرف من الزمان) usum esse et grammaticum Abu-l'Hasan (Achfasch) hunc usum adlato versu (metr. Madid): للفتى عقل يعيش به حيث تهدى ساقه قدمه. Viro mens est, qua vitam degit, quando (ubi) pes crus eius ducit probare voluisse. Vox تكون hoc loco modo verbi integri, (ut cum grammaticis loquar), posita est, ut praedicato haud egeat (Gram. Ar. T. II p. 299). In scholii linea secunda cum Mersukio تقع وتحصل legendum puto. Prior versus pars, cuius verba ambigua sunt, significare videtur, poetam quasi ad vitae terminum per dies adscendens ad maiorem vitae gradum moerore adductum esse, quam pro aetate sua deceret.

2. Dies in loco arenoso in curvum extenso peracti lenes erant, post vix ulla vitae pars lenis erat.

3. Dicunt: Quid est, quod te adflixerit, dum opes tibi abundantes sunt et exterior cutis tua veste tecta?

Vitam suam in arenoso loco peractam, ubi cum amicis coniunctus erat, laudat. Posterior autem vitae pars quum ipsum in opum abundantia semper separatione adflixerit, conditionem suam non posse non homines mirari. Talis loci arenosi etiam Amru-l'Kaisus (p. 593.) in Moallakae v. 1 mentionem fecit.

4. Eisque dixi: Ne me vituperate; sed mansionem suam desiderantem (camelum) retentum observate!

Admirantibus ipsumque vituperantibus respondet. Se ob conditionem suam vituperationem haud mereri; sed se excusandum esse, e modo, quo camelus se gerat, cognosci posse. Quum camelus a stabulo suo separatus desiderio adfligatur, ipsum si ab amicis separatus adfliga-

tur, excusatione dignum esse. Mersukius, hunc sensum in domum incolis vacuam in sequente versu ab Abu-Tammamo translatum esse, scripsit: ان شئت الا ترى صبرا لمصطبر فانظر على اى حال اصبح الطلل. »Si patientiam in patiente videre non vis, observa, qui status domus relictae situ nam et in huius ruinis quasi moeroris indicia apparent.

XCIV.

Abu - Dahbal Djomahita dixit.

(conf. p. ٧٠٣).

1. Dico, dum camelis vehentium vittae capitis iam inclinatae sunt et vigiliae hominibus somnolentiae poculum porrexerunt

Statum describit, quo socii continuo itinere fatigati, dum camelis vehebantur, in somnum proponsi erant. Quod capiti tribuendum fuit, vittae, qua Arabum caput obvolutum erat, adscripsit. Vittam caput obligare, omnibus quidem Arabibus communis mos erat, quem tamen maxime nobilioris conditionis homines habebant hanc ob causam المعممون cognominati, nam inferioris ordinis homines tegumento قلنسوة usos esse, apud Reiskium (in Abulfed. adnott. T. IV adn. 203) legimus. Capite nudato hominibus adparere, ignominiosum Arabes putabant; quapropter coram principe (ut Judaei pileum) vittam haud deponebant et tanquam rem adnotatu dignam apud Abulfed. T. III p. 205, virum capite nudato in plateis incessisse, legimus. Varium autem vittae colorem apud variae conditionis homines fuisse, omnibus notum est. Vigilias autem poeta cum persona comparat, quae hominibus poculum somni porrigit. Simili modo mors cum poculo comparata est Ham. p. ٧٢ v. 1.

2. O! utinam ego cum vestibus meis iumentoque meo servus genti tuae per hunc mensem mercede conductus essem!

Amorem, quo feminam amplectitur, eo ostendit, quod optat, ut gentis, ad quam amata pertineret, servus esset, ita ut omnibus rebus, quas possideret, illa tanquam suis libere frueretur. Cur verba هذا الشهر per hunc mensem addiderit, haud liquet. A vero autem non prorsus abhorrere videtur, gentem itinere sacro Meccam faciendo occupatam fuisse, ut huius mensis sacri mentionem fecerit. Persona, quam poeta voce يا alloquitur, omissa est, ut قوم gens aut simile quid suppleatur (conf. Gram. Ar. T. II p. 508).

3. Quod si fato tribuendum est, quod tibi ex mea parte donum dat, nos autem privat; fatum iustum non est.

Suam conditionem cum feminae ab ipso amatae conditione conferens iniustitiam queritur. Se, feminae quamquam omnino deditus sit, tamen eius omnino non participem fieri, dicit. Scholiastes adnotavit, verba ما انصف propositionem consequentis conditionis efficere et verba على ارادة الفاء addens significare vult, ante vocem ما litteram ف omissam esse conf. Gram. Ar. T. II p. 507 sq.

4. *Mulier ad daemones referenda aut cui daemon est, ipsam corda arcu, cui nervus non est, petere docens.*

Ad describendam feminam pergit. Eius pulchritudinem agendique rationem talem esse, ut aut a daemonibus originem duxerit aut saltem a daemone edocta sit. Arabes hominem strenue et solertius agentem cum daemone comparant (conf. P. I p. 325 adnott. nostr.). Daemones quoque homines in errorem ducere et perdere putantur. Utraque res in versu nostro explicando ante oculos habenda est. Conferas quae de daemonibus disputavi. P. I p. 129. 410. 561 P. II p. 97. Oculos ob formae similitudinem arcum sine nervo appellavit conf. Bohlen Motenab. p. 53; sed loco verborum بقوس ما لها in Mersukii codice بسهم ما لا sagitta etc. legitur, quibus verbis in Tebrisii quoque codice superscriptis sequentia minus apta sunt. Scholiastes difficultatem sentiens dixit, sagittam, quam nervus arcus non moveat, significari. Grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi versum verbis يا ليت incipientem ab Abu-Dahbalo compositum non esse; sed eum tribus aliis versibus inter eius carmina locum obtinuisse contendit. Versus, qui auctorem Mohammedem b. Baschir Charedjitam habeat, recte intelligi non posse nisi tribus sequentibus praemissis: O hominum pulcherrima! nisi quod donum eius per longum tempus beneficium speranti difficile obtingitur. Eius lascivia fascinum est, quo venatur eiusque cor quaerenti lapis. Num meminisceris (et foederis vestri oblitus non sum, nam foederis amicae recordatio semper manet) verba mea, (dum sociorum vehentium tuorum vittae capitis iam inclinabantur; nam iter poculum somni iis porrexerat): O utinam ego cum vestibus meis lege versum i. e. etc.

XCV.

Taubah b. Alhomajjir. (p. 594.)

(conf. Ham. ٥٧٩.)

1. *Quidam dicunt: Eius discessus tibi haud nocebit! imo, omne quod dolore animos adficit, animis nocet.*

Hominum solatium in decessu amicae refellit. Omnem dolorem animo noxium esse. Verbum شف, quod in corporibus morbo extenuatis maxime in usu est, in animos poeta transtulit.

2. *Nonne oculo, quod multum flet, nocet et quod tam somnus quam laetitia ab eo prohibetur?*

Quae homini tribuenda erant, somnus et laetitia, oculo adscripsit, quod in eo appareant.

XCVI.

Ebn-Abi-Dobàcil Chosàihta dixit.

1. *Dies, quo tibi non occurro, longus est et dies, quo convenimus, brevis.*

Sententiam ab omnibus probatam, laetantibus nobis temporis spatium breve, tristibus longum videri profert. Voci يوم alter legendi modus حول (annus) in Tebrisii codice superscriptus est.

2. Et dixerunt: Discessus mensis tibi haud nocebit. Et dixi sociis meis: Et quis nocebit?

Posterioris partis sensus est, si discessus non noceat, neminem nociturum esse i. e. talem discessum sine dubio nocere. Sed pro voce فمن legitur فمتى et quando i. e. tantum spatium nociturum esse, sin aliter, nullum nocere. Alterius legendi modi scholiastes mentionem fecit فلمن et cuinam i. e. si mihi haud nocebit. Hisce duobus legendi modis admissis Tebrizii signum, ut nonnisi unum socium alloquatur poeta, delendum est.

XCVII.

Ohbaid-Allah b. Ahbd-Allah b. Ohtbah b. Masuh́d dixit.

Poeta unus e septem iuris consultis Medinae celebribus erat. Mortuus est anno 102 aut, ut alii dicunt, anno 99 aut 98 aut 97 conf. Ebn-Challik. Nro. 363.

1. Cor meum fidisti; amorem tuum in id sparsisti. Et vituperatum est. Tum fissurae coiere.

Quomodo factum sit, ut cor amore feminae omnino occuparetur, describit. Feminam cum venatore comparat, cuius sagitta cor fidit. In cor autem amorem tanquam medicamentum inspersit et vulneribus sanatis amor in corde inclusum remansit. Vocem ليم duplicem interpretandi modum pati, scholiastes adnotavit. Unum esse, vocem a radice لأم derivari, ut litterae Hamsa pronuntiatio modo a grammaticis بين بين appellato (conf. Gram. Ar. T. II p. 100) leniatur, ita ut media inter ipsam Hamsam et litterae omissionem sit. Mutatâ igitur vocali Dhamma, metu, ne littera Waw oriatur, in vocalem Kosra, sic leniter pronunciatâ litterâ Alif fit littera Ja eodem modo, quo vox سُئِل in سيل mutata est. Quominus autem huic interpretandi modo, quem scholiastes praeferendum habet, omnino assentiar, statim sequens eiusdem radicis vox التئام impedit. Mersukius hunc interpretandi modum hisce verbis explicavit: ثم جمعت فتوقه حتى التامت شقوقه »tum coiere eius fissurae, ut vulnera eius sanarentur«. Scholiastes vocem منه post vocem الفطور omissam esse dicit. Vocem a radice لوم derivari, alterum interpretandi modum esse, scholiastes dixit. Cui quamquam neque littera tali modo mutata neque vox eiusdem radicis repetita obstat, tamen sensus cordis vituperati hoc in verborum nexu non omni ex parte commodus videtur.

2. Amor Ahtsmae in cor meum penetravit. Tum apparens eius pars cum occulta proficiscitur.

Hic versus in Mersukii codice desideratur et scholion, quum ex Mersukii opere desumtum sit, ad versum proximo sequentem spectat. Quid verba »apparens amoris pars cum occulta proficiscitur« significent, non omnino liquet. Poeta significare voluisse videtur, amorem, qui in animo occultus sit, ab eo, quem ostendat, non differre, ut inter utrumque consensus sit. Fieri interdum solet, ut qui feminae amorem ostendat, non eundem in animo sentiat. In Ebn-Challikani opere عتمة legitur.

3. Penetravit eo, quo neque vinum neque tristitia aut laetitia pervenit.

Amorem in intimos animi recessus penetrasse dicit. Verbum تغلغل nonnisi, quum res

cum molostia coniuncta sit, adhiberi, acholiastes adnotavit. Pro hac voce in Ebn-Challikani opere Nro. 363 توغل sensu non multum diverso legitur.

XCVIII.

Ebn - Majjadah dixit.

(conf. Ham. p. ٥٩١.)

1. Et si alias res obliviscor; tamen eius verba, dum lacrymae eius collyria abripiebant, non obliviscar!

In memoriam revocat diem, quo separatio instabat et agendi rationem amicae **(p. 595.)** enarrat. Vocem ما futurum apocopatum regere, quod conditio exprimatur, acholiastes dicit (conf. Gram. Ar. T. II p. 32 sq.). Haec quoque res causa est, cur futurum apocopatum sequatur. Loquendi modus مل اشياء pro من الاشاء in Hamasa p. ٣٨٤ v. 5. occurrens poetis proprius est conf. Darstellung d. Arab. Verskunst etc. p. 468 sq. Voces حشو المكاحل collyrium significare, dubium non est; sed, quomodo verba explicentur, dubitare licet. Si vox مكحل nonnisi instrumentum significat, quo collyrium illinitur, vox حشو farctus nil nisi collyrium, quo interstitia ciliorum quasi farciuntur, designare potest; sin autem مكحل vas est, in qao collyrium reconditur, vox حشو collyrium designare debet, quo vas illud quasi farcitur.

2. Hoc brevi die fruere, nam is diebus mensium longorum oppigneratus est!

Verba amicae sequuntur, quibus poetam hortatur, ut brevi tempore consortii fruatur. Brevem diem poeta cum pignore comparat, quod pro mensibus, qui sine dubio secuturi sint, datum est. Forma autem اطول comparativi adhibita videtur, quod menses, quibus ab amica separata est, amanti longiores habentur, quam re vera sunt.

XCIX.

Alius dixit.

1. Candida, sermone concilians, lunae similis, quae nocte frigida in medio coelo est.

Feminam describit tanquam albam et suavo loquentem. In albo colore tam pulchritudinem quam originem nobilem vident conf. Ham. ٦v v. 2 et ٦٧٣ v. 3., in suavi sermone mentam occultam fuisse invenio. Ipsa ob pulchritudinem, cuius adspectus gratus sit, cum luna comparatur. Eandem comparationem Ham. p. ٨٣ v. 1. adhibitam videmus; sed noster eam magis exornavit. Lunam in medio coelo stantem, quippe quo maximum splendorem diffundat, et quidem nocte frigida esse dixit. Scholiastes noctem frigidam pluviosam esse et lunam inter nubes apparentem magis splendentem esse vult. An recte hoc fecerit, nescio. Nocte frigida et coelo sereno lunam maxime splendere scimus; sed fieri potest, ut noctes coelo sereno in illis regionibus non item frigidae sint. Vocem برد (frigus), quum pluvia frigus adferat, Arabi pluviam significare diximus. Voci النسة significationem formae quartae, modo quo هم ناصب pro هم منصب dicatur, habere acholiastes adnotavit. Vocem مبرد vocibus

ذو بَرَد aut ذو بَرْد explicavit, ut quartae verbi formae significationem intraedi in frigus (aut pluviam) aut intrandi in grandinem tribuerit; sed non video causam, cur non potius propria formae significatio frigus aut pluviam adferendi retineatur.

2. *Pulchritudine distincta, invidas habens; nam pulchrae invidis obnoxiae sunt.*

Eius pulchritudinem non pluribus communem; sed talem esse, ut a multis ei invideatur. Verbis موسومة بالحسن poeta significat, feminam non solum quasdam corporis partes pulchras; verum etiam totum corpus pulchritudine excellens habere, ut pulchritudine quasi signata sit et haec est causa, cur ei aliae invideant. Vox حواسد metri causa Nunnationem accepit et voces ذات حواسد significant, invidas ei adfixas et proprias esse, ut ab ea ad aliam transeuntes non recedant. Ut homoioteleuto satisfaciat, pluralem حسد, quo maxime in viris utuntur, poeta adhibuisse videtur, nam in hoc versu nonnisi de feminae pulchritudine sermo est. Scholiastes rei explicandae causa proverbialem loquendi modum adduxit: »Invidia commoditates sequitur«.

3. *Femina venusta, quae, si sermo multus est, in pudoris defensum locum confugit et, si loquitur, rectum modum tenet.*

In hoc versu, qui in Mersukii codice desideratur, prudentiam modestiamque feminae in sermone describit.

4. *Cuius lacrymas in oculo nigro splendentes vides, qui collyrii nigri colore haud eget.*

Feminam animi teneris adfectibus, qui in nigris oculis se ostendant, praeditam esse dicit. Lacrymarum, quae tempore profectionis ab amico in oculis se ostenderint, mentionem fecit. Verbum ترقرق de lacrymis nondum fluentibus adhibetur. Femina pudore commota eas retinet. Voci مدامع locorum, unde lacrymae fluunt, significationem tribuit; sed, quia in versu lacrymae ipsae voce significentur, dubitari non potest conf. Ham. ٥٥١ supr. De nigris oculis, qui pulchri habentur et collyrio conferas Ham. ٥٨٣ v. 1.

C.

(p. 596.) **Alius dixit.**

5. *Flava ex dorcadibus vallis amplae, quasi pudor in ea morbum recidivum aegroti reliquerit.*

Feminam pulchram, pudibundam et mollitor viventem describit. Feminae pulchrae cum dorcadibus conf. Taraf. Moall. v. 6 et quoque albis conf. Ham. ٣٣١ v. 5 et ٥٨٣ v. 1. comparantur. Vox الجواء terram depressam et vallem amplam designat, nec non plurium locorum nomen est. Istae dorcades albae seu potius flavae in arenis degebant. Quamquam comparandi modus hic varius est, ut e locis adnotatis cognoscere licet, tamen hoc in versu nonnisi ad colorem spectat. In pudore autem causa est, cur et parum loquatur et parum se moveat. In posteriore re homini recidivo morbo affecto similis est; pudorem igitur poeta cum morbo recidivo comparavit. Sic in sequente hemistichio metri Camel: Reliquit pudor in ea aegroti recidivum morbum. Quod parum se movet, id scholiastes consuetudini

viveodi tribuit. Segnitics femiuis laudi est conf. Ham. ٥٧٦ v. 1; at vero in uostro nounisl pudoris meotio facta est. Poeta Alahschah feminae tam album quam flavum colorem tribuit dicens (metr. Camel): Alba tempore matutioo et flava vesperâ iustar buphthalmi silvestris. Scholiastes taleoı causam adfert. Feminam meridiei tempore somno se daotem uaque ad vesperam somoum facere ct tum e somno surgentem colorem mutatum habere. Posteriori autem versus parti verba poetae similia esse (metr. Thawil): Quasi ei in terra res oblita sit, quam matri suae narrat et, si tibi loquitur, lento sermone utitur.

2. Ex earum numero, quae amantibus haustus tristitiae porrigunt cum lascivia pulcherrimas et oculis dorcadis.

Eam talem describit, quae lasciviâ pudicâ et oculis pulchris omues amoris capaces incendat et tristitiâ impleat, dum desideriis haud satisfaciat. Vidimus poetam (Ham. ٥١٠ v. 4.) amorem cum veneno, quod bibendum datur, comparasse, noster amorem cum potu, quo tristitia in homine excitatur, comparat. Hic autem potus in lascivia et oculorum pulchrorum intuitu porrigitur. Vocibus اخى الهوى (frater amoris) is designatur, qui ad amorem corde excipiendum aptus est i. e. iuvenis. Vox رئم dorcadis candicantis speciem, quae pulchra habetur, designat (conf. Ham. p. ٣٣١ v. 5.). In oculis dorcadum pulchritudo invenitur conf. Amru-l'Kaisi Diw. p. ٢٩ v. 6. et Moall. v. 31.

3. Cum ipsa peracti dies breves sunt. Eius socius, si eius consortio potitus esset, optaret, ut relictis propinquis eius societate frui posset.

Eius consortium ita gratum est, ut tempus peractum sociis breve videatur et quilibet optet, ut eius societate, etsi propinquis careat, fruatur. Loco verborum نال مجلسها in Mersukii codice دام مجلسها »duraret eius consortium« est.

CI.

Alius dixit.

1. Quoties ab ignis, similis pulmoni annosi cameli, cuius splendorem flatus ventorum frigidorum noctu adtollunt

In hoc versu, qui cum proxime sequente arcte cohaeret, ignem flatibus ventorum vehementium elatum cum pulmone cameli annosi singulari modo comparat. Scholiastes comparandi modum tum in rubro colore tum in eo, quod tollitur, invenit. Ut accuratius dicam, in eo, quod modo attollitur modo demittitur, est. Cameli annosi quum pulmo maior sit, hunc magnum ignem significaturus dixit. In codice Mersukii يرفع legitur. Utrumque grammaticae regulis haud repugnat (Gram. Ar. T. II p. 234). Noctis mentionem fecit, quod in ea ignis splendor maxime adtollitur et eminus apparet, nec non frigidorum ventorum, ut vehementes ventos significaret. In fine scholii ex Mersukii codice verba من صفات الهبات addenda sunt.

2. Incolis pedibus alborum camelorum me averto, dum cor meum amore impulsum ad eos tendit.

Versus hic propositionem consequentem, qui e voce رب vocis ونار (Gram. Ar. T. I p.

555.) pendet, efficit. Desiderium poetae, dum ab amicis longius abit, describitur. Cameli albi leviter flavo colore mixti generosi Arabicae originis sunt conf. Ham. ٥٤٨ v. 2. Anteriorum pedum mentionem fecit, quippe in quibus motus in incedendo maxime cernitur. Suffixum{ اليها ad vocem نار, quae generis feminini est, spectat. Cor autem suum tanquam personam tendere (قاصد) dicit. Huic quodammodo similem versum Mersukius adnotavit (metr. Camel): يا بيت عاتكة الذى تتعزل حذر العدى وبه الفؤاد موكل. O domus Atticae! quae ob metum hostium evitatur; dum cor ei deditum est.

CII.
Alhosain b. Mothair dixit.

(conf. Ham. ٤٢٥.)

1. Oculum repellebam, ne ad fletus lacum tenderet; sed ad eum locum, unde eum propellebam, pervenit.

(p. 597.)

Se summâ tristitiâ ob separationem amicorum adfectum lacrymas retinere non potuisse dicit. Parum, ut mihi videtur, apto modo poeta oculum ad flendum paratum cum camelo siti adflicto, qui ad aquam tendit, comparavit. Hic comparandi modus ex usu verborum ذاد et ورد cognoscitur; illud enim vehementer propellendi camelum ab aqua, hoc ad aquam accedendi significationem habet conf. Ham. ٤٢٧ v. 1. et ٤٢٨ v. 3.

2. O amici mei duo! Vita vituperanda non erit, si quis nobis dies in loco defenso peractos reduxerit.

In hoc versu desiderium dierum cum amica peractorum patefacit. Poetae saepius duos amicos alloquuntur conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1. Ham. p. ١٣٩ infr. ١٥٩ v. 1. Sunt, qui loco vocis عتب referant vocem عيب (vitium), quae in codice Tebrisii punctis diacriticis voci عتب adscriptis, indicata est; sed Mersukio prior magis placit. In voce اننا metri causa littera Hamsa abiecta est.

3. Mihi post alienationem ob internum morbum visus est similis visui orbatae, cuius filius occisus est.

Se alienatione amicae summâ tristitiâ adfectum describit. Tristitia autem quum in oculis maxime se ostendat, visum suum cum visu matris, cuius filius occisus est, comparavit; talis enim tristitia summa est. Statum animi ex alienatione ortum morbum internum, ex quo, dum ex externis corporis signis haud cognoscitur, homo tabescit, appellavit.

4. Deusne peccata antea commissa condonat an Deus, si ea non condonat, ut redeant, permittit?

Tristitiâ ob peccata tempore praeterito commissa adfectus optat, ut Deus ea condonet aut, si hoc fieri non possit, ut ea iterentur, haud permittat. Utrum sua an amatae peccata, quo nomine ipsam alienationem designare potest, poeta respiciat, e versus verbis non liquet. Scholiastes feminae ab ipso amatae peccata intellexisse, e pronomine feminini generis in voce ذنوبها apparet, sed Mersukius, ni fallor, poetae peccata vult. Cuius verba, quum ad versus

sententiam explicandam faciant, adponere operae pretium est. ثم قال متمنيا هل يعفو الله عما سلف لنا من ذنوب او يعيد لنا تسهيل امثالها والتمكين من اقتراب مشابهها ان ضاق عفوها (l. عفوه) عنها. وهذا كلام من خرج صدره بمستقبل امره وامتلأ قلبه من التاسف في اثر مستدبره. — In Mersukii codice loco vocis يعيدها legitur معيدها, quae vox construendi modo vocis عاف aptior est.

CIII.

Sawwar b. Almodharrab dixit.

(De poeta conf. Ham. p. ٥٧.)

1. O cor! Num monitum tibi interdicit an tempus longum te in oblivionem adducit?

Cor suum vituperat, quod monitorum obliviscatur. Quasi de re dubitans poeta verbis interrogandi formam dedit. Scholiastes formam يحدثني non eandem esse ac ينهاك (leg. تنهاك) adnotavit (conf. Gram. Ar. T. II p. 40.) et quum in verbis haud adfirmantibus formam futuri auctam adhiberi in usu sit, poetam, cui in priore verbo eadem tanquam adhibita ante oculos obversaretur, in posteriore eadem usum esse. Ut sententiam suam probet, Ahmru-l'Kaisi versum (Moall. v. 65.) (metr. Thawil): Carnes semper pararunt aut in lapide assantes aut coquentes in aheno celeriter adposito adscripsit, quippe in quo vox قدير in genitivo posita cum voce صفيف in accusativo coniuncta sit.

2. Utique ego rem necessariam, quam prudens occultat, occultabo et secretum, ut id celem, perdam.

Se prudentem in secretis celandis describit. Res secretas, quae inter ipsum atque feminam amatam fuerant, ante oculos habet, ut se feminae amatae tanquam fidum commendet. Secretum, cuius ne minimum vestigium apparet, cum mortuo, qui omnino disparuit, comparatum est, quapropter, se secretum occisurum esse, poeta dixit. Vocem كتمانا duplici modo grammatice explicari posse, scholiastes adnotavit aut causam indicare aut statum significare, ut nomen actionis participii locum teneat, quorum priorem modum praeferendum esse puto.

3. Quotiescunque rem necessariam implicitis verbis indicari, ut eam titulum eius, quam celaveram, facerem!

Perspicaciam suam ingeniumque acre, quo ad res, quas intendat, ducatur, laudat. Haec sine dubio ad modum spectant, quo amatae suam voluntatem significaret, ita, ut nemo nisi femina verum sermonis sensum intelligeret. Quae autem sic implicitis verbis indicaverat, cum titulo libri comparat, quo, quae sint in libro tractata intelligenti, reliquis ignorantibus, quodammodo patefiunt. In scholii linea prima وفي النفس خلافها, et in animo contrarium est, ut in Mersukii codice invenitur, legas. Verba دون اخرى alteram illam rem necessariam, quam celare vult, indicant. **(p.598.)**

4. Cui pudor non est neque fides, is in media gente nudus mihi videtur.

Eum prave agere et ignominiae publicae se exponere dicit, qui pudorem non conservet, ut secreta feminae divulget (quae res turpis habetur) et fidem feminae datam fallat. Talem cum ea comparat, qui nudus in publico prodit. Ut hic sic ille ignominiae obnoxius est.

CIV.
Alius dixit.

1. Te magni faciens veneror, dum potestate tibi subiectus non sum; sed amatus oculum amantis implet.

Modum, quo amatam veneretur, indicat. Non esse venerationem potentis; sed personae amatae. Qui amet, eius oculum nonnisi in personam amatam directum ésse, ut praeter eam nil videat. Eius oculum unâ istâ personâ quasi impletum esse. Scholiastes voce اجلالا aut causam aut statum, ut nomen actionis loco participii sit, indicari dixit. Prius praehabendum puto. Suffixum vocis حبيبها ad vocem عين, ut sit pro حبيب العين ملؤها aut ad feminam, ut sit pro حبيب المرأة ملء عينها, referri potest. Prius mihi magis arridet. Quum subiectum articulo aut alio modo definitum esse soleat et praedicatum nonnisi in phrasibus aut interrogantibus aut negantibus ante subiectum locum occupet [1]), scholiastes hoc in versu tamen verba ملء عين, quamquam haud definita sint, primum locum tenere posse dixit, quod praedicato cum eo coniuncto sensus (verbi) proveniat.

2. Anima autem te non fugit, quod ei parvi es; sed portio eius ex tua parte parva est.

Ne autem amata, se eam parvi facere, opinetur, quod eius praesentiam fugiat, veram causam in eo esse dicit, quod quum ipsa ei parum faveat, eius voluntati satisfacere cupiat.

CV.
Ebn-Aldomainah dixit.

(conf. Ham. ٥٢١.)

1. O! Vallem aquarum remunerari non video, neque animam valle aquarum carere posse.

Queritur, quod in valle, ubi femina ipsi amata degat, votorum particeps non fiat, et tamen valle carere non possit. Vocem يثيب duplici modo explicant aut remunerandi significationem dantes aut significationem a puteo, in quem post tempus intermissum aqua redit, derivantes, ut verbum significet, poetam antea feminae amatae consortio fruitum esse, tum eo interrupto non amplius consortium habuisse, ut valli res tribuatur, quae personae fuit.

2. In duabus vallibus habitare cupio; sed ego in illis vallibus notus peregrinus sum.

Desiderio suo cum femina amata conveniendi manifestato se nominem invenire, qui

1) Gram. Ar. T. II. 515. 517. Abu-l'Hasan Alachfasch contra aliorum sententiam et in aliis phrasibus praedicatum ante subiectum locum habere posse contendit, ut dicatur: قايم اخواك „Fratres tui duo stant. In margine codicis Mersukii haec adnotata leguntur: قال ابن جنى اخبر عن النكرة بالمعرفة وجاز ذلك لمعناه كما جاز عند ابى الحسن الابتداء بالنكرة فى نحو قولك قائم اخواك وعند الجماعة فى نحو اقائم اخواك لمعناه اى اقام اخواك وكذلك هذا غير ان حبيبها فى البيت خبر مبتداء وما بعد قائم مرفوع به والفرق بينهما تمكن اسم الفاعل فى العمل.

ipsi in ista re auxilium praestet, ut, quamqnam ibi omnibus notus sit, tamen loco peregrini habeatur. Antea quum nonnisi unius vallis mentionem fecisset, hanc et regionem adiacentem duarum vallium nomine insignire videtur. Voci لمشتهر in codice Tebrisii alter legendi modus لمستهتر (deditus) superscriptus est.

3. *Num rectum est, o servi Dei! mihi tam ad aquam accedenti quam inde redeunti custodem esse?*

Causam, cur ad feminam ipsi amatam accedere non possit, exponit; et recte erga ipsum agi negat. Versum sic grammatice explicant, ut vox حقا tanquam adverbium loci sit pro فى حقّ et in constructione locum praedicati occupet, cuius subiectum verbis ان لست etc. contineatur.

4. *Et, sive solus visitem sive in hominum agmine, dici: Tu suspectus es!*

Hominum erga ipsum agendi rationem queritur. Vocem فردا statui describendo inservire et a verbo rectam esse, quod vocibus ولا زايرا indicetur, scholiastes dicit. Verba autem والا قيل locum status describendi occupari quasi poeta dixerit: لا ازور الا مقولا ذلك فيه. »Non visito, nisi statu eius, de quo id dicitur:« Verbis انت مريب casum nominativum esse, ut loco subiecti (فاعل) Gram. Ar. T. II, 519. verbi قيل sit.

5. *Num suspicionem facere potest, quod generosam sui familiaris desiderium tenet aut quod generoso desiderium est?* **(p. 599.)**

Se contra suspicionem defendit, in statu suo nil mali esse dicens. Scholion marginale in Mersukii codice construendi modum sic explicat: وهل ريبة فى البيت متبداء وفى ان خبره وجاز الابتداء بالنكرة لانه فى معنى الفعل وهل يرتاب فى ذلك.

6. *Et collis arenae separatus a latere loci prohibiti, etsi ad eum non accedo, mihi carus est.*

Locum ubi femina amata versetur, etsi ad eum non veniat, tamen ipsi carum semper futurum esse.

7. *Deus tecum sit! Ego tecum coniunctus ero, quamdiu mecum coniunctus es et te ob id, quod mihi donasti, laudo et te remuneror.*

Hosce sequentes quatuor versus, quamquam eodem metro et homoioteleuto adstricti sunt, tamen Mersukius alii poetae adscripsit. Sensu cum prioribus arcte non cohaerent; nihilo minus vero, quum saepius versus carminis haud intime sensu coniuncti sint, eiusdem carminis esse possunt. Quid verum sit, difficile dictu est. Verba لك الله scholiastes duplici modo, ut poeta Deum pro femina advocet aut iuramento sint, explicavit. Scholiastes noster quum Mersukii verba mutaverit, ea apponere liceat: والمعنى احسان الله لك وحفظه مشتمل ويجوز ان يكون قسم كما يقال اعطنيك الله وجوابه. Post voces واصل, مثن et مثيب suffixum obiecti omissum est.

8. *Quod tanquam beneficium dedisti capio, dum ab eo, quod nolis, metuens me averto.*

Hic versus in Mersukii codice haud invenitur. In margine codicis Tebrisii alter legendi modus أُعطِيتُ »donatus sum« adscriptus est.

9. Ne animam meam dispersam esse sinas, nam ob vehementem tui amorem haud multum abest, quin dissolvatur.

Feminam amatam rogat, ut ipsum conservet, se, si opem non ferat, periturum esse. Animam cum avibus, quae in varias partes avolant, ut nulla restet, comparat conf. Ham. ۴۴ v. 1. ۱۷۸ infr. ۲۴۸ v. 1. In posteriore versus parte eadem, ut ex usa verbi ذاب videmus, cum adipe, qui aut sole aut igne ardente liquefit, comparata est.

10. Ego autem tui pudore ita adfectus sum, ut in secreto custos tuus me observare videatur.

Se, quamquam ab amata absens sit, tamen ob reverentiam et pudorem cavere, ne verba minus decentia et ei ingrata proferat. Similem sensum poeta sequentibus verbis expressit (metr. Thawil): Ego ob Fothaimam, dum famelicus et collapso ventre sum, pudore adficior, quamquam separati sumus, timens ne fratri me vituperanti ipsa occurrat.

CVI.

Alius dixit.

1. Socii mei abiere, dum moerorem meum non perceperant et hominibus negotia sunt et mihi soli negotium est.

Suam animi conditionem cum sociorum cum ipso proficiscentium conditione comparat. Illos quidem de rebus necessariis sollicitos esse; sed suam amantis sollicitudinem unicam esse. Scholiastes adnotavit, vocem وحدى casum accusativum habere modo, quo nomini actionis post verbum posito casus accusativus detur (Gram. Ar. T. II p. 113. 128.). In margine codicis Mersukii legimus, hunc explicandi modum doctrinae grammaticorum Bazrensium consentaneum esse et grammaticos Cufenses accusativum modo a grammaticis ظرف appellato (Gram. Ar. T. II p. ٩٥) esse contendere.

2. Vos ego amo quamdiu vivo; sed si morior, eheu cor eius, qui vos post me amat!

Conditionem suam pluribus describit. Suum amorem duraturum esse, etsi ipsum perdat. Inesse igitur videtur descriptio vehementis amoris. Qui autem ipso mortuo amore illius feminae incendatur, eum non posse non dolore adfligi, ut miseratione dignus sit. His autem verbis feminam tanquam pulcherrimam, quae omnes amore impleat et crudelem, cuius amantes dolore adficiantur, designare videtur. Mersukius, poetam amorem cum morte cessantem ingemere dixit; sed hic sensus verbis haud necessario inesse videtur. Sunt autem, qui poetam haec ob verba vituperent non decere dicentes, eum amantis ipso mortuo mentionem facere et huiusce causa tristitiam ostendere. Alii autem poetam defensuri eum amantis illius mentionem fecisse **(p. 600.)** dixerunt, ut feminae gloria divulgaretur. Similem autem sensum alius expressit dicens (metr. Thawil): Quamdiu vivo amore Dadae captus ero; sed si morior, alii post me Dadam amandi officium impono. Sed haec quoque verba vituperant dicentes, poetam rectius dicturum fuisse: »sed ne Dada amico post me conveniat!« Poeta noster gentem cum femina coniungens dicit: vos amo aut nonnisi de amicis agit.

CVII.

Abu Hajjah Nomairita dixit.

Hunc disertum Arabem campestrem fuisse narrant segnitie et magna timiditate praeditum. Ei ensem fuisse salivam mortis cognominatum. Ut eius timiditatem probarent, sequentia adtulerunt. Qui quum apud amicum in oppido Bazra versaretur, nocte sonum lenem canis in domo audiens ense suo, quo haustrum acutius erat, evaginato brachium tegumento obvolvit et in sequentia verba erupit: »O contra nos audax et vano nostrûm desiderio deceptus, quam pravum est, per Deum, quod tibi elegisti! bonum parvum multumque malum et ensis politus, mortis saliva cognominatus, quem famâ audivisti, celebri acie praeditus, qui ne hebes fiat, haud timetur. Et si gentem Kais advoco, equitibus peditibusque contra te eam implebo. Exi igitur, vae tibi, veniâ donatus, priusquam poenam sumens contra te intro!« Quum igitur canis exiret, dixit: Laus Deo sit, qui in canem te mutavit et nos contra bellum defendit. Poetam post Islamum vixisse, e versibus p. ٥٧٨ occurrentibus videre licet. Urbs Bazra Ohmaro regnante fundata est.

1. Mulier languida e gente Rabiah-Ahmir eum iecit, multum dormiens die iam illustri, in mulierum conventu et quali conventu!

Virum, cuius mentio antea fuisse videtur, feminae amore captum esse describit. Hanc autem feminam, ut commodâ vitâ (conf. Ham. ٥٨٦ v. 1) utens designetur, languidam et diu dormientem esse dicit. Plures autem quum sint gentes Rabiah appellatae, vocem Ahmir addit. Rabiah Alfaras filius Nisari b. Maahd erat. In gente Ohkail duo viri Rabiah appellati erant, unus Rabiah b. Ohkail, alter Rabiah b. Ahmir b. Ohkail; nec non in gente Tamim. Gens maior Rabiah b. Malic, Rabiah Aldjuh appellata et minor Rabiah b. Hentselah b. Maloc. Gens autem in versu Rabiah b. Ahmir b. Zahzaah, a matre Banu-Madjd appellata, fuisse videtur (conf. Ebn-Kotaibah et Kamus.). Ut autem femina pulchritudine insignis indicetur, poeta addit, eam non solam fuisse; sed in agmine feminarum pulchrarum. Scholiastes, litteram Waw cum vocali Fatha raro in litteram Alif mutari dicens, rei probandae causa verba Mohammedis traditione ad nos delata adnotavit. »Pecorum, quorum decimae solutae sunt, noxa disparuit.« Vocem أناة aut pro وناة, ut languidam ob pinguedinem corporis multumque dormientem designet esse aut a verbo أنى, ut cunctantem in opere faciendo, derivandam esse, scholiastes adnotavit. In Meraukii commentario alterum legendi modum „رقود الضحى“, sensu haud mutato, invenimus. Similem sensum Amru-l'Kaisus in posteriore parte versus 36 (Moall.) expressit.

2. Tum venit instar rami arboris Ban haud inconsiderate in res ruens; sed cum notâ viri gravis pulchrique.

Virum amore captum describit. Pulchrum et perfecto corpore praeditum eum fuisse. Iuvenes teneros cum ramo illius arboris molli comparari, tum relicta comparatione iuvenem perfecto corpore praeditum significari scholiastes adnotavit. De arbore Ban (salice Ae-

gyptiaca), cuius mentio a poetis frequentissimo fit, conferas quae doctissime disseruit cel. Garcin in libro »Les oiseaux et les fleurs p. 142 sqq. et 230 sqq.« Corporis laudi laudem animi adiungit. Gravitas autum Arabibus laudi ust.

3. *Eae (feminae) autem ei secreto dixerunt: Te liberemus! Ne sanus abeat! et ei eum non plane occidis, haud multum deest!*

Feminae ipsam comitantes quum, quantopere vir adspectu illius mutus sit, cognovissent, quasi gratulantes eam allocutae sunt; sed scholiastes vocem سرا duplici modo explicari posse dixit. Aut loco imperativi, ut prima verbi forma significationem tertiae habeat, positam esse. Vertendum igitur est »clanculum ei signum fac aut clanculum ei loquere!« Hoc admisso futurum apocopatum نبرح ex imperativo pendet (Gram. Ar. T. II p. 33.). Quod autem cur sit, non video causam aut in constructione aut in sensu versus et cur non potius cum verbo قتلن coniungatur, nescio. Ad hunc explicandi modum scholiastae verba, fieri posse, ut nomen actionis loco status sit, i. e., ut nomen actionis loco participii poeta posuerit, respiciunt. Hoc probato futurum apocopatum vocis نبرح a particula لا prohibente regitur conf. Gram. Ar. T. II p. 39. Virum amore omnino captum occisum appellari, iam antea vidimus conf. Ham. ٥٧٣ v. 2. Quae autem futura esse putant, ea feminae comitantes i. e. servae tanquam mandatum proferunt. Vox المى pro المنى metri causa adhibita est. Post hanc vocem verbum (p. 601.) تقتلين supplendum videtur.

4. *Velum igitur, sub quo sol erat, proiecit seque per duas res optimas coniunctas, manum corpusque defendit.*

Modum, quo femina viri cor ceperit, describit. Velo abiecto faciem soli splendore similem ostendit et tum, quod feminae facie haud opertâ viris adparere licitum non est, faciem manibus texit. Feminae non semper morem observantes interdum, si cui placere vellent, quasi imprudentiâ velum proiiciebant. Vela diversa fuisse invenimus. Vox قناع velum, quo caput et facies operiebantur, vox لثام quo os tegebatur, vox لفام quo nasus tegebatur et vox وصوصة tam arcte contractum, ut nonnisi oculi adpareant, significare dicitur conf. Abulf. Ann. T. II adn. 51. Sed in vocibus definiendis lexicographi haud omnino consentiunt. Quosdam reges nonnisi velo tectos hominibus adparuisse, nec non Muhammedem velatum hominibus se ostendisse legimus. Arabum poetae feminas pulchras maxime cum luna comparare solebant Ham. p. ٨٣ v. 1. ٥٢٢ v. 3. ٥١٥ v. 2. et Bohleni Motenab. p. 51; solis comparatione in viris potissimum utebantur conf. Ham. ١٠٩ v. 4. ٣٨٣ v. 4. Bohleni Moten. p. 66 sq. Manui et corpu quoque pulchritudinem poeta adscripsit.

5. *Et locuta est. Tum quum in eius cor oculosque suum incantamentum omne indidisset, ei (viro) dixerunt: Surge!*

In modo, quo captus sit, describendo pergit. Tantam feminae pulchritudinem tribuit, ut eam cum incantamento, cui nemo resistere possit, comparaverit. Res pulchra, quae nos admiratione implet, incantamentum licitum appellatur, quod nomen in poesin translatum est.

Voci قالت loquendi significatio, ut oblecto carere possit, convenit. Haec significatio in versu sequente invenitur (metr. Wafir): Num Saihdus ob iniuatitiam nos punibit et iam eorum poetae locuti sumus et is locutus est. Alii voci significationem innuendi aut se praeparandi ad rem dant et ad loquendi modum explicandum verba قال الحايط فمال. »Paries innuit; tum inclinatus fuit« adnotarunt conf. quoque Ham. ٣٣٣ v. 3. Pulchritudinem cum veneno comparasse videtur, quod in cor et oculos effusum esset. Ludibrii causa, quippe quem amore occisum putarent, surge! dixisse videntur. Sed pro voce قم legitur quoque: انعم, cui voci sensum tristis esto ob amorem tribuunt. Vox autem انعم nil aliud nisi imperativus verbi نعم esse potest, cui verbo explicandi gratia voces على القلب i. e. lenis esto cordi! scholiastes addidisse videtur. Qui autem deridendi causa verba dicta putant, ii verbo sensum hunc tribuant, necesse est: commode istâ utere!

6. Et optavit, ut nasus ipsi amputaretur, si socii se se vocantes dixissent ei in castris! Dormi!

Tali modo a feminis ludibrio habitus optat, ut potius nasum amputatum haberet, quam ut illis feminis occurrisset. Optat, ut socii ipsum retinuissent. Nasum qui alteri amputat, eum summâ ignominiâ adficit conf. Meid. 23, 143. Talis igitur ignominia feminarum ludibrio ipsi praeferenda videtur. Particula لو, socios illa verba haud dixisse, indicat (Gram. Ar. T. I p. 162. 564.). Mersukius versus sensum hisce verbis exposuit: يقول انصرف عنهن وهو يتمنى ان جدع انفه فى وقت ما هم بالخروج اليهن ومنعه اصحابه من التعرض لهن وقالوا له فى المناخ نم ولا تبرح ويجوز ان يكون معناه ود ان يتركه صحبه ويقولوا له نم فى المناخ ولا تتبعنا وان انفه جدع.
Scholiastes voci تنادو duplicem significationem in versu tribui posse dixit. Quam nos praetulimus, ea et frequentius adhibita est et verbis versus magis convenire videtur.

CVIII.

Alius dixit.

1. Contemplatus sum et erat ac si ob vehementem amorem post vitrum domum contemplarer.

Fingit se rudera domus relictae contemplantem. Ibi ob temporis praeteriti recordationem moerore adfectus lacrymas copiosas effundebat, ut oculi obcaecati quasi post vitrum domum conspicerent.

2. Et oculi mei modo fletu submergebantur, ut lusciosus essem et modo relegebantur, ut viderem.

Statum suum pluribus describit. Conditionem oculorum non semper eandem fuisse, et lacrymis cessantibus se videre potuisse. Lacrymas cum tegumento comparavit. Verbo حسر aut intransitivam aut transitivam significationem tribui posse, scholiastes dixit. Quum posteriore recepta obiectum desit, priorem praeferendam censet. Accedit, ut oculus lacrymas multas effundens cum mari, cuius aqua profluit et refluit a littore, comparari possit.

CIX.

Alius dixit.

A Reiskio poetae Dsu-l'Rommah cognominato versus tribuuntur. (Notae ad Taraf. p. 68).

1. Duae veteres situlae feminae stupidae, quarum corii assumenta rupta sunt, e quibus propinans quum potum praebuisset; sed madefactae non fuere,

2. Plus aquae non emittunt quam oculi tui lacrymas, quum habitaculi verni tibi in mentem venit aut domus recordaris.

Amantem in recordatione feminae amatae multas lacrymas effundentem describit. Oculos cum situlis, cuius suturae ruptae sunt, ut aquam haud contineant, comparavit. Similem comparationem in versibus invenimus sequentibus, quos Reiskius e Diwane Hudseilitarum ad Tarafae Moall. p. 68 adnotavit (metr. Wafir prima syllaba abiecta): دمع العين من برحاء ما فى الصدر ينسكب كما اودى بماء الشنة المخروزة السرب. Lacryma oculi ob vehementiam eius (amoris), qui in pectore est, effunditur, sicut uter aquam emittens triti utris consuti aquam perdit. Vox شنة utrem vetustum, tritum significans hoc in versu, quum dualis forma sit nec non postea vox كلى adhibita sit, situlam designat. Hanc autem ut talem designet, quae nullam aquam contineat, eam stupidae feminae esse dicit, talis enim femina curam diligentiamque, ut situla bono statu sit, non adhibet. Feminarum **(p. 602.)** erat, situlas et utres reparare, ut bono statu essent. Ut situlam omnino tritam esse indicet, voces واخيتا الكلى addit. Vox كلية corii assumentum rotundum, quod sub ansa, ut firmior sit, assuitur, designat. Solebant autem, ut rimae contraherentur, situlam humectare. Hoc neglectum fuisse, poeta indicat. Ex homoeoteleuto vocis الكلا carminis initium esse videmus. Posterior versus constructione cum priore intime cohaeret. Quum comparativi forma a forma verbi quarta derivari non possit, scholiastes recte adnotavit, vocem اضيع esse pro اشد اضاعة conf. Gram. Arab. T. I p. 324 sq.; sed in hac regula observanda non omnes grammatici consentiunt et Sibawaihius ab aliorum sententia recedit. Poetae autem sibi licentiam regulis contrariam haud raro sumsisse videntur; qua de re in hoc opere saepius sermo fuit.

CX.
Abu-l'Schiz Chosaihta dixit.

Voce Schiz dactylos viles, nucleis carentes significari, scholiastes sequente hemistichio probare studuit (metr. Basith): Palmae, in quibus dactyli boni vilesque proveniunt. Poetae nomen Mohammed b. Abhd-Allah b. Rasin, alterum cognomen Abu-Djahfar erat. Poetae Dibhil b. Ahli b. Rasin patruelis sub finem regni Alraschidi oculis captus est. Mutuum inter ipsum et Moslimum b. Alwalid odium incensum erat. Ille indole poesis praeditus erat, hic cum studio poesi operam dabat.

1. Ubi tu es, amor me retinet, neque mihi locus est, quo recedam aut procedam.

Se amore feminae omnino occupatum et subactum confitetur, ut loco, ubi femina versetur, quasi incantamento vinctus teneatur. Scholiastes praedicatum subiecti, quod vocem انت esse dicit, omissum esse vult, ut vox واقفة (stans) aut similis suppleatur. Voci حيث, quae in loco adhibeatur, eodem modo, quo voci حين temperi definiendo inservienti, duas propo-

sitiones (unam praemissam alteram sequentem) necessarias esse, idem adnotavit. Altera sequens hoc in versu vocibus وقف الهوى بى praemissa est. Voces متاخر et متقدم nomina actionum esse, quod scholiastes contendit, extra dubium positum non videtur; fieri enim potest, ut nomina locorum sint (c o n f. Gram. Ar. T. I p. 305.).

2. Vituperationem ob amorem tui dulcem esse invenio, quod mentionem tui factam amo; me igitur vituperantes vituperent!

Quum aliis vituperatio ingrata sit, sibi, quod in ea feminae amatae mentio fiat, eam placere dicit. Similem sensum in sequente hemistichio scholiastes invenit (metr. Thawil): D o c a vehentes camelis interrogo, qui idem, quod ego, sciunt.

3. Inimicis meis similis es et ego eo adductus sum, ut eos amem, quod idem ex iis, quod ex te, mihi evenit.

Vehementis amoris clarius indicium esse non potest, quam si quis ipsos amicos ob quandam, quae cum femina amata intercedit, similitudinem, amore amplectitur. Ulterius noster procedit, similitudinem illam in inimicorum agendi ratione positam dicens. Scholiastes voces منك et منهم statui describendo inservire dicens ante eas vocem كُنّا supplendam putavit. Loco vocis كان in Mersukii codice vox صار legitur.

4. Me contemsisti; me igitur ipse contemsi, dum iniuriam patienter fero. Quem tu vilipendis, is in eorum numero non est, quos ego honoro.

Amor si e summo animorum consensu oritur aut eo saltem nititur et confirmatur, non potest non amans idem quod amatus sentire, ut verba poetae nostri, se alios honore non adficere, quos femina amata vilipendat, a natura mentis humanae non abhorreant. Quod vero poeta addidit, se se ipsum vilipendere, quod femina amata ipsum vilipendat, eius causa in Arabum cogitandi ratione posita est. Arabi enim vilis animi esse videtur, iniuriam patienter ferre (c o n f. Meidan. T. III P. 2 p. 161. infr.). Qui igitur ab amata iniuriam patienter fert, se vilipendere videtur. In voce اكرم suffixum هم, quod ad vocem من referatur, omissum est.

CXI.

Alius dixit. (p. 603.)

1. Mirum non est, nisi quod Salimus nuntiat, filios podicis eius sanguinem meum vovisse.

Mirum esse dicit, viros despectos gentis illius sanguinem suum vovisse. Vocis غرو praedicatum omissum est, ut vox موجود aut similis suppleatur. Voces ما تخبر adpositionis loco verborum لا غرو sunt. Voces بان etc. verbi تخبر obiectum sunt. Ignominiae causa viros illius gentis filios podicum appellavit, ut viles designaret. Suffixum in voce استاهها nonnisi ad gentem, tanquam matrem virorum referri potest.

2. Non autem contra eos crimen commisi, nisi quod dixi: O Sarha, salva sis!

Causam mirandi, quod ipsum persequuntur, exponit. Se nil aliud fecisse, nisi salutem

feminae ab ipso amatae dixisse. Odii illorum causam in amore, quo feminam amplecteretur, fuisse indicat. Voce سوى exceptio indicatur, quae quum rei exceptae in priore parte mentio facta non sit, a grammaticis خارج vel alio nomine منقطع appellatur conf. Gram. Ar. T. II p. 403. 565.). Vocem سرحة vocali Dhamma aut Fatha pronuntiari posse, scholiastes dixit. Illam vocalem ei convenire, quod nomen proprium naturâ definitum sit cum altero nomine haud coniunctum (Gram. Ar. T. II p. 88.; vocalem Fatha autem adhiberi, quod lenioris pronuntiationis causa litteram, quae generis feminini signum sit, abiicere soleant, ut vocalis Fatha ante eam pronuntiandam remaneat. Tum litteram ipsam abiicere negligentes, sed eam abiectam esse animo cogitantes in fine vocem vocali Fatha adficere (conf. ibid. p. 92.). In scholii linea tertia واذا ارادوا ترخيمه, quae in Mersukii codice haud leguntur, tanquam sensui molesta omittenda esse censeo. Vox Sarhah origine sua nomen arboris magnae ad speciem عضاه pertinentis est, sub qua tempore aestatis homines subsidere solent. Alfarrae, grammatico nomen omnis arboris est, quae spinis caret, a voce سرح, qua planum et lene significatur, derivandum. Poeta Ebn-Harmah arbore tanquam cognomine feminam significans sequentem versum dixit (metr. Thawil): Arborem Sarhah, sub qua homines consident, infra locum Sowaikah nubes Plejadum [1]), cuius pluviae tenues copiosae sunt, irriget! Scholiastes, quamquam feminae Sarhah nomen esse dicit, tamen in versu nostro voce Sarhah arborem significari putat; addit enim, socios feminae ex verbis poetae: o arbor Sarhah, salva sis! cognovisse, eum feminam velle et hanc ob causam irâ exarsisse. Poetas domum feminae amatae salutare invenimus Antar. Moall. v. 2.

3. *Imo! salva sis, tum iterum iterumque salva sis triplici salute, etsi non loqueris!*

Odium virorum despiciens et mortis periculum haud evitans, ut amori satisfaciat, verba, in quibus odii causa erat, iterum iterumque repetit. Vehementis igitur amoris indicium in hisce verbis invenio. In verbis autem poetae etsi non loqueris causa esse videtur, cur scholiastes poetam arborem alloqui putaverit. Causam cogentem in iis non video, fieri enim potuit, ut ipsa femina, aut quod longè remota esset aut aliam ob causam salutem haud redderet. Scholiastes vocem نعم, quae proprie particula affirmandi hoc loco sermoni cum antecedente coniungendo inservire dixit.

CXII.

Cholaid cliens Ahbbasi b. Mohammed b. Ahli b. Ahbd-Allah b. Alahbbas dixit.

Poetam, quum Ahbbasi cliens dicatur, ante medium saeculi secundi vixisse coniicio, quippe Abu-l'Ahbbas etc. primus Ahbbasidarum princeps anno 132 imperium obtinuerit. conf. Abulf. Ann. T. I p. 481.

1. *Per camelos in loco Dsat-Ihrk currentes et per eos, qui in loco Nahmun-Alarac preces faciunt, iuro,*

1) Pluviam quum Arabes cum stellarum ortu coniunctam putent, poeta nubes Plejadum dixit.

Per eos, qui ad templum Meccanum proficiscuntur, iurat. Nahman-Alarae nomen vallis sic cognominatae, quod arbores Arae ibi frequentes sunt, inter Meccam et oppidum Thajef est. conf. Abulf. Geogr. p. ١٥. Dsat-Ihrk est locus distantiâ quadraginta et octo milliariorum ab urbe Mecca remotus, ubi e regione Ihrak Meccam proficiscentes conveniunt. Hic locus primus esse dicitur, quo e regione Hidjas in regionem Nedjd tendentes veniunt. conf. Abulf. Geogr. p. ٧١. ٨٢.

2. Amorem tui in corde me occultasse; sed alterius amorem me haud occultasse.

3. Obsequium iis ostendisti, qui tibi imperant, ut vincula mea rumpas. Manda iis, ut eodem modo erga amatos suos agant!

In priore versu se nullam praeter eam amare confirmat, tum in posteriore ostendere vult, eos, qui ipsam, ut amantem deserat, commovere studeant, haud recte agere, propterea quod, si ipsis eadem res iuberetur, non obedirent. Mersukius huius versus sensum sequentibus verbis explicat: ثم اقبل عليها فقال تخاطبها اعلمت الذين يشيرون عليك بقطيعتي واتنكر لي وجذ الاسباب والمواثيق بينك وبيني كُرّى عليهم مستدرجة لهم وعاجمة تنصّحهم وامريهم في احبتهم بمثل ما امروك فيّ فان وجدتهم سامعين لك وصايرين الى القبول منك فخذي انت ايضا ماخذهم والزمي طاعتهم. Vox اطعت praeteriti sensum habet, ut poeta feminae agendi modi quasi mirans mentionem faciat; sed Mersukii verba ad alterum loquendi modum اريت, qui in Mersukii textu invenitur, spectat. In Tebrisii scholiis voci activi vocales superscriptae sunt, ut unum verbi obiectum omissum sit i. e. Tu iis r e m ostendas. Sed in Mersukii codice voci أريت vocales passivi datae sunt, ut sensus sit: »Fiat, ut cognoscas eos, qui tibi mandant.« Praeter hunc legendi modum tertium Tebrisius امرت »tu mandes« adnotavit. In voce الآمريك articulus loco pronominis الذين est et suffixum locum obiecti tenet, nam participia tam modo nominum quam modo verborum construi possunt conf. Gram Ar. T. II p. 179. 184 sq.

4. Si illi tibi obsequuntur, tu iis obsequere; sin vero tibi adversantur, tu iis, qui tibi adversantur, adversare! **(p. 604.)**

Sperat fore, ut femina ex eorum agendi ratione intelligat, consilium ipsi ab illis datum haud rectum esse. Scholiastes adnotavit, poetam, si prioris partis versus rationem habuisset, ut طاوعوك فطاوعيهم dixerit, sic dicturum fuisse وان عَصوك فاعصيهم. Causam, cur loco pronominis vocem من cum verbo sequente (conf. Gram. Ar. T. II p. 540.) posuerit, in eo invenit, quod sic eorum turpis agendi ratio magis appareat et femina contra eos magis instigetur. Quamquam haud nego, in verbis فاعصي من عصاك sermonis maiorem vim esse, tamen ea verba potissimum homoiteleuti ratione commotum poetam adhibuisse putaverim.

CXIII.

Abu-l'Kamkam Asadita dixit.

Nomen viri Kamkam cum nomine maris ab aqua congregata dicti cohaerere putant. Mare pro magno gentis numero positum esse, in Aladjdjadji verbis invenimus (metr. Redjez):

Qui in mare nostrum incidit, submergitur. Idem poeta dixit (metr. Sarih aut Redjes): Et potior pars numeri maris. Sed de vocis قمقم significatione, quum vox cum Teschdidi signo a lexicographis adnotata non sit, dubito. Poetis autem metri causa litterae signum Teschdidi addere licitum fuit. conf. Darstell. der Arab. Verskunst p. 54, 516. Urcei significatio apta non videtur. Virum vilem, qui pravis cibis contentus est, voce قمقام significari, e sequentibus Albäihtsi versibus cognoscimus (metr. Thawil): Num socius meus es in vulpe, quam iam edi, et cuius nonnisi cutis et pedes restant? Sume tibi eius testiculos et partem cum podice cohaerentem, nam tu vilis es, cuius prata turpia sunt!

1. Aquae Alwaschal salutem dic eique dic: omnia loca bibendi quum relicta esses, vilia erant.

Ad aquam illam sine dubio feminae a poeta amatae sedes erat. Haec res causa est, cur socium aut ibi remanentem aut illuc proficescentem alloquens roget, ut ei salutem dicat. Vita ibi commoranti propter feminae amatae praesentiam ineunda erat. Rem ipsam more poetarum aquae tribuit. Waschal nomen magni montis in regione Tehamah et duorum locorum esse, in Kamusi opere legimus.

2. Umbra tua vesperâ dieque rigetur et aqua tua frigida sit, dum aquae reliquae calidae sunt!

Isti aquae, quam tanquam frigidam describit, bene precatur. Vox ظل quum umbram tempore matutino ortam, vox فيء umbram vesperâ ortam designet, scholiastes noster cum grammatico Ebn-Djinni consentiens, poetam haud recte vocem ظل adhibuisse adnotavit. Dicendum fuisse لفيئك بالعشي ولظلك بالضحى. Voces in sequente versu recte adhibitae sunt (metr. Thawil): Neque umbrae frigoris diurni participes fieri possumus, neque umbram frigoris vesperae gustamus. Sed ob umbrae similitudinem tempore matutino et vespertino unam vocem pro altera adhibuisse, poetas invenimus. Vocem سقيا e verbo omisso pendet (conf. Gram. Ar. T. II p. 82.). Ut vox سقيا cum voce لظلك apte coniuncta sit, umbram loco arborum istam aquam obumbrantium dictam esse puto. Optat igitur poeta, ut Deus arbores istas aquam obumbrantes largâ pluviâ irriget.

3. Si ab aqua tua prohibere possem, quae in foveis tuis est, eam viles, quamdiu viverem, non biberent.

Quanto honori ipsi aqua sit, eo ostendit, quod, si in potestate sua res posita sit, se viles ab ea semper prohibiturum esse, dicit. Scholiastes putat, gentem ipsi inimicam ad aquam sedes habentem a poeta significari; sed nil impedit, quominus verbis generalior sensus sit. Quod autem poeta voce قلاتك, qua foveae magnae in monte significantur, usus est, regionem montanam, in cuius foveis aqua confluxerit, significari indicat conf. adnott. ad versum primum.

CXIV.

Ebn - Aldomainah dixit.

Conf. Ham. ٥٣١.

Versus hosce poetam ad Omamam scripsisse, in Mersukii opere legimus.

1. Tu ea es, quae nocturnum iter mihi imposuit, dum nigrae aves Katha in duobus vallis lateribus cubant.

Vehementiam doleris sui describit, quae tanta fuerit, ut periculis et molestiis a nocturne itinere retineri nen potuerit. So quiete non frui dicit. Voces دلج et سرى ita differunt, ut illa speciallore significatione iter iuitio nectis susceptum, haec nocturnum iter **(p. 695.)** generaliore significatiene exprimat. Utraque vox commede coniungi potest. Posteriore versus parto tempus noctis, nbi quiescendum sit, designat. Ut enim avea Katha qniescunt, sic homini quiescondum est. Tres species avis Katha sunt, una fusci, altera nigri coloris, tortia غطاط appellata. De quibus conferas lexicon meum s. vece قطا et غطاط.

2. Tu ea es, quae cor meum dissecuit et vuluus cordis mei, dum erat vulneratum, cute nudavit.

Crudelitatem feminae in amore describit. Cor suum vulneribus omnino dissectum esso et qnum vix sanari coepisset, cntem novam, quod maximo dolere adficit, ab ea avulsam esse. Secunda verbi قطع et قرف forma significationis vim auget. Prioris vocis vis addità voce حزازة creseit. Vox autem قرح maxime in vulnore dolente adhibetur.

3. Tu ea es, quae gentem meam irâ implevit et omnes eius viri ab amore remoti, ad alienationem propinqui, irati sunt.

Eam efficisse, ut ipsa tota gons irascerotur. Quomodo factum sit, haud addit.

CXV.

Omama eodem metro homoioteleutoque usa ei respondet.

1. Et tu is es, qui promissis mihi datis haud stetit et effecit, ut ob meam calamitatem gaudium perciperent, qui ob te vituperabant.

2. Et in hominum conspectum producens me tanquam scopum, quem peterent, reliquisti, dum tu salvus eras.

3. Et si verba corpus vulnerarent, in corpore meo propter verba delatorum vulnera exsisterent.

Femina vituperationem, qua ipsam reprehenderat, in poetam rotorquot. In secundo versu loco vocis ثم in Mersukii codice حتى legitur. Silentio haud praetereundum est, poetriam eodem modo, quo poeta in prioribus versibus pronomine الذى et التى loco tertiae personae verbi secundam coniunxisse, ut e narrandi modo in alloquendi modum transiret. Dicondum fuit قطعت, احفظت et in posteriore اخلفنى etc.

CXVI.

Almahluth b. Badal Sahdita dixit.

(Kamusus huius poetae mentionem fecit.)

1. Mulieres proficiscentes die loci depressioris Sowaikah, quum abirent, fletum oculis moverunt.

Poeta abitum feminarum dilectarum mutuumque inde ortum dolorem describit. Sowaikah plurium locorum commune nomen est conf. Kam. Loco vocis جو in Meraukii codice vox حزم (terra aspera, alta) legitur.

2. Eae lacrymas inhibentes mihi dixerunt: Quid amoris et tu et nos habemus!

(p. 606.) Feminas tristitiam suam verbis manifestantes inducit. Cur scheliastes vocem غيضن verbis: اخذنها باطراف البنان مخافة الرقباء explieaverit, causam in verbis non video. Verbum deminnendi et inde cohibendi significatienem habet et Mersukius verbi explicandi gratia verbum قللن nil addens adposnit. In versibus poetae Dsu - l'Rommah cognominati iste sensus expressus est (metr. Thawil): Et quum occurrissemus, ex oculis nostris lacrymae profluxeruut, quarum aquam (in Mersuk. غربها quarum fluxum) digitis cohibuimus et sumsimus partes deciduas (viliores) sermonis similes fructibus palmarum mixtis cum aquâ scrobis in monte. Dicere vult, ipsos a custedibus impeditos nonnisi quaedam verba quasi decidua colligere potuisse.

3. Imo, si aliquando zelotypus domo sua nos adiuraret, amoris desiderium exstingueretur et nos viveremus.

Molieres in sermone pergentes optant, ut aliquande cum amantibus conveniendi facultate data magno ameris dolere liberentur. Adhibitâ particulâ لو rem, quam optant, haud futuram esse poeta indicat. Verbum يساعفنا verbo يقاربنا scheliastes explicat. Quamquam huic verbo apprepinquandi significationem esse haud negaverim, tamen adiuvandi significatio hoc in leco aptior videtur. Optant, ut aliquaudo locum habitent, ubi conveniendi facultas sit. Maritum aut dominum aut alium ipsarum voluntati adversantem zelotypum appellarunt, quod in zelotypia causam agendi rationis viderent. Amore homines occisos appellari, plurius occurrit. Cui igitur ameris desiderio satisfaciendi facultas est, eum vivere et contra ameris desiderium mori dici potest. Mersukius versus sensum sic explicavit: لو ساعدنا الغيور وداناا بدارة يوما لقضينا اوطارنا ما تحيا به نفوسنا وقلوبنا ويموت كلفنا وغرامنا. Amorem occidi alius quoque poeta in sequente versu dixit (metr. Thawil): فلما التقا الحيان أُلقيت العصا ومات الهوى لما اصيبت مقاتله. Quum duae gentes occurrissent, baculo [1]) abiecto amor mortuus fuit, quum eius loca morti obnoxia vulnerata essent. Namarita alterum legendi modum se audivisse dixit. Loco verborum الغيور بدارة legi العيون بدارة »speculatores in loco Darah«, quem grammaticus Abu-Mohammed Alabrabi reprobavit.

CXVII.

Djamil dixit.

(conf. Ham. ٥١٣.)

1. Quid delatores proferre possunt, nisi quod dicunt, me tui amantem esse?

Se parum curare verba, quae delatores proferant, quippe nil mali et nil nisi qued feminam amet, dicere possint. Scholiastes versus constructionem explicavit dicens, voces ما ذا locum subiecti tenere, quasi dixerit: اى حديث عسى etc., ita ut construendi modus idem sit ac in verbis اى ضرب عسى زيد ان يضربه nomine actionis cum antecedente suo anteposito

1) Baculum abiicere idem est ac loco considere itinere finito.

(aut in verbia اى قيام عسى زيد ان يقوم, dum obiectum verbi, est enim pro يقومه, abiectum est). In hisce autem necessitate postulaute, ut praemissa verba اى ضرب etc. casum nominativum obtineant, vocibus ما ذا nominativus tribuendus est. Fieri autem non potest, ut (quemadmodum in verbis ما ذا لقيت p. ٦٠٥ infr. licitum putatur) verbis ما ذا accusativus a verbo يتحدثو rectus detur, quoniam cum particula ان coniunctum verbum in voces, quae ante particulam locum habent, vim grammaticam exercere non potest. Neque vero vox ما loco vocis الذى posita esse potest, quoniam verbum عسى, quod affirmandi significatione careat, cum pronomine الذى coniungi non potest (Gram. Ar. T. I p. 444.). Eadem ratio verbis eiusdem speciei est (conf. Gram. Ar. T. II p. 214.). Quum nonnisi propositionibus narrantibus et affirmantibus proprium sit, cum pronomine الذى coniungi, in propositionibus, quae interrogando et negando [1]) inserviunt, id accidere non potest.

2. *Sane! Delatores verum dixerunt. Tu mihi dilecta es, et si indoles tuae purae non sunt.*

Delatorum verba confirmat et quamquam in femina quaedam vituperatione digna sint, se nihilominus eam amare confitetur. Loco verborum حبيبة الى in Mersukii codice كريمة على »mihi honorata« legitur.

CXVIII.

Alius dixit.

Abu-Rijaschus poetae Ebn-Aldomainah (conf. Ham. ٦٠٤.) cognominato versus tribuit.

1. *Quum me vituperas quasi a serpente morsus, somno privatus noctem perago.*
2. *Iam diu est, quod, ut te carere possem, patientiae studuerim; sed amor iam diu animo infixus me impedivit.*

In priore versu se feminae omnino deditum describit, ut levis vituperatio somnum ipsi eripiat. Ut statum suum inquietum per noctem designaret, se cum eo comparavit, qui a serpente morsus sit. Qui animi status quum ipsum saepe impulerit, ut amorem ex animo removeret, rei se imparem semper fuisse dicit. Inde amorem poetae et magnum et constantem fuisse adparet.

3. *In temporis vicissitudinibus et calamitate et in ipsa tua (erga me) iniuria manet, nam generosus (amor) est.*

Nullam rem amorem ex animo suo depellere posse. Huius rei causam in **(p. 607.)** amoris natura excellente invenit.

1) Beatus de Sacyus exemplari adscripsit, in scholii linea quinta loco vocis النفى legendum esse النهى interdicendo et hanc coniecturam verbis Ebn-Djinnii confirmari. Verba haec sunt: لو قلت مررت بالذى هل قام وبالذى لا يقم لم يجز لان النهى والاستفهام لا يوصل بهما فقد علمت ان حروف المعانى تجرى مجرى الافعال التى تدل عليها. Rectius accuratiusque quidem hoc dictum puto; sed et in Mersukii codice النفى invenimus.

CXIX.
Alius dixit.

Abu-Rijaschus versus Ahmrue b. Alaiham adscripsit. Scheliastes de nemine Alaiham explicande disserens, ut vocis ايهم feminiuum يهماء terra viis carens esse prebaret, poetae Alahscha versum sequentem adnetavit (metr. Motakareb): Et desertum viis carens noctis tempere, viae signis destitutum, aquâ carens, cuius bubo mas voce mo e somno exeitat.

1. Accede ad domus vestigia, quae diu in colle exstiterunt et cuius pulchritudinem tempus abstulit!

Merem peetarum imitans secium allequi videtur rogans, ut loce domus a femina amata relietae subsistat. Istam autem demum tanquam diu relictam designat. Vox دمنة preprie fimetum significans et tum in vestigia habitaculi relicti transfertur, ubi fimus pecoris relictus erat. His fimetis pulchritudinem tribuit. Ubi enim terra fimo relicto pluvia rigabatur, non poterat nen plantis viridibus ernari, quae fimetorum pulchritude appellari petest. Illa autem fimi vi annis praeterlapsis deminutâ et tandem cessante tempus fimetorum pulchritudinem rapuisse, poeta dicit. Vex زمان maxime de lenge tempere adhibetur. Quandam sensus similitudiuem in versu tertio Moallakae Lebidi invenimus. Demus diu relietae peetae mentieuem faciunt Antar. Meall. v. 5. Sunt, qui ieco vocis جمالها legant جلالها. Hie ioquendi medus reprobatur, qued auctore Azmâihe vex جلال nennisi in Deo et rarissime in aliis rebus adhibeatur.

2. Domus vestigia sunt, ubi iuvenes occidens puella habitabat, ubi nunc nil nisi ferae sunt, quibus omnino concessa sunt.

Locum a femina amata relictum a feris eccupatum esse peetae dicunt conf. Lebid. Moall. v. 6. Sohair. Moall. v. 3. Vecibus خلت له وخلالها significare vult, feras ibi nemine impediente aut turbante cemmorari.

3. Ea interdiu de iuvene amore perdito gentem interrogat, dum ipsa est, quae facinora sua in eum intulerit.

Feminam, quamquam, quae causa aegritudinis sit, bene sciat, tamen geutem peetae interrogare.

CXX.
Alius dixit.

1. Delatores non quieverunt, donec nos peterent et donec animi ab animis alienarentur.

Verbe برح a Mersukle verbi زال (cessavit) significatie tribuitur. Leco vocis صوادف legitur صوارف (avertentes); sed verbi صدف declinandi significatie sensui aptior videtur. Litterae iilae vitio scribendi facile cemmutari pessunt.

2. Et donec optimam coniunctionem inter nos silentium esse putaremus, e quo suspicans nil mali suspicabatur.

Scholiastes duplicem versus explicandi modum adnotavit, qui duplici vocis يقرف legendi modo, ut aut futuri indicativi vocales aut futuri apocopati vocales voci dentur, nititur. Priore admisso vox مساكتة locum secundi obiecti verbi رأينا tenet et voces لا يقرف etc. vocis مساكتة explicandae gratia additae sunt. Sensus versus est: Res a delatoribus eo adducta erat, ut statu contenti essemus, quo mutuum silentium tenerent et alii inimicitiam inter nos haud suspicarentur. Poeta coniunctionem ipsam silentium esse, dicere non vult; sed silentium loco coniunctionis esse, modo quo alius poeta dixit (metr. Wafir): Salus dicta separationis eorum ictus dolorem faciens est i. e. loco ictus dolorem facientis. Posteriore autem legendi modo praehabito futuri apocopati causa nulla esse potest, nisi quod nomen actionis مساكتة loco imperativi sit (Gram. Ar. T. II. p. 33.). Versus igitur sensus est: Donec optimam coniunctionem inter nos putaremus verbum nostrum: Silete, ne etc. Nomen actionis loco imperativi poni et in sequentibus verbis invenimus ضربا زيدا »percute Saidum!« In **(p. 608.)** hoc autem loquendi modo mihi imperativi ellipsis esse videtur (Gram. Ar. T. II p. 81 sqq.).

CXXI.
Alius dixit.

1. Si dies inter me eamque in loco Dsu-l'Atsl peracti aestatem instar aestatis meae et ver instar veris mei reducunt;

Dies in loco cum femina amata peracti ut redeant, optat. Vocem ومربعى esse pro ومربعا مثل مربعى nemo non videt. Voces ذو الاثل nomen loci esse, non invenimus; sed ذات الاثل. Ubi autem situs sit, non additur Kam.

2. Ad colla discessus post hunc funes firmos adligabo, quos si trahunt, non abrumpuntur.

Se nunquam separationem iterum permissurum esse dicit. Discessum cum camelis, quod camelis vehentes proficisci solent, comparavit poeta. Illum discessum se funibus haud infirmis ligaturum esse, ut discessus fieri non possit. Quum autem discessum cum camelis comparaverit, ei colla tribuit, ad quae funes adligantur. Funes autem tales sunt, ut, etsi cameli discessus trahant, non rumpantur. Vox أشد cum vocibus ان ترجع cohaerens formam futuri apocopati habet, quae tribus vocalibus pronuntiari potest (Gram. Ar. T. I. p. 229.). Verba بعد هذه ad vocem النوى, quae generis feminini est, referantur, necesse est. Vox مريرة funem bene contortum et inde firmum designat; alii longum tenuemque funem significari dicunt. Loco vocis جاذبتها, quae ferri potest, melius in Morsukii codice جاذبنها legitur. Vox ad vocem اعناق (colla) spectat, quibus trahendi facultas adscripta est. Tertia verbi forma adhibita est, ut plurium vis in trahendo significaretur. Vox تقطع est pro تتقطع.

CXXII.
Coltsum b. Zahb dixit.

1. Duo vocantes ad separationem vocarunt; qui igitur ob discessum gentis mecum ploraturus est, ad me mane veniat.

2. *Utinam matutinum tempus alius dies esset et pars temporis superstes nox, quae homines semper retineret!*

More poetarum, quo sociorum mentionem facere solent (Amru - l'Kaisi Moall. v. 1.), noster duos appellat ad iter suscipiendum. Haec separatio summâ tristitiâ eum adficit, ut plorandum sit. Iter quum matutino tempore crastini diei futurum esset, optavit, ut nunquam adveniret et nox, quae inter hodiernum crastinumque diem intercederet, semper duratura esset. De voce ليت, quae accusativum regit confer. Gram. Ar. T. II p. 61. 610. Gentis Thai dialecto plures res sunt, quibus a caeteris gentibus distinguitur. Inter alia vocalem Kesra in praeterito verborum intransitivorum et passivorum aliisque formis eiicit. Sic in versu بقى dictum est. conf. Ham. p. ٤٣٣, 4. Voci سرمدا casum accusativum datum esse aut quod tempori definiendo inserviat (ظرف) aut quod e nomine actionis حبسا omisso pendeat, scholiastes adnotavit.

3. *Ut iuvenes delicati plorent, nam crastinum diem tempus constitutum, quo gens separetur, esse puto.*

Quum quae optaverit, haud expleri sciat, iuvenes amori deditos, ut plorent, hortatur. In vocibus غرانيق الشباب aliquid superflui esse videtur, quum addita voce الشباب vocis غرانيق, quae nonnisi in iuvenibus adhibeatur, sensus haud amplificetur. Sed poeta iuvenes delicatos غرانيق, tanquam ad amorem aptiores, a iuvenibus aliis الشباب distinguere voluisse videtur, ut verba pro الغرانيق من بين الشباب dicta sint. Verbum اجال duplicem accusativum regit (Gram. Ar. T. II p. 74 sq.); sed vox غدا tempori definiendo (ظرف) inservit et post موعدا alterum accusativum واقعا aut simile quid omissum est. Verba من فرقة الحى voci موعدا accuratius describendae inserviunt, ut, nisi metri ratio fuisset, post illam locum obtinuerint.

CXXIII.

Sijad b. Hamal etc. dicit.

Alii poetae nomen Sijad b. Monkids fuisse dicunt. Eum e familia Banu - l'Ahdi, quae pars Tamimitarum [1]) esset, oriundum, quum in Arabiam felicem iter fecisset, patriae Bathn-Alromah desiderio adfectum esse. Grammaticus Abu-l'Ahla, Bathn-Alromah (tam signo Teschdid quam sine eo pronuntianda vox) nomen vallis in regione Nedjd sitae esse, adnotavit. Arabes vallem istam tanquam loquentem fingentes talia verba protulisse dicunt: Omnes filii mei (rivi mei) mihi sorbendum (i. e. parum aquae) dant; praeter (rivum s. fluvium) Aldjarib, qui mihi satis bibendum dat. Hoc carmine pauca, quae ad amorem feminae spectant, continentur, ut in capite hoc locum obtinuerit conf. v. 25 sqq. Poetam tempore post Mohammedem vixisse, e versu 26 cognoscimus.

---

1) In tabula genealogiae gentis Tamim (Ebn - Kotaib p. 89.) huius familiae mentio facta non est. Vox Balahdawijjah e vocibus Banu-l'Ahdawijjah contracta est, modo, quo Bal-Ahnbar (Ham. p. ٣) pro Banu-l'Ahnbar dicitur. Vox Alahdawijjah ex voce العدى gentis nomine formata est.

1. Tu, o urbs Zanaah! grata mihi non es, neque locus Schäuhb aut locus Nokom mihi amati sunt. (p. 609.)

Ex iis, quae praemisimus, poetam patriâ relictâ in Arabiam felicem iter fecisse scimus. Patriae desiderio adfectus sibi terram Jemanensem haud placere dicit. Trium locorum mentionem fecit, Zanaae, urbis capitalis (conf. Abulf. Geogr. p. ١٤), Schäuhb loci cuiusdam et Nokm (ut in versu metri causa vocalis Dhamma addita sit) quod oppidi Jemanensis nomen esse, in Kamusi opere legimus. Scholiastes vocem حبذا explicans dicit, vocem ذا respicere ad rem et hanc causam esse, cur vox mutationi obnoxia non sit, quum res tam masculinum quam femininum tam singularem quam pluralem complectatur conf. Gram. Ar. T. II, 225 sqq. Vox هوى pro ذو هوى est.

2. Ego terras non amabo, in quibus gentem Ahns vidi et non terram, ubi gens Kodom habitat.

In terram culpam non transfert; sed in gentes et sic gentis suae amorem manifestat. Duas gentes appellat unam Ahns, quod cognomen Saidi b. Malec b. Odod erat, et a quo provincia Arabiae felicis nomen accepit. In Mersukii codice et commentario عبس legitur, qui auctor gentis ad gentem Kais-Aiblan pertinentis, filius Baghidhi b. Raits erat (conf. Ebn-Kotaibah p. 97.). Alterius autem gentis in Kamusi opere mentionem invenimus, ita ut littera Dal vocali Fatha pronunciétur. Ab eo panui Kodomitiei nomen accepisse dicuntur.

3. Quum Deus matutina nube terram irrigat, nonnisi igne flagrante eas irriget!

Ex hoc versu videmus, non solum amorem patriae eum commovisse, verum etiam pravam erga ipsum agendi rationem incolarum terrae Jemanensis causam fuisse, cur ista terra ipsi displiceret. Poeta mihi haud bene verbum سقى cum igne flagrante coniunxisse videtur, quamquam pluvia cum igne coniungi potest. Ut vim ignis augeret, cum eo verbum تضطرم, quo ignis status indicatur, connexuit. Ut autem pluvia terram plantis ornat, sic ignis omnes plantas delet et pulchritudinem tollit.

4. Quam pulchra autem est vallis Oschajj tempore, quo vesperâ venti frigidi flant et iuvenes liberales ibi commorantur!

Ad laudem terrae suae et incolarum transit. Tempore sterili liberos eos esse. Tempus sterile est, quo venti frigidi vesperâ flant. Isto tempore Arabes beneficia mactatis camelis in pauperes conferre solebant. Vox باردة, nam sic corrigendum est, statui venti describendo inservit. Eorum rationem habentes, quae initio huius carminis de auctoris patriâ dicta sunt, vallem Oschajj in regione Nedjd sitam esse putavimus; attamen vero in Kamusi opere legimus: ووادى اشىّ كسُمَىّ ع بالمغرب ووادى الاشائن واشىّ ع. »Vallis Oschajj locus in Occidente (Africa) est et vallis Alaschajin et Oschijj locus est«. Scholiastes vocem tam primam quam secundam declinationem sequi dixit. In margine Mersukii legimus, vallem istam in regione Jemamah palmis consitam esse. Tebrisius quum grammaticum Alrakki cognominatum de significatione vocis قصر interrogavisset, eum, vocem a singulari اقصر derivantem hominem ventre gracili praeditum significari dixisse et quum ipse de sententia Abu-l'Ablae, vocem eum significare,

qui opes multas eroget, certiorem eum fecisset, illum hoc probantem proverbii verbis (metr. Wafir): S i H a d s a m i l o q u i t u r, f i d e m e i h a b e t e, n a m q u o d H a d s a m i d i x i t, v e r u m e s t (Meidan. T. I. p. 321.) respondisse, scripsit.

5. *Potentes, quotiescunque alius suam gentem crimine oneravit, criminibus autem suis sufficientes.*

Geotem suam ob potentiam laudat, qoae tam in sua quam alia gente defendenda sufficit. Rem sic se habere puto. Si vir gentis alius gentis virum occiderat, cognati occisi necem ulcisci solebant; saepius autem fiebat, ut alter a gente sua defenderetur, quae res causa erat, ut bellum inter utramqoe gentem oriretur. Qui igitur virum occiderat, in suam geotem necis crimen contulit. Poeta noster dicit, suam gentem auxilio, quod ab iis a tali gente petatur, haud deesse et hac in re suam potentiam ostendere; sin vero vir quidam e sua gente alterum occiderit, suam gentem hunc defendere et ista in re ob potentiam suam ab aliis auxilium non rogare.

6. *Cibum dantes, quum ventus Syriacus flat et ad gentem agmen nubium tenuium ab eo adlatarum mane venit.*

Liberalitatem et hospitalitatem gontis suae laudat. Liberalitatom maxime tempore inopiae exercere opus erat. Tempus sterilitatis vento Syriaco designatur, qui Arabiam incolentibus borealis et humidus sit. c o n f. Ham. ٣٣٣ v. 2. Verbum هبت ex omisso nomine الريح (ventus) pendet, cuius flatus describendi causa vox شامية in casu accusativo addita est. Hunc ventum tanquam talem describit, qui frigus adferens pluviâ caret, cum agmina nubiom tenuium adferre dicens. Nubes autem cum camelorum agminibus, quae significatio voci صرمة est, comparatae sunt.

7. *Et quoties hiemis tempore inopiae dentes, ne eos laederent, fregerunt, quando dentes eius mordentes duri erant!*

Tempus hiemis tempus liberalitatis exercendae erat. Hiemi autem, quam cum fera comparavit, et inopiam, qua homines premit, dentes lacerantes tribuit. Vox عنهم e voce omissa (sc. removentes) pendet (c o n f. Gram. Ar. T. I p. 486.), quippe quam cum ipso verbo فللو conlungi posse, haud putaverim. Suffixum عنهم ad pauperes referendum est. Poeta verbum كلحت, quod nonnisi in vultu adhiberi potest, haud bene cum dentibus coniunxit. Nimiom est, quod dentibus mordentibus vultum austerum adscripserit. Quod vero in versu vocem انياب repetivit, eo sermonis vis augetur.

8. *Ut acies eius ab iis removeretur et vicinus eorum in colle, quo malum cavebant, defensus esset.*

(p. 610.) Quae in superiore versu dixerat, magis exornat. Vox حد, quae aciem et vehementiam designat, tam ad hiemem, quam ad dentes referri potest; sed prius magis placet. In posteriore parte statum vicinorum gentis suae describit. Tutelam gentis cum colle, in qoem vicini confugiunt, comparavit. c o n f. Ham. ٥١ v. 1. ١١٤ v. 4. ٤١٣ v. 1. Verba autem من حذار الشر vocis نجوة explicandae gratia addita sunt et collem designant, in quo malum cavatur. Phrasis autem وجارهم statui describendo inservit.

9. *Liberalitate maribus similes sunt, quum rogantur et in occursu, quum iis occurris, rupes sunt.*

In hoc versu laudem liberalitatis strenuitatisque coniungit. In liberalitate viros gentis cum maribus comparat. Non omnes coniuncti mari similes sunt, sed unus quisque eorum mare est. Hanc ob causam pluralem البحور adhibuit. Eundem paene comparandi modum Ham. ٧٧ v. 4. invenimus. Vocem عطاءا scholiastes duplici modo explicari posse, dixit. Eam aut esse positam modo a grammaticis تمييز appellato (Gram. Ar. T. II p. 113.) aut modo مفعول له dicto (ibid. p. 114.). Priorem praeferendum habeo. In strenuitate autem eos cum rupe, quae neque frangi neque a loco moveri potest, comparat. Silentio praeterenundum non est, poetam voces, quibus similes soni sunt, in versu adhibuisse, ut بهم et بهم ut تلقى et اللقاء

10. *Et quum equites in dorsa equorum insiliunt, equites insignes sunt, non inclinantes neque parci.*

Fortitudinem aut artem equestrem eorum describit. Suffixum in voce كواثبها ad equos aut equites الخيل referendum est, ut كواثبها sit pro كواثب افراسها. Voci فوارس significatio equitis insignis hoc in versu convenit conf. Ham. ١٢ v. 1. Vox الخيل repetita sermonis vim auget. Duplex est vocis ميل explicandae modus, quo versus interpretandi modus mutatur. Prior est, quo voce is, qui occursum agminis evitat et inde declinat; posterior, quo is designatur, qui in sella haud firmiter sedens in latus declinat. Si illum sequeris, in versu fortitudo laudatur, sin hunc, ars equestris (conf. Ham. ٧١٥ v. 4.). In viris parva statura vituperatur conf. Ham. ٦٣٩ v. 1. et ٤٤٩ v. 2. et ١٣٢ v. 2. Et in hoc versu plures voces, quibus similis sonus est, ut الخيل, حالوا et ميل occurrere videmus.

11. *Iis relictis genti non accurri, quam si probaveram, in tanto quanto illos amore haberem.*

Se suam gentem inter omnes virtutibus excellentem invenisse dicit. Vox حيا et vivi et gentis significationem habere potest. Haec gentis significatio constructioni, siquidem suffixum pluralis ad nomen collectivum spectare videatur, magis convenit. Vox فاخبرهم (si littera Ra vocali Dhamma enunciatur) a priore parte separata est et sententiam intermediam, qua status describitur, constituit. Loco huius vocis in Mersukii codice inter lineas vox اجربهم scripta est, quae quamquam metro haud repugnat, tamen nonnisi voci فاخبرهم explicandae inservire videtur Scholiastes pronomen separatum هم loco pronominis coniuncti positum esse adnotavit, quippe poetae حبا الى يزيدونهم الا dicendum fuerit. Pronomen autem unum loco alterius, si in sensu nil dubii sit, poni. Exempli causa verba poetae Tharafah adnotavit (metr. Camel): Num funem gentis rupisti, quum eum rupissent: O socie, immo funem coniunctionis ii ruperunt. Vox صاح in hoc versu pro صاحب est. Sin vero in verbo فاخبرهم littera Ba vocali Fatha pronuntiatur, verbum cum priore parte sermonis cohaeret et littera ف loco vocis ان posita est (conf. Gram. Ar. T. I p. 550. T. II p. 31.). Poeta pronomen هم, ut vis sermoni adderetur, repetivit.

12. *Quot inter eos viri indolibus insignes sunt, quorum cinis multus est, quotiescunque avarus ignem exstinguit!*

Virorum bonos mores hospitalitatemque laudat. Posterioris versus partis ratione habita, verba حلو شمائله »cuius indoles dulces« ad agendi rationem spectant, qua hospites excipiuntur. Magnam autem eum hospitalitatem exercere, cinere multo indicatur. Cinis multus oritur, aut quod magnum ignem, ut viatores allicerentur, accenderat Ham. ۱۱۱ v. 1. aut quod multas carnes ad cibandos hospites coquendas curaverat. Scholiastes posteriorem sensum admisit; sed verba nonnisi ad hospites exclusis famulis et assectis, spectare videntur, ut cum scholiaste non consentiar. Avari autem erat, ignem suum exstinguere, ne hospites luce advocarentur. Hanc ob causam priorem intelligendi modum praefero. Scholiastes vocem كم locum subiecti et voces من فتى locum praedicati tenere dixit (Gram. Ar. T. II p. 66.). Voces حلو et جم, quamquam adiectiva sensu cum vocibus شمائله et الرماد coniungenda sunt, tamen eundem casum, quam nomen antecedens habent (conf. Gram. Ar. T. II, 197.). Obiectum verbi اخمد (vox النار) omissum est.

13. Gentium uxores eius uxores amant, quando frigus e naribus mucum elicit.

Ipsas uxores ob liberalitatem in alias laudat, quarum laus ad maritum redondat; nam nisi maritus liberalis esset, uxores ita agere non possent. Uxores autem huius viri tot beneficia in multos conferunt, ut a multis, hanc enim significationem vocibus زوجات اقوام inesse puto, amentur. Pauperum eorumque, qui ob avaritiam ludi participes non sint, uxores poetam velle, Mersukius adnotavit; mihi autem de pauperum uxoribus potissimum sermo esse (p. 611.) videtur. De voce حليلة conferas Ham. v۳ ۳۴۳. Quum frigus magnum efficiat, ut mucus e naribus effluat, hisce verbis tempus hiemis, quod penuriae est, poeta designavit. Descriptio frigoris, quamquam vera est, tamen ignobilis nostro pulchri sensui repugnat. Talis temporis in versu Alcomaiti sequente mentio fit (metr. Chafif): Quum ob penuriam feminae pulveris colore praeditae sunt, et eorum dona copiosa sunt. conf. el. De Slane Diwan Amru-l'Kaisi p. 76 not.

14. Vides pauperes et perituros ipsum (virum) sequentes, dum eius copiosus imber super eos effunditur.

Beneficia eius tanta sunt, ut cum imbre effuso comparantur, nec non continua sunt, ut ipsum, ubi incedat, pauperes varii generis sequantur. Ut pluvia terram plantis vestit et hominum, qui pecorum lacte carneque vivunt, inopiam tollit, sic huius viri beneficia pauperum miseriam leniunt. De comparandi modo conferas Ham. ۳۸۳ v. 7. Vullers ad Hareth. v. 57. Quum vox وابل nonnisi pluviam vehementem et magnis guttis decidentem significet, vox رذم, ut vis vocis augeatur, addita est, nam non omnis talis pluvia fluit.

15. Quasi eius socii in deserto sint, dum pluviâ perenni nubis plenae et aquâ abundantis rigantur.

Poetam beneficia cum pluvia comparasse vidimus, iam descriptionem exornaturus paupertatis statum cum deserto sterili comparat, ut pauperes iis similes sint, qui in deserto versantur. Vocem قفر adhibuit, quod desertum aquâ et herbis carens designat. Vox مستحير, auctore Djenhario, quocum Firuzabadius consentit, nubem gravem huc illuc se moventem,

quae vento non propellitur, designat et a Djeuherio noster versus citatus est. Ni fallor, significatio inde orta est, quod obstupefactus ultro citroque, nesciens, quid acturus sit, se movens e loco suo non abit, ut nubes, nam ante vocem مستحير vox سحاب supplenda est, cum tali homine comparata sit aut vice versa obstupefactus cum tali aqua. In hac autem vocis significatione causa est, cur pluvia tam vehemens quam continua esse possit, nam pluvia vehemens continua non esse solet.

16. Abundante liberalitate praeditus quotiescunque opes officio praestando exhaustae sunt, mane, dum elato vultu ridet, aggreditur

Tanta eius liberalitas est, ut semper una nocte omnes eius opes perdantur; quae autem res multum abest, ut tristitiâ eum adficiat et ipse demisso vultu incedat, ut laetus rideat. Verbum ثمد proprie de aqua adhibetur pauca, cuius copia fonte perenni haud sustentatur, ut plures, quibus usui sit, eam omnino exhauriant, tum in virum, cuius opes multis beneficiis perduntur etc. translatum est. In scholii linea prima loco vocis ينزر cum Mersukio ينزف legendum est. Vox الحق in versu officium hospitalitatis et liberalitatis designat. Verbis وهو سامي الطرف, quibus viri status matutino tempore describitur, eum neque animum abiicere neque tristitiâ adfici, indicat.

17. Res generosas, quas instituit et colit, donec res attingit, quae pericula prohibent.

In laude viri illius pergit. Non solum res faciles peractu perficit, verum etiam res, quibuscum molestiae et pericula coniuncta sunt. Generosae autem actiones cum aedificiis comparantur, quapropter verbis يبنيها et يعمرها usus est. Simili modo laus comparatur conf. Ham. ٥٣٣ v. 6. et Lebidi Moall. v. 85. Vox تجشم maxime in viis difficilibus arduisque adhibetur, quae significatio loco nostro aptissima est.

18. Per eum omnis camela vere pariens, ad procreandos pullos conservata, semper pinguis, cui hiemis tempore gibbus magnus est, infelix est.

Liberalitas quoque in eo se ostendit, quod camelis talibus, quae ab aliis haud mactantur, haud parcet. Camelae, quae veris tempore pariunt, ab Arabibus magni habentur, quod pulli per totum ver et aestatem bene nutriti, hiemis tempore adulti sunt. Verbis explicandi causa adductis (conf. Meid. I, 31.) »beatus ille, qui vere natos habet«, scholiastes camelorum pullos significari putat, in proverbio ad filios spectant! Vox مودعة proprie depositam in usum significat, propterea quod neque mactatur neque ad opus faciendum adhibetur. Vocis تامك, quae altum longumque gibbum significat, significatio additâ voce سنمر vix amplificatur, ut vox homoioteleuti et metri causa potius addita videatur. Vox تشقى et in Mersukio يشقى scripta est, superscripta voce معا, qua voce et unum et alterum enunciandi modum ferri posse, scribae significant.

19. Catinos e ligno ebeni confectos, coronâ carnis cinctos ante eum vides, quos honor generositasque ornavit.

Modum, quo hospites excipit, describit. Carnibus in catinis dispositis, hospites honorifice

excipit. Catinos ligno شيزى conficiebantur. Lignum nigrum fuisse, Djeuharius Firuzabadiusque consentientes dicunt. Num lignum obeni an arboris Sasam aut nucis fuerit, non constat. conf. Ham. p. ٧١٣ v. 2. Ex arboris نضار appellatae ligno quoque catini conficiebantur. conf. Ham. ٨٠٥ v. 2.

20. *Ad quos agminatim homines vicibus factis accedunt, qui quum primâ vice biberunt, alterâ* **(p. 612.)** *vice veniunt, quemadmodum pecora post primam vicem alterâ vice bibunt.*

Multas carnes in catinis fuisse, ex eo videmus, quod homines agminatim et repetitis vicibus ad eas accedunt. Ut liberalitatem maximam esse indicet, cibum cum aqua comparat, ad quam pecora iterum accedunt, ut omnino satientur. Arabes autem camelos, si una vice biberunt, postquam aliquamdiu ad aquam quieverunt, iterum ad aquam cogere solent, nam sic cameli potu omnino satiantur. Quod scholiastes vocem النعم octo coniuges complecti dixit, id Corani locum (Sur. 6, 144.) respicit, quo octo coniuges, boves, cameli, oves et caprae (marem et feminam) designantur.

21. *Rowaika homines pulvere capita inquinata habentes visitavit, postquam apud camelos emaciatos, in cuius talis annuli erant, dormiverant.*

Ad argumentum venit, quod causa erat, ut versus in capite النسيب inscripto locum obtinuerint, nam quae praemissa sunt, cum capitis argumento non cohaerent. Nocturnam huius feminae visionem, quam somnians habuerit, describit. Hoc in itinere, quum cameli emaciati essent hominesque pulvere capillos inquinatos haberent, factum esse fingit. In talis camelorum annuli e corio confecti خدمة appellati esse solebant, quibus in itinere soleae, quibus plantas pedis contra noxam defenderent, alligatae erant. In scholii linea priore verba سيور القد لشدة سيرها coniungenda non sunt, nam iora ob vehementiam incessus ad talum non adligabantur. Sic in Mersukii codice legitur: بعد ما ناموا عند ابل ضوامر مهازيل شدت فى ارساغها سيور القد لشدة سيرها, ex quibus noster scholiastes parum curans verba sumsisse videtur; verba enim لشدة سيرها cum voce مهازيل emaciati ob vehemens iter coniugenda sunt.

22. *Et ego territus visitanti surrexi; tum e somno excitatus dixi: Num ea noctu profecta est an somnium me occupavit?*

Amantes interdum somnium describere solent, quo femina amata tanquam visitans apparuerit conf. Ham. p. ٣٣ v. 3. Subiectum verbi ارقنى verbis indicatum non est; mihi res aut status terroris esse videtur; fit enim saepe, ut, si in somnio terremur, iste terror nos e somno excitet. Fit quoque, ut, si somniantes expergefacti simus, nesciamus, num res re vera acta sit an nonnisi somniantibus nobis adparuerit. Ut in praeposita copula Waw et Fa fieri solet, sic metri causa poeta in praeposita littera interrogandi, vocalis vocis هى suppressa est. Causam vocalis suppressae scholiastes in eo videt, quod neque una aeque altera particula per se constet; sed nonnisi coniuncta cum sequente locum habeat. Scholiastes particulam ام appellavit المعادلة لهمزة الاستفهام »aequalem Hamzae interrogandi,« quod ambae res, de quibus interrogat, aequales sunt, ut una minus vera quam altera interroganti non videatur. De voce ام conferas Anthol. Gram. p. ١٠٦ sq.

23. *Nam tempore, quo eam videbam, incessus ad locum propinquum ei molestus erat eamque somnus et fastidium laboris tenebant.*

In priore versu de duabus rebus interrogaverat. Priorem earum tanquam haud verisimilem hoc in versu describit. Femina quum molli et delicata vita uteretur, ut parva via ei nimiam molestiam crearet et somno indulgenti labor fastidium pararet, eam nocturnum iter fecisse, vix credi poterat. Scholiastes verba وكان عهدى بها statui verborum الى سرت describendo inservire; praedicatum autem verbi كان (Gram. Ar. T. II, 101.) in verbis والمشى etc. esse vult. Arabum poetas mollem et commodam feminarum vitam laudare vidimus conf. Ham. ٥٧١ v. 1.

24. *Magnaque cum molestia ad vicinae domum veniebat leniter incedens, ut eius pes haud adpareret.*

In feminae agendi modo describendo pergit. Talis commode viventis feminae erat haud festinare in incessu. Quum longa veste uteretur, festinans pedes in incessu non ita protendebat, ut apparerent. Scholiastes dicit, vocem الهوينا, quae formam deminutivi a voce الهونا derivandi habeat, modo nominis actionis positam esse, id est: quemadmodum تمشى مشيا dicitur (Gram. Ar. T. II, 113.).

25. *Nigris capronis, albo collo, cubitis aequalibus, longo corpore praedita.*

Feminam tanquam pulchram et iuvencam describit. In nigra coma cubitisque aequalibus i. e. carne tectis iuventutis, in albo collo longaque statura pulchritudnis indicium est. Sed nimis longam staturam in feminis haud laudant. conf. Ham. ٥٢١ v. 1. 2. Quamquam in voce تريبة accuratius definienda lexicographi non consentiunt, tamen partem pectoris loco totius poni, dubium non est.

26. *O Rowaika! Ego per domum, ad quam peregrinatores tendunt et per voces, quas ad latera duo loci Alnachlah sacri viatores Deum laudantes tollunt, iura:*

Amorem suum erga amatam gentemque eius patefacturus, ut verbis maior fides sit, iuramento sermonem incipit. Vox رويق, ex voce رويقة orta est; solent enim in advocando signum feminini abiicere (Gram. Ar. T. II, p. 92.). Vocem ما duplicem explicandi modum pati, scholiastes adnotavit, siquidem aut ad rem aut ad personam referri possit. Si res significatur, per templum Meccae, sin personam, ut loco vocis من sit, per Deum iurat. Posterior explicandi modus verbis grammatici Abu - Said appellati adductus probatur. **(p. 613.)** Ut verbum حج vox له sequitur, sic vocem اهل eadem sequatur, necesse est. Scholiastes dicit, fieri posse, ut verba ما حج et ما اهل locum nominis actionis حج et اهلال teneant. Hoc admisso, locum obiecti verbi اقسم, quod iurandi particulà indicatur, verba tenent. Ut autem iuriiurando maior vis esset, non solum per templum Meccae aut Deum ibi colendum; verum etiam per Mohammedem iurat. Peregrinatores visitatione urbis Meccae absoluta sepulcrum prophetae visuri iter Medinam, ut Mohammedem venerarentur, suscipiebant. Nachlah locus in propinquo Meccae بطن نخلة appellatus est.

27. *Memoriam vestram, ex quo tempore vobis non occurri, neque vita delevit, quae mihi ob vestram absentiam solatio erat, neque tempus antiquum*

Sequuntur, quae poeta iureiurando confirmare vult. Duplex causa esse solet, cur homo rerum praeteritarum obliviscatur; aut iucunda vita, qua praesentia nos delectat aut temporis spatium longum. Utriusque rei poeta mentionem fecit. Scholiastes dicit, propositionem, quae iureiurando affirmetur (conf. Gram. Ar. T. II, 612.), negandi particulas لا in re futura et ما in re praeterita habere et poetam nonnisi metro coactum particulam لم adhibuisse. Posterior scholii pars ad versum proxime sequentem spectat.

28. *Neque puella postea in animo meo tecum consociata fuit, non, per eum, cui beneficia debeo!*

Se Rowaikae unice deditum fuisse neque de altera puella cogitasse dicit. Scholiastes dicit, nil obstare, quin versus prior pars propositio consequens iurisiurandi sequentis sit, quippe iste loquendi ordo inversus interdum inveniatur et verba ولم تشاركك res novas, quas narret, contineant. In Mersukii codice يشاركك legitur, qui legendi modus, verbo subiecto suo praemisso, ferri potest. Per Deum iurat.

29. *Quando ad locum Alschakra, dum ad viam arenarum deflecto cum equo alacri, cuius caro crassa est, transibo?*

Se in patriam regionem mox rediturum esse dubitans, quando res futura sit, interrogat et interrogando, quae optat, patefacit. Loco vocis متى in quibusdam exemplaribus حتى legitur. Scholiastes hanc particulam cum iureiurando prioris versus cohaerere dixit, ut sensus sit per eum, cui apud me gratiae sunt, ut aut donec transeam etc. Particulae حتى duas significationes esse, unam ut, alteram donec. Utramque scholiastes exemplis probavit. Grammaticus Alazmâih, voce الشقراء equum poetae designari auctor est. Plurium excellentium equorum, quorum color voce proprie designatur, nomen fuisse in Kamusi opere legimus. Mersukius dixit, vocea على الشقراء statui personae describendo inservire, ut sicut pro راكبا على الشقراء. Quae res potissimum causa fuisse videtur, cur voce equum significari putaverint; attamen vero si eius ratio habetur, quod in posteriore eiusdem versus parte eiusdem equi alia voce adhibitâ mentio fit et quod verbum مر ope praepositionis على cum persona aut loco, ad quem transitur, coniungitur, in versu voce ista locum significari, in mentem venit. Plures locos hoc nomen habere, in Kamuso legimus. Huius rei in scholiis sequentis versus mentio fit. Alii dicunt, vocem nomen regionis gentis Ohel esse palmis obsitae, alii collem significari contendunt. Vox متمسفا statui subiecti describendo inservit. De vocis زيم significatione lexicographi haud consentiunt; aliis carnem in pluribus membris non uno loco congregatam, aliis multam crassamque carnem designat. Voces لحم زيم occurrunt Ham. p. ٩٥٣ 1, 10.

30. *Et ad locum Alwaschm, e quo ea iam exiit et cui ex viis montanis, quas odio non habeo, locus Tsarm oppositus est?*

Animo se in illa regione praesentem cogitans pluribus eam describit. Duos locos, Waschm et Tsarm, memoravit. Waschm nomen regionis infra Jemamam palmis consitam esse dicunt,

ubi gentes Modhar et Rabiah degunt. In Kamuso, eam provinciae Jemamah propinquam fuisse, legimus. Si in superiore versu vocem الشقراء nomen equi esse putas, vox الوشم in casu accusativo cum voce خل coniungenda est, sin vero vocem الشقراء nomen loci esse statuis, vox الوشم cum hac in casu genitivo coniungi licet. Sunt denique, qui voci والوشم casum nominativum, tanquam de nove phrasin incipienti, dederint. Subiectum verbi خرجت aut equam aut camelam esse volunt. Voce ثنية alii collem significari contendunt, alii negant. Hi vocem طلاع in verbis طلاع الثنايا, quae illi ad collis significationem probandam adduxisse videntur, adhibitam esse dicunt, quod viae in montibus elatae sint. Sed legitur quoque: من العقاب التى لم اقلها ثرم. Vox ثرم, pluralis vocis ثرمة, fissuras designat. Vertendum est «cui oppositae sunt collium, quos odio non habeo, fissurae». Scholiastes casu quodam accidisse putat, quod vox الثنايا dentes cum voce ثرم dentium rupturae, ut excideri nt, haud invenuste composita sit. Vox Tsaram nomen montis in provincia Jemamah siti esse in Kamusi opere legimus.

31. O! utinam scirem de duobus lateribus loci Mocassahah et ubi arx in arenis Alhinnâah exstruitur, **(p. 614.)**

Desiderio patriae adfectus ingemit et optat, ut statum terrae sciat. Hoc in versu res vel persona, quae particulâ يا advocatur, omissa est (Gram. Ar. T. II, 508.). Nomen شعرى post ليت accusativum habet eiusque praedicatum, si vox شعرى sequitur, semper omittitur (conf. Gram. Ar. T. II, 61.). Vox مكسحة, qui nomen loci est, in Meraukii codice مكشحة scripta est. Silentio praetereundum non est, utrumque scribendi modum reperiri simulque tam vocalem Kesra quam Fatha. Sed legitur quoque عن جزعى مكسحة وحوث. Vox جزع vallis latus designat et vox حوث idem quod حيث est. Gentis Thai proprium loquendi modum esse volunt (conf. Ham. 200 v. 3.) Alhinnâah nomen terrae aut arenae est. Verborum ordo paulum inversus est.

32. De loco Alaschâah, num viae in terra aspera cessarint, num lapides viae ex lapidum eius numero mutati sint?

In hocce versu, quae scire cupit, exponit. De voce الاشاءة dubitant, num nomen loci an palma sit. Si illud admittitur, ut partem loci, qui generaliore nomine مكسحة appellatus erat, designet, huic voci praepositione repetitâ adpositioni est; sin vero hoc praefertur, nomen antecedens بقعة (regio) omissum esse potest. Fieri quoque posse dixit scholiastes, ut copula Waw omissa sit. Inter alia rei probandae causa versum a grammatico Abu-Ahli Alfaresi citatum adnotavit (metr. Chafif): Quomodo mane, quomodo vesperâ adfectus fuisti eo, quod amorem (Mers. الود) in corde generosi plantat?

33. Et de horto, cuius incola tempus haud vituperat, cuius palmae procerae liberalitate et fructibus circumdatae sunt.

Versus hic cum initio proxime antecedentis versus cohaeret, ut praepositio عن supplenda sit. Hortum palmarum fructibus abundantem describit. Incola eius tempus laudat, quod

palmae dactylis onuatae sunt. Vox جبار, quae proprie palmas manu longiores significat, hoc in versu palmas proceras, ad fructus ferendos aptas designet, necesse est. Verborum بالندى والحمل محتزم sensus ambiguus est. Vocem احتزام scholiastes voce التفاف »convolutum esse« explicavit; sed explicandi modus minus accuratus videtur. Rem in medio cingulo circumdatam esse, verbum significat. Fructus igitur arborem circumdantes eum cingulo comparati sunt. Voci autem الندى significatio tribuenda est, quae tam voci cum ea coniunctae الحمل, quam voci محتزم apta est. Arbori ipsi liberalitatem tanquam personae adscripsisse videtur ob fructus, quibus homines nutrit. More autem poetarum vox cum voce الحمل coniuncta est, quamquam sensus est: liberalitate fructus (i. e. fructu liberaliter incolis horti donato) tanquam cingulo circumdata est. Qui autem putant, الندى esse pro ذوو الندى (liberales), ut gens liberalis horti significetur, iis assentiendum non esse puto, quippe cui significationi modus, quo vox cum voce الحمل coniuncta est, repugnat. Loco vocis الحمل legitur quoque الخير; sed haec vox nonnisi, quod voci الندى cum ea coniungendae aptior sit, orta videtur.

***34.** In eo nobiles feminas sunt idolis similes, pudibundae, quas vitae miseria et orbitas haud aluit.*

Feminas, quae hortum incolunt, describit. Nobiles, pulchrae, honestae et commode viventes sunt, quibus quatuor rebus poetae maxime feminas laudare solent. conf. Ham. ١٨٣ v. 2. ٣٦١ v. 2. Qui palmas hoc in versu describi putant, errori obnoxii sunt, quippe posterior pars nonnisi in feminas quadret. Feminae cum idolis potius ob vestes longas pulchrasque, quibus indutae erant, quam ob staturam pulchram comparatae videntur. conf. Ham. ٥٠٦ v. 5. Amru-l'Kaisi Diw. p. 41. (conf. Ham. T. I p. 593.). Vox خرد pudibundas feminas designat et inde in virgines intactas transfertur. Ut puellarum pulchritudo conservaretur, molliter et delicate educabantur. conf. Ham. ٥١٢ v. 6. ٥٧٦ v. 1. Miseria et orbitas cum cibo comparatae sunt, quapropter poeta verbo غذا usus est; sed quum neque una neque altera res hominem alere dici possit, poetam haud bene fecisse, putaverim.

***35.** Quas iteratis vicibus nobiles adeunt, quos vicinus peregrinus non vituperat et a quibus asseclae damnum haud percipiunt.*

Ad virorum laudem transit. Nobiles iusti et benefacientes erga peregrinos, lenes erga subditos sunt. De palmis loco feminarum haud cogitari posse, ostendimus. Loco vocis ينتابهن legitur يأتابهن »Ad eas redeunt«.

***37.** Famulitium habentes, graves in consessibus suis et in sellis, quum tu eos comitaris, famuli sunt.*

Tribus rebus eos laudat, famulitio; sunt enim divites et domini, gravitate morum domi, quae Arabibus laudi est, et in itinere comitate erga socios, ut iis servitia praestent. Beatus de Sacyus, scholiasten, (quippe qui vocem خدم a voce خدوم derivet) خُدُم fortasse legisse adscripsit. In Mersukii quoque margine eaedem vocales scriptae inveniuntur; sed in Tebrisii codice duplex pronunciandi modus vocalibus adnotatus est.

37. Immo, utinam sciam, quando matutino tempore profecturus sim, dum ad latus mihi incedit equa glabra celeriter incedens aut equus celeriter incedens, praecedens **(p. 615.)**

Laudem interrumpens ad rem, quae ipsi magis cordi est, ad reditum in patriam, se convertit et redeundi desiderium (conf. v. 29.) ostendit. Vox بل particula est, qua rem antecedentem relinquimus et sequentem confirmamus (Gram. Ar. T. I p. 565. Anthol. gr. ١٠٧ et p. 272.). Arabes in itinere camelis uti solebant, ita ut equus, quo maxime in pugnis uterentur, ad latus duceretur. Pilorum brevitas, ut in omni animali sic in equo generositatis indicium est Ham. ٣٥٨ v. 3. Amru b. Kelth Moall. v. 79. Vox سابح celeriter currentem equum designat et sine dubio cursus ob elatum lenemque motum aut quod pedes anteriores in cursu proteudit (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 54. schol.) cum natantis motu collatus est (conf. Antar. Moall. v. 44.). Vocem قدم cum facilitate, qua duci se equus patitur, scholiastes cohaerere putat; ego potius celerem alacremque incessum significari putaverim.

38. Versus locum Alomailih aut Samnam mane iter faciens cum iuvenibus, e quorum numero Almarrarus et Alhacamus sunt.

Reditum suum ex Arabia felici locis duobus clarius designat. Omailih nomen aquae gentis Rabiah (Aldjuh [1]). Prior iuvenum, quorum mentionem fecit, auctore Alazmâiho, frater, posterior patruelis fuisse dicitur.

39. Pallio haud vestiti, quum mane veniunt; sed arcum optimum e ligno arboris Nabah factum tenentes et capistro cincti.

Iuvenes tanquam molli vitae haud deditos; sed venatui iam ab Aurora operam dantes describit. Poetam de bello haud cogitasse, proxime sequente versu cognoscimus. Vox رداء vestimentum exterius, quo in venando aut opere faciendo induti non erant, significat. Loco eius et arcum et capistrum fuisse dicit. Solebant autem Arabes, ut statim ad manus esset, capistro se succingere et collum circumdare. Huius rei poeta Lebid in sequentibus verbis mentionem fecit (metr. Camel): Equus velox, cuius capistrum mane loco cinguli mihi est. Quod verborum جياد قسى et لجم significationes significatione generali vocis اردية non comprehenduntur, id quod a grammaticis voce منقطع designatur, regula grammatices, ut casum accusativum habeant, postulat. conf. Gram. Ar. T. II p. 406. Scholiastes dicit, gentem Tamim modo adpositionis tali voci accusativum dare consuevisse. Simili modo post vocem ما gens Tamim nominativum ponebat, dum incolae regionis Hidjas accusativum adhibebant. conf. Gram. Ar. T. II p. 64. Meidan. 24, 4. De sede gentis confer T. I p. 186. Optimi arcus e ligno arboris Nabah confecti erant. conf. T. I p. 500 et 505. Loco vocis قسى alia forma pluralis قياس legitur.

40. Non ob inopiam; sed quod venando dediti sunt, tempore, quo venator carnis appetens clamat.

Ne autem quis putet, viros illos rem fecisse, quod pallium non haberent, causam addit.

---

1) Cognomen ex Kamusi opere addidi; plures enim gentes Rabiah appellatae sunt. In gente Tamim duae sunt, maior sc. Rabiah b. Malec, quae Rabiah Aldjuh appellatur et minor, Rabiah b. Hentselah b. Malec.

Venandi occupatio laudi Arabibus fuisse videmus. Vonatori, ut studium eius significaretur, carnis cupido tributa est. Clamat autem venator, ut foram e latibulo propellat. Loco verborum حين يصيح القانص legitur quoquo حين ينادى السايف. Vox سايف eum designat, qui feram propellit; hic antom venatores alta voce vocat, ne occasionem praetermittant.

41. Tum ad glabros, morsibus notatos (equos) confugiunt, quorum extremas ungulas cursus collesque consumserunt.

Vonatorum agendi rationem describit et indo ad oquos transit. Viros in loco, ubi venandum erat, noctom transegisse fingit. Voco eorum, qui feras propellerent, auditâ, statim trepidantes, no occasionom praotermittant, ad equos properant. Equos glabros generosos esse v. 37. vidimus. Scholiastes voce مسومة equos significari dixit, quorum unus alterum ob alacritatem morsu signaverit. Alter legendi modus مسحجة, sensum haud diversum offerens, in codice Tebrisii adnotatus est. Hunc explicandi modum alteri, quom admitti posso scholiastes putavit, praeferendum censeo, quo sc. labor ot molestia animal excoriaverit, nam hac de re vox مسومة adhiberi non posse, puto. Poeta simili modo, quo versu 33. voces الندى والحمل coniunxerat, voces الركض والاكم composuit; dicere enim vult, celerem cursum in collibus.

42. Qui glaream duram omni meridie frangunt, quemadmodum dactylorum nuclei lapide, quo franguntur, disperguntur.

In versu anperiore extremas ungulas equorum consumtas esse dixerat. Ne quis autem ungulas haud bonas equos habere putet, eas tanquam durissimas describit. Boni equi est duram ungulam habere, qua itineri in terra dura faciendo aptus est; Arabes enim equorum ungulam munire non solebant. conf. Ebn-Doraid Makzur. v. 81. schol. Ut ungulas durissimas indicet, eas cum lapide, quo dactylorum nuclei duri franguntur, comparat. Loco vocis يرضخن in Mersukii codice يصرحن in textu legitur, cui voci vox يرضحن subscripta est. Legitur quoquo cum eadem significatione يرضخن. Verbum ضرح equum glaream projicere significat; sed, quum in hoc durae ungulae indicium non sit, alteram vocem, quae cum puncto diacritico et sine eo pronunciatur, praeferendam censeo, nam non tam in dispergendis quam in frangendis glareis comparandi cardo esse videtur. Loco vocis الحصا in Mersukii codice الصفا (petra) legitur. Loco verbi تطايح ot تصايح ot تصايح legitur. Utraquo autom vox si admittitur, sonus, quem fracti et dispersi nuclei edunt, significatur. Nuclei autem dactylorum frangi solent, ut camelis tempore hiemis pabulo inserviant. Lapis, quo id fit مرضاح et مرضاخ appellatur, quapropter in versu duplex scribendi modus est.

43. Ante eos mane est in omni speculâ colles adscendens, gracili ventre praeditus.

(p. 616.) Hic versus si cum prioribus sensu cohaeret, ad venationom non potest non spectare. Eos virum praemittore dicit, qui colles adscendens circumspiciat ot regionem exploret. Hunc autem isti operi faciendo aptum describit. Vocem أجدة aut a singulari نجد aut a plurali, ut sit pluralis a plurali dorivatus (جمع الجمع) ortam dicunt (conf. lex. m.). Voces طلاع أجدة Djouhario ot Firuzabadio auctoribus, ut voces طلاع الثنايا, in omnem strenuum, difficiles res

peragentem trausferuntur. Sic in versu a Djeuhario citato (metr. Thawil): وقد يقصر القل الفتى دون همه وقد كان لولا القل طلاع انجد. P a u p e r t a s v i r u m a p r o p o s i t o r e t i n e t, e t n i s i p a u p e r t a s e s s e t, r e s d i f f i c i l e s p e r a g e r e t. Ventriosus autem quum tali opere aptus non sit, eum gracilem esse dicit.

CXXV.

Ahmru b. Dhobalah Rakaschita dixit.

1. Cilia oculi nimis angusta sunt lacrymis suis; eas igitur post constantiam patientiamque effundit.

Poetam tantum moerorem esse ostendit, ut lacrymas retinere non possit. Verbis بعد التجلد والصبر se operam dedisse, ut lacrymas retineret, indicat.

2. Et quoties angorem pectoris ea apparere fecit, tum in lateribus et pectore dolorem ardoris magni produxit!

Causam lacrymarum indicat. Feminae amorem, qui in ipso accensus sit, eas excitasse. In priore versus parte initium illius doloris angore pectoris, ut anhelitus impeditus sit, in posteriore parte totum pectus occupantem magnum dolorem describit. Totum pectus dolore occupatum esse, tum e vocibus الصدر, الجوانح, tum e verbo رفهت; magnum autem dolorem fuisse e vocibus حر حرارة videmus. Voces hae proprie ardorem, quo viscera dissecantur, significant. Copula W a w initio versus locum vocis رب, quae est causa genitivi, tenet.

3. Eheu! Quid quisque velit, dicat! Vir nonnisi ob eam rem, quam potest, vituperandus est.

Se a multis ob hunc amorem vituperari; sed se vituperationem, quum immerita sit, non curare. Qui enim virum ob rem in potestate haud positam vituperat, iniustus est. Scholiastes particulam ل in voce ليقل L a m a b s e n t i s appellavit, quod maxime cum tertiâ personâ futuri, quae absens cogitatur, coniungenda est; eam quoque cum persona praesente i. e. secunda coniungi adnotavit. Post verbum شاء obiectum القول et post ما شاء obiectum ان يقوله omissum est.

4. Deus amorem erga feminam Malecilicam decrevit; patienter igitur eum fer, nam ex Dei decreto res eveniunt!

More boni Mohammedani omnes res et ipsum amorem, quo occupatus est, ad Deum refert. Quum autem Dei decreto nemo resistere possit, amorem patienter ferendum esse dicit. Se ipsum in versu alloquitur.

CXXV.

Wadjihah (seu Wodjaihah) filia Ausi e gente Dhabbah oriunda dixit.

1. Quoties femina ob amorem mane me vituperans amore me corde meo non removit!

Constantiam amoris sui, qui vituperatione ex animo evelli non possit, declarat. Litteram

W a w locum vocis رب tenet et hanc ob causam genitivus sequitur. Verbis تغدو على تلومى indicare vult, illam vituperationem continnam esse et a matutino tempore per diem durare.

2. Quid criminis mihi est, si terram gentis meae amo et tamaricen loci Alkozaibah odio habeo?

Contra vituperationem tanqnam inlustam se defendit, amorem patriae naturae innatum esse dicens. In textu Mersukii loco verbi ابغضت legitur احببت (amo); sed in scholio verbum ابغضت explicatum est. Vox طرفاء nomen arboris ost quatuor species complectentis, qnarum una tamarix orientalis (اثل) est (c o n f. Kam. Turc. et Forskal.). Kozaibah nomen loci in regiouo Jemamah gentis Taim, Ahdijj et Tsaur (quae pars gentis Ahbd-Manat est) et loci iuter Janboh ot Chaibar et loci in regione Bahrain osso, in Kamusi opere legimus.

3. Si ventus verba occulta legati diligenter percunctantis perferret, cum Austro in via inter montes clanculum locutus essem.

Optat, ut sua verba ad amicos pervoniant; sed qui nuntium perferro possit, ae neminem habere. Vox وحى de indiciis nutu et sermono occulto et haud claro factis adhibetur, qualis amantis eat, qui rem auam occultaro vult. Vox حفى importunum et multum de re interrogantem significat; sed quum talis legatus in re, quam mittens occultaro vult, haud convcuiat, **(p. 617.)** potius altera vocis significatio p e r s p i c a c i s , r e i o m n i n o g n a r i (qui e signis factis nuntium iam cognoscit) praeferenda videtur. Poetriae patriam quum venti Australis mentionem fecerit, vorsus Septeutriouem sitam esse coniicere licet. Et verbi ناجيت usus, cam nuntium occultaro velle, indicat. In Mersukii codice, e quo scholion sumtum est, sic legitur: فيقول لو ان ريحا ادت خبر مرسل او بعث ملح منفذ لساررت ريح الجنوب على الطريق والحفى . . . . . والنقب الطريق فى الجبل.

4. Eique dixissem: Ad eos nuntium meum perfer neque eum (diuturna tibi felicitas sit!) cum terra misce!

Ventum se allocuturum fuisse dicit. Ventus ei loco personae est et hanc ob causam bene optans »diuturna tua felicitas sit!« dixit. Verba sententiam intermediam efficiunt. Similem poeta in sequente versu adhibuit (metr. Thawil): C u n c t a t i o n o s t r a , a u p e r v o b i s d u o b u s o m o n t u m l i q u e f a c t u m s o m p e r s i t ! i n l o c o T s a h i a n , n i s i q u a m d i u c a m e l i c a p i s t r a n t u r , e r i t. Quum ventus terram tangat, no nuntium cum terra misceat, monet, neque vero cum scholiaste putante, eam verbis monuisse, no nuntium vilipendat, consentio. Loco vocis رسالتى in Mersukii codice تحيتى (salutem meam) legitur.

5. Et, quum ventus borealis spiraret, eum interrogassem: Num sonus loci Alnomairah nobis propinquior est?

Pergit in enarrando, quod factura fuisset, si venti desiderio suo satisfacere potuisset. Quum venti australis, tanquam eius, qui nuntium in patriam perferret, mentionem fecisset, de patria interrogans ventum borealem non potest non commemorare. Grammaticus Ebn-Alahrabi dixit, ventum Australem e terra Jemen venire ot benedictam esso; noctu autem eum raro

spiraro; ventum autem borealom e Syria venire et tompore hiemis maxime flare. De voeibus صداح النميرة dubitantes interpretes in varias sententias abeunt. Alii vocem صدّاح pluralem vocis صادح (clamans) esse putantes eorum clamorem, qui ad profectionem adhortentur, intelliguut et feminam hac de re interrogantem sibi laetum rei nuntium exspectare, alii gallos canentes, alii gentem poetriae, alii viros canentes camelos praeeuntes, ut cantu ad celerem incessum excitentur, significari, alii voces صداح النميرة nomen proprium loci esse putant. Quid horum rectum sit, ad liquidum perduci non potest. Verbum صدح quum maxime de cantu galli adhibeatur, eorum sententiae assentior, qui gallos significari putant, ut poetria, quum gallorum voces vento boreali spirante audiret, patriae gallos esse fingens, boream interrogaverit, num locus N o m a i r a h propinquior factus sit. Nomairah Baldan nomen montis aut collis inter regionem Nedjd et oppidum Bazrah siti aut duos colles in propinquo Alhauabi sitos, Nomairatân appellatos esse, in Kamusi opore invenimus; sed nostrum locum diversum esse puto. Praepositio من redundat, ut pro قربا dictum sit. Mirum est, quod in Mersukii commentario minus bene omnia de viro explicata sint, ita ut, ubi in scholio nostro femininum inveniatur, ibi masculinum sit. In linea 3 in Mersukii codice sic legitur: لديار احبته فللذلك جعلها رسوله وكانت الشمال تهب من ناحية ارض حبيبه مستقبلة بلاده فللذلك زعم انه يسايلها عما استعجم عليه من اخبارهم.

CXXVI.
Mirdas b. Hammam Thajjita dixit.

Alter legendi modus est: Marrar b. Hammas Thajjita.

1. Te amavi, ut parum abesset, quin amor me occideret et te visitavi, ut omnis socius me vituperaret,

2. Ut propinqui tui meam erga ipsos lenitatem viderent et nisi tu fuisses, latus meum lene non fuisset.

Amorem suum et cum eo res cohaerentes describit. In posteriore versu ob lenitatem suam se excusat, eamque soli amori tribuit. Fortis durusque animus Arabibus laudi est. Loco vocis راو in Mersukii codice راى legitur. Singularis verbi ante subiectum pluralis saepius adhibetur. (Gram. Ar. T. II p. 232.). Loco vocis عليهم in Mersukii codice عليك legitur; ille autem legendi modus praeferendus est, quum excusatione vix egeat, quod erga feminam amatam lenis sit; sed si fortasse inter propinquos feminae et ipsum inimicitiae essent, ista lenitas excusanda erat.

3. O quam gratum mihi esset, si pudor non impediret! et saepe id, quod propinquum non erat, amore amplexus sum.

Se aliorum ludibrium lubenter laturum esse dicit, nisi pudor ipsum impediret, et, ut amatae satisfaceret, se rem, quae ipsi non placeret, amasse. Scholiastes dixit, post vocem حبذا personam amatam omissam esse, quomodo in verbis Corani Sur. 38, 29 laudatus omissus sit. Grammaticus Abu-l'Ala (conf. versum quartum) dixit, لوما loco verborum لولا esse, ut sensus sit: Quam grata harum feminarum commemoratio esset, nisi eas commemorare me puderet. Sed fieri posse, ut duo verba لوما in unum coniungerentur, et vox a verbo

لوم derivata tanquam nomen cum voce الحياء cohaereret. Pulchrum hunc modum inveniens vocis لومى probandae causa a grammatico Abu-Said citatum versum adnotavit (metr. Wafir): Nonne tu abstines me vituperare, cui tam dedita es, quam pullus ablactatus (matri). (Vox تركبى seriore tempore pro تتركنى scripta videtur. Num recta sit correctio dubitare licet.). Sensus esset: Oh! quam pulchra esset vituperatio pudoris et quod impedior, quominus res, quas in animo habeo, patefaciam. Loco verborum ما ليس legitur quoque من ليس, ut persona significetur.

4. Per gentem meam (libero) dorcades gentis Rabiah-Ahmir pulchros dentes habentes, natibus elatis praeditas.

Quanti faciat feminas pulchras gentis illius, verbis patefacit; sed, quamquam generaliter loquitur, tamen neminem nisi feminam ipsi amatam vult. Duae gentes Rabiah b. Ahmir appellantur, una ad gentem Ohkail pertinens, Rabiah b. Ahmir b. Ohkail, altera ad gentem Hawasin pertinens Rabiah b. Ahmir b. Zahzaah. Feminas pulchras cum dorcadibus comparatas esse, saepius vidimus p. ١٨٤ v. 2. ٥٤١ v. 4. ٥٨٤ v. 1. etc. Vox الثنايا proprie dentes quatuor priores, quorum duo infra, duo supra sunt, significat; sunt igitur dentes, qui in ridendo adparent, ut poeta pulchritudinem, nec vero dulcedinem osculi significare videatur, quippe sequentibus verbis magnas nates, quae pars pulchritudinis in femina Arabica sunt, conf. Ham. ٥١٥ v. 3. et ٣٨١ l. 18. commemoraverit. Vocis حقيبة propria significatio hippoperae est. Hoc in versu nates feminae, quae loco hippoperae in iumento sunt, significantur. A **(p. 618.)** quibusdam, referente Abu-l'Ahla, versus Marraro b. Hammas tribuuntur. Abu-l'Ahla nomen Hammas explicans voce همس lenem sonum proferre significari dixit. Inde quoque decem litteras, quae phrasi ستشحثك خصفة continentur, nomen مهموسة accepisse conf. Gram. Ar. T. I, 29. Leonem tam هموس quam همّاس, quod leniter incedat, appellari. Hanc significationem in versu Hodsailitae sequente inveni (metr. Basith): Agmen invenit inaccessum singulos viros. Ei praeda est, et noctu audax et leniter incedens (leo). Versus satyricus mihi videtur.

CXXVII.

Quidam gentis Banu-Asad dixit.

1. Amorem secutus sum, o Thaibah! quasi tuâ causâ habenâ cinctus essem ductilis (equus).

Ab amore poetam omnino in potestatem redactum esse, ut non amplius resistat. Ut obedientiam suam significet, se cum camelo comparat, qui dolore habenae coactus se duci patitur. Vox طيب ex طيبة orta est; quarta enim littera nominis proprii in advocando saepius abiicitur (Gram. Ar. T. II p. 92.). Vox اجلك metri causa Hamsam amisit, ut cum antecedente voce coniungeretur (ibid. p. 463.) Darstellung d. Ar. Versk. p. 59. Ante voces مضروس الجرير vox بعير (camelus) supplenda est. Verba morsus a loro vel fune Djarir appellato improprie dicta sunt. Vox جرير freni pars est, quae nasum circumdat. Ut autem camelum difficilem ductu doment, cutem aut ipsam cartilaginem in nasi superiore parte incidere

(فقر) ot in hoc vulnero istam freni partem loro aut nervo circumvolutam ponere aolent; mota enim habena vulnus premitur et doloro indo facto camelus, ut lenitor sequatur, cogitur. In voce قزود mediam radicalem litteram W a w in Hamsam, ut pronuntiandi modus confirmaretur, mutatam esso, nomo non videt.

2. *Per aliquod tempus durus fuit; tum genti suae obsequium praestitit, ut pabulum quaerentes eum, quo vellent, verterent.*

Pergit in comparando. Initio so amori restitisse et se superbe gessisse; post voro sese omnino subjecisse voluntati amoris, quemadmodum camelus tandem obsequium praestat. Cur poeta aquae et pabuli locum quaereutium (الرواد) mentionem fecerit, non video; praeferendus igitur est legendi modus الرواض (qui domant animal), qui in Mersukii oodice est.

3. *Nam amorem tui depellere, cuius signa oculo meo iam apparuere, sane difficile est.*

Amoris, si quis signa amoris iam vidit, vis maior est, quam ut a viro removeri possit. Vox ذياد cum vi et vehementia rem repellere significat. Videtur igitur amor cum camelo sitiente comparatus esse, qui ab aqua vehementer propellitur. Amor amatam tanquam aquam accedere putatur. Posteriori versus parti hunc sensum tribuo: »Si quis signa amoris in se iam cognoverit, non amplius evellendi tempus esse«. Verba وقد بدت . . . . الهوى sententia intermedia sunt.

4. *Non autem omnis pars tui, quae in animo est, adparet, neque nos rem, cui pares non sumus, repellere possumus.*

Amorem, quo animus occupatus sit, maiorem esse, quam aliis adpareat. Homo amorem in pectoro occultare solet. Qui ergo putet, amorem e cordo evelli posse, eum errare, quum amoris vim haud noverit. Hominem rem, cui impar sit, depellere non posse. Loco verborum لى منك مظهر legitur للناس مظهر »hominibus adparens«. Sensus idem manet. Loco verborum نستطيع نذود in Mersukii codice تستطيع تذود legitur. Hic legendi modus ad animam referendus est. Verborum autem obiectum suffixum omissum est.

5. *Ego coniunctionem tuam spero, sicut sitiens aquam in loco, cuius petra dura est, sperat.*

Amori tanquam morbo ardorem in pectoro tributum esse vidimus conf. Ham. ווו v. 2. Hanc ob causam amantis desiderium cum vehomento siti comparari potest. Poeta igitur noster spem coniunctionis cum spe sitientis, qui summa cum molestia terram effodiens, ut aquam inveniat, quum ad petram duram pervenerit, omni spe aquae inveniendae privatur, comparat. Comparatione autem, se timore, ne spes irrita sit, indicare videtur. Vox مرتادا duplici modo explicatur, sive activi sive passivi forma habetur. Si activi forma est, eum qui quaerit aquam significat, ut vox statui subiecti describendo inserviat, sin passivi quaesitum aut locum quaesiti, ut obiectum verbi sit, designat. Quae vox quum potissimum in pabulo et aqua quaerendis adhibeatur, an in puteo effodiendo a poeta recte adhibita sit, **(p. 619.)** nescio. Loci quaesiti, cui voces كداء صلود explicandi gratia additae sint, significationem magis convenire puto.

6. Et quomodo coniunctionem personoe peto, a qua si oculi festucam petiturus fuissem, licet paucum sit, non dederit.

Spem suam falsam esse, feminae amatao crudelliato in ipsum probat. Quae quum ne minimam quidom rem ipsi concessura sit, sperare non posse, fore, ut ipsi coniuuetionem concedat. Res minima si in oculum incidit, molesta est; potest igitur festuca oculi rem minlmam significare; sed praeter hunc iutelligendi modum duos alios scholiastes adnotavit aut vocem antecedentem إزالة omissam esse, ut sensus sit: „Si eam rogassem, ui festucam oculi removerot“ aut, quod minus verisimile est, ut sensus sit: „Si eam rogassem, ne oculum meum festucâ laederet,“ quomadmodum verba سالت فلانا ضرب فلان »rogavi queudam percussionem cuiusdam« significant, to virum rogare, ut tua causa eum percutero omitteret.

7. Quae si animam meom effluere vidisset, profecto diceret: Te sanum video, dum cor durum est.

Crudelitatem femlnae amatao magis explicat. Eam, etsi poeta in eo sit, nt vitâ prlvetur, nil curare. Quum anima cum sanguino coniuncia putetur, quippe anima cum sanguine effluente animal rolinquat, poeta anlmam loco sauguinis ponit. Voces والفؤاد جليد aut ad cor viri aut ad cor feminae referri possunt. Prius praeferendum puto, ut cum priore, in quo de viro sermo est, coniungatur. Feminam, quamquam amore periturus erat, dicere significat, oius cor durum esse, ut amor vim in id non habeat. Sin fominao cor significaiur, poeta, eius cor durnm esse, ut atatus miser ipsam tangat, contendit.

8. Et o dorcas! cuius pectus duobus ornamentis argenteis ornatum est, in quibus gemma pretiosa est.

Feminam alloquitur ostendens cam pulchram esse et rebns preiiosis ornatam. Feminae pulchrae cum dorcadibus Ham. ٤١٧ infr. et earum pulcherrima specie alba Ham. ٣٣٩ v. 5. comparantur. Forma dualis كرمين aut qnod duplex collare erat aut quod duo coili latera cingeret, adhibita est. Vox فريد (proprie aeparata unica) in medio fili et ab aliis magnitudine distincta unio aut gemma est. Scholiastes aduotavit, vocem, si cum antecedente, ut genltivum casum obtineret, coniungatur, tanquam a rei metricae peritis إقواء appellatum vitium, mutatâ homoioteleuti vocali, reprobari (conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 328 sq.). Fieri qnoque posse, ut casus nominativus subiectum sit praedicato omisso, quasi dixerit: وفريد فيهما »et in quibus duobus unio magna est«. Magis autem placere alterum legendi modum كرما فضة, ut hae voces sermonis novi initium sint, quorum vox فريد coniungatur.

9. Num sedulo id facio, quod solus in loco Ramman et Ghadhwar non incedo, nisi dicitur: Quo vis?

So non posse non agere, quemadmodum amor praescribat, etsi aliorum vituperatloni aut ludibrio expoaitus sit. Amore coactum se duo loca frequentare. Vocem Ramman scholiastea locum, Kamusi auctor montem gentis Thai esse dixlt, Ghadwar nomen aquae gentis esse, uterquo adnoiavit. Aquam a monte haud remotam fulsse, coniicere licet. Vocom جدى modo nominis actiouis esse, ut verbum, quo (accusativus) regatur, omissum sit. Loco أمشى in

Mersukii codice امسى legitur. Si hic legendi modus praefertur, non tam vespertinum tempus quam simul matutinum cum eo coniunctum significari, scholiastes contendit. Unam vocem واصبح, quod ex altera cognosceretur, omissam esse. Non autem video causam, cur poeta non solum temporis vespertini, verum etiam simul matutini mentionem facere debuerit.

CXXVIII.

Vir e gente Banu-l'Harits dixit.

1. Optata, si impetrantur, pulcherrima optata sunt, sin aliter, aliquod tempus eorum causa optime peregimus.

Versus verba ad vituperationem spectare videntur, qua poeta optans reprehendebatur. Se defendere videtur dicens, vota sua, si impetrarentur, pulcherrima esse; sin aliter, ex optatis per aliquod tempus gaudium perceptum esse. Ante vocem منى, quae praedicati locum tenet, subiectum هى supplendum est. Cuiusmodi generis vota sint, ex sequente versu cognoscimus. Indoles feminae Sohda appellatae, qua se potiturum esse sperat, optatorum causam fuisse, Mersukius adnotavit. Vocem رغدا Mersukius duplici modo explicavit. Aut esse adiectivum nominis actionis عيشا, ut sensus sit: Viximus per ea vitam commodam aliquod tempus« aut nil impedire, quominus vox رغدا adjectivum nominis haud definiti عيشا sit. Utriusque explicationis discrimen nonnisi eo consistit, quod in una supplenda vox nomen actionis, in altera substantivum habeatur.

2. Res Sohdae a me optatae pulchrae sunt; est ac si Söhda iis concessis aquam frigidam sitienti tibi porrexerit. **(p. 620.)**

Res, quae a Sohda optat, laudat easque cum aqua frigida, quae sitienti gratissima est, comparat. Vox رواء pluralis vocis ريان, est, quae et pulchrum significat. Num cum optatis bene coniungatur, quippe corporis pulchritudinem significet, dubitare licet. In Mersukii codice حسانا legitur et vox امانى accusativum casum habet. Hic accusativus ex omisso verbo اذكر »in mentem revoca« pendere dicitur. Nomina propria et nomina generis interdum loco pronominis repetuntur, ut vis sermonis augeatur et in hoc audientis animus convertatur. Hanc ob causam in versu nomen Sohda repetitum est. Vox برد (frigus) aquam frigidam, ut sit pro ماءا ذا برد, designat.

CXXIX.

Alius dixit.

1. Nuntium accepi, Saudâm cordium aegrotam esse et eam visitaturus ex Aegypto adveni

Se ex Aegypto, ut aegrotam visitaret, advenisse, narrat. Scholiastes verbum خبر tria obiecta habere dicit, quorum primum in prima verbi persona, activo in passivum mutato, latet, alterum vox سوداء, tertium vox مريضة est. Vox اعودها statui verbi اقبلت describendo inservit. De vocibus سوداء القلوب interpretes dubitant. Aliis vox Sauda nomen proprium cum voce القلوب coniunctum est, ut poeta Ebn-Aldomainah in sequente versu nomen

Omaimah cum voce القلب connexuit (metr. Thawil): **Subsisto! o Omaimah cordis! ut salutem dicamus, et amorem queramur. Tum fac quod tibi videtur!** In aliis vox nigrum cordis significat, quod femina locum eius in cordibus occupet, ut sensus sit, omnia corda, licet diversa sint, ad eam inclinata esse. Alii vocibus sensum tribuunt, eam duri cordis esse et poetam pluralem adhibuisse cor cum partibus adiacentibus significaturum aut propterea quod feminae cum quolibet amante cor sit, quasi ei plura corda sint. In his Saudàa nomen proprium feminae est.

2. *Et per Deum! Quum ad eam venio, num eius morbum sanem an augeam, nescio.*

Quum morbi causam in amore, quem erga ipsum habeat, inveniat, poeta ob amoris vehementiam laetatus se dubitare dicit, num amorem sanet an augeat, timere enim videtur, ne, si morbum sanet, amor deminuatur. Post vocem أزيدها vox لداءها supplenda est. Scholiastes grammatici Aldimarti sententiam, qua voces versus prioris سوداء القلوب duri cordis feminam significent, a grammatico Alnamari cognominato reprobatam adferens grammaticum Abu-Mohammedem Alahrabi proverbio, ut eius mors fert (metr. Thawil): **Rem vitio vertis, tum similem peragis, iam apud te hanc rem tanquam cibum Hais quidam miscuit**[1]) utrumque reprehendentem inducit. Errorem utriusque viri inde ortum esse, quod unus et alter neque carminis auctorem neque historiam noverit. Initio versus sic legendum esse: نبيت سوداء الغميم مريضة et feminam Laila nomine, Sauda-Alghamim cognominatam ad gentem Abd-Allah b. Ghathafan pertinuisse. Alghamim loci nomen, quem incoluerat, fuisse. Post patrem Obkbah b. Cabb b. Sobair, qui feminam carmine laudasset, filium Alahwwam b. Ohkab ab ea amatum feminae deditum fuisse. Qui quum in Aegyptum cum commeatu misso profectus de morbo feminae nuntium accepisset, ut eam visitaret, redeuntem sequentes versus dixisse: **Nuntium accepi, Saudàam-Alghamimi aegrotam esse et eam visitaturus ex Aegypto redii et utinam scirem, num nobis absentibus oculorum pulchritudo matris Jahjae eiusque collum mutatum sit, num eius vestes** (i. e. corporis exterior pars) **attritae sint, postquam novae erant et o quam amatae mihi sunt eius vestes tam attritae quam novae!** (i. e. iuventus et senectus) **Et o Saudàa! res mihi amata** (praeter te) **non restat, et si montes terrae et deserta restant. Et, per Deum! quum ad eam venio, nescio, num eius morbum tollam an augeam? Adspectu** (gaudii) **eam intuitus sum, quo neque rubri cameli neque nigri regionem gaudio me adficiunt. Et mei pars, quam reliquisti, si e ligno herbae Tsomam suspensa esset, eius lignum non inflecteretur**[2]). Comiter autem (erga feminae familiam) se

1) Inter proverbia a me collecta haec verba locum non obtinuere, neque vero a grammatico proverbia appellata revera proverbia sunt; sed versus sunt, quos proverbiorum loco et proverbio interdum inserto adhibuit. Cibi Huis, qui mixtis dactylis, butyro et lacte schisto paratur, in proverbio (Meid. C. 1. 302.) mentio facta est.

2) I. e. Amor feminae poetam sic occupavit, ut nulla eius pars restet. Planta Tsomam infirma est, ut facile frangatur. Vox عود autem de arida herba adhibita est. E tali autem herba nil suspendi potest.

gerens tandem eam visere licuit et quum nutu eum interregasset, quaenam redeundi causa esset et is respondisset, se ut eam visitaret, rediisse, femina, ut ad commeatum conducendum rediret, suasit, se incolumem esse dicens [1]. Is quum eius mandato satisfecisset, morbo ingravescente tristi amantis desiderio oppressa morti occubuit. Poeta de morte feminae amatae certior factus eius deplorandae causa sequentes versus dixit: Sepulcrum **(p. 621.)** inter locum Alghamim et Selfah [2]) nigris fastigiis praedita [3]) (nubes) irriget, cuius pluvia ex ruptis orificiis [4]) decidit et porro, si Saudâa vesperâ decedebat, venustas feminarum pudicarum et lux mortua est.

CXXX.

Alius dixit.

1. Ego et tu, nos sitienti similes sumus, qui potum vidit, ad quem propter barathrum, in quo interitum metuit, pervenire non potest.

Se et feminam amatam cum sitiente comparat, cui, si sitim exstinguere vult, magna pericula subeunda sunt. Feminae amatae cognati amanti saepe adversabantur et insidias parabant. Scholiastes verba رأى نهلا statui describendo inservire dicit, ita ut vocis قد sensus praeteriti verbi contineatur.

2. Oculis suis aquam vidit, ad quam difficile pervenitur et aquâ se avertere non potest.

Amoris vehementiam, in comparando pergens, describit. Pericula mortis non impedire, quominus feminam amatam adeat. Quamquam in comparando feminam amatam secum coniunxit, tamen pericula nonnisi ad virum spectant. Nomen oculorum, quamquam nonnisi oculis videmus, videndo addidit, ut vis sententiae augeretur modo, quo in Corano (Sur. 6, 38.) alae cum volatu coniunctae sunt.

CXXXI.

Alius dixit.

1. Oh! verba: Per patrem nostrum matremque Djahfarum liberamus! dicimus, quum vexillum in pugnam proficiscitur.

Virum Djahfar appellatum hisce verbis laudat. Scholiastes recte adnotavit, hosce versus, si argumenti ratio habeatur, ad caput hoc haud pertinere et nonnisi ob pulchrum sensum et teneras voces, quibus poeta usus sit, ibi locum obtinuisse. Vox بابينا, quacum vox بامنا coniungenda est, eodem modo explicetur, necesse est, quo Ham. p. ٩١٧ v. 6 vox باهلى. Posterior pars sensum verborum habet اذا سار لواء الجيش الى الهيجا. Suffixum in voce لواءها ad

1) Particulam لن duobus locis initii sermonis indicandi ergo adhibitam invenimus (Gram. Ar. T. I, 568.).

2) Selfah aquam in Oriente loci Alsamaira sitam esse, in Kamusi opere legimus.

3) Nubem sine dubio ob similitudinem cum monte comparavit.

4) Aquam nubis utre contentam esse, poetae fingunt. Rupto autem orificio summâ cum vehementiâ aqua erumpit. Ad hoc loquendi modus بعاعه القى de nube adhibitus spectat. Largam pluviam significare vult.

vocem الهيجاء referendum est, quod poeta noooisi metri et homoioteleuti ratione ductus adposuisse videtur. De vexillis coof. P. 1. p. 563.

2. Et in eo vitium non est, nisi quod gens eius timet, ut vita eius longa sit.

Io hoc fortitudinem eius laudat. Tantam esse, ut morti se expooat. Dicere autem vuit, Djahfarum vitiis liberum esse, nam, quod in versu commemoravit, noo vitium sed virtus appellari potest. Osteudit qooque metus, virum genti suae carissimum esse. Similem aotem loquendi modum in versu Ham. p. ۱۳۱ schol. l. 2. infr. (cooferas Ham. ٥٧ l. 6. iofr.) invenimus. Vox ما, nt in verbis غير ما خوف, a poetis modo pleooastico inter duas voces saepe posita est conf. Ham. p. ۲۷۰, ۳۸۹ infr. etc.

CXXXII.

Alius dixit.

1. Ego in eo, quod domum tuam fugis, ei similis sum, qui potum abundantem vidit; sed non bibit.

Versus seosu primo paginae versui similis est. Voces نهل et رى nomina actioois sunt tanquam nomina adhibita, ut uoum alteri loco adpositionis sit.

2. Aquam frigidam videt, a qua propulsus est et hortum frigidum alto die, ramis multis praedita vesperâ.

In versus priore parte io comparatione, qua feminam amatam cum aqua cootulit, manet in posteriore eam cum horto umbra delectante comparat. Poeta domum femioae amatae ob hostilitatem familiae fugere videtur, ut, tanquam camelus sitiens ab aqua, inde depellatur, nam verbum ذاد hanc proprie significationem habet coof. Ham. p. ۹۱۸ v. 3 sq. Voces برد ماء (p. 622.) frigus aquae pro ماءا باردا aquam frigidam poetice dictae sunt.

CXXXIII.

Alius dixit.

1. Ambo vos ad gentem loci Alghadha transite, nam in loco Alghadha molles (puellae) sunt caeruleis oculis haud praeditae, lippitudine haud laborantes.

More poetarum duos socios alloquitur conf. Ham. ۱۳۱ v. 5. ۱۸۱ v. 1. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1. Scholiastae vox قرانة, spleodentem cotem habentem, quod iuveututis signum est, designat et cum hac sigoificatione vaporis meridiani motus et aquae similis splendor (قراى) cohaeret. Arabibus nigri oculi laudantur (conf. Ham. ٥٩٥ infr. ٥٩٩ v. 2. Caerulei oculi Graecis tribuuntur, oculi autem, qui lippitudine laborant, foedi suut. Sunt autem, qui voce زرق aquas limpidas significari puteut, ut vox زرق puras aquas et vox رمد turbidas designet. Hi autem a vero longius aberrasse videntur, nam alter intelligendi modus tam verborum sigoificationi quam argumento, quod in capite tractatur, magis conveoit.

2. Parum aberat, quin matutino tristitiae tempore amorem ostenderem et iam vici amorem pervadens durusque.

3. Deo bonum meum est! Qualem adspectum habui et pedes camelorum alborum a loco Rakd iam deflexerant!

Tempus profectionis feminae amatae describit et quod adspectum proficiscentium patienter tulerit et amoris sui indicia moerore haud patefecerit, laude se dignum putat. Quod voci جزع tristitiae significationem tribuo, huius rei causa in Mersukii verbis est dicentis: وقوله اكاد غداة الجزع يصف ما ناله غداة يوم البين وانه مع ثباته فى الشدايد وصبره على النوايب وحسن تماسكه عند جوالب الهوى كاد يفتضح ويظهر عليه من الاكتياب والوجد ما يستدل به على مستكنات صبابته وخفيات احواله. In posteriore versus parte se tanquam eum, qui antea amorem vicerit, in rebus peragendis strenuum et virum duri animi describit, ut et haec descriptio ad vehementiam amoris cognoscendam faciat. In posteriore versu causam tristitiae clarius indicat. Verba لله درى in laudando et admirando adhibentur. Arabum vita commoda quum maxime lactis copiâ nitatur, lac pro omni bono ponentes lactis fluxum largum, nam talis propria vocis در significatio est, ad conditionem hominis pulchram significandam adhibuerunt. Omnis autem res, quae admiratione digna videtur, ab Arabibus ad Deum refertur. De vocibus conferas H a r i r. p. ٣٦١. Loco vocis ناظر v i d e n t i s in Mersukii codice ذو هوى a m a n t i s legitur. Modum, quo proficiscentes feminas adspiceret, tanquam admiratione et laude dignum significare vult. Simili modo alius locutus est (metr. Thawil): A n t e o c u l o s m e o s f e m i n a e p r o f i c i s c e n t e s g e n t i s q u u m c a s t r a m o v i s s e n t a p u d l a t u s l o c i A l a f l â d j e l a t e r e l o c i T a i m a r (Est locus in Syria situs.) »et alius«. Q u u m l o c u s H a u r a n a p p a r u i s s e t, d u m v a p o r m e r i d i a n u s i n t e r i a c e b a t, c o n t e m p l a t u s e s; s e d o c u l i s t u i s n i l v i d i s t i. In loco Rakd aut coniuncti vivebant aut ibi via erat, ubi duae partes se separarent.

4. Ii (cameli) desertum ante nos propius adducebant et ab iis, quos reliquerant, longius nos abducebant.

Cameli albi, quorum in versu superiore mentionem fecerat, optimi putantur. Hoc in versu eorum celeritatem, quam aegre fert, describit. Celeritatem camelorum alius sequentibus descripsit (metr. Thawil): Q u u m d i c i m u s: A d a q u a m a l t o d i e c r a s p e r v e n i e n t, c e l e r i t e r i n c e d u n t, u t n o c t i s t e m p o r e a d v e n i a n t.

CXXXIV.
Ebn - Harim Cilabita dixit.

1. Quamquam longe absens eram et diu erat, quod eam amabam, dum delator de me ad eam et de ea ad me venerat,

2. Tamen coniunctionem matris Djahfari pulchre reparo per celeres versus et exercitatos, glabros (camelos). **(p. 623.)**

Prudentiam suam in coniunctione feminae amatae conservanda laudat. Delatores inter utramque partem operam dederant, ut amantes separarent. Poeta versibus dictis et legatis, nam longo spatio viae ab ea remotus erat, missis eam in gratiam sibi reconciliare studet. Versus, quos ab

homoioteulo appellati sunt, celores appellavit, qood per ora hominum celeriter divulgantor. Comparationem cum ave Kathae, quam scholiastes vidit, non invenio. Poeta Caabb b. Sohair versus describens dixit (metr. Thawil): **Eos recto disponimus, ut oorum textus lones siot et exeant celeres, dum quilibet altori similis factus est** Ad vocis احذ significationem pleuius explicaudam, quam a Chalilo inventam in arto metrica habet, scholiastos adnotavit, vocem significare, duas litteras vocali motas, post quas littera quiescens locum habeat, excidisse (ut in voco لقد). Haoc rem paxillum conluuctum appellari (c o n f. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 65.) et in tribus speciebus metri Camel appellati occurrere (ibid. p. 102. 211.). Rei explicaudae gratia sequeotes versus adootavit (metr. Camel): **Gentem io deserto iam duxi, io quo viae dux digitos mordet (oesciens ubi sit).** coof. p. 212. c. Ham. ۷۸۹ v. 4. Res io postremo pede hemistichii posterioris (ضرب) locum habet. »Alter versus est (metr. Camel): **Nos etsi nobilitas nostra praeclara est, in nobilitate fiduciam non pooimus.** Res in duobus hemistichiis observatur. c o n f. p. 213 a. Tertius deoique est (metr. Camel): **Ego et quod tempore matutino loci Mina apud silices mactarunt, dum eas (hostias) vincola gravabant.** (Fortasse per victimas iurat poeta) Scholiastes adnotavit, in hoc rem in utroque hemistichio reperiri, ita ut in posteriore hemistichio simul secunda littera quiescat. Rem اضمار appellatam esse c o n f. ib. p. 81 et 214 b. Vox جرد maximo io equis adhibita hoc in vorso eb vocem praecedentem المنوقة camelos desigoet, oecesse est. Mersukius voce الجرد celeres dosignari vult; sed potius generosi sunt. In priore vorsu sub voce الهوى in Tebrisii codice vocem النوى seriore temporo scriptam ioveoio, quae utrum alter legendi modus sit, an cooiectura dubito.

3. Ex eius terra venientes nuntios rogo et camelis vehentes, quorum scientia mea rei scientia est, de ea interrogo.

Se ei semper deditum esse affirmat, nam, si res aliter se haberet, eius nuntium noo interrogasset. Scholiastes aoto voeem الاخبار vocem ذوى »nuntiorum gnaresu supplendam esse; Mersukius subtilios rem explicari posse putat, ut ipsos nuntios acceptos secum reputet, et quasi ioterroget, et novi quid indo extrahat. Si aotem quis eos interregat, qui rei notitiam maiorem, quam ipso, non habeot, nil novi accipit. Nihilominus vero fit, ut desiderio impulsus quis talem interrogat et quamvis de oulla re eertior fit, tamen ex ipsa rei mentione facta voluptatem percipit, quippe omnes de ro, quae ipsis cordi est, sermonem facere cupiant Sic alius dixit (metr. Thawil): **Et tui mentiooem ioter sermooes volo.**

4. Et si eius mentio fit, ex oculo lacryma super barbam meam defluit, quemadmodum margaritae e collari disperguntur.

So feminam vehementer amare eo probat, quod, si quis eius mentionem faciat, ob tristitiam lacryma manet. Lacrymas ex oculis decidentes cum margaritis e collari rupto dispersis comparat. Vox جمان nomen Persicum ex Persico كمان ortum est. E sinu Persico margaritas io Arabiam traosportatas esse, dubio obnoxium esse non potest. Scholiastes vocem

نثر modo nominis actionis, quod cum alio, quod hoc ipse verbo coniunctum sit, positam esse adnotavit, nam idem verbum نثرت loco verbi فاضت esset.

CXXXV.
Ahmru b. Hacim dixit.

1. O amici mei duo! amor Charkae me adflixit et in corde ob eum fissurae rimaeque sunt.

Alloquens duos amicos (Ham. ﺎﻟ v. 1.), quantam vim amor in ipsum habeat, narrat. Verbum امسى hoc in versu vespertini temporis significationem non habet; sed omne tempus significat. Amorem cor vulnerare saepius legimus. Poeta duas voces وقرة وصدوع coniunxit, ut multa vulnera esse indicaret.

2. Et si per anni tempus Charka vicina nostra fuisset, quamvis sterili tempore adflicti vernam pluviam haud decidere non curavissemus.

Feminam illam ipsi loco summi boni esse, ut caeteras non curet, dicit. Ex omnibus autem rebus, quae ipsi curae non sint, eam eligit, quae Arabibus maxime cordi est, annum fertilem et vernam pluviam, quae fertilitatis causa est. Hac enim deficiente non possunt non Arabes in summam inopiam pabuli incidere. Vocem نبل loco vocis نبالي ex نبالي ortam adhibuit. Futuro apocopato litteram Alif quoque abiecit, eaque abiecta vocalem litterae Lam suppressit, qui vocis mutandae modus nemini nisi poetae licitus habendus est. conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 478 sqq.

CXXXVI.
Alius dixit.

1. Ambo vos ad domum accedite, in qua si gentem invenirem, eius locus vacuus non esset!

Et hic quoque duos amicos alloquitur rogans, ut domum feminae amatae visitarent. **(p. 624.)** Se autem, ut e sequente versu cognoscere licet, cum iis coniunctum cogitat. Dubitat autem domum ab incolis habitatam esse simulque optat, ut res aliter se habeat, nam hic duplex sensus particulae لو mihi inesse videtur. Praeteritum, quod particulum لو sequitur, in hoc versu sensum plusquamperfecti habere non potest. conf. Gram. Ar. T. I, 162. 164 sq. Arabes amantes domus rudera visitare solent. Posteriore versus parte poeta indicat, feminae gentem numerosam esse, ut locus vacuus non sit. Verba بها اهلها locum secundi obiecti verbi, ut ait pro ماهولة, tenent. Mersukius voci مقيل simplicem loci significationem tribuit et significationis probandae causa locum Corani (Sur. 25, 26.) adnotavit.

2. Et si nonnisi horae parvae commoratio est, tamen parum eius mihi prodest.

Causam, cur isto loco commorari velit, addit. Praeteriti temporis recordationem, et si ibi nonnisi parvum temporis spatium commoretur, voluptatem adlaturam esse. Vocem معرج loco nominis actionis esse, scholiastes Mersukium secutus dicit. Ne autem quis in errorem ducatur, putans, scholiasten nonnisi loca, in quibus Mersukii tanquam sententiae aucteris

mentienem fecerit, ex Mersukii epere derivasse, scholiasten paucis exceptis emnia e Mersukil opere sumaisse, dicimus. Quum voce ساعة, quam cum voce معرج poeta coniunxit, parvi temporis spatium significetur, Mersukius adnetat, vecem قليل nonnisi sententiae confirmandae, ut voce ad sensum nil nevi accedat, inservire; sensu autem ita constituto, ut vertatur: »commoratio parva horae tempere« novi quid vece adhibita sensui addi. Voci معرج casus accusativus esse potest, ut praedicatum verbi يكن sit, qnasi poeta dixerit: وان لم يكن الالمام الا معرج ساعة, nam in Meraukii codice post voces خبر لم يكن melius: اراد وان لم يكن الالمام الا معرج ساعة legitur. In posteriore autem versus parte vox قليلها subiecti et vox نافع praedicati subiecto antepositi loco est, quasi dixerit: فانى ينفعنى قليلها aut vox قليلها subiecti locum tenet praedicate نافع anteposito. Abu-Rijaschus posterioris versus auctorem poetam Dsu-l'Rommah esse et carmen verbis (metr. Thawil): Num Charkae cameli eb separationem abiere? incipere contendit.

CXXXVII.
Alius dixit.

1. *Quid te impedit, quominus, quum, continua morbo me laborare, nuntium accipias, me visites (o femina!) morti oppigneratum aliquando.*

Se ameris morbe adflictum et morti propinquum fingens queritur, quod femina amata, cui huius morbi remedia sint, neque ipsum visitatum veniat neque remedia adhibeat. Scholiastes adnotavit, verba ما ذا عليك, licet interrogationem centineant, tamen increpande et reprehendendo inservire. Vocem عليك requirere verbum, quod verba أن تعودينا regat et vocem ان esse pro بأن praepositiene abiecta. Mersukius autem sic verborum sensum explicat: لا عار عليك ولا ضرر من عيادتنا ولا من مداواتنا بما هذه صفته فهلا فعلت. Vecem يوما cum verbo خبرتنى tanquam tempori definiende inservientem scholiastes coniungendam putat.

2. *Aut in poculum guttam frigidam a te immissam, in quam os tuum immerseris, mihi bibendam des?*

Amere ardorem internum (conf. Ham. p. ٦٢٩ v. 2.) excitari vidimus. Hanc eb causam remedium morbi guttam frigidam ad arderem leniendum appellat; sed, ut remedium efficax sit, femina amata os in id immergat, necesse putat.

CXXXVIII.
Djamil dixit.

(conf. Ham. ٥٦٣.)

1. *Quotiescunque Botsaina diligentissime perlustratur, vitium in ea non est et quotiescunque eius genus commemoratur, mixtum non est.*

Feminam Botsainah appellatam vitiis liberam describit. In priore versus parte generatim loquitur, in posteriere generis mentionem facit. Genus haud mixtum vitii expers est. Ut vecis أشب significationem probaret, scheliastes versum Abu-Daoaibi adnetavit (metr. Thawil):

Propter eam me vituperant, qui ei propinqui (amici) sunt, etsi nossent, me ob rem vanam non vituperassent. Vox الالاء mihi in versu pro اللذين dicta videtur.

2. Ei adspectus primus contra eos et praestantia est et si iterum iterumque oculis perlustratur, ei cursus iteratus est.

Feminam istam primo adspectu placere et se postea experientiâ edoctis talem probare, qualem esse putaverint, ut equus generosus statim omnibus placet et bene currit; sed non statim ob nimium ardorem omnes vires cursu consumens, si necessitas postulat, iterum currere potest. Hoc generosi equi esse, ex loco Hamasae ٢٧٧ v. 2. videmus. Poetam, etsi feminam cum tali equo non comparaverit, tamen ad generosum equum respicere, e vocis عقب usu conjicio. Sed quum versus prior pars vocibus النظرة الاولى et بسطة ambigui quid offerat, quod a scholiaste nostro minus dilucide explicatur, operae pretium est, ea adponere, quae in Mersukii codice leguntur: فلها عند المبالغة فى البحث النظرة الاولى ولها البسطة وهى النظرة الثانية ويعنى بها إن يبسط التمييز على ما يتجلى من امرها ويسلط التنقير على كثير مما يخفى من احوالها قال ولها العقب ايضا وهى النظرة بعد النظر وفى موضع اخر الجرى بعد الجرى والعرب تقول (١ النظرة الاولى الحمقا فلهذا قال لهذه المراة النظرة الاولى ولها الكشفة الثانية وهى البسطة ولها البحثة الثالثة وهى تعقب التجربتين بتجربة ثالثة. Ex hisce verbis cognoscimus, Mersukium tres inspectiones in verbis invenisse, in quibus omnibus probata reperiatur sit. Sed ex usu verborum كرت et العقب sequi videtur, poetam nonnisi de duabus cogitasse, quippe utraque vox nonnisi de iterato cursu adhibeatur. Alter autem legendi modus: لها النظرة الاولى عليهن بسطة, sensum offert: »Eam vincere alias primo adspectu« et quum sic nonnisi de duabus inspectionibus sermo sit, hic mihi praeferendus videtur. In scholii linea secunda vox المزية dubium habet. Si legendi modus rectus est, nil nisi praestantiam externae formae significare potest. Locus, qui in Mersukii codice non legitur, in Tebrisii libro sic scriptus est, ut de scriptura dubium esse non possit; attamen vero beatus de Sacyus dubitans quidem المزيدة »augmentum« proposuit.

3. Quum quotidiana veste utitur, defectus ornamentorum vituperationi eam non exponit et quum ornata est, elegantiae in vestitu operam danti sufficit. **(p. 625.)**

Quae, sive quotidiana veste induta sit, sive ornata, semper pulchra dici potest. Similem sensum poeta Djerir expressit (metr. Thawil): Quum ornatur, ornamentum in pulchro eius loco adligatum est; sin aliter, ornamentorum defectus eam non dedecerat. Scholiastes in verbo يزرها praepositionem Ba, cuius ope suffixum cum verbo cohaereat, omissum esse adnotavit. Res in carminibus saepe invenitur. Loco vocis يزرها legitur quoque يرذها »vilem eam reddidit.« Vox رذى quum de extenuato vilique camelo adhibeatur, scholiastes feminam cum tali camelo comparatam esse putat. Quae autem comparatio quum minus apta sit, hunc legendi modum nonnisi ob difficiliorem construendi modum praepositione omissa ortum esse putaverim. Vocem نيقة diligentiam, quam quis in re adhibeat, significare, scholiastes versu, qui Hatimo tribuitur, probare studet (metr. Thawil): Mihi diligentia in liberalitate et donando est, quam tempore praeterito nemo ante me adhibuerat.

1) »Primus adspectus stultus est« proverbii verba sunt. conf. Meid. T. III P. 1. Nro 3079.

CXXXIX.

Alharetsi dixit.

1. Ossa mea carne privasti; tum ea nudota reliquisti, ut soli exposita essent frigore laesa.

Amoris vim describens corpus suum extenuatum esse dicit, ita ut solis ardore et frigoris vehementiâ adfligatur. Vox مجرّد corporis partem veste tectam non esse significat. Poeta nonnisi eas corporis partes, quae in viro, ut facies etc. tectae non sunt, designare vult. Vox اليك cum verbo emisso (tendens ad te) aut simili cohaeret. Emaciatus tam solis ardorem, quam frigoris vim, magis sentire dicit scholiastes; sed verum hoc esse dubito, pingui enim corpore praeditum solis ardore magis adfici, sub oculos cadit. Poeta se noctis tempore, feminam amatam si adeat, frigore laedi; die autem sole adfici dicit. Scholiastes adnotavit, quamquam poeta narrans rem casibus tribuerit, res ad totum hominis statum spectare, quae adnotatio e Mersukii codice desumta ad tertium potissimum versum spectat, ad quem a Mersukio adscripta est.

2. Et medullâ ademtâ ea evacuasti et reliquisti tanquam arundines, in quarum medio ventus sibilat.

Pergit in statu suo describendo. Medullâ in ossibus corporis vires nituntur, ut illis medullâ vacuis omnes vires exhaustae sint. Loco verborum فتركتها انابيب legitur in Mersukii codice فكانها قوارير aquasi ampullae sinta et vox قوارير (ut فتركتها maneat) tanquam alter legendi modus iu codice Tebrisii adscripta est. Prior autem legendi modus ob similitudinem ossis arundinisque multum praeferendus est. Legitur quoque فكانها انابيب.

3. Quum separationis nomen audit, eorum (ossium) membra ob timorem eius, quod exspectant, strepunt.

Membris hoc in versu adscribitur, quod ad animam spectat. Membra separationis nomen audire, accurate dici non potest, sed, quum tremor in membris adpareat, membra quoque audire dicta sunt. Strepitum edunt, quum tremore inter se concutiuntur. Verbum تقعقع de armorum strepitu aliarumque rerum motarum et se terentium adhibetur. In Chrestomathia beati de Sacyi p. ٢ (edit. prior) minus bene vox cum animabus coniuncta est.

4. Manum meam arripe, tum vestem tolle et meam uxoram considera, quam ego celo!

Sed feminam dictis suis fortasse fidem non habituram esse putat. Rogat igitur, ut corporis adspectu dubium removeat. Alter legendi modus est ثم انهضى في تبيني atum surge mecum, ut certior fias«. Vox تبيني pro تتبيني est. Verbis الا اننى اتستر exceptio, quae sensu cum prioribus non cohaeret, continetur. Laudat patientiam, qua statum suum celare studet. In verbis تبيني et اتستر significationes sibi oppositae sunt, quae res a rei metricae peritis طباق et مطابقة adpellatur. Loco vocis ارفعى in codice Tebrisii اكشفى legitur, quae vox deleta in margine voce ارفعى correcta est.

5. Quid autem remedii mihi est, si mihi misericordiam haud impertis et ego te carere non possum, ut patientia utar?

6. Et per Deum! meo officio non defui in eo, quo tibi placere putarem; sed ego amans sum erga quem ingrata es.

In priore versu se, quum amoris remedium non habeat, nil posse nisi in misericordia feminae amatae fiduciam ponere, cuius si particeps non fiat, se patientiae operam daturum esse. In posteriore versu queritur, quod, quamquam diligentiam adhibuerit, ut feminae amatae placeret, eius gratiam sibi conciliare haud potuerit.

CAPUT QUINTUM.

Satyrae [1].

I. **(p. 626.)**

Musa b. Djabir e gente Hanifah dixit.

Nomen Musa alii ex Arabica alii ex Hebraica lingua derivatum esse potant. Qui Arabica lingua in nomine explicando usi sunt, in errore versantur, nam aut Hebraicso aut Aegyptiacae originis sit, necesse est. Scholiastes duplicom ex Hebraico oxplicandi modum adnotavit, quorum prior, quum linguae repugnet, nihili est, posterior nonnisi Arabicae voci convenit, minus nominis Hebraice pronunciandi modo. Origine enim sua vox מֻרְשֶׁה aut מֻרְשֶׁה si a radice קָשָׁה »extraxit« derivatur, nil esse potest nisi forma participii P o a l. Vir autem, quum ab Aegyptiis tam ex aqua protractus quam educatus sit, explicandi modus, quem alii e lingua Coptica adhibuerunt, (ex aqua servatus) vero propior vidotur. (c o n f. Ham. ٧٧).

1. Gens Hanifah, pater tibi non est! semel in occursu lancearum cupides fuere, quae non recedebant.

Poeta gentem, quam satyrâ perstringere vult, cum lancearum cuspidibus contulit, quae in hostes penetrant; sed, ne quis in hac comparatione laudem videret, vocem مرة s e m e l addidit, in qua voce derisio est. Scholiastes voces لا ابا لك oxcitando inservire adootavit. Dicere vult, poetam verbis efficere velle, ut is, quem adlocutus sit, ad verba sequentia animum adtendat. Sed quum particula لا, (si negat existentiam), accusativum abiectâ litterâ Alif post se haboat, (c o nf. Gram. Ar. T. II p. 63 sq.) scholiastes, ut formam ابا explicaret, dixit, pootam vocem ابا cum suffixo coniunctam (اباك) cogitasse. Praedicatum omissum esse.

2. Sed gens Hanifah asseclarum suorum consilium secuta est; et venti sic saepius mutantur.

In hoc versu rem, ob quam gentem Hanifah vituperat, clarius quidem verbis non exposuit; sed quae sit poetae intentio, e duobus versibus coniunctis adparet. Agendi rationem eius ita mutatam esse, ut hostibus fortiter non resistat. Dum autem eorum agendi rationem cum vento saepius mutato confert, constantiam in agendo, quae Arabibus magni habetur, genti denegat. c o n f. Meid. C. 3, 46. 12, 183. Scholiastes vocem كذاك accusativi locum habere, ut sit modo nominis actionis تحولا posita, dicit; ego vocem ad gentis agendi rationem potius referendam putaverim, ut sensus sit: ut gens agendi rationem motavit, sic ventos regionem, unde flat, mutare solet.

---

1) Quae scholiastes ad vocis هاجاء significationem explicandam adtulit, ea haud magni momenti mihi videntur.

II.

Korad b. Henesch Zaredita dixit.

1. Sane, gens mea ad nobilitatem magis instigat, quam agmen hominum, o Haritse b. Ahmru! cui tu imperas!

Genti suae maiorem generositatem tribuit, quam iis, quos vituperat. Loco vocis ادعى si ارعى legitur, magis curat, eustodit vertendum est. Vox حار pro حارث est, licet enim in nominibus pluribus quam tribus litteris compositis posteriorem partem abiiei; sed grammaticus Ebn-Djinni in nominibus, si patris nomen sequatur, id fieri non posse contendit. Locus autem noster pro rei argumento est.

2. Et vos coelum estis, cuius tonitru homines admiratione adficit per (nubem) fugacem, cuius advenientis sonus vehemens est.

Ut ostendat, in illis hominibus nullam internam virtutem esse, etsi virtutis speciem offerant, eos cum coelo comparavit, quod, quamvis nubes vehementer tonant, spem eorum, qui pluviam optant, fallit. Nubem autem illam cum camelo fugace ابدة comparasse videtur, ut eam inutilem a coelo celeriter disparere indicet et verbum انحى de camelo in latus inclinante, dum incedit, adhibetur. Alii coelum loco nubis dictum esse volunt et voci ابدة peregrini, ingrati (venti) vel, qui infortunii loco habetur aut semper durat, significationem tribuunt. Vocem تنحى noster voce تعتمد (nixus fuit sc. in latus), Mersukius voce تقبل (advenit) explicavit. Loco vocis شديد, quae cum voce بابدة coniungenda est, in Mersukii codice شديدا, quae vox statui pronominis describendo inservit, legitur. Silentio praetereundum non est, legi quoque: له زجل ناق cui sonus vehemens continuus est« loco verborum, ni fallor, بابدة تنحى. In codicis Mersukii margine legimus يعجب نعت سماء وبآبدة حال من الرز اى رزها آتيا بآبدة وينحى نعت لابدة وشديدا حال من الضمير. Sic quoque noster scholiastes dixit بابدة significare »dum cum ea fugax est«, ut statui describendo inserviat.

3. Tentoriorum funes per ventum vehementem abrumpit, dum eius fulgur et tonitru maxime mentiuntur.

Nubem, quacum homines comparavit, pluribus describit. Vehementem ventum secum adfert, qui hominibus, dum funes, quibus tentoria tenebantur, abrumpit, damnum infert. Palis terrae infixis tentoria funibus tenebantur. Hunc ventum حاصب (glaream qui spargit) omisso substantivo ob vehementiam appellat, eiusque fulgura et tonitrua rerum omnium maxime mentientia esse dicit. Promittunt enim pluviam; poeta autem ea ne guttam quidem pluviae demittere verbis indicat.

4. O equites tam pulchritudine quam formâ quantâ admiratione digni essent, quum hostibus occurrunt, nisi fugam caperent!

Quo magis et corporis robore et armorum praestantiâ vir hostibus resistere poteat, eo maiore vituperatione dignus est, si fugae se dat. Hanc ob causam poeta equites initio versus

ob pulchritudinem laudat et in fine versus eos a pugna se avertere dicit. Voces ويل امها dictae sunt pro وى لامها, ita ut Hamsa vocis ام metri causa abiecta sit. Scholiastes ويلمها legit. Vocem وى, quam ex voce ويل ortam esse volunt, alii admirando, alii increpando inservire dicunt. Verborum propria significatio est: »Malum matri eius sit!« Hisce vocibus vox خيلا in accusativo addita est, ut res admiranda accuratius indicaretur (Gram. Ar. T. II p. 113 sq.) et vox بهاها causam admirationis indicat ib. p. 114. De particula وى conf. Gram. Ar. T. I p. 580 Harir. p. ٣٦.

III.

Ahmallas b. Ahkil b. Ohllafah dixit.

Poeta tempore Ohmajjadarum vivens. Pater eius inter Koraischitas poeta celeber erat, cuius filiam Aldjarba, sororem Ahmallasi, imperator Jasid b. Ahbd-Almalic in matrimonium duxerat conf. Meidan. In append. sub Ahmallas et Ohkail.

1. Quis Ahkilo de me nuntium fert (dicens): Tu e gente Harb honoratus mihi es!

Patrem suum Ahkil satyrâ perstringere vult; sed eum ipsi carum esse e tota gentè Harb dicere incipit. Ex Meidanii loco C. 24, 333, filio cum patre inimicitias intercessisse colligere licet et in Hamasa p. ٢٣٩ legimus, Ahkilum contra patrem inobedientem fuisse eodemque modo filios in Ahkilum se gessisseut. Quum Ahkilus talis in patrem fuisset, eum erga filium dure se gessisse, verisimile est. A gente Harb Omajjadae originem ducebant, nam Harb ben - Omajjah tempore Nohmani b. Mendsir Meccae familia potens erat. Huiusce familiae poeta mentionem fecit, ut se ipsam illam imperatorum familiam minus quam patrem curare ostenderet. De modo, quo poeta carmen incipit conferas Ham. ١٢١ v. 5. ١٢٩ infr. Interrogatio poetam optare indicat. Prima syllaba brevis, id quod in metro Thawil saepius accidit, omissa est. Licentia a rei metricae peritis aut ثلم aut ثرم appellatur. conf. Darstell. d. Arab. Verskunst. p. 170 sq.

2. Nonne dies (tempus) noverunt, quibus tu solus esses et omnis propinquus tuus reprehensione dignus esset,

Tempus pristinum patri in memoriam vocat, quo a propinquis relictus se defendere non posset. Loco verborum الا تعلم in Mersukii codice الم تعلم legimus. Voci الايام et casum nominativum et accusativum tribuère. Si casus nominativus ponitur, obiectum verbi omissum est uempe حالك statum tuum aut simile quid; non autem scholiastae adsentior, qui poetam dies pro homines dierum dixisse putat; magis poeticum enim mihi videtur, diebus ipsis tanquam personis scientiam tribui. Sin vero casus accusativus praahabetur, poeta Ahkilum alloquitur. Hoc admisso scholiastes voce الايام temporis res ovenientes significari dixit, ut verba اذ انت tempori accuratius definiendo inserviant.

3. Quibus homines, praeter eos, quos tu iniuriâ adficis, contra nullam rem, quam timebas, te defenderent?

Propinquorum agendi rationi modum, quo ipse et frater (aut fratres) se gesserint, opponit, ut inde patris iniustitia eluceat. Scholiastes verba الا الذين تضيم exceptionem, quae (p. 628.) appositionis loco sit aut exceptionem generalem efficere dicit. In priore verba locum adpositionis vocis الناس tenere vult. Suffixum pronomine الذى praemisso saepe omitti solet. Sic vox تضيم pro تضيمهم dictum est. conf. Gram. Arab. T. II p. 347 sq. Pars scholii, quo hic versus explicatus est, cum sequente coniuncta invenitur.

4. Num remotiorum ruptum reparas, dum rupto tuo inter propinquiores corium non erat?

Iniuriam patris explicat. Patrem, qui hominibus propinquâ cognatione cum ipso non coniunctis auxilium tulerit, malum, quod patre auctore filiis supervenerit, reparare nolle vituperat. Malum cum rupto corio comparat, ut ad reparandum corium opus sit. Simili modo in proverbio est (Meid. 26, 42.) أوهيت وهيا فارقعه „Rem rupisti; eam igitur repara!" Scholiastes suffixum in voce لوهيك explicat dicens, corruptio familiae quum ipsius corruptio sit, poetam ruptum tuum dixisse; mihi autem quum poeta potissimum in patre rupti causam videret, sic locutus esse videtur. Vox الاقربين argumenti ratione habita neminem nisi filios significare potest. In proverbii usum venit Arabibus dicere, cognationem propiorem in rebus concedendis remotiori praeferendam esse. conf. Meid. 8, 41.

5. Quum bellum te mordet, nos in te propitii misericordesque sumus.

Suam agendi rationem patris agendi rationi opponit. Se in periculo versanti auxilium semper tulisse dicit. Talem agendi modum Arabibus probatum esse, e multis proverbiis cognoscimus. conf. Meid. T. III P. 2. p. 173. Bellum cum animali feroce comparatum est. conf. Ham. ١٧١ infr. Loco vocis عليك rectius عليه dici, scholiastes adnotavit. Talis construendi modus saepius invenitur.

6. Tu autem, quum securitate et commodâ vitâ frueris, propinquis acer in litigando rixator es.

Suae in periculis patris agendi rationi patris in securitate agendi modum opponit. Loco vocis انست in Mersukii codice ابصرت inter lineas legimus, quae vox non tam varium legendi modum indicat, quam explicandi gratia adscripta est. Loco vocis خصيم in Mersukii codice خصوم legitur, quae vox in Tebrisii codice superscripta est. Scholiastes formam خصوم studium et diligentiam in re indicare adnotavit eamque maiorem vim habere, quam vocem خصيم, quippe a forma participii activi magis remota sit. Formam فعول saepius passivi significationem habere vult.

IV.

Arthah b. Sohajjah Morrita dixit.

De viro conf. Ham. ١٥٥. Illo in loco quae grammaticus Abu-l'Fath adtulerat, scholiastes adnotavit; in hoc Abu-l'Ahlae sententiam in nominibus ارطاة et سهية explicandis exposuit.

1. Gens Moharib optavit (quae res stulto eius consilio tribuenda est), ut, quum me satyrâ laesissel, eam quoque perstringerem.

Poetae inimicitiae cum gente Moharib intercesserant, ut haec contra illam satyris responderet. Hoc eius optatum stultitiae tribuit. Grammaticus Almobarred dixit, versus potissimum ad Hilalum b. Albâihr Moharebitam spectare et primum versum hunc esse: Filii cameli[1]), cui neque gibbus neque in fastigio laudis vertex est, dicunt. Cuiusnam gentis pars Moharib sit, nescio; pluribus enim commune nomen est. Vox محارب in fine versus ad verbum تمنت pertinet. Verba versus transposita sunt, quum verbis لما فحجتى primus locus debeatur. Scholiastes optandi significationem cum voce المنا cohaerere putat, quam vocem verbis القدر ما يريد explicat. Vox المنا tam in Djoubarii quam in Firuzabadii opere decreto divino (القدر), nulla voce addita, definita est, ut, quid voces ما يريد quae in Tebrisii codice leguntur, significent, dubitare liceat. Beatus de Sacyus legere voluit وهو ما يريد القدر; sed huic legendi modo tam Djeoharii quam Firuzabadii verba, quibus vocem المنا definiunt, repugnant. Verba ما يريد vitiosa esse, minus dubium est, quam quomodo locus corrigatur. Fortasse ما يريد الله legendum est. Qui voci تمنت optandi significationem dant, obiectum verbi امورا (res) omissum putant, quod verbum تمنى ope coniunctionis أن cum sequente verbo coniungatur. Sed nil mihi obstare videtur, quin vox لاهجوها loco obiecti sit, ita ut aut praepositio ل loco vocis أن sit aut vox لاهجوها loco verborum لان اهجوها **(p. 629.)** esse putetur. Simili modo in versu Cotsajjiri verbum ope praepositionis ل (pro voce أن) cum verbo اراد coniunctum invenimus (metr. Thawil): Eius memoriam oblivione delere volo; sed Laila mihi in omni via ante oculos versatur. Sunt quoque, qui verbo تمنى mentiendi significationem tribuant, ut sensus sit: Si in satyra contra me mendacia proferunt, ut irâ accensus eos satyrâ perstringam.

2. *Deus prohibeat! Ego per gentem meam animamque meam ab isto loco abhorreo.*

Causam, cur istam gentem satyrâ perstringere nollet, non addidit. Maiorem et suam et gentis dignitatem habet, nam, qui eodem modo ac alter agit, se alteri aequalem dignitate reddit. Se suamque gentem satyrâ abiicere non vult. Accusativus معاذ modo nominis actionis e verbo omisso اعوذ (confugio) pendet. Verba inversa sunt, nam praepositio عن vocem لراغب in constructione sequatur, necesse est. Proferendum est ob metrum Nafsija. Beato de Sacyo verba بقبيلتى ونفسى iuramenti significationem habent; sed aliter in Mersukii codice verba explicantur: اى اعوذ بالله معاذا من ان اتى ذلك لاننى ارغب بنفسى واربا باصلى عن الوقوف فى ذلك المقام واصون شرفى وارفع عقلى عن مساوقتهم لفظا بلفظ وفعلا بفعل.

V.

Somail b. Obair dixit.

Grammaticus Abu-l'Fath nomen Somail deminutivi formam aut vocis ازمل abiectâ primâ litterâ aut vocis زمل (debilis) esse, scribit. Ut significationem soni, qualis e ventre auditur, probet, versum a grammatico Abu-l'Hasan citatum adfert (metr. Thawil): Gingiva equorum in

1) Respicit nomen patris Hilali, qui Albâthr (camelus) appellabatur. Et vox قروا et غارب camelum respiciunt.

columellis (salivâ) manat et sub pulvere sonum audis. Nomen Odair, quum a nomine actionis deminutivi formam derivari grammatici haud permittant, formam a voce أبر, posteaquam nomen proprium factum sit, ortum contendunt. Nec non a voce وبر, quâ animal minus fele cinereo colore, caudâ carens (al. longiore cauda) in montibus vivens, quod domibus adsuescit, significatur, mutatâ litterâ Waw in litteram Alif, derivari posse dicunt.

1. Vir ego sum, qui malum suum a cliente suo removet, quum eius digiti colli tui lateribus signa imprimunt.

Suam agendi rationem ab ea, quam is, quem satyrâ perstringit, sequitur, distinguit. Sed quum verba ambigua sint, duplex est intelligendi modus. Posteriorem versus partem aut rixam, quam duo contrahant, ita ut unus alterius collo manus iniiciat aut modum, quo male volentes digitos in hominis tergum vertentis occiput dirigant, dicentes: »hoc perfidi occiput est«, significare. Dicere vult, se alterum, cui inimici sint, malo non petere. Vox اخدعان duas venas in colli latere, propagines venae iugularis externae, ubi cucurbitulae adplicari solent, significat. Verba in scholiis هذه قفا غادر proverbium, quod in Meidanii opere C. 27, 9 sic legitur: هو قفا غادر شر »Id si perfidi occiput esset, malum esset«, respiciunt. Proverbium in eo adhibent, cui pulchra animi indoles est, dum corporis foedam formam habet.

2. Modo virorum levibus ossibus praeditorum creatus sum, inter quae artuum compages complicatae sunt.

Corpus suum describit. In viris corpus gracile et haud pingue laudatur conf. Ham. ٩١٥ v. 5. Quod toti corpori tribuendum fuit, id ossibus adscripsit, quippe quae praecipua corporis pars sint, quâ nititur. Quid autem verba تطوى المفاصل velint „compages artuum complicatae sunt", non admodum clarum est. Mihi verba significare videntur, compages esse haud laxis ossibus ab invicem distantibus; sed scholiastes in ossium levitate et carnis paucitate rei causam videt. Poeta, se multa carne haud impediri, dicit, quominus membra leviter moveat, quippe compages artuum carne haud distineantur. Vox تطوى pro تتطوى est. Mersukius pluribus versus sensum sic explicat: تبجح في هذا البيت بانه شخت من الرجال قليل اللحم مديد القامة فخلقه خلق الرجال لا خلق النساء فلا يشينه سمنة ولا فشل ولا يقعد به آفة ولا كسل فاعظمه خفاف ومفاصله بينها مطوية مخمصة لطاف.

3. Animaque, cui rerum eventus clari sunt, ut, si velis, in absentia quid facias tibi nuntiaturus sit.

Sagacitatem suam tantam esse dicit, ut absentis facta noverit. Scholiastes noster verbo جلت sensum intransitivum tribuit; contra Mersukius dicit: هذبه الامور وكشف عنه الطبع والرين مزاولة الامور. „Res eum instruxerunt et diligentia in rebus adhibita ab eo sordem detersit". Verba ظهر الغيب loco definiendo inservire, scholiastes dicit, quum voci ظهر significationem vocis وراء (pone) tribuat. Id est: quum in tergo absentiae seu pone absentiam, quae tanquam persona res occultat, stet, ut oculis res cernere haud liceat. Simili modo verba عن ظهر الغيب in Lebidi Moall. versu 47. et Ham. ٣٥ l. ١٥ verba بظهر الغيب adhibita sunt.

Vox ما in versu locum verborum الشى الذى tenet, ut post vocem فعل suffixum obiecti s suppiendum sit. **(p. 630.)**

4. Neque ego carnosus sum sicut tu, quem mulier nupta, dum a marito absens erat, lacte abundans concepit,

5. Filius somniorum dormientium natus es et neminem tempori puritatis tuae se ipsam, cui nuberes, invenit.

Ad satyrae argumentum transiens eum carnosum et spurium esse dicit. Scholiastes partem scholii ab altera separavit, quamquam magna scholii pars, quae versum posteriorem sequitur, ad priorem spectat; sed causam, cur id fecerit, in verbis versus posterioris cernimus, quibus eum haud recto modo a matre conceptum esse. viro obiicit. Corpus carnosum et pingue in viris vituperatum esse vidimus (v. 2.). Mersukius adnotavit, ante suum tempus in priore versu exstitisse احتملت; sed احتلمت legendum esse, versus posterioris verba ostendere. Voce احتملت recepta octavae verbi formae eadem, quae primae convenit, significatio tribuenda est; sed silentio praetermittendum non est, primam formam aut nunquam aut raro tantum cum praepositione B a construi. Sed quum verba احتلمت به et ابن احلام النيام ambigua sint, ut, quid poeta voluerit et quomodo rem cogitaverit, vix dici possit, in varias interpretes abière sententias. Eum patre carere, poetam viro obiicere, dubium non est. Pars dicit, feminam somniantem gravidam factam esse, quod peioris sit habendum, quam si scortans [1]) eum conceperit, nam tali modo natus non poterat non debilis vilisque haberi. Num res re vera fieri potuerit, quaestio esse non potest, quippe satyrâ perstringens, ut alteri contumeliam inferat, a veritate recedere haud dubitat. Qui autem legendi modum احتملت praefert, scortando virum natum esse dicens, rem sic explicat: Mulierem, marito dormiente et somniante cum alio rem habuisse et hanc esse causam, cur vir filius somniorum dormientium appellatus sit. Sunt quoque, qui versum sic legant: ولست بربل مثلك احتملت به حصان نات عن فحلها وهى حايل et voce ربل plantas significari dicant, quae carente pluviâ aut rore aut noctis frigore fine aestatis progerminent. Hi virum, qui patre careat, cum illis plantis comparatum esse contendunt. Matrem repudio dimissam fuisse. Ut autem patrem quemlibet a viro omnino removeret, poetam matrem tanquam pudicam descripsisse et rei confirmandae causa vocem حايل addidisse. Quae vox quum mulierem, quae non conceperit, designet, poetam eâ adhibitâ impediturum fuisse, quominus maritus, a quo dimissa sit, viri pater putetur. Vox حائل animal lacte abundans et plenum lacte (uber) significat. Quae significatio si in versu locum habet, nil significare potest nisi feminam, dum lactaret, concepisse, quae res foetui novo non poterat non noxam adferre, ut infans infirmus fieret; sed Mersukius voci libidine plenae significationem tribuisse videtur; dixit enim وهى ممتلئة شبقا, dum scholiastes noster ei aut semine viri plenae aut gravidae significationem dat. Vocem ابن quamquam vocibus cum eo sequentibus definita est, tamen statui describendo inservire dicunt

1) Vox لزنية opposita est voci لرشدة. Dicitur جاء لرشدة. »Spurius natus non est«.

(conf. Gram. Ar. T. II p. 270.). Interpretes, ne contra regulas peccatum sit, vocem ro vera definitam nou esse dicunt. Grammaticus Abu-l'Ahla putat, vocem ابن a sequento voce separatam esse, quasi poeta dixorit: ابنا لاحلام النيام. Separationem autem saepius invoniri dicunt, qnum adiectivum cum priore voce coniunctum posteriori describendo inserviat. Sic in verbis مررت برجل حسن الجارية adiectivum pulcher cum viro coniunctum est; sed re vera pueliae pulchritudinem designat. In nostro autem res locum non habet, quippo filius somnlis non tribuatur. Beatus de Sacyus grammatici Ebn-Djinni explicandi modum sequentibus vorbis adscripsit: نصب ابن احلام النيام حالا فان قلت فانه معرفة قيل لما كان مثلا لا حقيقة تحته عاد به المعنى فى التنكير كما ان قولهم ادخلوا الاول فالاول لما لم يرد به التعريف اولا بعينه وكان معناه ادخلوا متتالين جاز ان يكون حالا فكذلك ايضا لما.كان معنى ابن احلام النيام اى جئت ساقطا هلهلا نغير رشدة جاز ايضا ان يكون بلفظ المعرفة لانه فى معنى النكرة. Silentio praetermittendum nou est, in Ebn-Djiunii opere partem versus sic legi: لم تجد لنفسك الا صهرها من تباعل. »Tu non invenisti tibi praoter eius (matris) cognationom ullam, quacum rem haberes«. Sed praeter hunc diversum legendi modum triplex logendi modus exsistit. لصهرك aut لطهرك aut لظهرك. Primum Mersukius habet cumquo verbis لمن تصاهره فيك اى تخالطه (sic in scholiis legendum est) explicat. Vox صهر cognationem, quao connubio cum familia fit, designat, ut Morsukius velit, eam neminom invenire, quocum conuubio se coniungat, ut tu nascaris aut, si vox تجد secunda verbi persoua habeatur, virum illum, quum patrem non habeat et tam ignobilis sit, ueminem praeter matrem inveniro, quacum se conlungat. Vox طهر autem tempus, quo mulier menstruis libera est, designat, ut hoc in vorsu, si vox تجد tortia persoua est, tempus sit, quo virum concepit, quippe Arabes nonnisi tempore, quo meustruis liberae sint, cum mulioribus rem habere soleant; sin vero socunda persona est, tempus designot, quo vir mulioro uti possit. Tertius denique legendi modus ظهرك dorsum tuum dorsum, e quo vir prodiit, signiﬁcat, quippe procreandi facultas in medulla spinali sedem habere putetur. Voces الا نفسها oxceptionom praemissam esse, scholiastes aduotavit, quippe verba من تباعل, si ordiuis ratio habeatur, sequantur, necesse sit. Ut verbi باعل significationom probaret, scholiastes versum poetae Alhothaish oppellati adnotavit sequentem (metr. Thawil): Quot fominas pudieas, nuptas, roliqui; quae quum nox obscura ost, neminem invouiunt, cui uxores sint. Grammaticus Abu-Mohammed Alshrabi, ut, falsam interprotum seutentiam esse, significaret, ox moro suo proverbio: Arcus mutatus ost in panniculum, qui lapidibus, quorum ope uvao oxprimuntur, supponitur. (conf. Meid. T. III P. 1. Nro. 2529.) usus est. Versus Somaili esse uogans, eos Arthaho b. Sohajjah Somailum increpanti adscribit. Versus quoque vitiosos sic corrigendos esse: ولست بزبل مثلك احتلمت به عوان نات عن بعلها وهى حايل فجئت ابن احلام النيام ولم يكن لبضعك الا طهرها من تباعل (p 631.) quorum posterior sic vortendus: Tu venisti tanquam filius somniorum et tu non habuisti pro genitali arvo mulieris tuo (i. e. tu cum muliere rem habere non potuisti) quam in matrimonium duceres aliam quam eius (matris) statum purum.

VI.

Charidjah b. Dhirar Morrita dixit.

In quibusdam exemplaribus versus Somailo Charidjahum b. Dhirar increpanti tribuuntur. Somailus, nisi fallor, idem est, cuius mentio Ham. p. ١٦١ sqq. et Meid. T. I p. 622. invenitor. Othsmani tempore vixit. Versum beatus de Sacyus in Anthol. gram. p. 128. mentionem fecit opinatus, in codice suo vitium esse, quum initio versuum اخارج scriptum sit. Dubio obnoxium non est, si initio اخارج legatur, versus Somaili esse; sin vero اخالد sit, Charidjaho versus tribui posse; sed mirari licet, quod in Mersukii codice versus, quamquam voce اخارج incipiant, Charidjaho tributi sint.

1. O Chalide! nonne, quum gentem haud nosses, pravam linguam cohibuisti, ne turpia verba proferret?

Chalidum, sine notitia gentem vituperantem, increpat. Verba سفهت عشيرة duplici modo explicant aut vocem عشيرة verbi obiectum aut verbi definiendi gratia (تمييزا) additam esse putantes. Arabum Grammatici inter duas verbi intransitivi formas discrimen esse statuunt, formam فعْل nunquam significationem transitivam habere, formam فعل autem eam admittere. Re vera verba intransitiva obiectum modo transitivorum habere non possunt et casus accusativus semper modo, quem Arabum grammatici تمييز appellant, explicandus est. Sensus autem duplex inde oritur. Qui priorem explicandi modum recipit, gentem, quam laeserit, designari putat; qui alteram praefert, suam gentem, significaturus suam gentem stultam esse, ita ut gentis stultitiam poeta in ipsum transtulerit. Stultum autem eumque, qui ad gentem stultam pertinet, minime decet alios contumeliis laedere. Verba ان يتدعرا in margine Mersukii sic explicantur, ut causam designent pro مخافة ان sutimena non dicta. Littera Alif in fine vocis homoioteleuti causa addita est. In codice Tebrisii voci اخالد alter legendi modus اخارج superscriptus est.

2. Tu parvus eras, quem patrueles tui exceperunt, donec violentus superbusque fieret.

Ei ingratum animum obiicit, quum gentis, a qua receptus sit, beneficiorum immemorem se ostenderit. Vox حوتكى proprie struthiocameli pullum designans in debilem, qui parvos gressus facit, translata videtur. Scholiastes verbum الآى, cui retinendi et concinnandi significatio tribuitur, maxime in negando adhiberi, dicens versum metri Redjes sequentem adnotavit: Manuum tuarum altera ob liberalitatem drachmam haud retinet, altera in bello sanguinem profundit.

3. Tu autem, dum poesin ad nos vendendam mittis, ei similis es, qui in regionem Chaibar dactylos vendendos mittit.

Quod ad gentem versus satyricos mittat, rem inutilem esse, quum versus eius nullius pretii habeantur. Posterior versus pars in proverbium venit, quod a poeta Nabeghah Dsobjani aut iam adhibitum fuit aut inventum, dum posteriore versus parte, quem Meid. C. 22,

100 citavi, seriore tempore viventes tanquam proverbio usi sunt. Simili modo كمستبضع التمر الى هجر dicitur. Uterque locus quum dactylis abundet, rem inutilem is facit, qui dactylos ibi vendendos mittit. Chaibar nomen oppiduli aut sex aut quatuor diorum spatio ab oppido Medina remoti, in regione orientali et septentrionali siti (Abulf. Geogr. p. ٨٨) est. Febris in isto loco periculosa erat Meid. C. 2, 36. 108. Hadjar nomen est, quod totam provinciam Bahrain ad mare Persicum, in quo insula eiusdem nominis est, sitam complectitur. Provincia dactylorum feracissima est conf. Abulfed. geogr. p. ٩٩. Ut autem illi loci dactylis abundant, sic locus Barek sale abundet necesse est, ut in proverbii consuetudinem venerit.

VII.

Ohmarah b. Ahkil dixit.

(conf. Ham. ٣٧٣ infr.)

Grammaticus Abu-l'Fath nomen Ohmarah inventum et haud derivatum esse dixit. Vocis significationem eum nesciro, ex verbis grammatici Allaita, quae addidit, concludo. Grammaticus Abu-l'Dokaiseh, quum ab Allaitso, quid voces دقش et دقيش significarent, interrogatus, se nescire, dixisset et alter quod quia cognomine appellatus sit, cuius significationem haud nosset, se mirari ostendisset, grammaticus rem eo excusavit, quod cognomina signa (significatione carentia) essent [1]).

1. O filii Monkidsi! ne Deus vos a metu securos esse sinat; sed vilitatem vestram infirmitatemque augeat!

2. Et quis post Najelam in vobis spem positurus est, quae vae! clamavit, quum Ghalibi ultionem vidisset?

In priore versu genti Monkids male precatur in posteriore causam addens. Feminam Najilah appellatam gens coegerat, ut occisori patris aut filii nuberet vindictâ neglectâ. Gentem igitur, hoc ultionis officio intermisso, vilem se ostendisse, ut nemo in ea fiduciam amplius ponere posset. De ultione necis T. I p. 421 et II, 46, 153 sermo fuit. Officium ulciscendi intermissum fuit aut quod potentissimus quidam occisorem tueretur, aut quod sive pretio sive timore retinerentur. Dubitantes autem Arabes, officione satisfacerent an pretium acciperent, sagittam in aerem mittere solebant, ut, si haud cruenta rediret, pretium acciperent, sin cruenta, necem ulciscerentur. Ebn-Alahrabius dixisse fertur, sagittam semper haud cruentam decidisse. Morem hunc versus Hodsailitae respicit sequens (motr. Camel): عقوا بسهم ثم قالوا صالحوا يا ليتني في القوم اذ مسحوا اللحى. Sagittam in coelum jocêre, tum dixerunt: Pacem componite! Utinam ego in gente fuissem, quum barbam abstergerent. Solebant autem signo pacis manu barbam abstergere. Vox ويلها est loco obiecti vorbi pro بويلها. Scholiastes ad verbi usum explicandum locum Corani Sur. 10, 11. adnotavit: Ultima vestra advocatio sit: Laus Deo, domino mundorum!

1) Auctor Kamusi grammaticum lunus appellatum interrogasse scripsit.

3. *Id vocavit, dum in eius (viri) vestibus duo sanguinis vestigia erant, permixti cum sanguine, qui in eius veste haud deletur.*

Matrimonium cum occisoro vituperat. Virum duplici sanguine inquinatum esse, uno occisi ab ipso hominis, altero virginis illius concubitu orto. Loco vocis خليطا legitur quoque شريكا, qua duae res diversi coloris significantur, ut duplicem sanguinem, cuius mentionem fecimus, diverso colore se distinxisse, poeta iudicet. Loco verborum من ثوبه legitur مهراقه »ab eo profusus«, ut quoque sequenti voci غير nominativus sit. Scholiastes verba »sanguinem occisi in veste hominis esse,« significare, virum ab eo occisum esse, dicens, sententiae probandae causa Ausj b. Hadjar versum sequentem adnotavit (metr. Camel): Certior factus sum, te sanguinem illicitum cepisse, ut in vestem tuam striatam profusus esset.

VIII.

Tharafah b. Alahbd dixit.

(Conf. de poeta Reiskii prologum ad Tharafae Moall. p. XIX.)

1. *Id quod susurras dicisque, Sahdum b. Malec, Ahmruum Auhfumque a duabus domibus tuis separavit*

Mendacia ei obiecit, quibus effecerit, ut tres viri a patris matrisque familia se separarent. Trium virorum, quorum mentionem fecit, pars ad patris, pars ad matris familiam pertinebat. Inimicitiae igitur causam, ob quam eius partes se separaverint, in sermonibus falsis videt. Vocem ما grammatici duplici modo explicant aut loco vocis الذى esse, ut post verbum تقول et تشى suffixum suppleatur aut locum particulae (حرف) tenere, ut cum verbo pro nomine actionis sit. Silentio praetermittendum non est, Reiskium in prologo ad Tharapham p. XLV hosce versus exeripsisse latineque vertisse.

2. *Et tu erga maxime propinquum aquilo frigidus, Syriacus, qui efficit, ut facies contrahatur, humidus es.*

Agendi modum eius in propinquos, quo laeduntur, cum vento septentrionali, e Syriae regione tempore hiemis spirante, hominibus ingrato comparat. conf. Ham. ٩٠١ v. 6. Humidum ventum appellat, quod pruina cum eo coniuncta est. Comparatione autem dicere vult, modo, quo ventus ille hominibus malum adferat, virum nocere. Quum ventus septentrionalis nonnisi e regione Syriaca versus septentionem alta spiret, vox شامية non tam vento describendo quam sententiae confirmandae inservit. De versus sensu conferas Ham. ٩٢٨ v. 1.

3. *Tu erga remotum Zephyrus haud frigidus es, a quo ab omni latere excitata oritur coenum faciens pluvia et torrentem.*

Tum eius erga eos, qui propinquitate cum eo coniuncti non sunt, agendi rationem, quam iis benefecit, cum Zephyro pluviam largam adducente comparavit. Zephyrum haud frigidum appellat, tum coenum facientem, id quod leni pluviae convenit, denique talem, quae torrentem producat

ut pluviam continuam esse indicet. Talis autem pluvia pabuli abundantem copiam producere solet. Verbum تنذاب (ut pro تتذاب sit), cum vocali Dhamma in fine et cum vocali Fatha (ut praeteritum sit), in codicibus profertur. Voces مرزغ et مسيل in prima littera quoque cum vocali Fatha efferuntur.

4. Ego certo scio neque opinione nitor, eum, cuius cliens despectus sit, vilem esse.

Viro perfidiam erga clientem, ut eum haud defendat, obiicit. Proverbia ipsa monent, ne quis clientes frustretur aut deserat conf. Meid. 7, 33. 24, 339. Quum verbum علم de opinione quoque adhibeatur, verba ليس بالظن addidit, ne quis de veritate sententiae dubitaret. Pronomen in voce انه a grammaticis, quod totam sententiam sequentem complectitur, pronomen rei appellatum est. Gram. Ar. T. II p. 371. 372. Rei explicandae causa scholiastes sequentem Almosajjabi b. Ahlas versum adtulit (metr. Motakarib): Inter homines sunt, qui longo remotis dona dent et per quem propinquus miser sit.

5. Viri lingua, cui prudentia non est, ipsius locos patentes indicat.

Hic versus, qui in Mersukii codice desideratur, sensu cum priore minus cohaeret. Eum vituperat, qui arcana non custodiat; sed imprudenter loquatur. Non posse non cum suâ culpâ in noxam incidere. Vox عورة loca nuda, contra hostem haud defensa significantur.

(p. 633.) IX.

Boschair b. Obajj b. Djadsimah etc. dixit.

In Mersukii codice nomen Bischr b. Abi-Djodsaimah scriptus est.

1. Num caudam nobilibus moves, o simia gentis Hidsjami! et num simia ad caudam movendam creatus est?

Quendam gentis Kird vituperat, quod ipse vilis in nobiles invehat. Versui lusus verborum inest, nam, quum gens Kird (simiae) nomen esset, istum tanquam re vera simium allocutus est. Hidsjam mihi gentis nomen; Kird autem cognomen fuisse videtur. Verbum خطر admissarium cameli caudam movere, quum in alterum admissarium irruit, significat et virum cum admissario comparari vidimus (conf. Ham. ٣٢٧ v. 4). Versus sensus igitur est: Tu simio similis tanquam camelus admissarius te geris et instar principis in nobiles inveheris. Poetam simiam brevi caudâ praeditam ante oculos habuisse, e proxime sequente versu cognovimus, ut verbum خطر improprie adhibitum sit. Rem ipsos facere, quae naturae et conditioni haud conveniat, dicit.

2. Caudarum brevitas impedire debet, quominus caudam moveatis, dum vilitas gentis Kird quovis loco est.

Monet gentem, ne naturae conditionique contrariam agendi rationem sequatur et quo loco versatura sit, eo vilitatem apparituram esse dicit. Sunt, qui Banu-Kird cognomen convicii causa datum esse dicant.

3. *Iumenta tua, o gens Hidsjam! pinguia sunt; sed merita vestra in gente pinguia non sunt.*

Curam, qua opibus suis operam dant, dum honorem negligunt, iis ebiicit. Scholiastes rem explicans dixit, eos camelos iuvencos lacte bene nutrire, ut pingues sint; sed hospitibus pauperibusque lac recusare. Vox autem تعدانكم quum non bene adhibita videatur, grammaticus Abu-Mohammed Alahrabi eam reiecit, قردانكم »ricini vestri« legendum esse putans. More autem suo vituperationem proverbio (Meidan. C. 25, 15.). »In eius podice est, quod non videt (aut in alio exemplari quod nescit)« (in Meidan. استها legitur) incepit. Grammaticus Abu-l'Neda in versu cameli pediculos significari dixit. Homini autem pingui, comparatione a camelo desumta, proverbiali modo dici „Repunt eius pediculi" conf. Meid. 8, 21. Honorem pinguem improprie dictum esse, nemo non videt.

X.

Forahn b. Alahraf filium suum Monasil vituperans dixit.

In Kamusi opere, poetam e gente Morrah oriundum latronem fuisse, legimus. Tempore, quo Ibrahim b. Ahrabi provinciae Jemamae praefectus erat, vixit Ham. ٣٣٣.

1. *Cognatio inter me Monasilumque modo retribuat, quo petens debitum suum exigit.*

Optat, ut Deus filio agendi rationem rependat, qua cognationis vincula ruperit et, ut indicet, se velle, ut iusto et perfecto modo retribuatur, versus posteriorem partem addidit; creditor enim debitum perfecto modo nil concedens reposcit. Posterior autem versus pars sic quoque legitur: جزاء مسىء لا يفتر طالبه „modo quo malefacienti retribuitur, a quo vindictam petens languidus non fit.

2. *Profecto! eum educavi, donec, quum longus evaderet, parum abfuit, quin dorsum eius instar cameli dorsi fieret.*

Ut ingratum filii animum ostenderet, quomodo eum, nullâ curâ intermissâ, educaverit, describit. Loco vocis لربيته in Mersukii codice تربيته legitur. Secunda et quinta verbi forma eandem educandi significationem efferunt. Filium suum cum camelo admissario comparavit et eius staturam longam cum magnitudine cameli poetam contulisse, ex voce شيظما adhibita, quae procerum designat, cognoscimus. Vox غارب superiorem dorsi partem in camelo designans in hominem et ipsam aquam translata est. Poeta Albothaiah mulierem urinam egerentem satyrico sermone sic descripsit (metr. Thawil): Ex Hindae inferiore parte verticibus praedita, quae undis movet scapam, elatas undas habens, (urina) fulva prodit.

3. *Et quum me vidisset eum, cui, dum propinquus erat, una persona plures viderentur et personae remotae tanquam propinquae,* **(p. 634.)**

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, se senem, cuius visus debilis factus sit, describit, ut in ipsum filii iniuria turpior habeatur. Vox قريبا statui describendo inservit. Beatus de Sacyus ex commentario Ebn-Djinnii adnotavit, modum, quo vox الشخص cum voce

اذا coniuncta sit, talem esse, quae a grammaticis coniunctio nominatae rei cum nomine suo appelletur. (اضافة المسمى الى اسمه). Sic in verbis poetae Alcomait (metr. Thawil): اليكم ذوى آل النبى تطلعت. **A d v o s, o p o s s e s s o r e s n o m i n i s g e n t i s p r o p h e t a e! i n t e n t a f u i t.** Idem dixit, Ebn-Djinnium monere, ut voci البعيد casus accusativus detur.

4. Ius meum occultavit iniuste agens et manum meam detorsit; Deus autem, qui eius victor est, manum eius detorqueat!

Ipsi aeni rem debitam eum denegasse et vim intulisse, ne rem caperet. Hic versus, si versus tertius omittitur, cum verbis حتى اذا in versu secundo cohaeret; sin vero tertius intercedit, cum voce فلما coniungendus est, ut verba حتى اذا suspensa maneant. Poeta more senis in his et sequentibus verbis verbosus est verborum praeteritorum oblitus. Conferas versum secundum sextumque. Verba لوى يدى »manum meam torsit«, vim, quae patri intulerit, designant. Ham. ٢٣ versus sic scriptus est: تظلمنى حقى كذا ولوى.

5. Et quum esurivit aut ploravit, apud me ei dulcissimus optimusque cibus erat

6. Eumque educavi, donec eum relinquerem virorum socium et barbam superioris labii non opus esset abstergi.

Redit ad modum describendum, quo filium suum, quum puer esset, tractaverit. Fieri solet, ut nimis boni parentes pueris plorantibus dulcem cibum porrigant. Aut generalem sensum verba habent aut morem respiciunt, quo infantibus lac cum dactylis coquebatur. Se bonum patrem describit. In posteriore versu tempus designatur, quo puer vir factus sit, tempus, quo puer adultus in conciones introduceretur. Vox شارب **b i b e n s** barbam superioris labii designat, quae pueris haud adultis in bibendo humectatur, ut abstergi opus sit. Vocem اخا, quamquam cum voce القوم articulo definità coniuncta est, statui describendo inservire scholiastes dicit. De re conferas Ham. ٦٣٠ v. 2 ad verba ابن احلام النيام. Nil autem invenio, ad quod vox حتى huius versus referatur. Hi et sequentes versus in Mersukii codice non sunt.

7. Et eos (camelos) coniunxi nigros, duros, quasi essent palmae parvae, quarum latera amputata non sunt.

Suffixum in voce جمعتها, quo referatur, non patet. Beatus de Sacyus adsripsit, se de equis aut camelis sermonem esse putare. Ad camelos suffixum spectat, nam ad marginem codicis Tebrisii verba يعنى الابل »camelos significat« adscripta sunt. Cameli nigri magni aestimantur. c o n f. Antara Moall. v. 12. sch. Eos cum ramis palmae haud amputatis ni fallor, ob crinium multitudinem et longitudinem poeta comparavit.

8. Tum me ex iis expulit turbatum animo, quasi essem gladius Jemanensis ab acie sua separatus.

Ad iniuriam ipsam describendam transit. Filium ipsi camelorum gregem eripuisse queritur. Verbum autem فاخرجنى comparationis habita ratione me commovit, ut in hoc versu suffixum ها in voce منها ad camelos referrem. Se ipsum dignitatis suae pristinae memor

cum ense Jemauensi comparavit. Eadem comparatio Ham. ۱۳۱ et ۱۳۲ v. 6. invenitur et gladii Jemanenses celebrantur conf. P. 1. p. 348. 526. 554. 558 etc. Ut autem se senem factum non amplius nocere posse significet, istum gladium acie carere dicit.

9. Num, quod manus patris tui tremunt tuaeque manus pedibus anterioribus leonis similes sunt, eum percutis?

Qui eum percutit, qui se defendere potest, minus iniuste agit, quam qui senem debilem. Hoc igitur versu maxima filii iniustitia indicatur. Tremor manus signum debilitatis est. Leone hoc in versu non tam herois virtus, ut saepissime; sed robur magnum indicatur et haec res causa est, cur manus filii cum pedibus anterioribus leonis poeta contulerit. Abu-Rijaschus narravit, Menasilo b. Ferahn filium fuisse nomine Chalidj, qui ad familiam Alahnafi b. Kais pertineret. Contra quem quum filius inobsequentem se gessisset, Monasilum eum ad Ibrahimum b. Ahrabi, provinciae Jemamah praefectum, ut eius auxilium imploraret, adduxisse et rem sequentibus versibus exposuisse (metr. Thawil): Chalidjus debitum officium mihi iniuste denegavit et contra me inobsequentem se gessit tempore, quo ossa mea instar arcuum (i.e. senectute incurvata) erant. Et rerum illicitarum daemones adduxit, quasi in domo mea ignis flagrans accensus esset. Eum educaveram laetatus; sed ne post me vir filio laetetur! Sed quomodo ex eo bonum sperare licet, quum eius mater scelerata sit, a qua res illicita ex inopinato haud accidit. Bonum ex eo speravi, quum eum plus petere putarem; sed pars eius, quod addebatur, nil nisi poena (mihi) erat. Filium quum praefectus verberibus castigare vellet, hic dixit: Deus principi benefaciat! Ne festines in me puniendo! Num hic tibi notus est? Quum alter, se eum haud nosse, dixisset, eum Menasilum esse respondit, qui contra patrem inobsequentem se gesserit, ut pater sequentes versus جزت رحم etc. diceret. Tum praefectus dixit: O tu! inobsequentem te gessisti, et in te filius inobsequens est. In te verba Abu-Dsoaibo a Chalido dicta optime conveniunt (metr. Thawil): Ne agendi modum impatienter feras, quem tu ipse secutus es, nam qui agendi rationem sequitur, eâ primus contentus est. (conf. Meidan. C. 23, 481. ubi res narrata est.) Abu-Dsoaibum puerum vir quidam ad feminam amatam mittere solebat; sed adultus Abu-Dsoaibus amicam a viro abalienavit. Idem quoque quum Abu-Dsoaibe, qui Chaledum miserat, accidisset, mulierem graviter reprehendit dicens (metr. Thawil): Tu me simul cum Chalede possidere vis, num autem duo gladii in unam vaginam, vae tibi! simul recenduntur? Tum Chaledus dixit: Ne agendi rationem, quam tu ipse secutus es, impatienter feras etc.

XI. (p. 635.)

Ahrik Thajjita gentem Mondsiri [1]) satyrâ vituperans dixit.

Auctore Abu-Rijascho Ahrik cognomen e versu sequente inditum Kaisi filii Djirwahi

1) Vox المناذرة pluralis forma a nomine المنذر derivata est. Familia Mondsiri, regis Hirae sedem habentis, aut homines cum ea coniuncti significantur. Simili modo المهالبة et المسامعة dictum est. conf. Djeuhar.

est, (metr. Thawil): Profecto! si partem eius, quod facitis, non permutas, ego os, quod rodo, aggredior. conf. Ham. ٧١١. Vox ذو pro الذى dialecto gentis Thai propria est.

1. Per Deum! Si filius Djafnae vicinus vester fuisset, profecto! facies vestras depressisset et viles reddidisset

2. Et catenis (vos onerasset), quae in collo vestro inflecterentur et funes vestros rupisset.

Poeta gentem suam, ut videtur, alloquens dicit, virum, quem Ebn-Djafnah cognomine appellat, clientelae officio haud satisfacientem eos in captivitatem abducturum et gentis agmina dispersurum fuisse. Verbum غض in vultu adhibetur, quem homo aut quod tristis sit aut quod debilem vilemque se sentiat, in terram demittit, tum vox غضاضة ipsam tristitiam vilitatemque, quae in facie adparet, designat. Ut laua cum veste Ham. ٣٨٣ v. 2. comparatur, sic vilitas cum ea comparari poteat conf. Ham. ٨٠ v. 1., quae comparatio ex nau verbi كسا elucet. conf. P. II, 14. Minus bene poeta cum illo verbo nomen سلاسلا couiunxit. Scholiastes ad sensum id factum esse dicit modo, quo alius dixerit (metr. Camel): O utinam maritua tuna gladio cinctus esset et hastam (teneret) conf. Lebid. Moall. v. 6., ut verbum, a quo vox سلاسلا regeretur, ad sensum supplendum sit. Loco vocis يتثنى legitur ينبتن »oriuntur« et تُنْتِن »sanguine infectae sunt« et يبرقن »splendent«. Posteriorem autem versus partem cum loquendi modo تقطعت عنه الاسباب »debilis factus est«, ut rebus necessariis careret, conferri licet, ut eos debiles factos et dispersos esse significet.

3. Eiusque consuetudo fuisset, ut vicinis feminis muscum et pallia odoribus imbuta et scutellas ligneas offerret.

Verani si sensus satyricus est, nil aliud significare 'poteat, nisi virum donis et hospitalitate vicinas corrumpisse. Lac aut cibus in scutellis ligneis offerebatur. In codicis Tebriaii margine pro voce عادته tanquam rectus legendi modus غارته »incursio eius« adscriptus est. Grammaticus Abu-Rijasch versus Tsormolaho b. Schahahta Aladjäi, Ahrikum loquentem inducenti tribuit. Versuum causam sequentem fuisse tradidit. Ahmru b. Almondsir b. Mäiasema, cuius mater Hind, filia Alharitsi regis, erat, cum gente Thai pactus erat, ne ipsorum terra hostiliter invaderetur et ipsi in gloriae certamine vincerentur. Qui quum aliquando ex incursione in provinciam Jemamah facta sine praeda rediret, Sorarahus b. Ohdos (e gente Tamim oriundus et religioni Magorum addictus. Rasmuss. Addit. p. ٧٣) principem, ut e gente Thai praedam auferret, instigavit. Princeps id fieri posse ob pactum negans, tamen, quum alter petere haud desisteret, tandem commotus est, ut feminas et camelorum agmina in potestatem redigeret. Huius rei Kaisus b. Djirwah Aladjäi mentionem faciens dixit (metr. Thawil): Eheu! ei salutem dic quem amas etc. (conf. Ham. ٧١٠). Quos versus quum Ahmruus audivisset, Sorarahus ei dixit: Is se rem ulturum esse prae se ferens tibi minatur. Quam ob causam Ahmruus Tsormalaho dixit: Patruelis tuus satyricos versus contra me proferens mihi minatur. Ille autem, ut factum turpe esse ostenderet et odium a patruele remo-

veret, versus sic mutatos (schol. l. 8.) protulit (metr. Camel): Per Deum! si Ebn-Djafna vicinus vester fuisset, vos tristitiâ, vilitate et catenis non texissit, catenis, quae in collo vestro splendent; sed tunc hos funes (vincula) rupisset; nam eius consuetudo erga vicinos agendi est, ut aurum, vestes odoribus imbutas et scutellas offerat. Ebn-Djafnah cognomen Ahmrui b. Alharits est, qui verbis potius laudatur. Ahmruum b. Hind ob factum suum vituperans dicit, illum, si gentis Thai cura ei commissa fuisset, contrario modo se gessurum fuisse. Ahmruus b. Hind autem iis auditis, se eum occisurum esse iuravit; quapropter Ahrikus versus dixit, qui in Hamasa p. ٩٣٥ inveniuntur.

XII. (p. 636.)

Mosawir b. Hind b. Kais b. Sohair gentem Asad vituperans dixit.

(De poeta conf. ٢١١.)

1. *Gentem Koraisch fratres vestros esse, contendistis; iis consociatio est; sed vobis consociatio non est.*

Asaditae, gentis Koraisch fratres se esse, gloriati erant. Eos autem Koraischitis dignitate aequales non esse, poeta dixit. Koraischitae consociati mercaturae causa tempore aestatis hiemisque in Syriam et Arabiam felicem iter faciebant. Hoc gentem Asad facere negat. Populus Asad se fratrem gentis Koraisch dicere potest, quod filii Modrecahi gentes Hodsail, Asad, Cenanah et Koraisch sunt conf. Ebn-Kotaib. p. 67. De hoc versu conferas: Almookhtusur p. 327.

2. *Ii a fame metuque securi sunt; sed gens Asad esurivit metuitque.*

Gens Koraisch mercaturâ sibi opes potentiamque acquisivit. Hoc in versu poeta Corani locum Sur. 106, 1. respexisse dicitur.

XIII.

Kahnab b. Dhamrah, cuius mater Omm-Zaheb cognominata erat, dixit.

Poeta unus e gente Banu-Ahbd-Allah b. Ghathfan tempore Alwalidi b. Ahbd-Almalec (regn. ab anno 86 usque ad annum 96) vixit.

1. *Si suspicionem audiunt, eam celeriter a me profectam auferunt gaudium percipientes; sin autem bonum audiunt, id occultant.*

Inimicorum iniquitatem in ipsum exponit, quae se in eo ostendat, quod rem malam, quamvis dubio non careat, ab eo profectam statim inter homines summo cum gaudio divulgent, quamcunque bonam autem rem summâ cum curâ occultent. Poeta quum futurum يسمعو praemiserit, futurum sequeretur necesse erat; quod autem praeteritum طاروا posuit, id licentiis poeticis adnumerandum est. Vox فرحا duplici modo explicari potest, ut causa indicetur aut ut

statui describendo inserviat pro فرحين; fieri enim solet, ut nomen actionis loco participii aut adiectivi ponatur conf. Gram. Ar. T. II p. 73. Vox عنى cum verbo يسمعو coniungenda est pro من جهتى. In Tebrisii codice alter legendi modus عنى unde me« superscriptus est. Vox طاروا et دفنوا studium diligentiamque in re aut divulganda aut occultanda indicat. Vox ريبة adhibita rem malam, quam ab eo peractam audiunt, non certam esse; sed nonnisi suspicione niti, vox صالح illi opposita bonam certam esse significat.

2. Surdi sunt, quum bonum de me prolatum audiunt, sed quum malum de me profertur, aures admovent.

Inimicitiam eorum eo patefacit, quod bonum audire nolunt, malum cum voluptate audiunt. Vox صم praedicatum subiecti هم omissi est. Qui a re se avertit, is اصم عنه dicitur (ut praepositio عن aut cum voce معرض omissa cohaereat aut e voce اصم, in qua vocis معرض significatio sit, pendeat. In hemistichio sequente metri Sarih vox occurrit: Surdus in eo, quod ei displicet, audiens. Verbo اذن hoc in versu aut auscultandi significationem, ut in versu sequente (metr. Raml): Cantu, quem senex auscultat et sermone simili melli albo collecto[1]), aut audiendi significationem adscribunt. Pars autem scholii ad sequentem versum pertinet.

3. Num ignorantiam ergo nos et timiditatem in agendo erga inimicos coniungitis? Profecto! Quam pravae sunt indoles, stupiditas timiditasque!

Duo vitia iis obiicit, ignorantiam in eo, quod boni amici peragunt, et timiditatem in debellandis hostibus. Quod in voce جهلا hunc sensum videam, huius rei causa in versibus praemissis invenio. Accusativum autem duplici modo explicant, eum aut causam indicare aut e verbo omisso pendere (conf. Gram. Ar. T. II p. 84 sq.) dicentes.

(p. 637.)

XIV.

Manzur b. Misdjah Dhabbita dixit.

(Pater poetae Ham. 600 occurrit; sed tempus, quo vixerit, ignotum mihi est.)

1. Camelos principis poenam ab iis expetens agmine centum camelorum lacte abundantium ultus sum et ultionem petens nil reliquit.

Se iniuriam illatam ultum esse gloriatur. In verbis ركاب العير منهم explicandis interpretes discrepant. Grammaticus Abu-l'Ahia voce العير asinum significari dicit, qui inter camelos raptos fuisset, quapropter poeta camelos asini dixerit. Alii voce nomen proprium aut cognomen viri significari et interdum principem voce العير designari dicunt. Sic in versu poetae (metr. Wafir): Colaibus princeps debito obstrictus non erat mane, quum nobis res ingentes imponeret. Dicunt versum duplicem sensum admittere aut poetam agmen centum

---

1) Silentio praetermittendum non est, versum a Djeuhario Ahdijjo b. Said tributum esse et Alazmaihum (contra Abu-Ahmruum) vocis مشار enunciandae modum negare, dum legat ماذيّ مَشَار »mel album alvearis.«

camelorum rapuisse. Schollastes adnetavit, verbum ثار (ulcisci) maxime cum Accusativo personae, cuius occiser eccidatur, construi; aed constructionem cum praepositione B a bonam esse. Ea in verau Obbaidi b. Alabraz [1]) invenitur: (metr. Basith) Si ocoidor, ne mei ulciscendi cauaa veharis; ain aegretua aum; ne mo visitantes te computent (iu aue numero)! Posterior versus para significat, virum, cui officium ulciscendi sit, id occasiene oblata haud praetermissurum esse. Sed loco vocis العير legitur القوم. Vex منهم cum verbo ثارت coniungenda est.

2. E rubris sexennibus et quinquennibus, quasi virgines pulchrae essent, iuvencae.

Iu verau priore cameloa lacte abundantea i. e. bonas appellaverat, in hoc eoa accuratius describit. Primum coleris mentionem facit. Cameli, quorum color albus cum rubro mixtua est, optimi sunt Ham. ٢٩٠ v. 3. Amru-l'Kaia Diw. p. 83. ado. Tum aetatem indicavit. Sexennea et quinqnennes camelos esse dixit, ut invencoa esse indicaret. Optimi autem et maxime robusti novennes erant Ham. ٧٣٦ v. 5. Denique pulchritudinem, dum eoa cum virginibua comparat, iis adscribit. Voeem معصر vario medo explicant. Eam esse dicunt, quae ad tempus iuventutis, ut viro matura sit, pervenerit, aut eam, eni viro nubere conveniat, ut maritus eam premat. Sic poetam Djamil dixisse (metr. Metakarib): Tu (e femina) aimilis unioni aatraprae es cum aqna (pulchritudine) iuventutis tuae, non expressa es. Scholiastes antem dicere vult, in voce تعصرى formam passivam significatione formae activae simillimam esse, quippe femina in inventutia flere معصر (cum Kesra) appelletur. Sic in verbis Ebn-Abi-Rabiahi: Duae sororiantibus mammia praeditae et una iu fiore iuventutis et alins metre Redjes naus dixit: Puella, cuiua domus in regione Safawan est, iam adulta aut aetati maturitatis propinqna, quae leniter incedit, cuius velum in latus inclinat. Ianiteri, apud quem eiua demus erat, dixi: Intreire mihi permittaa, nam eiua aocer et vicinus sum. Ante vocem تيذن particula Lam emissa est.

3. Et si nobis a gente Sahd res parvi momenti accidêre; nos tamen per eam et multitudine et gloriâ cum aliis gentibus certamus.

Gentem poetae, qui Dhabbita appellatur, a gente Sahd nexa adflictam esse, e versu cognoscimus. Poeta autem, se gentis cognationem gloriari, dicit. Dhabbaho, gentis auctori, tres filii erant; sed tota gentis posteritas e Sahde originem duxit. Aut hanc rem sine dubie, aut potius gentem Sahd b. Said-Manat b. Tamim, cuius posteritas numerosa erat, respicit; quod in quinto versu familiae Minkar, quae pars gentis Tamim erat, mentionem fecit. Tamim autem filius Morr, qui frater Dhabbahi erat. Mersukiua verba deridendi et indibrii causâ dicta esse putat, ut mirari poeta videatur, quod, quum talem se gens Sahd gesserit, gens sua eius cognationem gloriaretur.

1) Tempore, quo Hodjrus, Amru-l'Kaisi pater, occidebatur, vixit et ab Almondsiro b. Mâl-ssema occisus est conf. Cliab-Alaghaui.

4. *Profecto! si vicino vestro fidem servare voluissetis, in vobis barbae, colla dura naresque fuissent.*

Ad satyrae argumentum propius accedit. Gentem vicine sno fidem haud servasse obiicit, quamquam rei pares fuissent. Qui efficie haud fungitur, dum vires necessariae haud desunt, maiere reprebensieue dignns est, quam qni rebns ebstantibus impeditus id negligit. Ut gentem robore praoditam esso designet, ei barbas, ne pneri habeantur, collnm erassum, in qno roboris indicium est et nares, quao in ira ob vicinum iniuste tratatnm inflantur, tribuit. Sio Mersukius veraum intellexit. In versu gentem Sahd alloquitur. Scheliastes noster versus aensum sic explicat: Et si inter nes gentemque Sahd edium occultum est, tamen, quum res magnae aceidunt, necessitate pestulante, intime ad auxilium mutuum praestandum eoniuncti sumus.

5. *Pereat is, quem Minkari sponsio decipit! etsi foedus mutui auxilii inter eos ictum est.*

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, eum vituperat, qui in iatis fidueiam ponat. Vocem بهرا a radice بهر (vicit) derivant, ita ut cum hac prima significatiene emnes significationes cohaerere putentur. Vocom autem tam frequenter adhibitam esse, ut in contumeliae usum venerit. Sic eam in verbis Ebn-Majjadahi adhibitam esso (metr. Thawil): Sese amisit gens mea, quum sanguinem meum pretie puellae venderot. Male ei sit pest oam, male! Sed in vorbis Ebn-Abi-Rabiahi (motr. Chafif): **(p. 638.)** Tum dixerunt: Tu eam amas! dixi: Vohementer nnmero guttarnm, glareae terraeque. voci بهرا varium aensum tribuunt, ut aut vehementem aut verum aut manifestum amorem designet.

XV.

Femina gentis Ahjidsah b. Malec Djawwasum b. Noaihm perstringens dixit.

Vir e familia Hortsahn b. Tsahlebah b. Aldsoaib b. Aisid gentis Dhabbah erat. Alius eiusdem nominis e familia Alhodjaim b. Ahmru b. Tamim, cognemine Ebn-Omm-Nahar a matre patris appellatus, invenitur. Hic dixit metro Redjes usus: Grandaeve quatuor articulornm deleres sunt, genuum duerum, nervi per femera decurrentia et venae in celli latere. Eius caput dolero semper corripitur et emnia pesthac roa dolet. Duo alii praeterea viri nomine Djawwas gaudentes exstitere.

1. *Quando Djawwaso occurris, te, etsi tempore sacro defenditur, interrogabit: Num Hacimum mihi times?*

2. *Et cur tibi non timeam leonem (s. Moharrabum) virum fiducia dignum, qui generosi occisi mortem annunciat?*

3. *Quando ei occurris in equo fulvo cursu cum armis gyrum describenti, viro acri in litigando, iniquo occurris.*

Tertia species metri Thawil appellati est. His in versibus, qui in Mersnkii codice neu inveniuntur, Djawwaso metum obiicit dicens, eum vindictam eb virum occisum timere. Te-

briaius versua in hoc caput recepisse videtur, ut causa versuum sequentium intelligerotur. In secundo versu interroganti respondet, timendi causam esse, quum vir fiduciâ dignus sit. In tertio versu virum talem describit, qui hosti timorem iniicere debeat.

XVI.

Djawwasus Dhabbita feminae dixit.

1. Per Deum! Hacimum eiusque gentem haud metuo; sed Hacimus patrem tuum metuit.

Quem femina poetae obiecerat, timorem negat et contra feminae rem, quam cum Hacimo habeat, obiicit. Dicero vult Hacimum, qui feminam illam visitet, patrem timere; sed alter legendi modus est: ولكنها يهواك انت حكيم, »sed Hacimus te, te dico, amat.« Verba لانه منك بسبيل significare puto »quoniam tecum rem habet.«

2. Patrem tuum alios sequentem invenisti et tu eandem agendi rationem secutus es, nam tu moechis inter viros deditus es.

Quae obscuris verbis nutu quasi indicaverat, hoc in versu clarius expenit. Mores pravos quasi haereditate eam accepisse dicit. Vox تابعا quum ambigua sit, vario modo explicari potest. Qui nonnisi alios sequitur, vilis est. Patrem eius talem describit, qui in agendo nonnisi aliorum voluntatem sequerotur et feminam patrem imitatam esse. Alii vitium Sodomiticum significari putant, in que pater mores suorum imitatus sit. Scholiastes verbis, poetam feminae patri morbum obiicere, eum flagitio Sodomitice laborasse, significare videtur.

3. In omni facie viri e gente Ahjidsah turpitudo est, quacum ad omnes gentes venit, quando stat.

Poeta non contentus eo, quod feminae patrem vituperaverat, ipsam gentem petit. Cuiuslibet viri faciem turpi agendi ratione quasi notatam esse, ut, ubicunque versetur, in ipsis gentium conventibus res appareat. Gens Ahjidsah, Djeuhario auctere, pars gentis Dhabbah erat. Ahjidsah filius Malici b. Dhabbah erat. Scholiastes in verbis, quorum secunda et tertia littera eadem sit, raro formam فُعَّلَ inveniri adnotavit. Huius autem verbi nomen actionis دمامة est. In gentium conventibus Arabes turpitudinem occultare student et hanc ob causam ornati conveniunt. Poeta igitur indicare vult, tantam gentis turpitudinem esse, ut nullo modo occultari possit. Faciei autem poeta mentionem fecit, quod in facie dedecoris indicia maxime apparent. Loco vocis يقوم (stat) in Mersukii codice تقوم legitur.

4. Pessimam ei (genti) pater haereditatem reliquit, corporis parvam staturam, dum adspectus turpis est. **(p. 639.)**

Parvam corporis staturam et foedam faciem iis obiicit. Longa statura viris laudi est Ham. ١٣٣ v. 2. ٥٢٥ v. 5. Merzukius autem dicit, qui viles sint, eos in concionibus haud erecto; sed depresse corpore ob pudorem stare. Legendi autem modo والرواء دميم admisso, potius corporis staturam significari puto, vox رواء enim formam corporis et imprimis faciei designat. Scholiastae vocem aut a verbo رأى (vidit) aut a روى (irrigavit) derivant. Hi plantam irrigatam florere aut hominem potu satiatum bene se habere, ut cum hoc pulchritudo

faciei cohaereat, ante oculos habnisse videntur. Qui الرداء نميم praeferunt, ant generaliter verba interpretantnr, ut signa, quae manifestent, cum pallie, quo induta sit, comparetur aut lequendi medus ad gentis avaritiam spectot, quippe vir liboralis غمر الرداء (ample pallio vestitus) appelletur.

5. *Quasi avium stercus super capitibus sit, quum gentes Kais et Tamim simul congregatae sunt.*

Prior versus pars quum ambigua sit, ab interpretibus vario modo explicata est. Grammaticus Abu Mohammed Alahrabi stercore avium ob album colorem eapitis ealvitiom designari putat; sed ealvities multum abost, ut Arabibns semper dedocori sit, ut potius a frequente galeao in pugnis usu erta laudi habeatur. Qni in eapite avem habet, se non movet timens, no avis avolot. c o u f. Ham. p. ٧١١. Sino dubio timidos eos esse in concione ot quietos, ut faeta haud glorientur, poeta significare vult et, ut satyricnm sermonis sensnm indicaret, vocem خرو stercora addidit. Simili modo in sequento yersu logimns (metr. Wafir): Q u u m g o n a A a d in I n c n O c a t h s (u b i m e r c a t u r a e c a u s a m u l t i A r a b e s c o n g r e g a t i s n n t) c a s t r a p o n i t, in e i u s c a p i t e c o r v u m v i d e s. (Corvus praeteroa avis mali ominis est) c o n f. schelion ad versum sequentem. Quod autem gentes Kais et Tamim coniunxit, id, ut magnam multitudinem designaret, fecisse videtnr. Ordo verberum talis est, ut vox معا, quae explicando inserviat, voces قيس وتميم sequatur.

6. *Quando Dhabbitam de pessimis gentis suae viris interrogas, tibi dicet: Ahjidsita vilis est.*

Hoc in versu a Djeuhario sub radice عوق citato gentem Ahjidsah vilem esse, ipso gentis Dhabbah, cuius pars erat, iudicio probat. Sed in Mersukii scholio legendi modus سر قومه »secretum gentis suae« indicatur, qui, qnum rem, qnae genti dedecori sit, occultare anieat, Tebrisio placet. Pars autem scholii ad priorom versum pertinet.

XVII.

Mohris b. Mocahbar Dhabbita in gentem Ahdijj b. Djondab b. Alahnbar dixit.

(c o u f. p. ٢٨٢.)

1. *Genti Ahdijj nuntium perfer, quo terrarum discesserit (et tempus vindictam petentis non perit),*

Modn Arabibus haud incenauete carmen incipit c o n f. Ham. ١٨٩ v. 1. In fine versus suam vindietam quaerontis agendi ratinnom designat. Se nou quievisse, donec desidorin potiretur. Similis sontentia Ham. ٦٣٧ v. 1. inveuitur. Causam carminis hanc fuisse narrant. Poetae, vicino gentis Ahdijj (quae pars gentis Tamim erat) a gente Ahmru b. Cilab cameos ereptos fuisse. Quam ob causam qunm gentem Ahdijj adiisset, hanc promittentem quidem nil fecisse. Pnetam igitur fatigatum Almnchariki et Almosahiki, filiorum Schehabi, qui e gente Chosaah, parte gentis Masen, eriundi essent, auxilium implorasse et obtinuisse, ut cameli ipsi reddorentur.

2. *Segnes eos esse, quum iis occurris, nisi in sermone, quo adflictus vanâ spe impletur, dum (sermo) molestus est.*

Agendi modum, quo cunctantes semper promissis haud satisfecerint, vituperat. Versu autem ea continentur, quae ad gentem Ahdijj perferri vult. Ante vocem كسالى subiectum هم omissum est et verba غير منطلق voci كسالى magis definiendae inserviunt. Voces بلهى etc. voci منطلق adiectivi loco sunt. Vocem عناء (molestiam) pro adiectivo molestus posuit. Dicere vult, sermone, quem factum haud sequatur, hominem tandem fatigari.

3. Iis, quibus occurrebam, vos fidem servasse dicebam et si voluissem, de re certiores facti, eam (gentem) male egisse, dicerent.

Suam erga eos agendi rationem illi modo opponit. Quamquam gens spem **(p. 640.)** semper falleret, se percunctanti rem haud dixisse; sed, ne opprobrio adficerentur, rem celans contrarium dixisse, sperans fore, ut tandem promissis starent.

4. Cunctatio iis est, quae propositum rei ab ipsis peragendae vincit et rei aliquando quies est; tum absoluta est.

Eos initio quidem rem voluisse dicit; sed, quum semper cunctarentur, factum esse, ut intermitteretur. In posteriore autem parte rem ab aliis perfectam esse dicit. Conditionem suam tempore, quo res ad finem nondum perducta esset, describit. Post vocem قضاء vox يوما aliquando suppletur.

5. Et ego, profecto! in vobis spem pono, etsi in agendo cunctamini, sicut in ventribus gravidarum spei causa est.

Se spem, fore, ut promissis starent, non abiecisse. Ut autem spem suam certam et haud dubiam fuisse indicet, eam cum spe, quae in gravidis est, fore ut foetum enitantur, quamvis tempus pariendi et num mas an femina proditurus sit, haud constat, comparat.

6. Et cur modo agminis Masenitarum non egistis et num sponsores mei in fide aequales sunt?

Ad ipsam vituperationem gentis, quod promissis non steterit, transiens gentem Masen laudat. Gentis suae rationi modum, quo Masenitae egerint, opponit. Illa promiserat et rem non perfecerat; hi fidem datam servaverant conf. Ham. ٦.

7. Brachia iis sunt, in quibus nervi carnis adparent; quidam autem viri in bellis quisquiliae sunt.

Masenitas tanquam robustos et haud carnosos, ut brachii nervi adpareant, describit. Maciem corporis, quae molestiis oriatur, laudant. Vita mollis, quae corpus carnosum reddit, vituperatur Ham. ٣٢١ v. 3. Nervi autem in brachio nonnisi quum homo emaciatus est, conspiciuntur. Vocibus نواشر لحمها nervi, qui brachii carne tecti esse solent, significantur. Hac descriptione, ut ex sequentibus verbis cognoscitur, fortitudinis laus continetur. Quisquiliae tanquam res nullius abiiciuntur et viri haud fortes, qui in bello utiles non sunt, cum iis comparari possunt. Hisce autem verbis modo haud claro; sed quasi nutu gentem Ahdijj indicat. Si lexicographis fides est, proprie folia et festucae, quae a torrente abripiuntur, sunt, ut comparatione adhibita viri, qui in bello nullam resistendi facultatem habeant, cum talibus rebus comparati videantur.

8. *Quasi nummi aurei in eorum faciebus sint, etsi occursus facies emaciaverat.*

Masenitas laudans pulchritudinem faoierum cum nummis aureis confert, tum, ne quis eas mollem ob vitam pingues nitentesque putet, quae res laudi non esset, qualem pulchritudinem se velle, sequentibus verbis indicat. Quamquam facies eorum occursu hostium emaciatae et quasi exsiccatae sunt, tamen ob hilaritatem nummis aureis comparandae sunt. Non tam pulchritudinem corpoream faciei, quam hilaritatem vultus nobis arridentis designare poeta in animo habet. Prior versus pars p. v۱۸ repetita est. conf. Ham. p. ٩.

XVIII.

Schamahlah b. Alachdhar dixit.

(conf. p. ٢٨٢.)

Alii Mondsiro b. Airokad b. Dhirar b. Ahmru Dhabbitae versus adscribunt.

1. *Gentem Cus et gentem Hadjir in bilance posuimus et gens Banu-Cus gentem Hadjir pondere inclinata superavit.*

(p. 611.)

Ni fallor, in versibus sequentibus nonnisi gentem Hadjir perstringit. Id facit, dum gentem Hadjir pondere cum gente Cus confert. Gens Cus (b. Cahb), ut gens Hadjir, pars gentis Dhabbah erat; sed minimi fuisse videtur. Quod si igitur, gentem Cus alteram pondere superasse, dicit, hanc minoris facit et despectu dignissimam esse indicat. Aut, quae scholiastae sententia est, gentem Cus alteram ingenio superare vult.

2. *Sed si gens Hadjir viscera sua lacte recente cum acido mixto implevisset, colles montis Alacadir pondere superasset.*

Gentem tanquam gulosam, quae satiari non possit, describit. Tantam lactis copiam eam consumere, ut pondere gravior fiat, quam montis magni colles. Arabes lac dulce cum acido mixtum pro cibo sumere solent Moid. C. 1, 7. In Haririi opere p. ٣٦٠ schol. legimus, Arabes remotâ aquâ flavâ, quae post parvum temporis spatium inde prodeat, lac acidum bibere. De situ montis Alacadir nil inveni.

3. *At vero socordes erant, dum apud eos lac utrumque diversum, tam dulce quam acidum, paratum erat.*

Gens Hadjir cibo vehementer dedita quum lac mixtum semper paratum habeat, rei causam in eo inveniri, quod socordibus tempore, quo cibum nondum sumsissent, supervenerint. Voci قطيب lactis ovium et camelorum mixti significationem scholiastes tribuit. Quae autem vera satyrae causa sit, dicere haud ausus sim.

XIX.

Kirwasch b. Hauth Dhabbita dixit.

(conf. Ham. p. ٢٨٢.)

1. *Certior factus sum, Ihkalum, filium Chowailidi et Alahlamum in loco alto regionis Ghodsom versari.*

2. *Quorum minae ad me perveniunt, dum inter nos ardui altique montes montanae regionis Jaramram sunt.*

Poetae interdum carmina incipiunt narrantes, ipsos de re quadam certiores factos esse Ham. ١٦٦ v. 1. Se mirari dicit poeta, quod ipsi montibus defenso et tanto viae spatio remoto, vir, quem despectus causa Chowailidi filium adpellare videtur, minatus sit. Scholiastes adnotavit, moris esse, nomen cognomine, abiectâ prioris Nunnatione, coniungi. Contra morem hunc in voce عقالاً peccatum esse. Statuendum igitur esse, voces ابن خويلد aut locum adpositi aut locum adiectivi cum priore coniuncti tenere. Vox اعلما cum vocibus ابن خويلد coniungenda est et particulam ان nonnisi sermonis confirmandi causa additam esse, quamquam scholiastes contendit, ego tamen in eo licentiam poeticam potius video. Similem loquendi modum, verbis non transpositis, in hemistichio Hothaiahi invenimus (metr. Basith): S o l a t i u m e t p a t i e n t i a i a m v i c t a s u n t. Dsu-Ghodsom nomen loci aut regionis montanae esse, in Kamusi opere invenimus. Ante voces شمر et فوارع substantivum جبال (montes) omissum est. Duo autem legendi modi sunt J a l a m i a m et J a r a m r a m, qui nonnisi sono diversi eandem regionem montanam designant. Regio est in confiniis Arabiae felicis in propinquo Alsarrini ad mare sita circiter quatuor dierum spatio ab urbe Mecca distans c o n f. Abulf. Geogr. p. ٨٠ et ٩٣. [1])

3. *Minas vestras vos duo cohibete, nam minitanti neque praeda neque cibus facile edendus sum!*

Suadet, ut minas omittant, nam, etsi duo hostes ferarum loco sint, se tamen praedam non esse facile capiendam. Vox متخضم de cibo, qui toto ore editur, ut in eo comedendo nulla difficultas sit, adhibetur.

4. *Duae hyaenae apertae inimicitiae, duo leones tempore induciarum, duae vulpeculae loci occulti, quotiescunque noctu versantur, estis.*

Hostes cum hyaenis, leonibus et vulpibus comparat cuilibet voci ea addens, quibus comparandi modus illustratur. Hyaenae turpitudo et stupiditas tribuitur c o n f. Meidan. C. 6, 179. 18, 241. 20, 81. In aperta igitur inimicitia hyaenae modo turpiter et stulte agunt. Leo audax est Meid. C. 5, 167. 168. 185. 186. fortisque ib. 13, 161. Duo illi igitur tem-

1) Beatus de Sacyus adnotavit, voces على اللغة الثانية in Tebrisii scholio l. 3. 4. aut delendas esse aut in iis vitium latere. Quum quo referendae sint, non videam, toto animo non possum non adsentiro. Sed silentio praetermittendum non est, ista verba eodem modo in Mersukii codice scripta a Tebrisio exscripta esse. Beatus de Sacyus praeterea ex Ebn-Djinnii commentario locum sequentem exscripsit: ابن هنا بدل من عقال لا وصف
ولو كان وصفا لحذف تنوين عقال على الشرط فى ذلك ومثاله قول الحطيئة الآ يكن مال بثاب فانه سياتى
ثناى زيدا ابن مليلة وقد يجوز ان يكون وصفا خرج على اصله وراد ان (ويراد بان) الثانية توكيد
يدل على ذلك ان خبرهما فى البيت الثانى وهو قوله ينمى البيت ولا بد ان تكون الثانية زائدة
فان لم تفعل ذلك ولم تعتقده اداك الامر الى ان ترفع الخبر بعاملين وهما ان الاولى وان الثانية
ومحال ان يعمل فى معمول واحد عاملان. Initium versus Alhothaiahi haud bene scriptum est, ut de modo legendi dubium sit.

pere induciarum, ubi pugnandum non est, audaces fortesque sunt. Vulpes denique astutus est. Astutiam igitur hostibus, ubi latent, aut tempore noctis aut quum iniuriam inferunt (utraque enim significatio verbo اظلم datur). Vocl ثعلب deminutivi formam, ut mihi videtur, despectus causa dedit.

5. *Ne in occulto erga me semper inimicitiam faciendi fastidium habeatis! Sed quod vobis fastidium est, mihi fastidium non movebit.*

Se inimicitiam eorum parum curare, ut ostendat, eos rogat, ut ab inimicitia, qua eum persequantur, haud desistant. Se eorum inimicum semper futurum esse. Verba أن تساما loco nominis actionis sunt, quod locum subiecti verbi ليس occupat et vox بمستمى praedicati locum tenet.

XX.

Sowaid b. Maschnuh dixit.

Nomen Maschnuh a verbo شنى (odit) derivatur. In Corani loco Sur. 5, 3. (ubi autem يجرمنكم legitur) voces شنآن قوم tam odium gentis quam odiosum gentis designare possent. Grammaticus Abu-Said sequentem versum recitavit (metr. Basith): Tum eam (feminam) confirmavit (in agendi ratione erga te) zelotypus gaudio affectus ob separationem a te, propterea quod te odiosum videt. In versu autem Alahwazi (metr. Thawil): Vita non est nisi quae tibi placet et quam desideras et si odium fovens eam vituperat et mendacii arguit, vox شنان pro شنآن licentiâ poeticâ adhibita est. Versus, in quo vox ليان eiusdem formae occurrit, in libro Sibawaihii invenitur (metr. Sarib): Debiti solvendi moram Hassano concesseram metuens, ne pauper factus debitum denegaret.

1. Masuhdum sine neque eius mentionem apud me pravo modo fac; sed ad alium te converte!

Poeta feminam alloquens monet, ne Masuhdo obtrectet. Loco vocis دعى in Mersekii codice ذرى cum eadem significatione legitur. Scholiastes imperativum a forma futuri, quod in usu sit, derivatum, praeteritum autem ob usum verbi ترك obsoletum esse adnotavit. Verbo تذكرنه autem eandem constructionem datam esse, quam verbo يتجاوزن, quasi dixerit: ولا يتجاوزن ذكره الى بسوٍ. Similem constructionem sensus causa in sequente versu inveniri (metr. Basith): Quum columbae fuscae vocem edunt, mihi in memoriam revocant et si eius amissae solatium habuissem, matrem Ahmmari, quippe verbum هيج constructionem verbi ذكر acceperit. Arabes quoque verba, quibus contraria significatio sit, eodem modo construere consueverunt. Sic in versu sequente (metr. Wafir): Quum gens Kosebair me contenta est, per vitam Dei! eius contentus animus admiratione me afficit, verbum رضى eodem modo, quo verbum غضب cum praepositione عن constructum est. In sequente (metr. Redjes aut Sarih): Deos Sijadum occidens a me avertit verbum قتل modo verbi صرف constructum est. Sed nil obstat, quominus in hoc verbum صرف omissum putetur, ut inde praepositio pendeat.

2. Tempore praeterito tibi rem interdixi; sed errans primo interdicto haud prohibetur.

In posteriore versus parte acumen vituperationis est, quod cum errantibus stultisque, qui non statim errorem cognoscunt et monitis animum advertunt, eam coniungit. **(p. 613.)** Posteriorem partem proverbii modum sequi scholiastes adnotavit, sed inter proverbia locum haud obtinuit. Sunt, qui voci الغاوى intereuntis significationem tribuant, ut vox غى in loco Corani Sur. 19, 60. interitus significationem habeat.

XXI.

Mahdan b. Ohbaid . . . Thajjita e familia Mahni dixit.

(Tempore Omajjadarum vixit conf. Ham. ٣٠٣).

Duae familiae nomen Mahn gerentes sunt, una in gente Bahilah, altera et in gente Thai.

1. Miratus sum, quod servi satyrâ me petierint stultitiâ commoti, propterea quod potum matutinum meridianumque ex ovibus suis sumserunt.

Viros, qui quum satiati essent, superbiâ elati eum satyrâ laeserant, vituperat eosque servos appellat. Causam autem, cur ita erga ipsum egerint, in stultitiâ fuisse et superbiam inde ortam esse, quod satis laetis ex ovium grege acciperent, ut tam potum matutinum quam meridianum haberent. Vox أن aut causam, ut sit pro لأن, continere potest aut describere potest causam, cur superbi sint, quae particula a grammaticis أن المفسرة appellatur. Posterior explicandi modus si rectus habetur, sic vertendum est: Miror . . . . dum dico: Ex ovibus suis matutinum potum habuêre etc. Gram. Ar. T. I, p. 568. Hunc explicandi modum in sequentis versus scholio inveniri, silentio praetermittendum non est.

2. Bidjadus, Raisanus, Fihrus, Ghalibus, Auhnus, Hidmus et Ebn-Zifwahus Achjalus.

Singulos, ut, quam parvi eos habeat, ostendat, enumerat. Vox اخيل nomen Ebn-Zifwahi aut cognomen esse videtur; significat enim avem picum, quae malo omini est. Ante nomina aut subiectum هم supplendum est aut nomina pronomini, quod in verbo اصطحبو latet, appositionis loco sunt.

3. Qui eos numerat, multum loquitur; qui autem eos laudat, paucum adfert.

In hoc satyrae cardo vertitur.

XXII.

Jasid b. Konafah b. Ahbd-Schams Ahdawita e gente Ahdijj b. Achsam b. Abi-Achsam, quae pars gentis Tsoahl est familiae Hatimi b. Ahbd-Allah.

(ante Islamum Ham. ٦٢٤.)

In nomine Konafah explicando non consentiunt. Alii dicunt, crasso naso, alii longo corpore praeditum voce significari. Litteram ة additam esse aut, ut vis voci adderetur aut

mode, quo nomina propria mutari soleant. Alii deniqne nomen قتادة nomen primitivum ab alia vece haud derivatum esse posse dicunt.

1. Per vitam meam! et vita a me parvi non habetur: Quam pravus vir noctu vocatus, Hatimus est!

(p. 644.)

Idem initium p. ٢٣١ invenitur. Hatimus ob rem, quae postea plaribus narrabitur, a poeta vituperatur. Ut verbis suis fides habeatur, per vitam iurat, et ne quis iusiurandum parvi faciat, vitam ipsi caram esse addit. Mersukius retulit, plures grammaticos contendere, verba المدعو بالليل adpositionis, nec vero adiectivi locum tenere, causam hanc adducentes: Duas voces نعم et بئس cum nominibus articulo definitis, quibus generis significatie sit, casu nominativo coniungi (conf. Gram. Ar. T. II, 221 sq.). Vocibus autem, quae genus indicent, conditie adiectivi hand convenire. Centra grammaticus Abu-Abli [1]), veces illas adiectivi loco esse, permissum censuit. Cum vocibus بئس et نعم substantiva tam formae dualis quam pluralis cooiuogi et dualem et plaralem, nisi quum diversas res complectantur, nominibus generis adnumerari baud posse. Ut autem formam dualis et pluralis, quae diversos complectantur, cum ee coniungi, sic ob eandem causam, quum discrimen non sit, loco adiectivi veces haberi licitam esse, quasi dixerit: مذموم فى الفتيان المدعوين بالليل حاتم. »Hatimus vituperatione diguus est inter viros, qui noctu vocati sunt.«

2. Matutino tempore, quo venit sicut taurus in angustiam compulsus fronte se contra adversarios defendit, dum stat.

Versus tres sequentes Reiskius in adnotationibus ad Tharafam p. 83. citavit. Poeta Hatimum significat deridetque. In hoc versu cum tauro se defeodente eum comparat; sed non tam, ut eins fortitudinem laudet, quam ut eius fugam, cuius in seqnente mentio facta est, derideat. Nonnisi in hoc loce vir cum tauro comparatur. Quum Arabes camelorum oviumque aut caprarum greges haberent, vaccis autem ob regionis naturam non uterentur, factum eat, ut viri fortes potius cum camelis admissariis arietibusque compararentur.

3. Ac si in deserto Almoraithi struthio, quocum noctis tempore struthiones cursu certont,

4. Tibi pedes et levem animum mutuo dedisset, dum fulgentes, secantes e vagina educti erant.

Hatimi fugam describit et in timore et fugae celeritate cum struthione eum comparat. Struthieni duae inter alias res adscribuntur, cursus celeritas Meid. C. 18, 224. et stupiditas Meid. C. 6, 182. 24, 418. Praeterea pavidus ibid. 5, 161. cautus 6, 189. et hanc ob causam fugax 13, 137. dicitur. Nec non odoratu valet 13, 160. 168, potu satiatus est (quod parum bibit) 10, 178. et sanus est, (quod nemo aegretum conspexit) 14, 114. Reiskius ex Nowairio p. 83. struthionem sic descripsit, eum diuturnam ferre sitim, cursu pollere, tum maxime quum adversantibus ventis contra eat, reiecto in tergum colle; sic eum auras

---

1) Sine dubio grammaticus Abu-Abli Alfaresi natus 499 mortuus 568. conf. Ebn-Challik Nro. 163. Alter est grammaticus celeber Abu-Abli Aljemami, cuius tempus definire non possum.

secare. Porro eum ossa deglutire, lapides, ferrum et liquida efficere in ventre aquae instar. Pari ratione etiam eum prunas ardentes haurire.« Poeta struthionem personam fingit, quae res alteri mutuo dederit et narrandi modum relinquens Hatimum alloquitur. Voces هاق لبها scholiastes vocibus خافق عقلها explicavit; sed vocem هاق voce خافق accurate reddi dubito. Vox هاق celeriter abeuntem prudentiam significare videtur et scholiastes contendit, poetam prudentiam omnino negare, quum struthioni prudentia desit. Ut autem maximam struthionis celeritatem designet, eum cum aliis simul nocte ingruente ad nidos properantem describit. In fine autem causam fugae, ex qua viri timiditas cognoscatur, addit. Ante vocem بيض substantivum سيوف (gladii) more poetico omissum est.

Abu-Rijaschus versuum causam hanc fuisse tradidit. Vir e gente Alsid b. Malec b. Becr b. Sahd b. Dhabbah, cui nomen Said b. Tsabet, vicinus gentis Thai, cui opes essent, a familia Mahn, in cuius propinquo degebat, opibus direptis occisus erat. Gens Sid cum aliis gentis Dhabbah, faciuus ut ulciscerentur, profecta virum invenerunt, quem ex dialecto cuiusnam gentis esset, cognoscerent. Qui quum securitate promissa ipsis domos familiae Tsaur b. Wodd, quae gentis Mahn esset, indicasset, homines vesperâ, paucis exceptis, occidère. Unus autem eorum fugâ ad Hatimum b. Abhd-Allah, qui nomine Hatim Thai notus erat, pervenit rei certiorem faciens. Hatimus in tentorio e corio facto neminem nisi unam aut duas familias, e quarum numero Jasid b. Konafah erat, secum habens in loco Zahra-Almoraith degit. Re comperta servae, ut ignem in tentorio accenderet, iussit et nocte favente fugae se dedit. Jasidus b. Konafah, qui nil comperisset, relictus mane familiam suam contra hostes irrumpentes sagittis defendit et opibus direptis, quum Hatimum petiissent, salvus evasit. Alahlaus b. Karathsah unus e gente Sid et avunculus poetae Alfarasdak sequentem versum dixit (metr. Thawil): Et gens Tsaur b. Wodd, quasi mortem propinanti haud desistenti occurrissent, gentem Ahdijj, ut auxilio ipsam iuvaret, vocabant; sed gens Ahdijj b. **(p. 645.)** Achsam vocantibus responsum non dedit.

XXXIII.

Ahrik, qui Kais b. Djirwah Thajjita est, dixit.

Res, quibus commotus poeta versus dixerat, in Hamasa ٩٣٥ narratae sunt. Cognomen عارق a versu acceperat, qui in Ham. ٧٩١ v. 5. invenitur. Tres versus carminis in Rasmusseni Additam. p. ٥٩ leguntur.

1. Quis ad Ahmruum ben-Hind nuntium fert, quem si in pulvinari pone sellam cameli albi portarent, ob longam viam emaciarentur?

Simile initium Ham. p. ١٨٩ v. 1. Scholiastes narrat, regem Ahmruum b. Hind ob versus, quos Tsormolahus, Ahrikum loquentem inducens, composuisset, iratum, se Ahrikum occisurum esse dixisse. Quae minae quum ad Ahrikum perlatae essent, hosce versus dixit. Cameli albi optimi putantur. Maximum viae spatium inter ipsum regemque esse indicat.

2. Num mihi minatur, dum nos arenae separant? Lente distingue, quid inter Omamam Hindamque discriminis sit!

Minas stultas esse, qnum ipsnm ob arenas interiacentes attingere neqneat. Tum ut ostendat, se minas eius parum curare, matrem regis, cuius mentionem facere nefas habetur (conf. Chrestom. meam grammat. histor. p. ٣٣ l. 6.), commemorat et suam matrem regis matri praeferendam aut parem esse dicit, nt inter so conferri liceat. Monet igitur regem, ut minis abstineat, quao dignitati suae haud conveniant. Posterior versus para in proverbii consuetudinem vonit. conf. Meid. C. 24. 198.

3. Et montis Adja fastigia me circumdant tanquam agmina equorum spadiceorum et fulvorum.

Regionem gentis Thai montibus Adja ot Salma contineri vidimus conf. P. 1. 209, 316. 521. Istos montes, quum difficiles accessu sint, cum equis spadiceis rufisque ob diversum montium colorem comparavit significaturus, ut alii equitatu defendantur, se montibus defendi.

4. In re perfidus fuisti, ad quam nos vocaveras et quam prava indoles est perfidia in foedere pacto!

Perfidiam in foedere ei obiicit, ad quod coactus non erat, ut perfidiam maiore vitnperatione dignam esse ostendat. Foedus ab ipso petitnm, in quo, ut videtur, magis regis commodo qnam gentis consultum esset, a rege observari oportuit. Qui in Mersukii codice legendi modus اجتذبتنا »traxisti nos« reperitur, eo sententiae a me explicatae vis augetnr.

5. Vir perfidiam fugit, dum eius cibus vesperâ sanguis e vena emissus est.

Viri esse dicit perfidiam fugere, etsi summâ penuriâ laboret. Qui in summa rerum abundantia, qualis regia conditio est, perfide agit, is maxima vitnperatione dignus ost. Ut summam penuriam designaret, sanguinis mentionem fecit, qui tempore penuriae venâ cameli incisâ in intestino coquitur et cibo datur. In proverbio dicitur: Cui sangnis in intestinum immissus cibo porrigitur, is cibo destitutus non est« (Meid. C. 23, 114.). Loco vocis حلبة (mulctum) legitur جله (potior eius pars). Vox جله tanquam subiectum posterius, dum vox طعامه subiectum prius est, casnm nominativum obtinnit. Vox autem اذا accusativi loco est e verbis جله من دم الفصد pendentis, quoniam propositionem consequentem indicant. Beatus de Sacyus e commentario Ebn-Djinnii nonnulla adnotatu digna excerpsit, quao quum ad posteriorem scholii nostri partem melius intelligendam faciant, adscribo: لا يجوز ان ينصب اذا شى مما قبلها (لا) طعامه ولا غيره من حيث كان الشرط لا ينصبه (ما قبله) لكن العامل ما دلت عليه حلبة اى اذا امسى حُلب له من دم الفصد ولا يجوز ان تتعلق بحلبة من حيث كانت مصدرا فلا تتقدم صلته عليه فان قلت فان الحلبة هنا بمعنى المحلوبة واسم المفعول يتقدم عليه ما عمل فيه فذاك وجه مستقيم يجوز انتصاب اذا عليه بنفس الحلبة. Eadem paene verba in margine codicis Mersukii leguntur. Ibidem qnoqne legitur: قال ابو البقاء يجوز ان يكون جله اسم امسى ومن دم خبره والجملة خبر طعامه.

(p. 646.)

XXIV.

Alius dixit.

1. Per vitam meam! vitaque mea mihi cara est: Hatimus duabus vicibus in poesi mihi displicuit.

Eodem modo p. ۴۲۳ carmen incepit, ut dictis maior fides esset. Hatimus, quem hisce versibus poeta vituperat, antea versus satyricos composuerat, qui causa erant, ut noster responderet. Scholiastes litteram Lam subiecti Lam appellavit, quod vox عمرى subiecti locum occupat, cuius praedicatum omissum est (conf. Gram. Ar. T. I p. 506. et T. II p. 612.).

2. *Num tu in odio in nos satyraque vigilans es; at dormiens, ut beneficiorum amorisque obliviscaris?*

Eum vituperat, quod odio tantum indulgeat amoris et beneficiorum immemor. Subiectum انت tu ante vocem يقظان omissum est.

3. *Iam tibi sufficit, quod toti genti Achsam imperasti. Omnibus hominibus principes columnaeque sunt.*

Hoc in versu ei obiicere videtur, quod haud contentus imperio, quod in familiam suam, quae ab Achsamo originem duxerat, exercebat, aliorum imperium sibi arrogaverat aut eum vituperat, quod imperium familiae suae superbum eum reddidisset. In eo autem nil magni esse, quippe in qualibet gente princeps existat. Verba in scholiis ان تفعل كذا فبها ونعمت. »Quod si ita agis, quam praestans agendi modus est! proverbium continent, quod Meid. C. 1, 305 invenitur. In his praepositio Ba in voce بها superflua est. Loco horum verborum in Mersukii codice ان تفعل كذا بحسبك legitur omissis verbis فبها ونعمت. Caetera omnia e Mersukii codice desumta sunt. Eadem praepositio praedicato tanquam superflua additur. Sic in hemistichio sequente (metr. Wafir): Quod tu eam impedis, res est, quae perfici potest. Nec non in fine scholii على اخزم, ut in Mersukii codice, melius legendum est; quamquam, quum prima verbi forma casum accusativum regat, in quinta quoque ferri posse videtur. In nostro Tebrisii codice quidem كافيك على ان تراست اخزم legitur; sed quum in Mersukii opere, e quo locus noster desumtus sit, prior vox على non sit, ea mihi scribae negligentiâ transposita videtur, ut rectius كافيك ان تراست على اخزم legatur.

4. *Et hoc tempus poesis est, cuius sagittae eductae sunt cuspidibus largis praeditae et tenues longae.*

Quod autem hoc tempore satyrae opera detur, huiusce rei culpam Hatimum sustinere. Versus autem satyricos cum sagittis comparavit et, ut cuiuslibet sagittas significaret, tam larga cuspide praeditas quam longas tenuemque cuspidem habentes commemoravit. conf. Ham. T. I p. 500, 554. Scholiastes ad hunc versum, quae ad vocem Achsam versus prioris spectant, tanquam neglecta supplet. Achsamus, proavus Hatimi, vir liberalitate insignis erat, ut Hatimi liberalitate cum Achsami liberalitate collata شنشنة من اخزم diceretur. Indoles et genitale spermen Achsami verbis proprie designatur. Postea proverbium in omni re, quae cum aequali comparatur, adhibitum est. Proverbium autem: »Indoles quam ex Achsamo novi« in Meidanii opere C. 13, 20 legitur. Vir Ebn-Ahbd-Rabbihi appellatus, Maghrabita in libro suo العقد (monile colli) inscripto narravit. (conf. Ebn-Challik.). Ahkilum b. Ohllafah, qui contra patrem inobediens fuisset, ut in via tempus tereret, certamen poeticum more Arabibus

haud inconsuete inter se, filium filiamque ipsum comitantes instituisse, ita ut pater versum componeret, tum filius et filia sequentes dicerent. Patrem sic incepisse (metr. Thawil): **Rem necessariam perfecerant a loco Dair-Sahd profectae et diu erat, quod propositum sequerentur, quod craniis petebant**[1]) tum filium dixisse: **Mane in deserto versabantur viros portantes ebrios nocturno itinere** (Ham. ٧٨٥ v. 4.), **ut vitta capitis inclinaretur** et denique filiam dixisse: **Quasi somnolentia bibendum eis dedisset vinum loci Zarebad, vinum rubrum, quod dorsum pedesque occupat.** Hoc versu audito filiam vinum bibisse pater putans et sequentia verba metro Redjes dicens: Per Deum! quod (vinum) sic descripsisti, ut, te id bibisse, appareat, eam verberavit. Qua de causa filius iratus patrem sagittâ petivit et vulneratum relinquens sororem abduxit. Pater tum sequentes versus dixisse fertur (metr. Redjes): **Filii mei sanguine me infecerunt. Indoles est, quam ex Aehsamo novi. Qui strenuis viris occurrit, vulneratur**[2]). Idem Ahbd-Rabbihi dictus Aehsamum cameli admissarii, e quo cameli originem duxerint, nomen fuisse dixit, sequentes versus metri Redjes adnotans: **Sed per dominum templi Meccani a custode custoditi! Si vidisses, dum paralysi adfectus non erat, pedem meum tempore, quo dies apud me benefacientes erant, tu virum vidisses possessorem Schinschinahi, qui oculum puellae fascinantis admiratione adficiebat.**

XXV.

Vir e gente Thai ortus dixit.

1. Viro, qui ante gentem Koraisch vultur sagittis porrigit, prudentiam non esse puto.

(p. 647.) Koraischitae quum aliis clientelae officia haud praestent, eum haud prudenter agere, qui pro iis mortis periculo se exponat, dicit. Scholiastes vocem وراء duplicem et vocis ante et post significationem habere adnotavit. Quod priorem, quae rarior sit, significationem praetulerit, huius rei causam in eo video, quod, qui ante alterum pugnat, hunc corpore suo defendit; nihilominus vero altera significatio hoc in versu bona videtur, quippe qui alterum in bello sequatur, cum eo stet et pro eo pugnet. In Mersukii codice legitur وراى, ut metrum initio versus integrum sit conf. Darstellung d. Arab. Versk. p. 171 sqq.

2. Mundi opes mihi vituperant, dum eas iam abstulerunt; sed petenti rem minimam in eo haud reliquerunt.

Koraischitas tanquam commodi sui studiosissimos, ut aliis nil boni, quo petiantur, relinquant, et alios, divitiis acquirendis operam dantes, vituperent, describit. Scholiastes, a poeta

---

1) I. e. Diu in itinere fuerunt, dum caput moventes locum, quo tendebant, craniis, caput in eundo moventes, quasi percutiebant.

2) Conf. Meid. C. 24, 338.

Chalifas in orationibus abstinentiam rerum mundanarum commendantes respici putat. Vox لعل rem papillae instar in utere animalis adnatam significans, hoc in versu rem inutilem aut parvae utilitatis designat. Hac autem voce adhibita maximam eorum possidendi cupiditatem significare videtur.

XXVI.

Rowaischid Thajjita gentem Mukih vituperans dixit.

(conf. p. ٧٧.)

1. Gens Mukih rectum non loquitur. Ne vallis tua, o gens Mukih! pluviâ largâ rigetur!

Gentem istam de poeta male locutam esse, e modo, quo eos vituperat, conicere licet et haec quoque est causa, cur male ei precetur. Vox جزعك in Mersukii codice cum vocali Fatha scripta est, qui pronuntiandi modus vallis significationi, si lexicographi non errarunt, magis convenit; sed in Hamâsa p. ٣٣ v. 3. vox vocali Kesra scripta vallis significationem habet. Voces غير السداد sunt pro النطق غير السداد. Verbum جاد liberalitatem exercere generaliter significat, ut بالمطر suppleudum sit, tum forma passiva de larga pluvia adhibetur.

2. Sed super vilitatem vestram vilitas non est et sub loco vestro locus non est.

Vilitatem huius gentis maximam esse dicit.

XXVII.

Djabir dixit.

(Plures viri hoc nomine usi sunt conf. app.)

1. Novas soleas pedibus vestris parate; novas vobis parate, vae vobis! o Djarwale!

Causam, cur velit, ut novas soleas sibi parent, e versu sequente cognoscimus. Nuntius perferendus est. Scholiastes sensum aliter intellexisse videtur; sic enim sensum explicat: Vestrum statum mutate et bona arma vobis parate et debitum vobis ius pedibus vestris quaerite! Initio versus plures alloquitur; in fine autem versus unum virum, ad quem potissimum res spectat, appellat. Huic similem loquendi modum in versu Hodsailitae (metr. Basith): Patrem vestrum, o Laila! laudes vivum conservent! et in Corani verbis Sur. 2, 239. (conf. scholion versus sequentis). Loco vocis لاقدامكم legitur باقدامكم. Vox جرول pro يا جرول est. De vocibus ab Arabum grammaticis اسماء الافعال (nomina verborum) appellatis conferas Gram. Ar. T. I p. 270 multisque locis.

2. Et ad gentem Salâman nuntium perfer, si ad eam venis (dicens): Ne colo similis sit!

In Corani loco, cuius antea mentionem fecimus: »Observate preces et preces medias« initio الصلوات, tum الصلوة الوسطى dixit. Posteriore versus parte nuntii verba continentur. Monet, ne colo similes sint. Quae similitudinis ratio sit, e versu sequente

(p. 618.) elucet. Scholiastes poetam loco vocis لها adhibere potuisse لكم dicit, quoniam in tali sermone narrandi et alloquendi modus coniungatur. Talem loquendi modum in loco Corani Sur. **2**, **77**. inveniri, quo in loco tam تعبدون quam يعبدون pronuntietur, quorum priore modus alloquendi, posteriore narrandi modus contineatur. Ut cum colo ii comparantur, qui, ut aliis prosint, sibi nocent, sic in sequente versu cum ellychnio (metr. Monsarih): N e e l l y c h n i u m s i s , q u o d c o l l o c a t u r , u t h o m i n i b u s l u c e a t , d u m c o m b u r i t u r. Coli nuditas in proverbii consuetudinem venit Meid. **18**, **262**. Versus hic et sequens in Haririi scholiis p. ٢٥٩ citati sunt.

3. Homines vestit et podicem suum denudat et inferior pars ex posteriore eius parte surripitur.

Quae coli ratio sit, exponit. Fila, quae ex eo detrahuntur, ut panni fiant, efficiunt, ut ipso denudetur. Colo tanquam homini podicem tribuit, quo inferiorem coli partem, e qua semper detrahitur, designat. Loco vocis ينسل a radice سل legitur ينسل futurum verbi نسل, quod plumas avis decidere significat. Sed priorem legendi modum praeferendum puto. In vocibus من خلفه quum scholiastes bonum sensum non inveniat, من خلعه »propterea quod exuitur« legendum putat. Cui sententiae non adsentior, quippe voces من خلفه mihi significare videantur, e posteriore coli parte detrahi partem inferiorem eius, quo tectus sit. Quo autem modo gens Salâman aliis profuerit; sibi autem nocuerit, ex verbis haud cognoscitur.

4. Bodjairus vero eiusque agmina ovi scrutanti similes sunt, quum alacriter incedit.

5. Mortem eruit, tum eam (gentem) (mors) perdit. Culter eius iugulum invasit.

Monet, ne Bodjairus virique eum sequentes, dum nil curantes alacriter agant, mortem sibi adferant. Hanc ob causam eius agendi rationem cum ovis, cuius in proverbio mentio fit, modo comparavit, quo e terra cultrum pede eruerit, quo eam mactaturus usus esset. Proverbium in Meidanii opere C. **6**, **5**. »Mortem suam ovis ungulis suis adduxit« legitur. In vocibus ان بجيرا واشياعه ellipsis est, quae verbis sequentibus كما تبحث indicatur i. e. Bodjairus perquirit terram sicut ovis etc. Verbum بحث proprie adhibetur de eo, qui terram eruit, ut rem in ea occultam inveniat. Verba اثارت عن الحتف sunt pro اثارت التراب حتى كشفت عن الحتف.

6. Et postremo tempore ei erat piscina delectans et vallis herbis praedita.

Ovis quum vitâ commodâ, qua in valle herbis plena, ubi aqua abundaret, frueretur, factum esse, ut lasciva in interitum irrueret. Vox مونق adiectivum est substantivo suo praemissum, ut proprie غدير مونق dicendum fuerit. Huic autem voci aut casus nominativus, ut grammatice cum voce اخر aut casus genitivus, ut cum voce عهد, quae pro معهود (pluvia rigatua) sit, tribui posse, scholiastes adnotavit. Placet addere locum e commentario Ebn-Djinnii a beato de Sacyo adscriptum: اراد ان يقول غدير مونق الا انه قدم وصف النكرة عليها فاعربه اعرابها وابدلها منه كقولك مررت بظريف رجل ولو نصبه لانه وصف نكرة قدّم عليها فنُصب حالا منها لجاز على قولك فيها قائما رجل غير ان سيبويه قال هذا كلام اكثر ما يجى فى الشعر وقلما يجى فى الكلام ولو نصبه فاعمل فيه معنى الكلام والمضاف محذوف اى وآخر عهد لها نزول غدير مونق ثم حذف. Idem

dixit, ut vocem مبقل sic quoque باقل adhiberi; sed, ut participium primae formae significationem participii quartae habeat, raro accidere.

XXVIII.

Ijas b. Alaratt dixit.

(c o n f. p. ۴۹۰, ۵۹۳, ۷۳۵.)

1. Mater vestra Marah quum adparet, scorpioni feminae similis est, quam scorpio mas futuit.

Matri gentis conviciatur, ut ipsam gentem opprobrio adficiat. In matrem contumeliam dici, aegre ferebant c o n f. libr. meum: Chrestom. grammat. histor. p. ۴۳. Vocem مرعى nomen feminae, ut vox أمكم adpositionis loco sit, aut cognomen esse putant. Alahnafus de discrimine inter viros feminasque interrogatus dixisse fertur: »Viri sunt locus interdictus, feminae autem pratum,« quae verba erroribus adnumerata sunt. Djeuharius sub voce عقرب in textu انْ غدت habet. Posteriori versus parti sequentes versus similes sunt (metr. Sarih): I n s t a r d u o r u m s c a r a b a e o r u m n i g r o r u m, q u i f i m o v e h u n t u r d e f o r m i t a t e e t f o e d o a d s p e c t u. Feminam cum scorpione comparavit aut ob foedum adspectum aut, ut stupiditatem et iniustitiam, qua clandestino modo aliis noceat, designaret. Serpentes et scorpiones hostes significant c o n f. Ham. ۱۰۵ v. 1. et reptatio scorpionis noxam inferre dicitur Ham. p. ۱۵۹ v. 1. Ut in nostro versu femina cum scorpione sic Ham. ۸۱۹ v. 1. cum serpente comparatur. Scorpioni in proverbio tam stupiditas Meid. C. 5, 188., quam iniustitia et inimicitia C. 18, 227. adscribitur.

2. Eius corona agilis et in motu caudae eius confossio dolore plena sicut confossio cuspidis hastae est. **(p. 649.)**

Feminam cum scorpione comparaverat. Hanc autem comparationem ante oculos habens scorpionem et damnum, quod infert, describit. Cornua scorpionis coronam appellavit et quum scorpione hominem designare velit, adiectivum زول, quod proprie nonnisi homini convenit, cum eius cornibus coniunxit; vox enim agilem intelligentemque hominem significat. Motum caudae pro cauda ipsa aut pro aculeo, qui sub cauda est, posuit. Verbum autem شال maxime in camela adhibetur, quae, ut se gravidam ostendat, caudam tollit. Eius confossionem quum haud penetret, dolorem quidem facere, sed parum nocere vult. Verba mulieris pungentia respicere videtur. Pars scholii cum scholio versus prioris coniungenda est.

3. Omnis hostis, quum obviam venit, timetur; sed matris vestrae vis in podice est.

Comparationis cum scorpione rationem habens mulierem coram nocere non posse dicit; sed absentem susurrationibus calumniisque inimicitias et odia inter homines movere. Ad hunc sensum probandum scholiastes proverbialem loquendi modum: »Inter eos scorpiones repunt« (c o n f. Meid. T. III P. 1. Nro. 897.) recte adnotavit. Simile autem est alterum proverbium: سرت الينا شبادعهم. »Noctu ad nos scorpiones eorum venerunt« (c o n f. Meid. T. I p. 600.). Vox مجان non ipse podex; sed locus inter duos meatus tam in viro quam in

femina scholiasto auctore est. Huius loci, similitudinem cum scorpione eiusque aculeum respiciens, mentionem fecit.

XXIX.
Adham b. Abi-l'Sahra dixit.

(conf. p. ٣٤٩.)

1. O filii Chaibarijji! Turpibus sermonibus abstinete, qui a vobis prodiere et quaenam earum res sint, videte!

Gentem Chaibarijji versibus satyricis poetam petiisse, ex hoc versu cognoscimus. Abu-Rijaschus narravit: quum Ahbd-Allahus b. Modlib . . . . Thajjita Honaidam, filiam Ahbd-Alrahmani b. Hodair b. Wabarah, e gente Chaibarijj in matrimonium duxisset et femina in concubitu eum admittere noluisset, Adhamum hosce versos dixisse; sed, quomodo versus cum ista re cohaereant, non patet. Scholiastes noster in fine versus tertii poetam, quum feminam in matrimonium peteret, a gente repulsam passum esse dixit. Hoc, si verum est, carminis argumento magis convenit. Vocem قناذع, quae vox metri causa Nunnationem accepit, potius cum littera Dsal scribendam esse puto, quippe derivandi modus a radice قذع aptior videatur.

2. Et quot inobsequentes apud nos sint, vos scitis, quae quum fugiunt, sero quiescunt.

Sensum huiusce versus vario modo explicarunt, quum, quaenam sint inobsequentes, dubitari possit. Sunt, qui uxores inobsequentes significari putent, ut cum loquendi modo cohaereat, »inobsequentes in matrimonium duxerunt,« si quis, homines rem difficilem peractu suscepisse, significaturus est. Aut ipsas tales uxores poetam voluisse aut in verbis nil nisi comparationem esse, qua gentis superbiam poeta indicaverit. Alii poesin significari dicunt, quae ab ipsis emissa inter homines divulgetur; alii denique infortunium intelligunt et vim, quae aliis infertur, quae si inceperit, haud quiescat. Voci ناشص, quum nonnisi in feminis adhibeatur, signum feminini necessarium non est. Vox كاين idem quod كم significat, sed, num dialecti gentis Thai, quae diversa est, propria vox sit, pro certo affirmare non possum.

3. Et in thalamis velo absconditis pone terga nostra puellae sunt dorcadibus similes, magnis oculis praeditae.

Repulsam, quam ipse feminam ex alia gente in matrimonium petens, passus sit, non esse dolendam dicit, quum in ipsorum familia feminae pulchrae sint, quas in matrimonium ducere possit. Pulchrae puellae cum dorcadibus conferuntur, et dorcadum oculi pulchri habentur, ut pulchri puellarum oculi cum illis conferantur. Mirari haud licet, Arabes in pulchris puellis oculorum frequenter mentianem fecisse, tum quod oculi pulchritudinis sedes sint, tum quod reliqua corporis parte vestibus largis tecta nulla corporis pars praeter oculos viris adpareret. **(p. 650.)** conf. Diwan Amru-l'Kaisi p. ٤١ v. 6. Amru-l'Kaisi Moall. v. 31. In Mersukii codice melius legitur: عليه الستور والنواشى النساء الشواب.

4. Nos autem, quum, quod Ahbd-Allahus caelebs sit, irascamini, qui id levipendamus, digni sumus;

5. Sed ego patris filius non sum, a quo originem duxisse dicor, si furunculi et ulcera podicis eius ob id disrumpuntur.

Hi versus id, quod ad primum versum adtulimus, spectare videntur, Ahbd-Allahum nempe a femina, quam in matrimonium duxisset, repudiatum esse. Neque gentem neque virum ista re adfici, poeta dicit, etsi alii ob istam rem irati sint. Scholiastes dixit, ex hisce versibus cognosci posse, poetam eum esse, a quo femina in matrimonium petita sit. Hic igitur aut ipse matrimonium recusasse, aut filia, quae a patre Abbd-Allaho in matrimonium concessa erat, marito obsequi noluisse videtur, ut matrimonium irritum fieret. Loco vocis بايمة in codice Tebrisii alter legendi modus بلحية »ob barbam« indicatus est, qui in Mersukii codice non legitur. Quid significet, mihi clarum non est. Suffixum in voce سنهينها nonnisi ad vocem ايمة referri potest, ita ut بايمة sit pro بسبب ايمة. In posteriore versu sensus verbis tribuitur, quo affirmat, se illius viri voluntati haud satisfacturum esse, ut filiam in matrimonium det. Status viri uxore carentis cum morbo, furunculis et ulceribus in podice comparatur. Furunculi autem disrupti quum sanentur, poeta dicit, se puellâ in matrimonium datâ effecturum non esse, ut furunculi disrumpantur et sanentur. Podicis autem furunculorum contumeliae causa mentionem fecisse videtur. In scholii linea quarta voces لان تشقق قلبه delendae sunt. Vocem دماميل pro دمامل dictam esse contendunt. Grammatici Cufenses in voce quatuor litteris constante, si posterior eius littera vocali mota sit, litteram Ja addi posse dicunt, ut زواريق dicant, dum grammatici Bazrenses rem negantes زوارق proferunt; sin autem posterior littera vocali mota non est, ut in vocibus سبطر et قمطر Cufenses quoque rem fieri posse negant.

XXX.

Horaits b. Ahnnab Nabhanita dixit.

(De poeta conf. p. ١٣٣.)

1. O gens Tsoahl, gens turpium verborum! Qui sermo vester est? Vobis est loquela errans et hominibus loquela est.

Secunda species metri Thawil appellati. Gentem Banu-Tsoahl, quae pars gentis Thai erat, ob verba turpia reprehendit et loquelam ab aliorum loquela diversam obiicit. Voces اهل الخنا aut quod poeta iis in alloquendo usus sit conf. Gram. Ar. T. II p. 91. aut quod vituperando inserviant ibid. p. 94. casum accusativum obtinuisse scholiastes adnotavit. Vocem حديثكم aut sermonem, aut rem significare posse et poetam eorum loquelam cum Nabathaeorum loquela contulisse nec non Arabum loquelae opposuisse. Nabathaeorum gens inter utramque Iracam sedem habens pura lingua Arabica haud utebatur. Gens Tsoahl autem quum pars gentis Thai esset, num poeta istam gentem respexerit, an generaliter sermonem istius gentis vituperaverit, dubitare licet.

2. Quasi vos caprae vehementius manducantes, loquelâ haud distinctâ ruminantes aut aves in loco Chaffan crocientes sitis.

Loquelam cum caprarum ruminatione et corvorum crocitu confert. Dicere vult, eos

vocem raucam e ventre modo, quo caprae ruminando herbas protrudant et corvi vocem edant, proferre. Corvos aves Chaffani appellavit. Chaffan nomen loci prope Cufam leonibus abundantis est. Hoc in loco ob multa cadavera a leonibus relicta corvi frequentes fuisse videntur, ut poeta nomine avis Chaffani corvum designare posset. Num corvum, quod infelicis quoque ominis sit, appellarit, pro certo haud affirmo. Scholiastes adnotavit, si littera Alif (quae in litteram Ja mutata est) addita sit non tanquam feminini signum, vocem cum Nunnatione pronuntiandam esse. Femininum genus autem ei eodem modo, quo voci عقرب, datum esse (feminini signo haud addito aut dum معزاة ut معزية dicitur). Quosdam esse dicunt, qui vocem sine Nunnatione, ut littera Alif feminini signum sit, adhibeant. Grammaticus Sibawaihi sequentem versum, in quo voci masculinum genus est, adnotavit (metr. Hesedj): Et caprae decerpentes, quae in terrae vertices adscendunt, nigrae.

3. *Dijafi incolae, praeputio praediti, quasi eorum orator alto die, dum merdam excernit, gustet.*

Aut initium versus cum voce كانكم cohaeret, ut eos cum Dijafi incolis comparet, aut subiectum هم omissum est, ut ipsi Dijafi incolae sint. Vox دياقية, quae pluralis significationem habere debet, a voce دياف, nomine oppidi in Syria aut Mesopotamia a Nabathaeis Syriae habitati, a quo et cameli et gladii cognominati sunt (Kam) derivata est. Ut eos Arabes non esse significet, eos praeputio praeditos describit. Significare quoque potest, eos Christianos fuisse. Eos autem turpi modo loquentes significaturus, ipsum eorum oratorem i. e. eum, qui facundiâ excellet; tali modo sermonem proferre dicit, quasi in cacando gustet. Verbum تمطق gustandi significationem habet; sed tali modo, ut linguâ superiori palato illisâ ob bonum gustum sonus audiatur. Poeta autem, ut gentis pigritiam designet, dicit, eos semper in lecto cunctantes demum surgere, quum tam cacandi necessitate quam fame cogerentur.

XXXI.

Schoaiths b. Abd-Allah dixit.

Hic e gente Cinanah-Balkain virum e gente Balkain, cui nomen Ibkal b. Haschem, vituperat. Hic Ibkal in gentem Cinanah sequentem versum dixit (metr. Basith): Gens Cinanah neque in bono bonum neque in malo malum est. (In Morsukii codice hic versus tanquam versus Hamasae in textum receptus est).

1. *Num gens parva speral, suos parvos bonum adlaturos esse, posteaquam tibi magni eius impotentes fuerant?*

Poeta gentem alloquitur dicens, quum potentes fidem fefellissent, stultum esse in iis spem ponere, qui peragendi potestatem non haberent. Vox حيي mihi forma deminutiva vocis حي (gens) esse videtur, quam poeta despectus causa adhibuit. Suffixa generis feminini, gentem significari, ostendunt. Gentis nomen proprium esse non puto. Alter legendi modus حييا est, ut verbi obiectum sit. Hoc recepto poeta virum alloquitur. Abu-Hilalus denique حُنَيًّا legens gentis nomen esse dixit.

2. *Quum sidus (Plejades) ad solis occasum venit, vasa hospitalitatis a gente parva absconduntur et vicinus eius perfidiam queritur.*

Duas genti res obiicit, avaritiam, ut hospites haud excipiat et iniustitiam erga vicinos, quos diripiat et contra alios haud tueatur. Sidero Plejades significantur. Arabes dicunt: (ad metrum Ramal referri potest) Sidus matutino tempore ortum est et pastor utrem (lactis vel aquae) desideravit. Sunt formae deminutivi a voce غديّة et غدوة شكوة derivatae. Plejades quum tempore summi aestus oriantur, pastor siti adficitur, ut bibere cupiat. Sensu contrario dicunt: »Sidus vesperâ oritur et pastor vestimentum desiderat« (quo contra frigus se tueatur). Dicentes autem »dies sideris« diem summi aestus significaturi sunt. Verba وإن مغرب duplici modo explicant, ut vox مغرب aut loco obiecti sit aut loco definiendo inserviat. Priore admisso veniendi, posteriore praehabito oriendi significatio (i. e. oritur loco, ubi sol occidit) verbo convenit. Verbum اجحرت duplici modo explicatur, ut aut cum voce جحر »latibulo« cohaerens absconden di aut cum voce جحرة »anno infertili« cohaerens virum bono destitutum esse significet, quarum prior mihi magis placet. Sunt, qui loco huius verbi حاردت (impedivit) legant, ut significatio cum paucitate lactis in camela (حراد) cohaereat. Haec vocis significatio in versu a scholiaste adnotato occurrit (metr. Redjes): Camelae[1], quae pocula ampla invorterunt, quarum paucitas lactis impedit, quominus commeatum eius (lactis copiam) adportent. Scholiastes adnotavit, voce النجم (sidere) tam plejades quam alia sidera significari posse, quippe Sirius simili modo describatur (metr. Thawil): Hospitem summa parte gibbi camelini excipimus, quum Sirius ad finem diei sui pervenit.

Praeter Abu-Tammamum homines versus hosce Horaitso b. Ahnnab e gente Nabhân b. Ahmru, quae pars gentis Thai erat, tribuerunt. Plures poetae priorem versum paene verbotenus imitati sunt. Sic Farasdakus dicens (metr. Thawil): Num gens Rabih sperat fore, ut parvi sui bonum adferant, dum magni nil perficere potuerunt et Albäithsus: Num gens Colaib sperat fore, ut novi sui bonum adferant, dum veteres Colaibum fefellerunt. Alfarasdakus autem virum vituperans, quod suum versum sibi adsumserit, dixit (metr. Wafir): Quotiescunque versum divulgatum dixi, Ebn-Hamr (filius rubrae) fatuus meliores eius partes tanquam cribro secrevit.

XXXII.

Horaits b. Ahnnab dixit.

(conf. p. ١٣٣.)

1. *Vos duo Zachrae dicite, quum ei satyra molesta est: Ad nos te converte! Ebn-Ahnnabus te salutat.*

Metri Basith appellati secunda species est. Simile carminis initium p. ١٢١ v. 5 et p. ١٢٩ infr. invenimus. Noster scholiastes, Zachra nomen feminae fuisse, dixit; sed Mersukius gentem

1) Pluralis a plurali singularis ناقة derivatus est. Nunnationem ob metrum habet.

significari vult. Gentes nonnullae autem sunt, quae a matre nomen acceperint. Posterior versus pars ludibrii causa dicta est. Vox تجيبك aut statui describendo, ut pro accusativo participii sit, inservit, quemadmodum in Corani loco Sor. 19, 5 sq. verbum يرثنى explicant aut propositionem consequentem imperativi, ut pro futuro apocopato sit, efficit. Licentiâ enim poeticâ, ut una forma pro altera ponatur, permissum est (c o n f. Gram. Ar. T. II p. 503.). Sic in initio se- **(p. 652.)** quentis versus (metr. Wafir): **N o n n e a d t e v e n i t , d u m n u n t i i r e f e r u n t u r (r e s , q u a e g e n t i s B a n u - S i j a d c a m e l a e , c u i l a c e r a t , a c c i d i t.)** (بما لاقت لبون بنى زياد).

2. Cur non Ohwaidjum impedivistis, quominus mihi contumelias diceret, re vera servum, origine suspectum (nothum), inter optimos non habendum?

Totam gentem vituperat, quod virum a satyrâ non retinuisset et in virum ipsum contumelias dicit. Servo quum crines occipitis, ni fallor, abraderentur عبد القفا appellatur. Hoc autem nomine is designari videtur, qui origine et non captivitate servus erat. Dicitur quoque عبد القفين; sed de significatione formae dualis non consentiunt interpretes. Contrario sensu كريم المحيا et حر الوجه dicitur. Forma dualis in sequentibus versibus occurrit (metr. Redjes): **N i s i A b u - l'S c h a k w a f u i s s e t , p e c o r a p o t u s a t i a t a n o n f u i s s e n t , t u n i c â l a c e r â i n d u t u s , u t c a r o c r a s s a a d p a r e r e t , a b i e n s q u u m a q u a o c c i p i t i s i n u t r o q u e l a t e r e** (i. e. sudor) **m a n a t.** Voces لحم زيم occurrunt p. ٣١٣ v. 3. Vocem autem vario modo grammatice explicant dicentes, aut esse loco adpositionis vocis عويجا aut vituperando Gram. T. II p. 94. 263. aut statui Ohwaidji describendo inservire. Vox صياب mihi pluralis forma videtur, quae proprie bene directas sagittas designans in optimos gentis translata est. Hanc significationem in versu, cui metrum Redjes est, invenimus: **I n m e d i o g e n t i s M a l e c e t H e n t s e l a h f u i , o p t i m o r u m e i u s e t n u m e r i v i t i i s c a r e n t i s.**

3. Dum vos in tergo cameli pone vos imposuistis Solaimam, matrem Montaschiri et Ebn-Almocaffafum post tergum insidentem et Ebn-Chabbabum.

Versus sensus, quum ambiguus sit, vario modo explicari potest. Vox مستحقبين statui hominum, quorum mentionem fecit, describendo inservit. Hos alios pone dorsum vehentes secum sumsisse dicit; sed, quod velit, haud liquet. Scholiastes dixit, si illi e numero eorum, qui satyrâ perstringerentur, essent, verba eodem modo dicta esse, quo dicere solerent, quendam in postrema gente esse; sin vero e numero eorum non essent, sensum esse, eos ab iis auxilium rogasse, ut ei similes facti essent, quem vir post se vehentem secum duxerit. Alii dicunt, sensum esse, vos me satyrâ petiistis, dum iam istam feminam et istos viros vobiscum pone tergum sumsistis, quasi Solaimam ab istis viris dedecore adfectam esse velit aut omnibus illis simul ignominiam iniungere, ita ut eos derideat dicens, vos mihi per eos, qui vobis dedecori sunt, bellum infertis. Alii dicunt, eos ab illis captivos factos pone tergum abductos esse. Alii denique in eo cognationem, qua cum iis coniuncti essent, vident. Loco vocis خباب in Meraukil codice جناب legitur.

4. *O pessima gens, e gens Hisn, dum in oppida migratis et qui ex vobis in campis degit, omnium Arabum campestrium pessimus est!*

Quum Arabes in duas classes, eorum, qui in oppidis degunt eorumque, qui campos incolunt, dividantur, poeta omnes Arabes complectitur sermone. Initium versus duplici modo, quo versus tertius p. ١٥٠, explicari poteat. Vox مهاجرة statui describendo inservit. Eodem modo post verba, quibus invocatur, accusativus in sequente hemistichio invenitur (metr. Basith): O pessima ignorantia, dum gentibus nocet! Scholiastes adnotavit, ad vocem, quae statui describendo inserviat, in accusativo post invocationem ponendam adsuefecisse modum loquendi, quo nomen actionis sequatur, ut in verbis يا زيد دعاء حقا. »O Saide! invocando revera; nam nomen actionis si poni licitum sit, sermonis confirmandi causâ accusativum status non minus licitum esse. In posteriore autem versus parte priorem loquendi modum relinquens poeta narrandi modum secutus est, quae sermonis mutatio in poesi haud raro locum habet.

5. *Vicinus in eorum domibus nil boni sperat; contumelias et cognomina ludibrii causa data effugere non potest.*

Quod Arabibus maximo dedecori est, vicino haud benefacere; sed ei malum inferre, id isti genti obiicit conf. Meid. C. 23, 439. 27, 97. Voces لا محالة in versu eodem modo adhibitae sunt, quo voces لا بد adhibentur.

XXXIII. (p. 653.)

Alius dixit.

1. *O gens Asad! quod si non receditis, plantae camelorum ungulaeque vos conculcabunt, donec frangamini!*

Genti Asad minatur. Verbis autem, se eos contemtui habere, ostendit. Gentem Asad in via quasi abiectam describit, quae nisi recedat, tam equorum ungulis quam camelorum plantis frangatur. Verbum حطم, quum in re arida adhibeatur, gentem eum ligni aridi partibus in via abiectis poeta comparasse videtur. In versu autem metri homoioteleutique causa vox وحوافر a voce مناسم, quacum coniungenda erat, separata est.

2. *Et locus conventus gentis, si nobis occurrere volunt, aquae sunt, quas gentes Tamim et Ahmir evitarunt.*

A gente sua gentem Asad (conf. Ebn-Kotaib. p. 120.) haud timeri dicit, quum tanta eius potentia sit, ut ipsa gens Tamim et Ahmir tam numerosa potensque loca evitent ab ipsis defensa. Aquarum loca potissimum commemorat, quod ea maxime defendebant. Voce قوم gensem Asad significat, et vocem sine articulo adhibuisse videtur, ut contemtum suum manifestaret. Ahmir nomen plurium virorum est, e quibus gentis posteritas prodiit. Ahmirum filium Zahzaahi sine dubio significat, qui magnae posteritatis auctor erat.

3. *Aquam haurientes in locis Albithah, Manahdj et Alrass dormire non possunt et (si dormiunt) festinant et vigilant.*

Si scholiastae adsentiendum est, poeta genti suae vigilantiam in defendendis aquis tribuit, ut, si alii occurrere velint, eam paratam inveniant. Mersukius in verbis descriptionem magni exercitus videt, qui aquam haurientes dormire haud sinat. Hoc sensu recepto, illa loca genti poetae fuerint, necesse est. Vox منعج quum loci nomen sit, vocem البطاح et الرس, quamquam et nominum adpellativorum significationem aeque aptam habeant, nomina propria esse videntur. E loco autem, quem vir doctiss. de Slane e libro مراصد etc. ad Diwanum Amru-l'Kaisi p. 98. exscripsit sequentem: منعج واد ياخذ بين حفر موسى والنباج ويدفع فى بطن فلج وبه يوم للعرب وقيل منعج من جانب الحمى حمى ضرية التى تلى مهب الشمال ومنعج نبى اسد واد كثير المياه وما بين منعج والوحد بلاد بنى عامر لم يخلطها احد اكثر من مسيرة شهر vocem Manahdj vallem gentis Asad esse videmus. Quod si igitur in versu de illa gentis Banu-Asad valle sermo est, Asaditis potius timorem, ut dormire non auderent, obiici putaverim, qui timor debilitatis, ut aquae ab hostibus haud securae ipsis viderentur, indicium esset. In scholii lineâ quartâ codex Tebrisii متاهبون لها habet; rectius vero متاهبون له videtur.

4. *Vos corpore depresso sedentes a conspectu nostro occultati estis, quemadmodum cacans ante domos corpus suum contrahit.*

In hoc turpem eorum timorem describit (conf. Ham. ٦٨٨). In comparatione, quam instituit, ludibrium et contumelia est. Ante domos cacare, quum turpe sit, quam maxime corpus homo deprimit, ne ab aliis conspiciatur. In modo autem, quo corpus suum in terram deprimit, maximi timoris indicium est.

5. *Vides equum colorem nigrum rubro mixtum habentem, maculâ albâ tenuiore in fronte praeditum et rufum per decem dies inter nos quaeri, dum effugit.*

Aut numerosae gentis amplam regionem incolentis aut magni numeri equorum indicium est, si equus generosus et signis externis praeditus, qualem in hoc versu poeta descripsit, per decem dies frustra quaeritur. Similem sensum in versu T. I p. 555 invenimus. Vocem عشرا loco adiectivi cum substantivo coniunxit pro عشر ليال, qui loquendi modus usitatior est. conf. Gram. Ar. T. II p. 315. Loco vocis بيننا in Mersukii codice وسطنا legitur.

6. *Et quum vos vidissemus viles, tenues, dum vobis ex omnibus hominibus adiutor non erat,*

In versu, qui cum sequente cohaeret, tempus describit, quo illi contemti vilesque essent. Vox ادقة proprie ad corpus spectat; sed hoc in versu ab antecedente لياما significatione diversa non videtur, ut duae voces coniunctae summum vilitatis gradum designent. Loco verborum من ساير الناس ناصر in Mersukii codice مولى من الناس ناصر »patronum etc.« legitur, quae voces in margine codicis Tebrisii adscriptae sunt.

7. *Vos coniunximus, licet vobis haud egebamus, sicut ligna crus fractum coniunxerunt.*

(p. 654.) Et isto tempore suam gentem istam secum coniunxisse, ut, qui adiutoribus destituti essent, adiuvarentur. Statum debilis gentis cum conditione cruris fracti comparat. Coniunctionem autem, qua gentis conditio melior fieret, cum modo, quo lignis adhibitis crus

fractum sanatur. Scholiastes adnotavit, vocem كسير, feminini signo haud addito, cum nomine feminini generis coniunctam esse, quoniam forma فعيل participii passivi significationem habens cum nomine feminini generis coniuncta litteram ة non accipiat. Quae res in systemate grammaticorum Cufensium pro regula generali habetur, dum grammatici Bazrenses non regulam; sed usus rationem sequendam esse docent.

XXXIV.
Abu-Zahtarah Baulanita dixit.

(conf. Ham. p. ٣١٢, ٥١٢.)

1. *Num satyrâ nos perstringis, dum sinceri eramus eiusque oblivisceris, quod gens Banu-Bara dono tibi dedit?*

Iniustitiae virum gentis suae accusat, quod sinceros amicos laedat, immemor eius, quod a gente Bara acceperit. In versu ابو براء et بنو براء legitur; sed posterius ob sequentem versum, in quo pluralis verbi est, magis placet.

2. *Ii effecerunt, ut sub noctem foetum foedi odoris vino et aquâ compositum ederes.*

Hoc in versu donum prioris versus describit. Eum vapulatum esse, ut quum ebrius esset, excerneret vinum et aquam. Num cacaverit, ut scholiastes vult, aut minxerit, quod timentes faciunt, non liquet. Eum minxisse, verba خمر وماء indicare videntur; eum cacasse, verba سقبا خبيث الريح. Voci خمر in codice Tebrisii alter legendi modus لبن (lac) superscriptus est. Rem cum partu camelae conferens eum intemperantiae in edendo et bibendo accusat. Vox سقب foetum marem cameli indicat, qui parvi habetur. Mersnkius ignominiae causa foetum marem poetam dixisse vult. In posteriore versus prioris parte igitur minae sunt, fieri posse, ut ipsi idem iterum contingat.

3. *Te dure tractarunt, quum crimini obnoxius non esses humerosque tuos multo sanguine inquinarunt.*

Modum agendi gentis Bara clarius exponit. Verbo جهل dure tractandi, qualis stupidi ratio est, hoc in versu significationem tribuendum puto.

XXXV.
Althirimmah b. Djahm Sinbisita contra Nafidsum b. Sahd Mahnitam dixit.

1. *Si de gente Mahn gloriaris, facere licet; sed in alia gente generosorum factorum domus exstruuntur.*

Deridens dicit, eum causam quidem gloriandi de gente Mahn invenire; sed re vera in aliis gentibus gloriandi causam esse. Scholiastae hoc in versu vox بيوت nonnisi tentoria significat, quippe Arabibus domus luto haud exstrui soleant; poeta autem quum Araba campester non esset; sed Cufae degeret, haud, scio, an Arabum campestrium morem ante oculos habuerit. Gloria autem cum aedificio comparatur conf. Ham. p. ٢٥٦ inf. et ٥٠٦ v. 5.

2. Quando, o fili feminae Hentsaliticae, hominum agmen ducis ad vias amplas verticum id ducens?

Poeta eum, quem satyra perstringit, interrogat, num unquam sperare potuerit, fore, ut agminis dux sit. Despectus causa eum filium mulieris Hentsaliticae adpellavit. Rem igitur, quae locum habeat, contra ipsius opinionem accidisse vult, ut non viri meritis et nobilitati; sed casui tribuenda sit.

3. Quotiescunque filius gentis Djadd gentem Thai ducebat, vertices gibborum sub plantis camelorum erant.

Scholiastes noster dicit, Djadd et Ohtalb duarum gentium nomen esse; sed Mersukius voci جد fortunae significationem tribuit, ut ابن جد filius fortunae pro صاحب جد is sit, qui fortuna adiutus, haud nobili prosapiâ oriundus principatum obtinuerit. Voce ناهز eum proprie significari volunt, qui situlam e puteo extrahit, ut in eum translata sit, qui rebus gentis necessariis praeest, et, ut nonnulli volunt, quaestum genti necessarium facit. Vox ذروة autem non solum summum gibbi camelini, ut scholiastes vult; verum etiam verticem omnis rei designat; hoc in versu autem in nobiles, ut planta pedis cameli viles designat, significationem translatam putant. Quod si rectum est, tali duce gentis status subverti, ut nobiles sub vilibus sint, versus significat.

4. Duc potius habenâ clitorem matris tuae et pene patris tui vilis porrum loci Ahsim effode!

(p. 655.) Acerbia in ducem gentis Thai contumeliis invehitur, nam Arabes in satyra res turpes proferre haud abhorrent. In versu tam الفسل, quae vox vilis, quam الفشل, quae debilis significationem habet, legitur. Scholiastes noster utriusque vocis significationes, ut videtur, errore confudit. Ahsim aut nomen loci aut arenarum tractus elatus apud locum Ahlidj est, cuius notitiam haud inveni. Porrum autem effodere, ut cibo sit aliis alimentis deficientibus, vilis pauperisque est.

XXXVI.
Alcarawwas b. Said b. Hizn etc. dixit.

(conf. Ham. p. ٣١٤.)

1. Utinam doni tui pars mea fuisset, pone arenas quid ageres scire!

Si versibus sensus satyricus est, ponamus necesse est, a quodam poetam auxilium sperantem frustratum fuisse. Poeta igitur optat, ut loco doni, quod speravisset, notitiam avaritiae eius habuisset; sic enim iter per arenas ad eum suscepturus non fuisset. Scholiastes omnino Mersukium secutus voces وراء الرمل cum sequentibus sensu cohaerere non posse, probare studuit duplicem causam adferens, unam in eo positam, quod, si vox ما tanquam pronomen sequentia cum antecedentibus coniungat, verba coniuncta ante eam locum habere non possint; alteram, quod, si vox ما locum rei descriptae occupare putetur, descriptio ante rem descriptam esse non possit conf. Gram. Ar. T. II p. 259 sqq. Ut res a grammaticae studiosis melius intelligatur, operae pretium erit, locum e commentario Ebn - Djinnii, in quo huius grammatici

sententia magis explicata sit, quem beatua de Sacyus exemplari suo adscripaerat, publici iuris facere: معناه ما انت صانع وراء الرمل الا ان حملّه الآن على هذا الاعراب لا يجوز وذلك ان ما هنا لا تخلو من ان تكون موصولة او موصوفة او استفهاما فان كانت موصولة لم يجز ان تعلق وراء بصانع لاستحالة جواز تقديم الصلة او شي منها على الموصول وكذلك ان كانت موصوفة الا ترى ان تقديره عرفت شيا انت صانعه فصانع الآن من جملة الصفة ومحال ايضا تقديم الصفة او شي منها على الموصوف وكذلك ان كانت استفهاما لامتناع عمل ما بعد الاستفهام فيما قبله فاذا كان المعنى عليه وسبيل الاعراب ضيقة عنه أُضمر له ما يتاوله مما يدل الظّاهر عليه على ما مضى فى صدر هذا البيت ويجوز ان يكون وراء الرمل متعلقا بنفس علمت اى علمت فى هذا الموضع كذا وكذا على صغر معناه ويجوز وجه ثالث غير هذين وهو ان ينصب وراء نصب المفعول به لعلمت اى ليتنى عرفت هذا الموضع ويُبْدَل منه ما انت صانع ان تجعل ما استفهاما كقولك قد عرفت زيدا ابو من هو فتبدل ابو من هو من زيد فيصير الى انك كانك قلت قد عرفت ابو من زيدٌ ويجوز ايضا اذا جعلت وراء مفعولا به ان تجعل علمت المتعدية الى مفعولين وتجعل ما بعدها من الاستفهام فى موضع المفعول الثانى كقولك قد علمت زيدا كم ماله ولا يجوز اذا جعلت علمت المتعدية الى مفعولين ان تجعل وراء المفعول الاول لان ما يُفعَل فى الموضع ويصنع فيه غير الموضع ومحال ان يعلم الشي على خلاف ما هو عليه الا تراك لا تقول علمت الحق باطلا ولا علمت السواد بياضا وهذا واضح.

2. Et iam ab eo, quod videbam, locus remotus erat et locus terrae amplus.

Si peeta ad eum iter non fecisset, istam vilem agendi rationem oculis non vidisset; sed ad locum inde remotum se contulisset. Pest vocem ارى suffixum ى omissum est.

3. Et animi propositum mihi erat, quotiescunque vilis ab agendo se retinet, ad altiora tendens, quum viri loca alta attingere nequeunt.

Se ob magnanimitatem, qua res viles despiciat et alta petat, laudat. Vox جبس inopem ingenii, timidum segnemque designat. Ante vocem نفسه vox هم »propositum animi« aupplenda est. Vox مطلع proprie locum designat, ex quo prospici potest, ut locus altus sit. Hec in versu res magnas et arduas designat.

XXXVII.

Wadhdhah b. Ismail etc. dixit.

1. Quis de me Hadjdjadjo nuntium fert dicens: Si vis, me amputa, quemadmodum membrana foetus disrumpitur!

(p. 656.) Peeta carmen modo poetis haud insolito incipit conf. Ham. ٤٨٦ v. 1. Cum Hadjdjadje ei inimicitiae intercesserant, quarum causa tres proponit res. Prima in hoc versu separatio est, quam coniunctio non sequitur. Ut autem talem separationem indicet, eam cum mede, quo membrana feetus disrumpitur, comparat. Quâ ruptâ quum foetus ex utero prodeat, nulla amplius coniunctio inter utrumque existere poteat aut, si in utero rumpitur, ut predire non possit, gravidae pereundum est. Haec autem res si accidit, reparari non potest. Cum hoc proverbium, quod in rebus gravibus adhibetur, quodammodo cohaeret انقطع السلا فى البطن »Membrana foetus in ventre rupta fuit« (Meid. C. 21, 8.).

2. Et, si vis, omnes nos novaculâ aggredere et nos omnino amputa tanquam nodos ansarum!

Secunda res, quam proponit, est, ipsius propinquitatis vincula abrumpi, quemadmodum, si globi ansarum vestiariarum amputaetur, vestis contineri non potest. Quos autem ut omnino amputatos designet, eos ope novaculae acutae amputari dicit. Loco vocis فأقتلنا legendum puto فاقبلنا, ut in Mersukii codice legitur, nam occidendi significatio vix convenire videtur. In explicanda voce موسى grammaticorum Cufensium et Bazrensium sententiae discrepant. Illi dixerunt, vocis formam فعلى esse, ut in forma generis feminini causa sit, hi autem esse formam مفعل, ut non formâ, sed usu generis feminini sit. Vox ميصة, signum generis feminini obtinuit, quamquam adiectiva formae فعيل cum sensu participii passivi hoc signo carere solent conf. Gram. Ar. T. I p. 351. Scholiastes putans, initio signum feminini addi usitatum fuisse, explicandi causa verba اعور et استنوى, in quibus ad modum priorem formandi redierint, adduxit; sed, illa duo exampla ad rem istam probandam minus apta esse, negari non potet. Ante vocem عقد nomen actionis تقطيع supplendum est, ut illa vox modo nominis actionis omissi casum accusativum obtinuerit.

3. Et si dicis: Nil nisi separationem absentiamque (volo); tum absentia sit, cuius separationem Deus sempiternam reddat!

4. Sed ego in oculo tuo trabem transversam conspicio, tu autem, quod in oculo meo festucam vides, miraris.

In tertio versu penit, Hadjdjadjum nil nisi separationem velle. Se paratos esse dicit ad voluntati eius satisfaciendum, ita ut nunquam ad eum redituri sint. Quis autem non videt, verborum sensum in quatuer prioribus versibus ambiguum esse; quapropter Mersukius dixit, homines in hisce versibus legendis et explicandis novas rationes secutos esse; sed verum esse modum, quem ipse, nescio a quonam, acceptum adtulerit. Tribus autem rebus, quas poeta explicavit, se Hadjdjadji alienationem non curare patefecit. In quinto denique versu adhibito proverbio vetere (conf. Meid. C. 22, 115), quod iam in novo Testamento (conf. Math. 7, 3. Luc. 6, 41.) invenitur: »Vides festucam in oculo fratris tui et trabem transversam in oculo tuo sinis (in Mersukii codice in faucibus tuis legitur.) Hadjdjadjo obiicit, eum in poeta parva vitia videre; sua autem ipsius vitia magna non agnoscere aut stultum eum agere, quum stultitiae sit, hominibus rem celare aut denique eum consulto iniuste agere, ut proverbii sensus sit, Hadjdjadji malefactum magnum, poetae autem parvum esse.

XXXVIII.

Ahmru b. Michlat-Alhimar Calbita dixit.

(conf. Ham. p. ٣٦v.)

1. In loco Djeirun a suggestu regni eos depulimus, qui eum occupaverant, quum suggestu potiri haud possetis.

Quum imperator Moahwijah filio suo Jasid anno 56. (Abulf. Ann. T. I p. 372.) imperii successionem tradidisset, omnes praeter gentem Kais, quae se filio feminae Calbiticae, (Ja-

sidua enim e femina Calbitiea, Maison, filia Bahdali, natus erat) obsequium praestituram esso negaret, fidem dederant. Diuturno autem in bello, quod hanc ob causam accendebatur, potissimum gentia Calb strenuo auxilio gons Merwan contra gentem Haschem victoriam reportavit. Genti igitur isti, in quam tanta beneficia contulisseot, ingratum animum poeta obiecit. Quum autem in urbe Damasco sedem imperii haberent, ante alia proelia proelii ad portam Damasci Djeirun appellati mentionem fecit. Chalifatum (eonfer. Chrestom. meam gram. histor. p. ۱۰۲ sqq.) autem regnum appellavit, quod isto tempore paene regnum esset. Aldhad-Aldaula b. Bujah, Bagdadi post Chalifam in publicis precibus appellatus, primus rex appellatus est conf. Ebn-Challik. Nro. 543. In imperio autem dignitates, Chalifatus et Imamatus, ut ita dicam, conlunetae erant, quarum illa potissimum ad res muudanas, haee ad religiooem spectabat, quas nomen Chalifatus complectebatur. Haec autem dignitas tanquam a Mohammede originem ducens istis quoque temporibus apud principes in honore erat, quibus imperii potestas ab ea separata erat, donec tandem evanesceret. Quum primis temporibus a Mohammede die Veneris in sugestu publicas preces faciendi et populum alloquendi officium in successores translatum esset, suggestum tanquam imperii signum poeta commemoravit. Suggestus locus elatus erat in templo,in quo chalifa stans (primis temporibus) preces faciebat et populum alloquebatur. Primus Moahwijahus (c o n f. Abulf. Ann. T. I p. 380.) sedebat. Djairun (nomen portae Damasci), viri e gente antiqua Ahd oriundi nomen fuisse dicitur. Nomen in sequente versu Abu-Kathifahi Ahmrui b. Alwalid b. Obkbah[1]) occurrit (metr. Basitb): Palatium tum palmae et inter has res pneulum magnum (vel feminae pudendum) cariora sunt animae quam portae Djairuni. Kamusi antem auctor Djairun nomen loci Damasei dixit. In versu autem citato Damasci ipsius nomen esse videtur, quippe plures portae neonisi Damasco adscribi possint. Scholiastes loquens de voce جيرون et vocibus Arabicis e radice جرن derivandis vocem جُرْن adtulit, quae vox, quum lexica taceant, quam baluei partem significet, dicero non possum et scholiastes vocem Arabicae originis esse dubitat. Scholiastes a poeta voce اهله Ablii familiam respici putat; sed, quum in sequente versu proelii loco Mardj-Raheth poeta mentionem fecerit, Sobairi partes potissimum spectari putaverim. Praepositio عن cum verbo ضربنا non cohaeret; sed e verbo omisso pendet. Ante vocem منبرا vox صعود adscensum supplenda est.

2. *Et diebus omnibus sincerae fidei, quos novistis, auxilium tulimus et die Almardj auxilium forte.* **(p. 657.)**

Probat exemplis, gentem Calb auxilium tulisse et inter alia proelia maximum in loco Mardj-Rahith apud Damascum in regione amoena Gutbah dicta sito potissimum commemorat, quod in isto (anno 64) Aldhahhacus b. Kais Fihrita, qui tempore Muahwijabi praefectus co-

---

1) De viro nil invenimus; sed poter, ni fallor, ex sociorum Mohammedis numero erat. Ab Ohtsmano Cufae praefecturam obtinuerat, sed inde remotus est, quum ebrius publicas preces fecisset. Ohtsmano occiso a turbis se retinuit et in oppido Rakke diem supremum obiit (Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. ۴۱۷).

hortis praetorianae, Ahbd-Allahe b. Sobair elam fide promissâ, ceciderat. c e n f. Abulf. Ann. T. I p. 404 sqq. Loco vecis عرفتم in Mersokii codieo علمتم legitur.

3. ***Ne igitur beneficium abuegetis, quod fortitudine nostra vobis oblulimus, neque, postquam lenes fuistis, duros vos nobis praebeatis!***

Auxilium praestitum beneficium appellat a fortitudioe praestitum, nam hanc veci بلاء significatiooem tribuendam pute. c e n f. Ham. p. ۳۸۸ v. 1. Vecem حسنى scholiastes nemen actienis cum significatiene quartae formao احسان esse dixit, qued, si forma fominini ab adiectivo احسن derivata esset, sine articule adhiberi non pesset. Sunt queque, qui hec in leco حُسْنًا preferant. Nec nen ees, qui tempore, que auxilie egorent, lenes fuissent, iam superbos se gerere, obiicit. Ingratus animus in preverbiis vituperatur. Meid. C. 7, 22. 22, 177. 23, 627.

4. ***Quot principibus ante Merwanum eiusque filium moeroris velum detraximus, ut viderent.***

Merwanus post mortem Meahwijahi b. Jasid chalifa salutatus demum post victoriam apud locum Mardj-Raheth aono 64 imperie Syriae et Aegypti potitus est. Post spatium decem mensium anno 65 filius Ahbd-Almalec in imperio secutus est. Beneficia gentis suae in principes alies, Meahwijahum eiusque filium Jasidum collata gleriatur. Moererom cum vele, que eculi teguntur, ut videre non possimus, comparat, quao comparatie inde desumta videtur, quod moerenti omnia obscura apparent aut lacrymis visus hominis obscuratur. In versu legitur quoque كشفنا غطاء الموت. »Deteximus tegumentum mortis.

5. ***Et quot viros se submissuros (equites nostri) liberarunt, dum eorum dentes magni iam apparuissent, ut Deum laudarent magnique facerent.***

Gleriatur in ee, quod gentis suae equitatus viros e summe pericule liberaverit. Vecis نفس subiectum emissum est; sed quum de bello serme sit, nil aliud nisi vox الخيل suppleri potest. Ut summum viri periculum describat, viri deutes molares apparere dixit, quippe in periculo rictum heme diducat (c e n f. Ham. p. ٩ vers.). Morsukius eum oquitea advenientes recreasse dixit, postquam salivâ siccatâ rictum diduxissent, ut dentes molares adparerent. Virorum fatigationem designavit. In summo queque rerum discrimine Arabes verba لبيك »tibi obedie« et الله اكبر »Deus potentissimus est« Dee gratias agentes preforre solont. Scholiastes Moahwijahi statum in pugna ad locum Ziffin (Abulf. Ano. T. I p. 304 sqq.) respici putat. In versu legitur quoque: ومستلكم نفست عنه وقد بدت مقاتله. »Quet viri in preelio circumdati recreavi, dum leca cerperis, in quibus occidi possent, adparuissent«.

6. ***Quum Kaisita gloriatur, eius calamitatem in arvis Dhahhaci in oriente Djaubari in memoriam revoca!***

Gens Banu-Merwan, gente Kais praehabita, gentem Calb neglexisse videtur, quao res causa erat, cur hunc versum diceret, geoti Kais fiduciam habeudam neu esse, licet glerietur, quippe quae Aldhahhacum in proelio ad locum Mardj-Raheth deseruerit, ut occideretur. Vex

زرارة locum segetis designat, quae noonisi ploviâ rigatur. Djaubar oomon fluvii esso dicitor. In Kamosi opere logo nomen aut oppidi apud Damascum esse aut oomen oppidi potius جويرة scribi.

7. Inter Kaisitas fortis non erat, qui in numero haberetur; sed omnes ab equo rufo tanquam praeda auferebantur.

Omoes Kaisitas io isto proelio fugam cepisse dicit. Alius legeodi modus est: فما كان في قيس بن عيلان سيّد يعد. »Noo erat in gente Kais b. Aihlan priocops, qui in oumero baberetur.« Vir ابن الحفيظة proprie is est, qui iniuria laesus irascitur, ut so suoaque strenue defendat. conf. Ham. o. ٢٢. Praepositio من pleooastica est. coof. Gram. Ar. T. I p. 490 sq. Vox اشقر rufum (equum) designat. Equum fuisse Thofaili b. Malio narraot, qui fugae se dans omoes equites secum in fugam raperet. Equo oomeo Korsol fuisse et hanc ob causam alium poetam versum sequentem dixisse (motr. Monsarih): Equus Korsol cursu eos abripit et hominos eos adtendunt et coma mota est. Num voces كانهم اتبعهم ذلك اليوم io scholiis rectae sint, vehementer dubito; sed in codice Tebrisii sic leguotor. Sonaua esso debot: quasi effecisset (equus), ut reliqui oum sequereotur isto die aut quasi eum secuti essent isto dio. Coutra Ebn-Alcalbius, Asehkar viri nomeo o gente Calb fuisse, narrat. Eom tempore, quo geos Calb in gentem Jjad iocurrissot, ciata potitum osse, in qua oil oisi ossa invenirentur, ot res apud Arabes de ro inutili in proverbium veniret. Alii dicont voco الاشقر servom significari, quippe ab Arabibus barbari cognomiuo rubri appellati **(p. 658.)** siot, quod maior Persarum pars crinibus flavis praedita sit. Morsukius et huno versom, qui ex eorum numero oaset, io scholiis adnotavit: فلو كنت من قيس بن عيلان لم اجد فخارا ولم اعدل بان انتصرا. »Si e gente Kais b. Aiblan fuissem, gloriandi causam ooo iuveoissem et eo non inclinassom, ut iuvaro studeremu«.

XXXIX.

Djawwas b. Kahthal Calbita dixit.

(Tempore Ahbd-Almalici b. Merwan.)

1. O Ahbd-Almalice! fortitudini nostrae gratias non egisti; sed in molli securitate ede id, quod edis!

Imperatori Ahbd-Almalico ingratitudinem ob auxilium a gonto Calb ipsi praestitom obiicit. Vox المليك in versu metri causa pro الملك est.

2. In loco Djabijah-Aldjaulan, nisi Ebn-Bahdalus fuisset, periisses et genti tuae nemo locutus esset.

Geotem Calb iu eom booeficia cootulisse probat loci mootionem faciens, obi, nisi geotis aoxilium fuisset, ei pereundum erat. Scholiastes Aldjaulan loci nomeo osse dieit; sed in Kamusi opero montis in Syria siti nomen esso legimus, noc oon Djabijah oppidum apud Damascom esso, oode una urbis porta nomoo acceperit. Oppidum igitur Djabijah adposito monte

magis definitum videtur. Ebn-Bagdhal autem Homaid b. Bagdhal Calbitarum princeps est. Scholiastes dixit, Ebn-Baghdalum occidisse Ebn-Sobairum. Plures quidem erant Sobairi filios, ut Mozihb b. Sobair, qui anno 71 occisus est; sed Ahbd-Allahum b. Sobair, qui chalifa salutatus erat, scholiastes significasse videtur. Hic autem anno 73 in urbe Mecca per septem menses obsessus cecidit. Scholiastae igitur verba historiae repugnant, dubium enim non esse potest, quin poetae verba ad pugnam apud Damascum respiciant. Causa autem, cur Calbitae Ahbd-Almalico irascerentur, ea erat, quod sibi Kaisitarum animos beneficiis collatis, ita ut Calbitarum munera, quos removisset, viris e gente Kais traderet, conciliare studeret, id quod Calbitae, sibi beneficia detracta esse putantes aegre ferebant. Posteriorem versus partem scholiastes ad orationes in suggestu aut a chalifa aut ab aliis pro chalifa habendas respicere putat; sed verbis generalior sensus tribui potest, ut totam gentem delotam significet. Subiecti verborum ابن بحدل verbum omissum est.

3. Et quum tu in Syriam profectus esses capite elato ob potentiam, quam nemo attingere poterat,

4. Situlam magnam inimicitiae nobis dedisti te avertens (a nobis), quasi res, quas tempus adfert, ignores.

Ei obiicit, quod beneficii immemor, quum imperio potitus esset, amicos neglexerit. Syriae autem potissimum mentionem fecit, quod in urbe Damasco imperii sedes esset. Tum quoque, quod in Syria imperii sedes esset, verbum علوت adhibuit, quippe imperii sedes (thronus) elatior putaretur. Caput elatum autem superbiam indicat et vox يسطيعه pro يستطيعه est. Quae scholiastes adtulit, ad verbum نفح hoc in versu explicandum parum faciunt, nisi ei e longinquo dandi et porrigendi significationem tribuis modo, quo quis e longinquo vulnus gladio infligit. Djeuharius, diversâ quidem constructione cum accusativo personae et praepositione B a rei, verbo dandi significationem tribuit; sed fit interdum, ut unum verbum ab altero cum significatione aequali vel simili construendi modum obtineat. In proverbio (Meid 6. 133.) الحرب سجال. »Bellum situla est« bellum ob vicissitudinis cum situla modo in puteum demissa, modo extracta confertur. Cum hoc loquendi modo verba in versu situla inimicitiae cohaerere videntur. Malum et inimicitia autem cum aqua comparantur, quae ope situlae e puteo extrahitur (conf. Ham. ٤٧٣ v. 2.). In posteriore versus parte scholiastes poetam dicere putat, fortunae casus, qui Ahbd-Almalico contigerint, efficere, ut eorum ignarus sit, quae futura sint. Sed alter legendi modus vox عنا est, ut voci جاهل vocis غافل (socordis) significatio tribuatur et sensus sit: quasi res futuras non curans. Grammaticus Ebn-Djinni hunc legendi modum clariorem sensum proferre dixit. In verbis autem minae latent.

5. Quum in colli fastigiis immineres, corpus tuum contraxisti, siquidem timens corpus contrahit.

Timiditatem principi obiicit, quae tanta fuisset, ut, si in colle versaretur, corpus contraheret; timidus enim metuens, ne sagitta eum adtingat, caput deprimere solet conf. Ham. ١٥٤ v. 4. In Mersukii codice sensu haud mutato رأسا, راس, ق legitur et in Tebriail codice vox ق voci من superscripta est.

6. Et si mihi obsecuti essent die Bothnan, loca vestra haud defensa caedique exposita genti Kais tradita essent.

Se die Bothnan, quo loco apud oppidum Kinnisrin pugnatum est, hortatum esse dicit, ut in gentem Ahbd-Almalici impetum facerent, modo quo strennus hostes ad pugnam provocare solet, ut subiectum verbi طاوعونى Kaisitae sint. Tali modo scholiastes versum interpretatus est; sed dubito, num interpretandi modus rectus sit, nam voce اسلمت suam gentem, quae pro Ahbd-Almalico dimicaret, aut perfidiae, quod Ahbd-Almalicum deseruerit aut ignaviae, quod minus fortiter pugnarot, accusaturus fuisse videtur; quapropter **(p. 659.)** nescio, an non potius poeta, Ahbd-Almalici vilitate iam antea cognita, suis, ut ab Ahbd-Almailei partibus se separarent, adhortatus sit. In sequente versu Ahbd-Alrahmanus b. Alhacam, Merwani frater, utrinsque partis mentionem focit dicens (motr. Thawil): H o m i n e s a u t r e c t a v i a i n c e d e n t e s B a h d a l i p a r t e s s e q u u n t u r a u t S o b a i r i p a r t e s s e q u e n t e s r e b e l l a r u n t e t S o b a i r i d a s s e o s t e n d e r u n t. Vox فروج interprotibus loca nuda, quae haud bone defensa suut, aut feminarnm pudenda, dum in captivitatem abducuntur, significat. Vox مقاتل corporis locos designat, in quibus si quis vulneratur, occidatur necesse est.

XL.
Idem dixit.

1. Gens Omajjah lanceas nostras multo sanguine tinxit et gens Omajjah fortunae suae participes nos haud fecit.

Queritur, gentem Omajjah, cui sanguine suo effuso imperium comparassent, opum, quibus potita sit, participes ipsos non fecisse. Pluralis الدماء multum sanguinem designat.

2. O gens Omajjah! quot agmina vobis ignota superbis bene armatis in proelii campo contra vos nomen ediderunt,

Gentem Omajjah multos hostes habuisse dicit. Vox امى in fine littoram ة amisit. Agmina ignota appellavit, aut quod hostes tales, quippe nos haud praeparatos aggrediantur, maius nobis periculum adforant, aut ut numerosum exercitum fuisse indicaret, quippe tantus esset, cuius numerus ignotus definiri haud posset. Voce صيد proprie cameli designantur, qui aut ob morbum aut, ut alii contendunt, quod musca in nares intraverit, caput adtollunt, ut viri superbi cum his comparati sint. Grammaticus Ebn-Djinni adnotavit dicendum fuisse صيداء, ut numero genereque cum voce الكتيبة consentiat; sed, quum vox الكتيبة nomen collectivum sit, pluralem adhibuit. In voce دعواها morem respicit, quo strenui nomen suum in proelio alta voce proferentes ad pugnam invitabant. Ut autem cognoscant legentes, qualis et quam prolixus interdum sit Mersukii explicandi modus, duorum versuum commentarium adscribo: يقول استنصرنا امية ودافع الاعداء بنا وعرّضنا للقتل والقتال والضراب والطعان حتى رويت قناتنا من دمآء مجانبيهم والمتكرهين لايامهم ودولهم فلما وضعت الحرب اوزارها وارتفع الهيج والفتن من انحايها ومقاصدها استبدوا بطىّ الدنيا وزينها والفوز بها وباعراضها من دوننا ثم اخذ يخاطبها فقال يا امية رب كتيبة مجهولة الشان لم يدركيف يدفع فى وجهها ولا من اين يصرف شرها متكبرى الابطال بهم الشجعان

دعواها عليكم لا لكم ودفاعها فيكم لا عنكم توالينا مطاعنتها ومكافحتها وافترضنا على انفسنا دفعها ويجوز أن يكون المراد بقوله مجهولة انا لا نعرفها ولا مجاذبة بيننا وبينهم ولا معاملة فهى مجهولة لنا اتخذناها كالاعداء لنا فى هواكم ونصر تكم فاما قوله صيد الكماة فانه جمع فقال صيد حملا على معنى الكتيبة ولو حمل على اللفظ لقال رب كتيبة صيدا الكماة والصَّيَد يستعمل على وجهين يقال ملك اصيد اى متكبر لا يلتفت الى الناس يمينا ولا شمالا وحكى الخليل ان الصيد ذباب يدخل فى انف البعير فيقلق له فيظل رافعا راسهٔ فشبه الملك ذو الزهو به فهذا وجه والوجه الاخر ان يراد بالاصيد الذى لا يستطيع الالتفات من دائه.

3. ***Nos eorum confessiones ictusque toleravimus, donec eorum infortunium a vobis removeretur.***

Auxilium illis latum pluribus exponit.

4. ***Deus, nec vero gens Omajjah, operam nostram retribuet et excelsam dignitatem, cuius laqueolos lanceis nostris constrinximus.***

5. ***A locis lapidosis advenistis, quorum loca cum aliis cohaerentia remota sunt, quorum neque senes neque viros Syria novit,***

Iugratitudinis gentem Omajjah accusat; sed fore, ut Deus ipsos remuneretur, sperat; tum patriae illius gentis mentionem faciens eam in Syria omnibus iguotam fuisse dicit, ut auxilium ipsis latum non tam nobilitati ipsorum, quam misericordiae aut odio, quo in gentem Kais flagraret, tribui debeat. Ut religio et gloria (Ham. ص٣٥) eum laqueolo globuli vestis comparantur, sic in nostro versu dignitas excelsa. Quum dignitas cum veste comparata sit, cui laqueoli tribuuntur, lanceas eos constrinxisse dixit significaturus, se fortitudine in proeliis effecisse, ut dignitatis veste ornaretur. Lapidibus الحجر regionem lapidibus abundantem, quae provincia Hidjaa est, designavit. Sunt autem, qui الحجاز legant, quae vox per licentiam poeticam, abiectâ litterâ Alif, ex voce الحجاز orta est, modo quo poeta in versu sequente pro voce التهامة dicit التهم (metr. Redjes): Observavi et oculus regionem Tehamah distinguebat. Vox نياط id proprie significat, quo res una cum altera cohaeret, quae significatio si in terram transfertur, locus est, quo cum altera terra cohaeret. Qui autem locus si longe remotus cogitatur, ista terra spatiosa est. Simili modo poeta metro Sarih usus dixit: وبلدة بعيدة النياط. Quot terrae, quarum locus, quo cum altera cohaerent, longe remotus est (conf. Djeuh.). Syriae, in qua Omajjadarum sedes erat, hoc in versu tanquam personae notitia personarum adscripta est. Beato de Sacyo auctore grammaticus Ebn-Djnni voci الشام genus masculinum esse dixit. Poetam, ut homoioteleuto satisfieret, suffixum generis feminini adhibuisse; sed cum beato de Sacyo suffixum ad nomen جماعتكم vel قبيلتكم subaudiendum referri posse putaverim. Non كُهلها legendum est, ut cl. Rueckertus vult.

6. ***Quum gens Kais adveniret oculos habens, quasi conum pupillae essent et signa sua (ad pugnandum) ostenderet.***

Periculum describit. Tempore, quo e regione Hidjaa advenirent, gentem Kais furibundam armis eos invasisse dicit. Particulam اذ tempori describendo inservientem aut cum verbo جئتم aut eum verbo تنكر cohaerere scholiastes dicit. Loco verborum اذ اقبلت autem legitur وتزيرت net ac partibus Sobairi addixit.« Scholiastes dixit, a poeta oculos cum canum oculis

comparatos esse, ut odio iraque rubros eos esse significaret. Vox سيما praecipue vexillum, quod cuilibet genti proprium erat, designare videtur conf. p. ٣٧٧.

XLI.

Abhd-Alrahman b. Alhacam dixit.

Avum Abu-l'Ahz b. Omajjah habens cognomine ابو مطرف usus est. Tempore Islami poeta mediocris Abhd-Alrahmanum b. Hassan b. Tsabet, cui adversatus est, satyrâ perstrinxit. Alter ab altero iustitiam sibi vendicavit. Quum Moahwijahus Merwanum b. Alhacam a provincia Hidjas removisset in locum misso Saihdo b. Alahz, poeta ad Moahwijabum profectus rem composuit. conf. Citab-Alaghani et Abulf. Ann. T. I, 362.

1. Deus gentem Kais-Aihlan dedecore adficiat, nam confinia Mohammedanorum corrupit et abiit!
2. Hastis confodiens Kaisitas adoriaris neque eorum frater sis, quando gladii Maschrefitici educuntur! **(p. 660.)**

In gentem Kais invehitur eique a Deo mala precatur. Voci لحى Mersukius duplicem in versu significationem aut decorticaudi aut dedecore adficiendi tribui posse dixit. Voci قيس, ut sermonis via augeretur, voces قيس عيلان adposuit. Vox انها aut cum vocali Fatha aut cum vocali Kesra pronuntiatur. In posteriore prioris versus parte genti Kais obiicere videtur, eam in confiniis ab hostibus fugam cepisse, ut confiniorum conditio corrumperetur. In posteriore versu hortatur, ut contra gentem Kais pugnent neque in bello eius societatem ineant, quum fiduciâ digna non sit. Verbum شايل caudam tollendi et movendi significationem habet, qua re camela praegnantem se ostendere solet. Haec autem significatio cum voce sequente الطعان minus congrua est; at vero quam Djeuhario auctore grammaticus Abu-Said tam tertiae quam sextae verbi formae lanceis pugnandi significationem tribuit, inde derivata videtur. Scholiastae autem Mersukii legendi modus, qui loco vocis الطعان habet الرخاء, ante oculos versatus est, ut cum gente Kais nonnisi tempore quietis res habenda sit. Hoc autem legendi modo, qui in codice Tebriaii superscriptus est, admisso prioris partis sensus omnino mutatur. Gladiorum Maschrefiticorum, qui boni sunt, iam antea mentio facta est (conf. 348. II, 43.).

XLII.

Abu-l'Asad in Alhasanum b. Redja b. Abi-l'Dhahhac dixit.

(Tempore Abu-Tammami vixit.)

1. Profecto! ego versus montes eiusque incolas, nec non versus suggestus visum dirigam oculis angustis.

Oculi angusti quum Mersukio auctore odium significent, poeta se illam regionem cum incolis suis odio habere dicit. Plurium suggestuum mentionem fecit, quod in quolibet templo suggestus esset. Regio autem montana بلاد الجبال Iraca-Alabdjam (Iraca Persiae) est conf. Abulfed. Geogr. p. ٣١٩.

2. Tu quamlibet rem erectam semper aggrediebaris, ut ipsum suggestum conscendere ausus sis.

Audaciam ei obiicoro videtur, qua praefectura illins regionis potitus sit. Scholiastes, Abu-Tammamum oandem personam, quam nostor satyrâ perstrinxorit, laudo celobrasao dixit.

XLIII.

Dixit Alräih.

Vir e gento Cilab cum camolls anno infertili noctis temporo apud pootam nomine Alräih Nemairitam (eonf. Ham. ١٣١) deverterat. Alräih, ut hospitalitatis officio satisfacerot, absentibus camelis suis, ex illorum camelis unum mactavit; mane autem cameli mactati domino mactato similem camelum annesnm roddidit simulquo sexennem addidit. Tum dixit:

1. Admiratus sum noctu proficiscentes, dum ventus frigidus erat, ad ignis splendorem inter locum Fardah et Alraha,

2. Ad ignis splendorem, cuius gens lora assat; sed interdum hospites honorifice excipiuntur, dum lora assantur.

Rem, cuius mentionem fecimus, commomorat et gentom snam summâ inopiâ preasam doscriblt, ut ad ipsa lora assauda confugoret. Arabes autem, ut viatoribus locum suum indicarent, in collibus lgnem accendere solebant. Mersukius بين فردة والرحا legi adnotavit. Hoc praoforeudum esse et grammaticum Alazmäih medum, quo in primo Amru-l'Kaisi Moallakao versu duo nomina propria particula ف coniuncta sint, roieclsse. Do locis parum certi habeo. Vocem فردة nomeu loci, tum nomen montis in deserto (البادية) et montis in regiono gentis Thai siti, vocem الرحى nomen montis inter provinciam Aljemamah ot oppidum Bazram siti in Kamusi opere lego.

3. Qui quum ad nos venissent, tum nos cum iis questi essemus, plorarunt et utraque gens ob conditionem suam ploravit.

4. Egenus ploravit timens, ne vituperaretur et viator nocturnus, qui ob famem cingulo viscera constringebat.

In hoc versu causam ploratus exponit; unus ploravit, quod metuebat, ne avaritiae accusaretur, altor, quod famem perpetiebatur, quippe excusatienem oorum veram esse putans, ut famen melius toleraret, ventrem cingulo constringeret.

5. Ego autem oculis meis diligenter circumspexi, num pinguem (camelam) viderem et animam meam adegi ad debitum suscipiendum, ut hospites cibo exciperem.

Suam agendi ratienem gentis agendi rationi opponit. Vox الطفت significat, eum subtili modo circumspexisse, ut camelornm domini voluntatem suam haud cognoscorent et rom impedire non possent; sed fieri quoquo potest, ut voce perspicaciam in cognoscendis camelis indicaro vult, nam compresso oculo visns acutior fit. Qunm animam in nonnullis repugnantom fingant, poota ووطنت dixit; sed loco verborum ووطنت, otc. in Morsukii codice logitur:

والصرا ﺗﺪارك فيها في عامين nin qua adeps duorum anuorum et pars superstes **(p. 661.)** couveuerant« i. e admodum pinguem, dum adepa recens cum priore sese coniunxerat.

6. Eamque censpexi magno gibbo praeditam, crassam, generosom, ex earum numero, quoe collibus delectatae erant.

Camelam pinguem pluribus deseribit simulque causam addit, cur pinguis esset. Quam quum non tangendo explorare; sed nennisi eminus videre posset, eius partis eorperia gibbi seilicet, o quo res adparet, mentienem fecit. Eam dicit, fuisse كوماء »magno gibbo praeditam« et tum verba ذات عريكة addidit. Vox عريكة si gibbum generaliter significat (quam significationem lexleographi adnetarunt), verba addita inutilia ad sensum sunt; sed in vocis accurata significatiene definienda lexicegraphi haud consentiunt, dum alii partem gibbi superstitem, alii inferiorem gibbi partem significari eentendunt. Qui partem gibbi superstitem esse putant, iis nestro in versu adsentiendum eensee, quippe eamela maguo gibbe praedita simul gibbi partem superstitem habens adpellari possit; tempus enim anni infertilis peeta qnum descripserit, eam camelam penuriâ adfeetam fuisse cegitare possumus, ut nonnisi pars gibbi superesset. Camelam queque generosam هجانا esse dicit, Arabes enim, qued hespitibus camelam magni pretii mactarint, glerіari seleut. Loco vocis اللاق in Mersukii codice rarior forma اللاى legitur. Loeo vocis تمتعن legitur quoque تمنعن, quae vox significare petest, istam camelam eentra hiemis vim aut parte in cerpore reliqua pinguedinis aut herbis, quas invenerit, se defendisse. Alter autem legendi modus eas fruitas esse et commedum percepisse significat. Loce voeis بالصُوى autem tam بالصّوى quam بالصرى legitur. Si prior legendi modus praefertur, colles nil nisi pascendi loca significare possunt, sin posterior admittitur, conditio est, quâ in uberibus nil lactis superest, que tempere cameli pingnescunt; sin vero tertius denique praehabetur, ceuditie significatur, qua lac in uberibus relictum haud mulgetur, qua ex re animal pinguescit.

7. Et nutu eccultо cum Habtaro locutus sum, et Deo eculi Habtari sunt, qualis iuvenis est!

Ne ab eo, quod intenderet, impediretur, filie aut ministro suo H a b t a r appellato non verbis; sed nutu voluntatem suam indicavit. Habtarum autem, quod nutus sensum pereeperit, landat; omnes enim res, quae Dee adseribuntur, perfeetissimae suo genere sunt. Voei ايما aut neminativi vocali, ut vox هو suppleatur aut aecussativi, ut statui describendo inserviat, pronunciatur.

8. Eique dixi: Aridam cruris partem incide! et si suffrago in postica parte pedis posterioris censolidari potest, venae Alnasa sanguis haud sedatur.

Ex nostre versu videmus, poetam Habtarum nutu ad se vocasse et secreto mandatum, qued versu exprimitur, dedisse. Camelum si mactare in anime erat, incidere nervos pedis pesterieris inceperunt impediturl, quominus aufugeret. Vorbi الصق obiectum nempe vox السيف (gladius) omissum est, nam vocis propria significatio est: »Fac, ut adhaereat«. Cruris autem partem aridissimam commemoravit significaturus, os eum nervo percutiendum esse, ne gladii

vis carne dissecta diminueretur. Poeta ponit, quod mihi in quadrupede difficillimum videtur, tendinem seu nervum magnum in posteriore pede sanari posse; sed venae Aluasa sanguinem fluentem sedari non posse. Quum autem in versu nostro voci النسا sanguis fluxus tribuatur, voci non solum nervi, quae in lexicis est, verum etiam venae significatio non potest non esse. Grammaticus Alazmäih venam sic describit: عرق يخرج من الورك فيستبطن الفخذين ثم يمر بالعرقوب حتى يبلغ الحافر.

9. Habtari autem admiratione adfectus sum, quod is haud adflictus abiit, dum gladium strinxerat.

Habtarum ob agendi modum laudat, qui, cui res hospitibus ingrata peragenda esset, alacri animo rem aggressus sit. Nomen Habtar loco pronominis poeta repetivit, quo sermonis vis augeatur. conf. Gram. Ar. T. II p. 373, Vox منصلا, quae obiecti locum tenet, ut mihi videtur, homoioteleuti causa verbo praemissa est.

10. Ac si, quum gibbi carne eos satiassem, velum a corde meo removissem, ut moerore liberatum esset.

Gaudium suum ex eo ortum, quod hospitalitatis officio satisfecerit, indicat. Moerorem autem cum velo comparat cordi superinducto.

11. Noctem transegimus, dum ahenum nostrum sonum bullientis aquae edebat, antequam caro in eo cocta erat, tostâ vescentes.

Modum, quo cameli carnes hospitibus parabantur, describit. Quum esurientibus nimis longum esset carnes coqui, antea carnes prunis super impositas parare solebant. Vox هزة aut bullientis aquae aut carnis motum in aheno designat. Vox ومصطلا est pro ومصطلا لنا بالنار „et nobis caro assata igne".

12. Mane autem pastor noster Boraimah sexaginta (camelos) ad nos adduxit, quos amici et herbae recentes nobis reliquerant.
(p. 662.)

Mane suos camelos ad ipsum adductos esse dicit. Numeri quoque mentionem facit, ut cognoscant, paucos eos fuisse; cuius rei duplicem causam addit, unam liberalitatem in amicos, alteram anni infertilia. Hic e versu sensus prodit, si ابقتها legitur; sin vero legendi modus انقتها praefertur, sensus diversus est. Verbum انقى pinguefaciendi significationem habet, ut voci الاخلة aut pastorum aut herbarum significatio tribuatur, necesse sit. Interpretes in explicanda et derivanda voce الاخلة in varias abiere sententias. Alii amicos, alii pauperes significari putant, quae significatio nonnisi legendi modo ابقتها apta est. Alii pastores amicos appellatos esse dicunt, quae significatio tam cum uno quam cum altero verbi legendi modo coniungi potest, ut curae pastorum et herbis camelorum pinguedo tribuatur. Sed si verum est, quod initio carminis scholiastes dixit, annum infertilem fuisse, legendi modus انقتها reiiciendus est, nam tali anno de camelis pinguibus vix sermo esse potest. Alii pluralem a singulari خُلة, modo, quo a voce خلال pluralis اخلة oritur, ut pluralis a plurali proveniens sit, derivant, qua voce herba dulcia significatur, alii pluralem a singulari خلال deducunt, quae

vox instrumentum designat, quo lingua pulli camelini traosfoditur, ne amplius sugat. Hoc modo si pullus a matre retinetur, mater pinguis fit. Nemo non videt, hanc significatiooem nonnisi cum legendi modo اثقيها coniungi posse. Alii deolque putant, voce الأخلة herbas resectas significari, quae significatio melius voci اثقيها convenit. Alter quoque legendi modus الأجلة exstitit, quo tegumenta, quibus cameli contra frigoris vim defenduntur, poeta designaret; sed esse Arabibus campestribus talia tegumenta usitata, quae in camelis adhibeantur, vehementer dubito.

13. Tum cameli domino dixi: Cape eam sextum annum agentem et tibi debemus camelam annosam tuae (pinguedine) similem.

In fine carminis liberalitatem suam describit, se non solum camelum maetatum domino restituisse, verum etiam alterum dono addidisse Scholiastes voci حيا pinguedinis significationem, quae e significatiooe pluviae et plantarum prodierit, tribuit.

Scholiastae, quum in carmine satyrae oulla indicia sint, Abo-Tammamus id nonnisi ob sequens carmen, quo melius sensus intelligeretur, in Hamasae librum inseruisse videtur. Cui scholiastae sententiae non possum non adsentiri, quippe in versu tertio, quo fletus mentiooem fecit, satyricus loquendi modus vix inveniri possit.

XLIV.

Chausar b. Arkam res in carmine priore memoratas respiciens dixit.

Poetae e gente Badr b. Rabiah b. Ahbd-Allah b. Alharits b. Nomair orinndi nomen Alhalal est.

1. O gens Kathan! Quid est, quod e camela hospitis vestri cibum sumatis, dum eius sella proiecta est?

Agendi modum, quem poeta in priore carmioe descripserat, hic vituperat. Kathan b. Rabiah quum gens poetae Alräib, auctoris prioris carminis esset, hanc allocutus est. Vox قتود propria ligna sellae tum ipsam sellam designat. Singularem, quem alii قتد esse dicunt, grammatici Bazrenses negant et, quum sella pluribus lignis constet, singularia vix io usu esse potest.

2. Hospes mane pedibus incedebat, dum carnes dissectae camelae, qua vehebatur, super funibus Alfakmae suspensae erant.

Causam addit, cur iste agendi modus vituperatione dignus sit. Loco verborum ناقة رحله legitur: ناقة رجله, in qoibus verbis Mersukius sensum videt, camelam eius pedem portare; sed mihi camela, quae ei pedis loco est i. e. qua vehitur, significari posse videtur. Fakma uxoris poetae Alräih cognomen est, quod ludibrii causa datom videtur; significat enim feminam, quae dentes superiores prominentes habet et inde infortunium. Huic poeta tentorii

funes tribuit, quod ei negotium carnes in funibus auspendendi datum erat; solebant onim Arabes carnes mactati cameli, ut in futurum usum asservarentur, in tenuia segmenta dissecta in funibus tentorii vento solique exponere.

3. *Cilabila autem, qui hospitium quaerebat, noctem infelicem, fortunâ carentem transegit.*

4. *Num eius, qui hospites detrimento adficit, consuetudo nobilior est, an eius, qui eos auget?*

Si res, quao poeta Alräih in priore carmiuo retulit, vora sunt, poeta noster hospites noctem infelicem transegisso dicere potest, quippe qui futuri temporis ignari essent; sed hospites detrimento adfectos esse, a voritate alienum est, quum plus acciperent, quam ereptum esset. Aut igitur noster, qui poetae Alräih non faveret, occasionem, qua eum perstringeret, **(p. 663.)** arripuit, rerum vori status oblitus et iratus, quod iumentum, quo veherotur, occisus esset, aut poeta Alräih so excusaturus in carmino a voritate rocessit. Poota, ut vim sermonis augeret, in postorioro versu vocem الاضياف loco pronominis repetivit.

5. *Quasi vos, quum stantes eam mactaretis, equi viles, stratis instructi essetis.*

Plurium mentionem fecit, propterea quod plures camelo mactando occupati erant. Do modo, quo camelum mactabant c o n f. Ham. ٦٨٩. Ut foedum mactantium adspectum significaret, eos cum oquis vilibus, quibus strata imposita sunt, comparavit. Viros mactando camelo occupatos so tegumentis contra frigus defendisse cogitare possumus. Viles cum oquis vilibus ob dobilitatem, lassitudinem, stupiditatem comparari, Mersukius dixit. Scholiastes nostor comparandi modum in eo invenit, quod viri carnis avidi sint, sicut equi viles pabuli. Loco vocis تنعكرونها in Mersukii codico تجزرونها sensu haud multum diverso invonitur.

6. *Nunquam autem homines pravi facti portam aperuere, nisi vos, o gens Kathan, praesentes eratis.*

Gentom Kathan ad omnom pravum agendi modum inclinaro dixit. Agendi modum autem cum aedificio comparavit et occasiones oblatas cum portis apertis, per quas in aedificium intrant. Qui igitur ibi praesens est, is occasiones agendi arripit. Poeta الاقوام (gentes) dixit significaturus, eos non solum in sua gento pravo agendi occasionem arripere, verum etiam in omuibus aliis. Praepositio من auperflua habenda est.

XLV.

Poeta Alräih carmine respondit, cuius pars sequentes versus sunt.

1. *Quid vos, me camelum iuvencum gladio mactasse, dicitis, dum hospites hiemis testes aderant?*

Se contra roprohensionem defendit. Camoli iuvenci قلوص mentionem fecit non tam, quod talem re vera mactaverat, nam Ham. p. ٦٣٣ v. 2., oum annosum fuisso, vidimus, quam quod vox قلوص motro couvenit. Idem iudicium do altero legendi modo كزوم (cui ob decrepitam aetatom periere dentes) ferendum puto. Loco vocis نحرتها in Mersukii codice عقرتها aensu

haud multum diverso legitur. Voci ذكرتم quamquam simplex commemorandi significatio est, tamen in nostro versu specialior vituperandi significatio coniungi debet. Meraukius legendi modum نكرتم, uno ex altero orto, praeferendum habet ea sine dubio causa adductus, quod cum verbo نكر vituperandi significatio coniuncta sit.

2. *Iam sciunt, me eius domino omnino satisfecisse, ita ut camelâ robustâ vehens et aliam manu ducens vesperâ abiret.*

Vituperationem immeritam esse, quippe rationem generosorum in agendo secutus et hospitalitatis officio functus mactatae camelae domino non solum mactatae similem reddiderit, verum etiam donum addiderit.

3. *Cilabitam hospitium petentem excepi et matri tuae, quum ad nos vehens duceretur,*
4. *Ignem accendimus hospitii causa ardentem et hospitum ahenum diu in igne stans disposuimus.*

Causam, cur vituperatio immerita sit, pluribus exposuit. Quod matrem poetae ipsum vituperantis cum illo Cilabita coniunxit, eo odium ostendit. Ahenum cum camela lactaria comparavit, tum ipsam camelam lactariam appellavit. Comparandi modus inde desumtus videtur, quod ahenum multos cibat, nam vir liberalis cum camela lacta abundante comparatur conf. Ham. ٥٣٥ v. 2. Ahenum autem dicit diu non motum, ut tum magnitudinem tum hospitalitatem, quae causa erat, ut ab igne diu non removeretur, significaret.

5. *Quum ligni frusta arida loco pulli adponuntur, eius latera sonos edunt, donec ea noctu removeamus.*

Ahenum cum camela lactaria comparaverat, quae comparatio causa est, cur ligna lateri eius adposita cum pullo conferat. Loco vocis أخليت legitur خليت. Meraukio illa vox significat, lignum loco plantarum recentium esse; haec autem, lignum aheno loco pulli (camelae) esse; ahenum ligno loco camelae in pullum propensae (خلية). Latera sonos edere dicit, quod ad latera ligna apposita efficiunt, ut bulliat. Verbo autem ذاد, quod vehementer propellere significat, usus est, propterea quod ligna cum pullo comparavit. Dicere vult, se ipsos noctu ligna ardentia ab aheno removere.

6. *Quum viatoribus nocturnis ponitur, struthiocamelum terrae salebrosae esse putas, cuius collum breve est.* **(p. 661.)**

Ahenum cum struthiocamelo cubante comparavit, ut mihi videtur, ob nigrum colorem et ligna ad latera instar plumarum adposita. Struthiocamelum terrae salebrosae appellavit, quod in tali terra vivere solet. Quibus verbis comparandi modus perfectior redditur, quippe ahenum in lapidibus stans tanquam struthio in terra salebrosa cubet. Scholiastes comparandi causam in eo videt, quod aheni res bulliendo modo tolluntur modo decidunt, quemadmodum struthiocamelus ob timiditatem caput modo adtollit, modo demittit. Idem adnotavit, poetam verba تقاصر جيدها addidisse, ut inde comparandi ratio adpareret; sed mihi verba

potius addita videntur, ut comparatio conveniat, quamquam enim struthiocameli corpus cum aheno comparari possit, tamen collum longum comparandi modo haud convenit. Similem comparandi modum iuveuimus Ham. ٧٢٢ v. 1.

7. In eius lateribus dorsi vertebrae candidae sunt lacte abundantes, quarum quasi ubera strinxit eius aqua ferrumque.

Quae in ahone sunt, describit. Vertebras camelae mactatae candidas appellavit, quod adipe tectae sunt. Has autem vertebras cum animali lacte abundante comparavit شكارى, quod inde humor adipis effluit. Leco vocis شكارى legitur سكارى, cui voci Mersukius similem quam voci شكارى, quum ebriatas a plenitudine oriatur, significationem adscripsit. Aqua antem, in qua coquitur care, et cochlear efficit, ut adeps effluat. Vox enim حديدها (ferrum eius) hoc in versu cochlearis significationem habere Mersukius putat.

8. Misimus duos viros, qui id ab igne removerent. Et operam dederunt, ut id removerent, dum eius latera fervida erant.

Caroe in aheno cocta duo viri, qua re maximum esse indicatur, id removebant et, nt poeta festinationem in opere significaret, aheni latera fervida fuisse addidit. Voces لكى ينزلاها tam cum verbo بعثنا, quam cum verbe حاولا coniungi possunt. Hoc praeferendum puto. In scholii linea tertia loco vocis مطاولة cum Mersukio مطالبة legendum puto.

9. Illa autem noctu adstans stellas in (scutella) impletâ, quae in manibus edentium celeriter coagulata erat, numerabat.

Matrem poetae ipsum vituperantis ad ahenum stantem dicit, ut cibum accipiat; sed, num re vera ista adfuerit, an rem finxerit, affirmari non potest. Eam carnem piuguem accipere significaturus, ipsam ob adipis albedinem et splendorem stellas inesse putasse dixit. Maximum autem frigus ut indicet, adipem in manibus celeriter coagulari addidit. In priore versus parte explicanda interpretes vehementer dissentiunt. Alii bullas cum stellis comparari, alii voce النجم tanquam collectivo stellas, alii Plejades significari putant. Mersukius, cui scholiastes noster adsentitur, stellas significari putat, dum Abu-Mohammedes Alahrabi Plejadum significationem praefert. Abu-Ahbd-Allahi sententiam reiiciens mere suo proverbialem loquendi modum adfert (metr. Camel): G e n e r o s a e f i l i u s g e n e r o s i s a u x i l i u m f e r t , v i l i s f e m i n a e f i i u s v i l i b u s a u x i l i a t o r e s t (Meid. T. III P. 1 Nro. 2641.). Hic sensum occultum in versu esse opinatus Plejades nonuissi tempore vehementis hiemis quum super capitis vertice in coelo locum habeaot, in scutellae fundo apparere pesse dicit, quacum re loquendi modus اقعر النجم cohaereat in Alcomaiti verbis (finis versus metri Thawil): Q u u m P l e j a d e s i n f u n d o s c u t e l l a e a d p a r e n t. Indicium puri adipis esse, si quis in scutella Plejadum numerum cognoscat, quippe Plejadum numerum nonnisi acuto visu praeditus cognoscat. Hanc ob causam poetam dixisse (metr. Thawil): Q u o t i e s c u n q u e P l e j a d e s i n c o e l o s e s e o f f e r u n t , e a s a c u t o v i s u p r a e d i t u s s e p t e m s t e l l a s v i d e t. Verbo عد hoc in versu aut numerandi aut putandi significatio tribuitur. Verbo putandi significationem

esse e sequente versu videmus (metr. Wafir): Q u u m i n v i l e m b e n e f i c i u m c o n t u l i s t i, p u t a t e e i q u e n d a m o c c i d i s s e (i. e. idem erit ac si malum ei intuleris). Plejadum significatio mihi longo petita videtur, ut nonnisi iis adsentiendum putem, qui sensum admittunt, feminam ob adipem candidam stellas in scutella esse putare. Ante vocem مستكبيرة (impletae) substantivum omissum est. Voci سريع casus genitivus dari potest, ut cum voce مستكبيرة coniungatur aut nominativus, ut praedicatum subiecto جمونها praemissum sit. **(p. 665.)**

10. Cui quum lac acidum mixtum bibendum dedissemus, inferior venter eius impletus fuit et vena iugularis eius externa sudore manavit.

11. Et quum ex illo vase rem sibi necessariam sumsisset, a nobis rem necessariam petiit, quam nolebamus.

In hisce versibus, qui in Mersukii codice desiderantur, illius matrem perstringit. In priore versu aviditatem ei obiicit. Tantam lactis copiam sumserat, ut et ipsa ventris inferior pars impleta esset et propter multitudinem sumti lactis vena iugularis sudaret. Cur venam iugularem sudare dixerit, clarum non est; videtur autem hanc corporis partem appellasse, quod raro sudare solet. In posteriore autem versu matrem libidinis occulto modo accusat.

XLVI.

Vir e gente Asad dixit.

1. Ad gloriam repsisti, dum sedulo ad eam tendentes se fatigarunt et cingulum ab ea remoti abiecerunt.

Modum, quo is gloriam consequi studet, cum aliorum agendi ratione comparat. Dum alii summo cum studio se fatigant et, ut celerius currentes eam assequantur, cingulum ipsis molestum abiiciunt, is repit, quo eius parvum studium indicatur. Cingulum eos abiicere dixit, ut studium festinationemque significaret.

2. In gloria consequenda magnas res susceperunt, ut maior eorum pars fastidio caperetur; sed, qui omnem operam impenderat patientiâque usus erat, is gloriam amplexus est.

Aliorum agendi modum describit. Verbum كابر proprie se magnum, superbum ostendere et in eo c u m a l t e r o certare significat. Ut in nostro loco, sic simili modo in libro a me edito Fakihat Alcholafa p. ١٠٩ l. 7. infr. adhibitum est. Gloriam autem hoc in versu personam ferre ex usu verbi عانق cognoscimus.

3. Ne gloriam dactylos esse putes, quos tu edis; nam ad gloriam non pervenies, donec absinthium deglutias.

In hoc versu obiicit, eum putare, gloriam sine molestiâ attingi posse. Ut hoc significet, gloriae attingendae modum cum re amara, quae deglutienda sit, comparat. Qui cibum dulcem instar dactylorum eam esse ducat, eum errori obnoxium esse.

XLVII.
Alius dixit.

1. Quot viri ad bellum festinant, quorum portio pax est, quorum arma, quum concitatum esset, nimis obtusa erant!

Viros, qui inconsiderate bellum coucitarunt; sed in eo nil valent, perstringit. Verbum استثار proprie de pulvere, qui concitatur, usitatum, in bellum, in quo a pugnantibus pulvis movetur, translatum est. Vocem محافر, cui ligonum significatio est, hic nonnisi, ut homoioteleuto satisfiat, poeta pro armis adhibuisse videtur.

2. Et in eo, quando vehemens erat, vir gentis debilis, origine vilis pugnavit.

Hunc virum debilem in pugna vilem quoque origine esse describit. Verbis بامرئ من القوم eum ipsum designat. Similem loquendi modum invenimus in verbis: اذا لقيتنى لقيت فى قرنا باسلا. Bellum autem cum persona comparatur. conf. Ham. ٣٨٧ v. 2., quae opus susceptura se succingit, ne vestibus longis impedita sit. Cum nobilitate generis fortitudinem coniunctam esse putant; quapropter poeta hunc vilem origine appellavit.

3. Et modo se gessit, quo viles, neque ei studium sincerum erat, quo maiores ante eum usi essent.

Hoc in versu non modo eius tanquam vilis agendi rationem reprehendit, verum etiam maiorum suorum, qui haud minore vituperatione digni fuerint.

(p. 666.)

XLVIII.
Ismail b. Ahmmar Asadita dixit.

In libro Citab-Alaghani poetae nomen sic relatum est: Ismaihl b. Ahmmar b. Ohjainah b. Chadsimah b. Thofail. Pauper Cufae tempore utriusque dynastiae, Omajjadarum et Ahbbasidarum, vixit.

1. Domus Bischri ob moerorem suum ploravit, quum loco Bischri b. Ghaleb in possessionem Hilali b. Marsuk venisset.

Dihbilus b. Ahli [1]) carmen Alwalido b. Cahh adscripsit, quod mortuo Bischro b. Ghaleb dixerit, quum Hilalus eius domum emisset. Poeta beneficiis ab Hilalo privatus fuisse videtur, quae Bischr in eum contulerat. Domo ipsi, qui personis in ea viventibus convenit, moerorem et ploratum tribuit.

2. Nonne ea sponsae similis est, quae nolens e gente Haschem in gentem Moharib translata est.

Gens Haschem celebris, contra gens Moharib vilis erat, ut sponsa talem domicilii mutationem aegre ferre deberet. Hanc rem respiciens poeta dixit (metr. Thawil): Tum dominus mens efficiat, ut e gente Moharib sim!

1) Natus anno 148 mortuus est anno 246 Ebn-Challik. p. 226. (conf. Abulf. Ann. T. II p. 204.).

XLIX.

Mulier, cuius mariti in vicinitate Aisibrikani [1]) occisi mors vindicata non erat, dixit.

1. Quando ad locum Ohcaths pervenitis, ibi convenite cum auribus, quarum loci amputati breves sunt!

Quum mariti caedes vindicata non sit, eos non posse non in reprehensiones incurrere. Loci Ohcaths autem mentionem fecit, quod ibi variae Arabum gentes ob mercaturam convenientes agendi rationem versibus aut laudare aut reprehendere solerent. Suadet igitur, ut auribus amputatis eo venirent, ne varias reprehensiones audirent. De loco conferas Ham. ٢٥١. Ni fallor, res a struthiocamelo desumta est, cui breves aures sunt et sunt, qui struthiocamelum auribus carere dicant. conf. Meid. C. 14, 64. Breves quoque struthiocameli aures despectui sunt. conf. Ham. ١٧ v. 3. Fieri igitur potest, ut, eos in loco Ohcaths despectos futuros esse, significare velit.

2. O vicini filii Majjae! mihi nuntiate, utrum filio Majjae nummus paratus sit, an debitum non solvendum?

Vindictam neglectam cum debito, quod non solvitur; vindictam, quae exigitur autem, cum pecunia parata comparat. Filius Majjae quis sit narratur.

3. Auhfus b. Cahb eius ignominiâ vestitus est et posteris eius ob eam excusatio non erit.

Ignominiam ultionis intermissae non solum familiam, verum etiam totam gentem Auhf b. Cahb adfecturam esse, ita ut ipsis posteris nulla rei excusatio futura sit.

4. Vos autem, licet eam occultatis, feminae canos capillos habenti similes estis, quae velo destituta est.

Ignominiam effugere haud potestis, quemadmodum mulieris capilli cani, si velo destituta est, adparent. Duplex autem est comparandi ratio, una turpitudinis, altera occultationis. Res, quae versuum ansam dederint, sic narrantur: Vir e gente Ahbd-Alkais, nomine Ebn-Majjah, vicinus Sibrikani b. Badr a viro e gente Auhf b. Cabb, qui nomen Hassal gerebat, in loco Dsu-Schobroman occisus fuerat. Sibrikanus re audita quum, se virum occisurum esse, iurasset, uxor occisi hosce versus dixit. Gente autem Banu-Sabd operam dante, ut pro caedo pretio soluto pax componeretur, factum est, ut parvo tempore post Hassalus Sibrikani sororem, Cholaidah appellatam in matrimonium peteret et acciperet. Almochabbalus eum hanc ob causam perstringens sic locutus est (metr. Thawil): **Hassalo Cholaidam in matrimonium dedisti, posteaquam in loco Ras-Alaihn te eum occisurum esse (p. 667.) iuraveras. Feminam amplia pudendia praeditam ei in matrimonium dedisti,**

1) Sibrikan tempore Mohammedis, initio Islami vixit. conf. Meid I, 1. Ebn-Kotaib. 96. Anno nono cum gente Tamim legatus ad Mohammedem pervenit. A Mohammede eleemosynis (tributo) praefectus post mortem Mohammedis, aliis rebellantibus, in fide perseveravit. conf. Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 249. ed. cl. Wustenf.

quasi eius anus fissura pellis sit, quam excerians largâ fissurâ detraxerat. In lecto cum eo ludit, dum vicini vestri articuli in lece Schebroman separati non sunt. Parvum temperis spatium post caedem significare vult. Accidit autem, nt Almechabbalus in itinere a femina ipsi ignota laute exciperetur, ita nt eius queque pulchritudinem admirans nemen interrogaret. Femina quum se Rahwa (amplia pudendis praeditam) appellari responderet, vir magna admiratione adfectus se mirari dixit, quod familia iste nomine usa sit. Femina autem se quidem nomen Chelaidah habere dixit; at a paeta in versibus (supra adductis) Rahwa cognominatam esse. Peeta, quem facti sui poeniteret, sequentes versus pronuntiavit (metr. Thawil): Per vitam meam! In Chelaida erravi. Gentem meam pest eam[1]) eblurgabe et poenitentiam agam. Tester, et Deum veniam rogo, me in ea mentitum esse et satyram mendacium esse.

L.

Alius dixit.

(Tempore Islami.)

1. Gens Koraisch vitae voluptatibus praeest et nobis omnem viam amplam Chorasanae pulverulentam custodiendam tradidit.

Genti Keraisch, quae initio Islami imperie petitus erat, eblicit, eam veluptatibus eccupatam aliis in imperii finibus custodlendis molestias impenere. Previncia Chorasan in imperii finibus sita erat. Amplis viis vias inter montes, quae contra hostiam irruptienea custodiendae erant, designat. Eas simul اغبر appellavit, ut rem ingratam et meiestam ipsis impositam esse indicaret.

2. Utinam gens Koraisch nocte in mare undis turbidum abriperetur!

Quae in priore versu retulit, causa sunt, cur genti Koraisch interitum optat, sed versus duplicem interpretandi medum, si vex بها legitur, patitur. Suffixum enim aut ad gentem Koraisch aut ad Arabes et tribus referri licet. Si ad gentem Koraisch refertur, verbum توم cum vece ليلة ceniungi debet, ut nocti res tribuatur; sin vere ad tribus Arabum refertur, cum verbo اصبحت id ceniungas necesse est. In Mersukii codice موجا من البحر اكدر legitur, qui legendi medus sensui magis convenit. Sed loce vocis بها legitur queque بنا, id quod ex scheliis cogneaci potest et vex بنا in codice Tebrisii superscripta est. Quae si praefertur, verbum توم cum verbe اصبحت conlungendum est, ut sensus sit, a maris undis turbidis auferri, sibi gratius futurum esse, quam in Chorasana statienes habere.

---

1) Verba post eam obscura sunt. Poeta significare videtur, se gentem suam vituperaturum esse, postquam eam vidit aut postquam eam perstrinxit. Gentem suam vituperaturus videtur, quod ipsum, ut feminam perstringeret, incitavisset.

LI.

Mulier maritum Katadah b. Moghrib Jeschcoritam perstringens dixit.

1. Iuravi et mentitus non sum; sin aliter; omnia, quae possideo, ad templum Dei dono datura ducam!

Sermonem, quem prolatura est, iurciurando confirmat tali, ut nemo de sinceritate dubitari possit. Post vocem والا ellipsis verborum »verum dixerim« statuenda est. Gram. Ar. T. II p. 485. Vox لبيت etc. aut a sequente verbo اهديه separari aut cum eo coniungi potest. Si separata est, verbum supplendum est, sit aut simile quid; sin coniungitur, verbis transpositis pro اهديه الى بيت dictum est. Scholiastes dixit, verba لبيت الله esse pro لمن حول بيت الله. Idola circum templum disposita et lapides, in quibus idolis mactabant, scholiasten significare puto (conf. Pocock. spec. hist. Arab. p. 102 ed. alt.). Quod si verum est aut ante Islamum aut initio Islami, urbe Mecca a Koraischitis occupata, carmen dictum est. Post verbum ملكت suffixum ه omissum est. Vox حافيه autem pro حافية statui describendo inservit.

2. Quod si mors se mihi offerret, in eam irruerem timore oris eius, utique in eo infortunium est,

Verba iurisiurandi hoc versu continentur. Os mariti tam male olere, ut mortem ei praeferat. Loco verborum ان فيه in Mersukii codice ان فاه »nam eius os« legitur. **(p. 668.)**

3. Nam porci cadaver apud Ebn-Moghribum Katadah musci et aromatis Ghalijah odor est.

Ut eius odorem foedissimum esse significet, cadaveris porci foedorem, si cum eo conferatur, gratissimum esse dicit. Duo odores gratissimi Arabibus erant, musci et aromatis Ghalijah appellati, quo capillum barbamque imbuere solebant conf. Ham. ٥١٠ i. 6. (conf. II p. 545.).

4. Et quomodo patientiâ uti possum, o Katadahe! posteaquam odorata sum id, quod ex ore tuo prodiens aures meas corrupit.

Se cum tali viro vitam agere non posse dicit. Cum naribus, quae prave odore adficiantur, aures coniunxit, quae nonnisi sonos percipiunt. Fieri potest, ut ad verba respiciat dictura, eius verba quum loquens male oleat, tam turpia esse, ut auditus corrumpatur aut dicere vult, odorem oris tam pravum esse, ut non solum nasum, verum etiam aures adficiat et corrumpat. In Mersukii codice sic legitur: بعد ما مُنيت بما اتاى علىّ صماخيه »posteaquam mihi contigit id, quod aures meas corrupit«. Littera ه in voce صماخيه nonnisi, ut homoioteleuto satisfieret, addita est. Littera haec, quae litteram rhythmo propriam sequitur, a rei metricae peritis nomine وصل appellatur (conf. Darstellung der Arab. Verskunst p. 315.).

LII.

Ahbd-Allah b. Aufa Chosâihta uxorem perstringens dixit.

1. Filiam Almontazae contra voluntatem meam in matrimonium duxi, ut mihi noceret neque prodesset.

Loco verborum ابنة المنتصى in Mersukii codice بشهبيذق »in loco Schahbaidsak« invenitur. In Kamusi opere **S c h a h b a l d a k** (cum littera Dal) nomen oppidi esse legimus. Scholiastes verba على كره statui describendo inservire dixit, ut pro كارها sint, verbum صرت autem loco adiectivi vocis نكحة esse.

2. *Pauperem ab inopia non liberavit, bono non adfecit et (rem dispersam) non collegit.*

Uxorem ipsi utilitati non fuisse, tribus rebus indicat, quae modo uxori conveniente intelligendae sunt. Post verbum تجمع obiectum omissum est.

3. *Experientiâ edocta sicut canis contra alterum irritatus ea, quum homines quiescunt, non quiescit.*

Eam experientiâ edoctam esse dicens eum cane, qui contra alterum irritatur, comparat. Mihi igitur eius experientia similis tali cani esse videtur, ut modum, quo se gerat, cum canis irritati modo comparans in rixa experientiam ei adscripserit. Aliter scholiastes verba intellexisse videtur, quippe de taedio, quo ipsa adfecta sit et alios adfecerit, loquatur indicans, eam cum aliis saepe rem habuisse. Vox مناجذة a dente ناجذ, qui dens sapientiae appellatur, desumta est, quippe dens iste nonnisi maturâ hominis aetate prorumpere soleat. Vox tam casum accusativum quam nominativum obtinere potest. Si accusativum habet, statui describendo inservit, sin nominativum praedicatum subiecti omissi هى est, ut sermo de novo incipiat. In posteriore versus parte eam noctu discurrere dicit, ut calumnias serat. Hunc enim sensum scholiastes verbis tribuit sequentem versum adferens (metr. Camel): G e n s, q u u m n o x e a m o c c u l t a t, h e r i n a c e o s c a l u m n i i s o n e r a t c e l e r i t e r c u r r e n t e s. Herinaceus noctu haud dormire dicitur (c o n f. Meid. C. 12, 135.).

4. *Vicinos suos separans et quae potest inter eos vincula (amicitiae) rumpit.*

Posteriorem versus prioris partem explicat causam addens, cur discurrat. Voci مفرقة duplex casus ut voci مناجذة dari potest. Obiectum verbi تستطع se. قطعه omissum est et post verbum تقطع suffixum ه supplendum. Amicitia et societas cum fune et vinculo comparantur c o n f. Ham. ١٩٠ ٥٠٣ v. 2. 3. et c o n f. ٥٢٧ v. 5.

5. *Dum id, quod non vidit, se vidisse dicit et quod non audivit, se audivisse.*

Rebus inventis et mendaciis amicos sociosque separat. Loco vocis يقول legitur تقول »dicit« et loco وقيل legitur وقالت »et dixit«; sed scholiastes textus legendi modum praeferendum putavit. Mihi neque futuri forma تقول neque praeteriti قالت in nostro versu bene locum habere videntur.

(p. 669.)

6. *Quae si utrem ebibit, haud satiatur et ovem comedit, satis non habet.*

Intemperantiam bibendi et edendi describit. Arabes lac in utres indidere. Utrem bibere dicit lac in utre significaturus.

7. *Rem illicitam haud omitteret et si cuspidibus in ipsam directis circumdata esset.*

Eam rebus nefariis ita deditam esse, ut nullo periculo inde retineri possit. Scholiastes in explicanda voce محرما proverbium adtulit, quod apud Meidanium C. 23, 395 legitur; sed ibi loco vocis الحرام legitur الحرائم cum eadem significatione.

8. Et si in fastigia alti montis adscendisset, unde caprae montanae delabuntur, inde non deiiceretur.

Summam audaciam studiumque eius in rebus nefariis perpetrandis describit; nam hic versus cum antecedente sensu quodammodo cohaereat, necesse est. Ut montes altos difficilesque adscensu designet, inde rupicapras delabi dicit, quippe quae in altis montibus degant. conf. Hamas. p. ٥٧٣ v. 5. Ante vocem شاهق substantivum (mons) et ante vocem العصم substantivum الأوعال supplendum est.

9. Quam prava coniux est, quum sola est et quam prava est, quum numerum quatuor complet!

Eam in omni statu, sive sola sit, sive cum aliis uxoribus apud maritum sit, pravam esse. Quatuor uxoribus uti lex Mohammedica viris permisit conf. Alcor. 4, 3. Voci قعاد et موثبة tam casus nominativus quam accusativus dari potest; si casus nominativus datur, subiectum verbi est (conf. Gram. Ar. T. II p. 221 sq.); sin vero accusativus, haec vox, ut subiectum, quod in verbi persona est, specialior reddatur (للتمييز), additur (conf. ib. p. 113 sq.); grammatici enim voces قعاد الفتى, quamquam posterior articulum habet, haud definitas esse censent. Grammaticus Abu-l'Ahla uxoris قعود significationem a sedendo in domo derivatam esse contendit. Scholiastes verbum قعد revera standi significationem habere negans et rem potius usu methaphorae attribuens Alnabeghahi versum sequentem (metr. Camel) citavit: Venter plicis plenus est, collapsus, mollia et iugulum, quod mamma sororiana elevat. Scholiastes dicit, poetam velle mammam haud frangi ob magnitudinem, quasi sedeat et si dictum fuisset جارية قائمة الثدى, eundem sensum ac verba ثدى مقعد produxisset. In eo causam inveniri, cur nonnulli verbo قعد significationem standi dederint. In quibusdam autem exemplaribus versus viro cognominato Ebn-Alhindijj adscripti sunt et versus primus incipit نكحت بشهبيذى نكحة (confer primum versum).

LIII.

Quidam gentis Almohalleb dixit.

Dibbilus [1]) versuum auctorem Ahbd-Allahum b. Ahbd-Alrahman, cuius cognomen Abu-l'Anwa esset, fuisse dicit.

1. Gens talis est, ut, quum edat, occulte loquatur et portam magnam domumque bene claudat,

2. A cuius igne ne ignem quidem vicinus accendit, dum ipsa a vicini uxoribus manus non retinet.

Maximam gentis avaritiam describit, quae tanta sit, ut edentes occulte loquantur timentes, ne quis ad cibum accedat hospes et eandem ob causam portam bene claudant. Vox

1) Dibbil (si filius Ahlil nepos Rasini est) natus anno 148 anno 246 diem obiit Ebn-Challik. Nro. 206.

استوثقوا cum praepositione من proprie significat, eos instrumentum, quo porta claudatur, in potestatem suam redigere, ne quis alius portam aperire possit. Vox الدار si superflua non est, significat, eos non solum portae loci, ubi cibum sumant, clavem in potestate sua tenere; verum etiam domus clavem, qua re summa cautio indicatur. In posterioris versus priore parte avaritiae descriptionem poeta magis exornat. Quendam rem ipsi utilem denegare, avaritiae quidem est; sed a re prorsus inutili aliquem retinere, ut, si quis ignem ab igne accendi haud permittat, avaritiae est omni excusatione carentis. In posteriore parte iniustitia et turpitudo vituperantur, dum in ipsas vicini uxores, quae inviolabiles ab omnibus habentur, manus immittunt.

(p. 670.)

LIV.

Alius dixit.

1. Cum gente Sahd de multitudine certa, gens enim Sahd copiosa est; sed a gente Sahd neque fidem neque auxilium pete!

Quo maior gentis numerus est, eo aptior ad auxilium et fidem praestandam est, nam impotentia causa esse potest, cur quis auxilium haud praestans fidem fallat. Gentis autem Sahd numerosa posteritas est conf. Ebn-Kotaib p. 94.

2. Ne gentem Sahd ad pugnandum voca; sed eam, quum secura est, missam fac eiusque descriptionem terrae desertae!

In pugna gentem, quum fortis non sit, nil valere et nil posse nisi desertum quod incolat, versibus describere. Vox ونعتها aut verbi خل obiectum est, quocum suffixum ها coniungitur aut litterae و significatio vocis مع cum tribuenda (Gram. Ar. T. I p. 556.).

3. Gentis Sahdi b. Ahmru corpora admiratione te adficiunt; sed, quum eius perfectam notionem habes, eam non amplius cupis.

Verba تقتلها خبرا proverbialem loquendi modum redolent, inde derivatum, quod, qui alterum occidit, in eius interiora penetrat eumque ab omni parte perscrutari potest. Verbis Corani Sur. 4, 156 ما قتلوه يقينا, constructione nostris aequalibus, eundem sensum Djeuharius tribuit; sed, num iure meritoque factum sit, dubito, quippe in Corani loco de occidendo sermo sit. Vox خبرا triplici modo explicatur aut modo, quo nomen actionis cum alio verbo quam suo coniunctum est (Gram. Ar. T. II, 521.) aut modo, quo verbi significatio specialior redditur (للتمييز) ibid. p. 113 sq. 446, id quod mihi praeferendum videtur aut denique modo, quo nomen actionis statui describendo inservit, ut pro خابرا sit ibid. p. 73.

LV.

Alius dixit.

1. Arabes laude ornati per mendacium et linguas in sermone subtiles

Eos nomine quidem et linguâ Arabes esse; sed non virtute. Gloriam eorum esse immeritam falsamque. Scholiastes discrimen inter vocem اعراب, qua in desertis viventes Arabes

et vocem عرق, qua Arabs purae originis, etsi urbem incolat, significetur, exponit. Rei probandae causa versum sequentem adnotat (metr. Sarih): **Nox cum viro robusto**[1] **eam coniunxerat, a suis discedente, non deserti incolâ** et hunc (metr. Thawil): **Ahrāb nos appellant, dum Ahrăb nomen nostrum est et eorum nomina inter nos sunt servi perarum** (barbari). Arabes fixas sedes habentes اهل الحضر aut اهل المدر; in desertis viventes اهل البدو aut اهل الوبر cognominantur. Arabes in desertis viventes nobiliores se putant. Ham. ٢٠٢ adnot. mea **conf.** Ham. ٩٥٢ v. 3. ٩٧٥ infr. Alii vocem اعراق de viro in deserto vivente, etsi Arabs non sit, contra عرق de viro Arabicae originis, etsi desertum haud incolat, adhiberi posse contendunt. **conf.** Abulf. Ann. T. II p. 180. Nomine العرب المستعربة ii designantur, qui ab Ismäile originem ducunt, sic appellati, quod Ismäiles ad Arabes veniens Hebraicâ linguâ usus esse dicitur. Pocock. specim p. 481. Arabes autem purae originis العرب العاربة aut العرباء appellantur. Ham ٩٧١ l. 10. Arabes quoque in duas partes dividuntur, quarum una gentes, quae periere, ut nulla earum historia sit, complectitur, nempe gentes Ahd, Tsamud, Thesm et Djadis, quibus gens **Djorhom prior** adnumeratur et gentes, quae a patribus Kahthan et Ahdnan originem duxere. Arabum tempus in duas partes dividitur, tempus **ignorantiae** الجاهلية et tempus **Islami** الاسلام post Mohammedem. In voce اعاريب Nunnatio metri causa addita est.

2. Attributis, quibus describentes, quamquam iis careant, se ornant, ob stultitiam contenti sunt; sed sermonis pulchritudo facti pulchritudine nititur.

Rebus, quas in se fingunt esse, contenti operam non dant, ut tales se agentes probent, quales se descripserint.

LVI.

Malec b. Asma dixit.

Poetam Malec b. Asma b. Charidja b. Hozn b. Hodsaifah b. Badr Fesaritam Hadjdjadjus, cuius sororem in matrimonium duxisset, urbis Izpahan praefectum propter fraudem in carcerem coniecerat, tum restitutum iterum eandem ob causam in carcerem miserat. Tum tertio peccantem gravibus poenis adfixerat. Poeta fugâ se eripiens usque ad Hadjdjadji mortem (anno 95) se occultavit.

Quae grammatici ad explicandum nomen اسماء adtulerunt, ea non tam utilia sunt, quam grammaticorum in hisce rebus subtile ingenium ostendunt. Dihbilus (conf. p. ٣٣٩.) versus Ohjainah b. Asma b. Charidjah tribuit, quos, quum amicum visitare vellet, ante portam a cane morsus, composuisse dicitur.

1. Si die, quo vos visitaturus veni, vinum mecum adportassem, canis me domus incolam cognovisset. **(p. 671.)**

---

1) Vox عصلى in Djeuharii opere vocali Fatha insignita est et auctore Kamusi Turcici uterque pronuntiandi modus invenitur. Djeuharius inter duos versus adlatos tertiam insertam habet.

Domus domino vini usum, qui Mohammedis lege interdictus erat, obiicit. conf. Ham. ٣٣٨. Quominus verba لو كنت احمل verterem »si portarem« (confer versum ad Meid. C. 5, 151. citatum), verbum زرتكم, quod nonnisi rem praeteritam indicare potest, me impedivit. Verba كنت احمل dicta esse puto pro كنت حاملا. Hic vero loquendi modus a beato de Sacyo in grammatica, ubi de particula لو loquitur (T. I p. 161 sqq.), neglectus est.

2. *Sed veni odore musci nares impletas habens et ambaro Indiae, quod comburebam.*

Se odoribus imbutum, qualis elegantium mos est, describit. Capillos et barbam a viris odoramento Ghalijah appellato imbui legimus conf. de odoramentis Ham. p. ٥٥٥. Loco vocis اذكيها in Mersukii codice مشبوبا legitur et in scholiis nostris explicatur. Vox in codicis Tebrisii margine adscripta est.

3. *Canis igitur odorem meum, quum me vidisset, ignoravit, dum utris picisque odorem noverat.*

Vinum in utribus aut cadis erat, qui pice obliti erant, ne vinum efflueret et melius conservaretur conf. Lebid. Moall. v. 59. Vult utrem pice illitum significare.

LVII.
Alius dixit.

1. *Spurios satyrâ perstrinxi et coetus, quos Arabes ingenuos esse putavi, sese mihi opposuere.*
De Arabibus conf. Ham. ٩٧٠ v. 4.

2. *Tum iis dixi et iam diu contra me latraverant; sed latrando iis non responderam:*

Verba inimicorum, quibus eum petierant, cum latratu canis confert, qua ie comparatione contumelia est, quippe Arabibus canis animal turpe sit conf. Meidan. C. 20, 87 Ante vocem طويلا aut nomen زمانا (tempus) aut نباحا (latratus) supplendum est. Verbum نبح et cum accusativo personae construi, scholiastes versu Hedsailitae probat (metr. Thawil): Si querimentis eius canes me adlatrassent. Verba لهم نباحا pro نباحهم sunt. Vocem لهم explicando inservire, scholiastes dixit.

3. *Num ex eorum numero estis, ut vobis abstineam et a vobis contumeliam meram depellam?*

Se eos interrogasse dixit, num ex numero Arabum ingenuorum essent. Si ex eorum numero aiet, se eorum satyrâ abstenturum esse dicit. Loco verborum فاكف عنكم legitur فاكف عنهم in Mersukii codice. Post particulam ف futurum Nasbatum sequitur, si particulae أن sensum exprimit Gram. Ar. T. II p. 25 sq.

4. *Sin aliter; at consilium meum laudate, nam ego a vobis suspiciones turpes repellam!*
5. *Et satis suspicionis in sano gentis est, qui super aegratum alam contrahit.*

Sin vero ex eorum numero non estis, mihi gratias agere debetis, quod a vobis suspicionem removeam, vos ex eorum numero esse; nam, si illis auxilium fertis et quasi alâ vestrâ tegitis, non poteat nee in vos suspicio cadere, vos eodem vitio adfectos esse, eodem modo, quo sanus pro aegroto habetur, si aegrotum alâ suâ tegit.

LVIII.

Modric aut Moghallis b. Hizn Fakahsita dixit.

1. *Feras petebam, dum socordes erant et per aliquod tempus fugaces earum ad me sese recipiebant.* **(p. 672.)**

Tempus pristinum iuventutis suae describit, quo feminas pulchritudine sua petiisset, dum socordes essent. Mulieres autem tanquam feras pulchritudinis sagittis peti fingit.

2. *Et iam ferae sui copiam mihi fecerunt, ex quo tempore sagittae meae obtusae erant; sed venator, qui haud venatur, feris haud nocet.*

Tempus praesens senectutis priori tempori opponit. Fingit feras i. e. feminas iam ipsum haud fugere, quum sagittae obtusae sint. Verbum رث, quod de rebus usu tritis adhibetur, sagittis minus convenire videtur.

3. *Et a Selma me avertens socio meo dixi: Avaritia et liberalitas Selmae apud me haud differunt.*

Selma feminae nomen est, quam, cui antea omnino deditus esset, se reliquisse dicit. Quomodo autem hi versus cum sequentibus contra gentem Ahbs dictis sensu cohaereant, non video.

4. *Ne genti Ahbs id, quod consecuta est, invideas et vitam vitupera, cuius paucum iam abiit!*

Alwalidus Solaimanusque, filii Ahbd-Almaliei, e femina gentis Ahbs nati erant, quae res causa erat, cur gentis Ahbs res florerent. Hanc autem rem Ahbsitis invidendum non esse. Tempori rem tribuendam esse. Sperat autem fore, ut temporis decursu res mutetur.

5. *Gens Ahbs genti Haschem similis reddita est, quod tunicis sericis vestita est, quas cutis eius aegre fert.*

Gentem Ahbs, quae ad gentem Kais-Aihlan (conf. Ebn-Kotaib. p. 97.) pertinebat, vestitu pretioso, ad quem adsuefacta non sit, genti Haschem, quae Mohammedis familia erat (ib. p. 78.), similem factam esse dicit. Vestitu autem illo, eam imperio potitam et divitem factam esse, significare vult. Simili modo alius poeta locutus est (metr. Thawil): Sericum ob Auhfum ploravit et eius cutem aegre tulit et vestes sericae ob gentem Djodsam clamarunt. Ut in versu nostro poeta cutem tanquam personam rem aegre ferre dicit, sic hic sericum plorare et clamare vult.

6. *Ne autem genti Ahbs bonum necessarium esse putes, quando eis Walidus moritur,*
7. *Nam recente tempore Ahbsitis mulieres ducum loco erant; at antiquo tempore Ahbsitarum duces servi erant.*

Ob Ahbsitarum opulentiam socium quasi consolans dixit, rem nonnisi tempori adtribuendam esse, non Ahbsitarum meritis; nam cum Alwalidi morte rem non posse non mutari. Walidi mentionem fecit aut, quod is praecipue gentem adjuvaretur aut unum loco duorum appellavit, nam alter quoque frater Solaimanus ex femina Ahbsitica natus erat. In posteriore

autem versu acriter in eos invehitur dicens, recente tempore feminas gentis duces esse, Ahbd-Almalici uxorem Walladam, filiam Alwalidi b. Hasn etc., antiquo tempore servas, Ahntarahum b. Schaddad significaturus. Ahntarahus enim quum e serva natus servi loco haberetur, accidit, ut gente quadam in familiam incurrente, pater contra hostes iterum impetum eum facere iuberet. Ahntarahus servi nomine laesus servum nonnisi iterum bene mulgere et ubera camelae ligare respondit. Pater, si fortiter impetum facturus esset, eum liberum esse promisit. Quapropter Ahntarahus impetu facto opes direptas hosti oripuit. Huius rei in Moahllaka Ahntarahi v. 63 sqq. mentio facta esso potest. Qui e matre serva patre Arabe nati erant, nomine هجين appellabantur (conf. p. ٣٠٢ adn.). Ipso Ahntarabus rem com- **(p. 673.)** memoravit in versu sequente (metr. Camel): Ego vir sum, cuius dimidia pars ex optima gentis Ahbs parte originem duxit, dum gladio partem alteram defendo et in hisce versibus (metr. Redjes): Ego Ahntarahus matre serva natus sum. Quilibet vir pudendum suum defendit, tam nigrum quam rubrum. Quum avunculus Solaimani et Alwalidi, Cholaid b. Alkahkah Ahbsita nimis audacem se gessisset, eum in Iracam ad Hadjdjadjum miserunt et hic quoque eius agendi modo laesus eum in Chorasanam ad Kotaibahum b. Moslim (natus anno 49 anno 96 aut 97 occisus est. conf. Ebn-Chall. Nro. 553.) proficisci iussit. Et hic eius agendi modum aegre ferens Hodhainum (Mersuk. Alhozainum) b. Almondsir rogavit, ut eius audaciam reprimeret. Hic vero rem quidem non omnino denegavit; sed, quum imperatoris avunculus sit, se eum primum haud laesurum esse dixit. Quapropter, ut rei ansam daret, a Cholaido petiit, ut Hodhainum, cuius locus ipsi molestus esset, abigeret. Rem promisit. Accidit igitur, ut, quum Hodhainus magnâ fasciâ caput obvolutum habens summo loco apud Kotaibahum sederet, intrans Cholaidus principem interrogaret: Quae illa vetula cidarim in capite habens sit? Quae verba audiens Kotaibahus dixit, ne talia verba in ducem gentis Becr b. Wajel proferas! Ad Hodhainum illi dixit: O Ahbsita! quemadmodum tibi convenit, loquere! et quum alter diceret, se ore pleno locuturum esse, Hodhainus interrogavit, quamnam ob causam? quippe tempore Islami pudendum vestrum, tempore ante Islamum servus vester vos sustulerit. Alii rem aliter narrantes eum in rixa dixisse volunt: Vos, o gens Ahbs, pudendo existitis, quod si rigatum est, vox rigati estis, sin siccum, vos sicci. Abu-Mohammedes Alahrabi Namaritam refellens more suo proverbium adhibuit dicens (metr. Wafir): Quando rem perficere haud potes, eam sine, ut mensura orgyiae tuae nonnisi id aggrediatur, quod vales (Meidan. T. III P. 1 Nro. 1840.). Plures errores Namaritam in hisce versibus explicandis commisisse. Versus auctorem Hammadum b. Almohallaf, cuius nomen Alrabih b. Ahbd-Allah Abu-Molail Jarbuhita sit, esse, qui versus contra gentem Banu-Sohair b. Djadsimah b. Rewahah Ahbsitam protulerit; Alwalidi et Solaimani matrem non esse Walladam, filiam Alwalidi; sed Walladam, filiam Cholaidi b. Djaa b. Alharets b. Sohair. Hanc rem alium poetam in versu satyrico sequente respexisse (metr. Thawil): Hobairitae gladiis lanceisque regnarunt et gens Banu-l'Kabkah odoribus et collyrio regnavit.

LIX.

Alius dixit.

1. Dico, quando Cahbum eiusque barbam video: Ne Deus pluribus quam sexaginta annis benedicat,

2. Quibus sine honore, pudore, dignitate et religione fruitus est!

Viro plures quam sexaginta annos nato male precatur, quod meritis omnino destitutus sit. Scholiastes adnotavit, poetam pluralem regularem, dum vocalem postremae litterae (in voce ستين) mutaret, modo pluralis irregularis adhibuisse. Rem saepius inveniri, ut in sequente hemistichio (metr. Wafir): Et iam summam (in Mers. codice حد) quadraginta (annorum) transgressus sum. Eandem ob causam litteram Nun in voce سنين; si suffixum addatur, haud abiectam esse. Sic in hemistichio sequente (metr. Wafir): Omnes mei auui me canum reddidere[1]). In voce بضع explicanda dissentiunt, dum alii numerum trium usque ad decem aut dimidium numeri decem (aut minus) significari contendunt. Prior sententia loco Corani Sur. 30 v. 3 sq. conf. Anthol. Gram. p. 104. nititur. Sed locus, quem scholiastes e Corano adduxit, Sur. 12, 42 esse videtur, quippe in quo septem anni significari putantur. In Tebrisii codice voci قدر alter legendi modus عقل (ingenium) superscriptus est.

XL.

Ohwaif Alkawafi dixit.

(conf. Ham. ١٣٧.)

1. Mater vestra sub vexillis trementibus et hastis filio orbata non est neque candida e numero candidarum.

Gentem tanquam timidam, ut in bellis non occidatur et ignobilem origine describit. Verbum خفق de motu vexillorum usurpatur, ut ante vocem الخوافق suppleatur الاعلام. Albus color nobilis esse putabatur conf. Ham. ٧٥ v. 2. conf. ٩٨ v. 2. Sic in versu a scholiaste citato (metrum videtur Basith conf. Darstell. p. 192 sq.): Mater tua alba est e gente Kodhaah.

2. Nonne minimus hominum numerus apud eorum vexilla et maximus eorum numerus apud animal mactatum ahenumque estis?

Eos esse timidissimos, ut pauci tantum in bellum proficiscerentur et cibi avidissimos esse dicit. De vexillis conf. T. I p. 563.

LXI. (p. 674.)

Alius dixit.

1. Certior factus sum, viatores, quum ad locum Aldsinab et Zarchad devertissent, ob virum Ahkil se invicem monuisse;

---

1) In margine codicis Mersukii sequentia adnotata sunt: قال بعض العروضيين لا يجوز اطلاق هذين البيتين للزوم الاقواء اجيب ان مثل هذا الاقواء قد جاء وان كان ضعيفا او جعل النون بمعتقب الاعراب. conf. Darstell. d. Ar. Versk. p. 328.

2. *Vir enim est, qui lacte puro tanquam interiore corporis vestimento utitur et hospitem gladio educto excipit.*

Viro perfidiam contra viatores obiicit, ut unus alteri cautiooem commeodet, si eius habitaculo prepinquus sit. Locorum, quae commemeravit, netitia mihi nen est. In posteriore versu gulesum eum esse dicit, ut lacte puro se ingurgitet. Vox الصريح quum lac purum sigoificet, voci المحض, cui eadem lactis haud mixti aigoificatie eat, oil nevi eâ additâ accedit, ut nenniai significatieni confirmandae inserviat. Lac sibi facere interiorem vestem, dicit significatnrus, eum lacte veotrem omnine explere. Sic autem efficit, ut nil nisi gladium habeat, quo hespitem excipiat i. e. eam gladie invadere. Loce vocis مجردا in Mersukii codice مهندا Iodieum legitur, quae vex in margine codicis Tebrisii scripta est. Similis loqueodi modus in poetae Abu-Wadjrah versu invenitur (metr. Basith): ذاك القرى لا قرى قوم رايتهم يقرون ضيفهم الملوية الجددا. Illa hespitalitas, oen hospitalitas gentia, quam hospitem suum (scuticia) eooterti a, novis excipientem vidi.

LXII.

Alius dixit.

1. *Vilitas in media gente Banu-Rijah iumentum suum procumbere iussit et tum, se inde non proditurum esse, iuravit.*

Vilitatem personam iter facientis gerere fingit, quae camele vehens advenit et in gente domicilium collecat. Ut iter faciens, si apud aliquem devertere vult, camelum in genua procumbere iubet, ut descendat, sic vilitatem agentem describit. Ut autem ibi centinuam statienem eam habere iodicet, eam iurare dicit. Vecis اناخ primam formam usitatam oeo esse, seheliastes dicit, quippe ex vecum oumere sit, cuius vicem aliae voces expleant; sed in scholie cum Mersukie ما استغنى عنه بغيره legendom putte. Verba لا يريم sunt pro على ان لا يريم et iuriaiurandi respeuse ioserviuot (Gram. Ar. T. II p. 612.).

2. *Sic omnis viator, quotiescunque ad finem pervenit, subsistit.*

Fingit, vilitatem tanquam scopum itineris, ubi subsistat, illam geotem sibi elegisse. Poeta Albohteri in laude huoc versum imitatus eat (metr. Camel): Neooe vidiati gloriam sellam auam preiecisae in gente Thalhah et tum inde non secessisse?

LXIII.

Alius dixit.

1. *Quum mulier e gente Becr puerum peperit, o quam vilis iste puer est!*

Gentem Becr perstringit diceos, omnem, quem femioa geotis iatius pnerum enixa sit, vilem esse. Arabes cum iovecande aeosum admirandi cenioogere, scholiastea sequeote versu prebat (metr. Thawil): O poetam! hedie ei similis poeta non eat, Djerirus; sed in gente Celaib humilitas est.

2. In epulis omnem servum premit; at in iure defendendo alterum haud premit.

Eius aviditatem in cibo sumendo vituperat, ut in epulis servos concurrentes praevertere studeat; in honore autem et iure defendendo non festinet.

LXIV.

Alius dixit.

1. Descende, tum bibe (o camela) prima vice et iterum, neque Ebn-Dsibi verba te decipiant!

Rixâ ob puteum inter poetam et virum Ebn-Dsib appellatum ortâ hic minatus erat. Camelam igitur suam monet, ne istis minis a bibendo deterreatur.

2. Et si puteus super eorum barbis fuisset, profecto! marginem putei facile conculcare potuissent (cameli)! **(p. 675.)**

Gentem Ebn-Dsibi tam vilem esse, ut, si puteus in eius barba fuisset, cameli eam facile conculcare potuissent. Barbae mentionem fecit, quod, si quis alterius barbam evellit, id dedecori habetur conf. Ham. ٢٩ l. 15. Abulf. Ann. T. I p. 292. Contra adulantes alterius barbam demulcere solebant Abulf. Ann. T. I p. 122.

LXV.

Alius dixit.

1. Si odio me habetis, inde ortum est, quod lacrymas vestras movi et quod opinati estis, peregi, dum illicitum erat

Se inimicorum odium parum curare et odium agendi ratione sua erga eos meritum esse ostendit. Verbis فقد etc. odii causam indicat, quasi dixerit فبما قد etc. conf. Ham. ٣٨۴ infr. Oculi si multas lacrymas emittunt, ardent. Scholiastes Mersukium sequens, vocem حراما cum verbo أتيت coniunctam statui indicando inservire, dixit; sed vox حراما, quippe quae rem illicitam designet, personae statum vix indicare potest. Hanc ob causam vocis ما, quae verbi أتيت obiectum est, statum indicari putaverim, ut quidam in margine Mersukii adscripsit. Voci تظنونا obiectum, suffixum ه omissum est et littera Alif nonnisi homoioteleuto inservit. Tales in fine versus additae litterae a rei metricae peritis حروف الاطلاق appellantur et res ipsa nomen الاشباع (vocalem prolongare) habet. conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 310.

2. Et ad viscera adiunxi puellam oscula dulcia dantem, quam vos custodiebatis.

Odii causam in eo positam esse dicit, quod puellam ipsis caram eripuerit. Vox عذب cum voce جارية tanquam adiectivum coniuncta est; sed re vera ad vocem مقبلها pertinet, ut pro مقبلها عذب sit. Vox مقبل proprie locum osculandi i. e. os designat. Vox ما vocis من significationem habet et post verbum تصونونا suffixum omissum est.

LXVI.

Alius dixit.

1. O! Deus homines detestetur, quum commemorantur, gentem Ahmirah, tribum vituperationis et dedecoris.

Secunda species metri Basith appellati. Post invocandi particulam, personam invocatam, homines sc. omissam esse et voces بني عميرة loco appositi esse, scholiastes adnotavit. Cur verba وسط, etc. loco secundi adpositi conf. Gram. Ar. T. II p. 318 not. 2. non esse; sed a verbo vituperandi regi, ut vox اذكر suppleatur (conf. Gram. Ar. T. II p. 94.), dixerit, causam non invenio. Hic explicandi modus in Mersukii codice reperitur, in cuius textu وسط اللوم »in medio vituperationis« legitur. Qui legendi modus si recipitur, verba loco definiendo inserviunt.

2. Gens est, quae, si pravam agendi modum relinquit, in alterum se immittit eum omnino non occultans.

Gentis turpitudinem pluribus describit. Tantam esse dicit, ut semper prave agat et hunc agendi modum quasi velis tegens, quum pudor nullus sit, non occultet. Ante vocem قوم subiectum هم omissum est.

LXVII.

Alius oppidanum perstringens et deserti incolam laudans dixit.

1. Desertum peragrans, ibi abstinens oleribus non vescitur et in regionem cultam non venit.

Deserti incolam describit, qui herbis se non alens, lacte et carne vescatur et regiones cultas evitet. Voce عزوف cum a cibo, quo oppidanus adsuefactus sit, abstinere dicere vult; sed عروف quoque, qua voce patiens designatur, legitur. Deserti incolae, quum variae iis molestiae ferendae sint, patientes inveniuntur. Sed legitur: جواب بيد ايه عروف. »Deserta peragrans, **(p. 676.)** validus voce, patiens«. Vox ايه a scholiaste vocibus صيت et متيقظ explicatur, quibus clamosus et vigilans significatur. Quae vox quamquam ad deserti incolam describendum non multum facere videtur, tamen acrem animo audacemque, quippe in forti voce audaciae indicium sit, designare potest. Eum oleribus haud vesci dicit, ut eum robustum esse significet. Vox راف, in prima forma eodem modo ac ربع et خرف adhibetur. Loco verborum من ربع beatus de Sacyus مثل ربع legi vult; sed praepositio من quamquam dubium mihi movet et vox مثل sensui aptior videtur, tamen silentio praetermittendum non est, in margine codicis Mersukii praepositionem من adscriptam inveniri, ut vitium scribendi non videatur.

2. In eius domo dactyli decorticati non conspiciuntur; sed uter butyri plenus, retectus

Deserti incolae cibum et hospitalitatem describit. Versus autem cum proxime sequente sensu cohaeret. De vocis قليف accurata significatione interpretes dissentiunt. Scholiastes dactylos e regione Bahrain adlatos, quorum cortex remota sit, significari putat. Cum hoc significatio a lexicographis adnotata cophiui, in quo dactyli reconditi sunt, consentit; in cophinis enim

dactyli e regione Bahrain, quae dactylorum feracissima erat, in alias regiones mittebantur. Alii voci قليف significationem decorticati i. e. panis et fructuum aridorum tribuunt. Sunt denique, qui vinum significari contendant, quippe a cuius cado lutum remotum sit. Vox الا hoc in versu exceptionem, quam grammatici خارج adpellarunt, efficit, dum significatio vocis الحميت voce القليف haud continetur. Vox حميت utrem vel vas sapa concinnatum, in quo butyrum reconditur, designat. Hunc repletum appellat, dum vir eius usu abstineat, retectum autem, ut eo hospites libere uti possint, significatorus. Utris mentionem fecit poeta in aequente versu (metr. Wafir): Iniustitia eo consistit, quod nobis butyri uter est et vicinae nostrae uter non est.

3. Vicino hospitique, quum apud eum versatur; sed oppidani venter pabulo omnino repletus est.

Initium versus cum voce المكشوف cohaeret. In posteriore parte oppidani agendi rationem huic opponit. Oppidanum cum bestia comparat, quae supra modum ventrem pabulo implet, ne ulla pars alii relinquatur. Comparandi modus in usu vocis معلوف cognoscitur. Sed loco vocis بطنه legitur in Mersukii textu مبطن ventrem cibo implens, quo sensus haud multum mutatur.

4. Eius vestes ob peditum tenues sunt et latrina habitaculi sui pars ei maxime placens est.

In magna oleris, quam consumat, copia causam esse dicit, cur multum pedat et saepius latrinam adeat, ut hic locus ei maxime placere videatur. Talem effectum copiam oleris habere, nemo non scit. Modo satyrico loquendi usus dicit, eum tam frequenter pedere, ut inde vestis quidam locus tenuis sit. Duali vocis بيتيه locum, ubi habitat et locum, ubi ventrem exonerat, qui ei loco alterius habitaculi est, significare vult. Sunt, qui voce شفيف humiditatem significari dicant, dum alii vehementis ardoris solis significationem voci tribuunt.

5. Eius domicilium oleris campus et maris ripa est.

Dicere vult, eum regiones humidas incolere, quae agriculturae aptae sint. Sed loco vocis اوطانه legitur او طاية, dum scholiastes voci طاية terrae amplae significationem tribuit.

LXVIII.
Raiahn dixit.

Alii nomen Rabahn fuisse dicunt. Nomen Raiahn aut a radice ريع aut a radice رعن derivant. Vox ريعان de motu vaporis meridiani, vox رعن de prostante montis parte adhibetur. Scholiastes dicit, utramque vocem in eo occurrere, quod vapor meridianus prima et anteriore parte hominem caveat. Hoc cum significatione verbi ريع timuit cohaeret. Vocem ريعان a radice رعن derivari posse, e versibus sequentibus sequi (metr. Sarih): Quasi prominentior pars vaporis meridiani eius in vapore meridiano sit inter meridiem et somnium meridie dormientium, quum crassus camelus onera portans adparet (poeta vaporis meridiani prostantes partes cum tali camelo comparasse videtur).

1. Si plebejus es, campi fungus sis; sin aliter, si vis, asini veretrum sis!

Vilis agendi rationem sine dubio vituperat, ut aliis parum utilis sit. Talem se gerere, ut vilitate aut tuberi terrae aut asini veretro similis sit. Vox عمى vocali Dbamma a lexicographis pronuntiatur, si plebeji significationem habet. Tuber terrae vilis habetur; sic enim in proverbio (Meid. C, 9, 53) اذل من فقع بقرقرة »Villor quam tuber terrae album in terra mollia dicitur. Dicunt quoque: فلان فقعة القاع. Asinus quoque, id quod ex pluribus (p. 677.) proverbiis videre licet, contemtus est (conf. Meid. C. 9, 52. 6, 204. 27. 168. Multo villor autem ista corporis despecta pars habenda est. Vox قرقر scholiastae adiectivum est, ut substantivum قاع emissum sit.

2. Neque domus plebeji clientelae domus est neque plebeji foedus vicinitatis foedus.

Hoc e versu cognoscimus, vituperandi causam in clientela neglecta positam fuisse. Plebejum non posse non turpem agendi modum sequi. Voci خفارة duplicem aut clientelae aut pudoris significationem in versu tribui posse, scholiastes dicit. Idem adnotavit, quod particula لا pro ما sit, praepositionem in voce بعقد locum habere conf. Gram. Ar. T. II, 414. 563.

LXIX.
Alius dixit.

1. In gente Banu-Hacam peregrinum in latere (neglectum) me video; visito et non visitor.

2. Homines sine me carnes edunt, dum ad me excusationes et nidor carnis tostae veniunt.

Gentem Hacam, in qua tanquam vicinus vixisse videtur, ipsum negligentem, ut beneficia in eum non conferant, vituperat. Se ab iis negligi, ex eo apparere, quod nemo, quem visitarit, visitatum ad ipsum veniat. In posteriore versu rem pluribus exposuit. Ante vocem اناس subiectum هم supplendum est. In voce المعاذر duplicem rationem secuti sunt aut excusationum aut merdae et loci aperti ante domos significationem voci tribuentes, ut ante vocem vox ريح (odor) supplenda sit. Aut cum voce وتأتيني sermo denuo incipiendus est, ut cum antecedente haud cohaereat aut vox منهم, quae ad vocem اناس referenda est, suppleatur, necesse est. Loco vocis المعاذر legitur quoque القاذر (sordes). Abu-Mohammedes Alahrabi more suo in refutando Namarita proverbialiter loquens dixit (metr. Thawil): Cornibus inflexis praedita (capra) nobis multam merdam excrevit et cornibus inflexis praeditae largam lactis copiam non videmus; eam igitur ad Ahmrnum reducite! Poetam ob avaritiam in cibo denegando alterum vituperantem haud inveniri, qui dixerit, ad ipsum nidorem carnis tostae et merdae odorem venisse et nunquam vocem المعاذر vocis العذرات significationem habere. Hunc igitur interpretandi modum reiiciendum esse. Mihi quoque excusationum significatio praeferenda videtur, quippe excusationes ad petentem perlatae, dum nidorem carnis tostae percipiebat, poetam non poterant laedere.

LXX.

Alius dixit.

1. Neque in gente Alharisch neque in gente Okkail aut in filiis Djahdae generosus est

2. Aut in iis, quibus leprosi podices sunt in gente Nomair aut in gente Alahdjlan, quae augmento in pedibus struthionis maris similis est.

In plures gentes invehitur, nullum in iis generosum inveniri dicens. Causa, cur eas vituperet, e versibus cognosci non potest. Gentes quodammodo cognatas fuisse conicio. Alharisch partem gentis Banu-Ahmir esse, in Mersukii margine lego. Gentem Banu-Nomair (de qua conf. Ebn-Kotaibah p. 108.) turpi in podice morbo adfectam describit; filios autem Alahdjlani eum augmento in planta pedis struthiocameli maris, quod inutile videtur, comparat. Hoc in proverbii consuetudinem venit conf. Meid. C. 27, 146, ubi زيادة الظليم legitur. Namarita autem vocibus زايدة الظليم pullos struthionis significari putat, quippe struthioni levitas et inclinatio ad fugam adscribantur. In proverbio esse: »fugacior quam struthiocamelus mas (conf. Meid. C 13, 137 ubi من خفيدد etc. legitur) et »pullus struthionis eius properavit«, quo aut leve ingenium aut fuga indicaretur. conf. Meid. C. 11. 8.

3. Illa agens sideri ursae similis est, quae quiescens cum sideribus non procedit.

Pigritiam et vilem animum iis tribuit, ut sorte vili contenti e loco haud procedant et ad altiora haud tendant. Hanc autem ob causam gentes cum sidere ursae comparavit, quae semper circum polum se convertens in oculorum conspectu est conf. Ideler Untersuchungen etc. p. 4 sq. Scholiastes dixit, eas gentes reges, ut dona acciperent aut honoribus ornarentur, haud adire aut praedae causa hostes non invadere aut pabulum in aliis regionibus haud quaerere. Quas quidem res quamquam poeta cogitasse potest, tamen in verbis **(p. 678.)** causam non video, cur versui tam specialis sensus tribuatur.

LXXI.

Vir e gente Djarm in Sijadum Alahdjam dixit. Alii versus Sijado Alahdjam tribuunt.

(tempore Omajjadarum vixit p. ٥٦٧.)

1. Versibus genus tuum purum invasi vesperâ consessus, tum os tuum fregi.

Poeta gloriatur, se virum versibus in concione ad silentium redegisse. Mersukius vocem صميم, cui puri significatio est, ad genus referendum putat, ut poeta ludibrii causa adversario genus purum tribuerit, dum scholiastes noster cor significari putat. Os pro dentibus est. Simili modo فض الله فاك »Deus os tuum frangat« (Abulf. Ann. T. I. p. 162 dictum est, quibus verbis, se adversarium ad silentium redegisse, poeta significat.

2. Quod contra te dicebam, homines probarunt, quorum patrem tu novisti, dum ii patrem tuum haud noverunt.

Res, quae contra eum protulerit, ab hominibus probatas esse, quibus fides habenda sit. Poeta voluisse videtur, eum spurium esse.

LXXII.

Sijad Alahdjam dixit.

(Tempore Omajjadum p. ٥١٧. Poeta hic Abu-l'Fawarisum Almoghirah filium Almehallebi b. Abi-Zofrah in Chorasana anno 82 mortuum carmine lugubri laudavit Ebn-Challik. No. 764).

1. Quinam vos estis? Qui vos sitis, obliti sumus et ventus vester ad quosnam ventos pulverem excitantes pertineat?

Poeta se haud nesse fingit, unde adversarii orti sint. Scholiastes adnotavit, versum sic quoque verti posse: Quinam estis, nos obliti sumus, quinam estis et ventus vester ad quosnam ventos pulverem excitantes pertinet? ut verbum نسينا, quum constructione cum sequentibus haud cohaereat, suspensum sit, quam rem grammatici nomine تعليق appellarunt conf. Gram. Ar. T. II, 582. Quae autem res quum maxime verbis, quibuscum significatio dubitandi aut sciendi coniuncta est, contingere soleat ibid. p. 580, scholiastes, ut constructionis causam adferret, verba aliis sensum contrarium habentia eodem modo construi dixit, ut hoc verbum نسى, (oblitus est) modo, quo verba عرف (novit) et ذكر (recordatus est) constructum sit. Sed nil impedit, quominus verba من انتم obiecti locum teneant, ita ut vox من significationem vocis الذين habeat et pars phrasis omissa sit sic restituenda انا نسينا الذين هم انتم. Grammatici Bazrenses in loco Corani (Sur. 18, 11). »Ut sciamus, quodnam duorum agminum numerosius sit« (conf. Anthol. gram. ٧٢ l. 5 infr.) exemplum posterioris interpretandi modi inveniunt (videntur enim voci اى casum accusativum dare); in Corani autem loco Sur. 5, 155 vocis الذى, dum verbis الذى احسن sensum verborum من هو احسن tribuunt. Voci اعصار Mersukius (ut videtur, quod vox ريح (ventus) cum voce coniuncta est) pulveris elati et rotati significationem tribuit; sed lexicographi voci turbinis significationem dederunt; quae significatio in proverbio (Meid. 1, 113) »Si ventus es, turbini occurristi« invenitur. Scholiastes putat, poetam huius venti mentionem fecisse, quod pluviam haud adferat, ut eos inutiles esse significet; mihi autem quum talis ventus vehementissimus sit, vehementiam potius poeta respexisse videtur indicaturus, sibi eorum vehementiam et roborem, quo aliis noceant, omnino ignotum esse, nam proverbialiter loquentes dicunt: »Ventus eius flat« (Meid. C. 28, 180), si homo imperio florente robore praeditus est.

2. Et vos ii estis, qui cum olere parvisque locustis advenerint. Avolarunt illae; et haec vestra persona non volat.

Ut nemo scit, unde olera proveniant et parvae locustae adveniant, sic eorum originem obscuram et recentem esse. Discrimen nullum inter locustas et personas istas esse, nisi quod illae avolent, hae maneant. Simili modo poeta in sequente versu locutus est (metr. Thawil): Vos morimini emaciati annis sterilibus et vos celeriter reviviscitis, quotiescunque olera crescunt. In Mersukii codice اولى جثتم legitur. Vox اولى ob metrum لا scripta pluralis vocis ذا est Gram. Ar. T. I. 439.

3. Vos nonnisi eos, qui vos praecesserant, audivistis et vos nonnisi locum, qui ungulis conculcatur, attingitis.

Si hic versus sensu cum priore cohaeret, alios et tempore et meritis praecessisse, **(p. 679.)** ipsos retromansisse, dicere vult. Ut autem indicet, ipsos omnis gloriae expertes mansisse, eos praecedentes nonnisi audivisse, ne vidisse quidem dicit, nam, qui praecedentem cum studio sequitur, etsi eum non attingat, tamen eum videre potest; ut autem, eos multo retromansisse ostendat, eos nil nisi locum, qui ungulis conculcatur i. e. vestigia praecedentium in terra attigisse dicit. Cum vocibus مدق الحافر etiam sensus coniungi potest, eos tam viles et abiectos esse, ut ungulis conculcentur.

LXXIII.
Ahmru b. Alhodsail Ahbdita dixit.

Abu-Rijaschus, versus a viro e gente Ihdjl compositos esse, dixit.

1. Ne apud portam Ebn-Mismahi bonum speres, quum e gentibus Hanifah aut Ihdjl es!

Versuum metrum prima species eius, quod Thawil appellatur, est. Hic versus in Mersukil codice non legitur. Malicum b. Mismah, qui diebus Alahzabijjah appellatis fugam ceperit, significari scholiastes dixit. Dies factionum sunt, quibus Reiskius ad Abulfedam T. II, **206** omne tempus turbarum inter Ahlium et Moahwijahum, Mochtari, Sobairidae etc. significari putat. Hic enim vir in turbas se non immiscens, ad locum se receperat, ubi tranquillus viveret. Quum igitur gentibus Hanifah et Ihdjl auxilium non ferret, poeta eum perstrinxit. Ihdjl filius Lodjaim et Hanifah cognomen Otsali b. Lodjaim est. Lodjaim autem a Becro originem duxit; Lodjaim enim filius Zahbi b. Ahli b. Becr b. Wajel erat. Si versus viro e gente Ihdjl tribuuntor, res clara est, sin autem a viro e gente Ahbd-Kais, quae pars gentis Asad erat, de re dubitari potest.

2. Nos rem gentis Becr b. Wajel sustinuimus, dum tu apud aquam Tsadj commoraris neque amarum neque dulce proferens.

Dum ipsi (gens Ihdjl) pro honore gentis Becr b. Wajel dimicassent, eum apud locum Tsadj tranquille vixisse. Scholiastes Tsadj nomen aquae in regione gentis Sahd, Kamusi auctor oppidi in regione Bahrain fuisse, dicit. In posteriore versus parte proverbium continetur. »Neque dulcis est neque amarus«, Meid. C. 24, 195, quo virum inutilem omnino esse designant.

3. Dignitas gentis, quam a veteribus haereditate acceperunt, dignitati, quae cum olere provenit, aequalis non est.

Dignitatem novam cum ea, quae a maioribus haereditate accepta sit comparandam non esse conf. p. ٦٧٨ v. 4. Scholiastes paulo aliter. Eorum dignitatem cum proventus copia coniunctam esse, ut nonnisi tempore, quo proventu abundent, eorum mentio fiat.

LXXIV.

Causah mater Schamlahi Minkaritae in Majjam feminam poeta Dsu-l'Rommahi amatam dixit.

Causam versuum talem fuisse narrant. Poeta Dsu-l'Rommah (mortuus anno 117) more poetarum Majjam, feminam pulcherrimam, quae eum nunquam conspexerat, versibus laudabat. Femina, quae se tempore, quo eum primum conspiceret, sacrificium Meccae faciendum voverat, eum videns, quippe niger et deformis esset, o quam pravus est! (conf. Reisk. Abulf. Ann. T. II, 94. Gram. Ar. T. I, 575) exclamavit. Sunt igitur, qui Dsu-l'Remmahum sequentes versus dixisse narrent.

1. O! quam digni laude incolae deserti sunt; sed, quum Majjae mentio fit, ea laude digna non est.

Ob verba, quorum mentionem feci, si Dau-l'Rommah versuum auctor est, feminam vituperat. Scholiastes adnotavit, vocem ذا in voce حبذا rem designare et modo vocis الرجل in verbis نعم الرجل positam esse. Modo proverbiorum adhibitam neque casu mutàri neque a voce حب separari. Sed hoc non ita intelligendum est, quasi a voce حب scribendo haud separata sit (conf. Gram. Ar. T. II p. 226). Notatu autem haud indignum scholiastae videtur, litteram Alif vocis ذا, quamquam cum sequente voce هيا haud cohaereat, fundamento homoioteleuti, quam rem rei metricae periti تاسيس appellarunt, inservire conf. Daratell. d. Arab. Versk. p. 311 sq. Littera autem Alif in voce هيا, cuius littera Ja principalis homoioteleuti est, a rei metricae peritis وصل appellatur ibid. p. 315. Nomen مَىّ pro ميّة dictum est.

2. In facie Majjae leve quid pulchritudinis est; sed sub vestibus, si adpareret, ignominia est.

Poeta quum, Majjam pulchram esse, negare non posset, corporis partes, quae occultae sint, tales esse finxit, ut, si adparerent, femina ignominià adficeretur. Mersukius dixit, propositionem vocis لو consequentem praemissam esse, quasi dixerit: لو ظهر الخافى منها كان خزيا »Si occultae eius partes adparerent, ignominiae essent«; scholiastes autem noster, eam omissam esse statuit, quippe quae e sermone cognoscatur, quasi dixerit: لوكان باديا لما رغب فيها احد »Si adpareret, nemo eius (feminae) desiderio incenderetur.«

3. Nonne vidisti, aquae saporem corruptum esse, etsi aquae color albus purusque est?

Mulierem cum aqua comparat, quae, quamquam speciem bonae habet, tamen corrupto sapore praedita est. Verbum يخلف vocalibus aut primae aut quartae formae pronuntiatur. Si prima forma est, saporem et odorem corruptum esse, sin quarta, promissis non stare significat, quasi aqua promissis specie externa datis in bono sapore haud steterit. Ex verbis Mohammedis, quae traditione ad nos delata sunt: خلوف فم الصايم اطيب عند الله من ريح المسك »Corruptus odor ex ore ieiunantis apud Deum melior est, quam odor musci« verbum خلف maxime in odore adhiberi conicio. In codice Tebrisii ad marginem verba وفى العين adscripta invenio, quae, ni fallor, alterum legendi modum pro vocibus وان كان indicant.

4. Ad quam quotiescunque necessitate coactus aditurus venit, duplici siti adfectus redit. **(p. 680.)**

Aqnam istam non tam inntilem esse describit, quam nocentem. Fingit aut aquae adspectn, qnam hibere nen possit, sitim augeri aut aquâ salsâ et corruptâ, quam bibere coactus esset. Qued poeta pest vocem جاء praepositienem cum suffixe omisit, id quandam legenti melestiam creat, qnippe qnom praepesitienes plnres suppleri pessint, ut senans ambiguus fiat conf. Gram. Ar. T. II p. 347 sq. Scholiastes dicit, a poeta vecem عليه omissam esse, ita, ut primum praepositionem, tum suffixnm in phrasi conluncta (صلة) abiecerit. In voce جاء quatuor res coniunctas inveniri, vocem ceniunctam (موصول), verbum, subiectum et ebiectum. Qui antem praepositionem cnm suffixo in phrasi ceniunctâ ablici, licitum habet, ei rem non tam longe repetendam esse. Ebn-Djinni grammaticus dixit, hoc in loce vocem الذى eodem modo, qno vocem ما, a grammaticis ما مصدرية appellatam conf. Gram. Ar. T. I p. 541 cum sequente verbo locum nominis actionis occupare pease, ut pronemen ad ipsam rediens desit. Sic locum Corani Snr. 42, 22 inveniri dicit.

5. Sic Majja in vestibus est, quum adparet, nam vestes eius dedecora occultant.

6. Et si Ghailano misero aliquando nuda adparuisset, profecto non dixisset: Haec mihi sunt.

Comparationem in mulierem et peetam Dsu-l'Rommah adplicat. Corperis partes feminae tam foedas esse, ut, si peeta nudum eam conspexisset, abhorruerit. Peaterior autem versus mihi potissimum causa fuisse videtur, cur veraus poetae Dsu-l'Rommah nen adindicaverint, nam poeta Dsu-l'Rommah se miserum Ghailanum adpellaturus nen fuisset. Loco verberum لنا ليا legitur queque آليا. Quae vex si a verbo الا derivatur, statui describende inservit, ut sensus sit: prefecte! nen dixisset, dum se retinebat i. e. peenitens rerum praeteritarum. Alii volunt, vocem آليا esse pro موليا »dum iurabat« nempe eam pulchram esse. Snnt denique, qui آ particulam delentis pro لا esse contendant, ut delerem ameris sui patefacerit.

7. Quemadmodum antea dixerat; sed ad aliam, quam Majjam eum repulisset aut se consolans omnino abstinuisset.

Initium versus cum fine versns prioris لما قال cohaeret i. e. si eius nudum corpns conspexisset, non talia verba, qualia antea, prelaturus esset, sed aut ad aliam feminam se conlaturus aut mulieribus abstenturus esset. Pars schelii ad verba prioris versus spectat.

LXXV.

Abu-l'Abtahijah dixit.

Peeta anne 130 in oppidole Aihn-Altamr adpellato (qued alii in regiene Hidjas apnd Medinam situm esse dicunt, dum alii dissentiunt) natus, Cufae educatus, Bagdadi habitabat. Aut anno 211 aut 213 diem obiit conf. Ebn-Challik No. 93 et Citab-Alaghani Abulf. Ann. II, 148. 673.

Nomen derivatnr a radice تعتّه, cui significatie ornatnm esse est. Hanc significationem scholiastes in Rubahi versn iuvenit (metr. Redjes): Pestquam in eo peraeve-

raverat, parum adfeit, quin abstinerent pueriliter se gerendo et sese ornando. Idem poeta dixit (metr. Redjes): In stulto vestitu et ornatu. Inter alia scholiastes adnotavit, formam فعالية in nominibus actionis et interdum in nominibus inveniri. Sic in versu sequente vox عباقية occurrit (metr. Wafir): Matutino tempore Schowahithi (nomen areis in regione Iemen) cursu evasisti, dum vestis tua arbore Ahbakijah lacera erat.

1. Deus pro me avarum integra portione remuneretur, quum leve onus dorso meo imposuerit!

Qui a vili beneficium petit, vituperatione dignus est Meid. **20**, **33**. **21**, **47**; quapropter poeta optat, ut Deus avarum, qui ipsi donum recusaverit, remuneretur, quippe si donum ab avaro acceperit, honore deminuto noxam passurus fuisset. Ante vocem صالحة substantivum خصلة supplendum est. Posteriora versus verba nlevitate eius super dorso meo« significant, se dona nulla accepisse, ut dorsum, quo donum portaret, eorum gravi onere haud premeretur.

(p. 681.) *2. Elevavit et manum meam honoravit manibus eius haud tactam, ut elevata esset et pretium eius pretium meum a turpi removit.*

Causam, cur avaro gratias agere debeat, exponit. Post verbum اعلى et علت vox antecedens محل (locus) supplenda est. Post verbum نزه quoque voces عن التقبيح (a turpi) suppleas, nam verbum removendi significationem habet. Mersukius poetae, si prioris partis ratio fuisset, نزه قدرى فنزه dicendum fuisse, adnotavit.

3. Ab eius dono immunis servatus sum, ne pectus meum gratiâ ei agendâ coarctaretur.

Vili ob beneficia gratias agere, ingratum est, quippe nos ipsi submissos et obstrictos declaramus. Vocem عافية ut عاقبة et بالية nomen actionis esse, omnes dicunt. Vox يضيق aut cum vocali Fatha aut cum vocali Dhamma pronunciari potest, sive أن verbum regere sive لا pro أنه لا dictum putatur.

4. Contentus sum, quod eius dono destitutus sim, dum ob optimam excusationem eum amo.

5. Bonum viri me non fugit, cuius manus gratiarum commeatum a me deposuerunt.

Causam cur avaro obstrictus sit, exponit. Se ei obstrictum esse, quod beneficium recusans gratiarum agendarum officium, quod onus molestum futurum fuisset, ipsi non imposuisset. Loco vocis باوسع in Mersukii codice باحسن legitur. Gratias cum commeatu comparasse videtur, quod commeatus in dorso portanti oneri est.

LXXVI.

Ebn-Ahbdal Asadita dixit.

(Quum religionis mentionem faciat, quin post Islamum vixerit, nullus dubito).

1. Ohradjahi religio post canitiem curva evasit, modo quo clavus curvus fit.

Poeta virum vituperat, qui senex in religione pravam agendi rationem secutus sit. Iuvenis si hac in re peccat, potius excusari potest, quam si senex, cui prudentia et experientia

est, a via recta aberrat. Virum autem cum clavo comparat, qui si curvus evasit, raro rectus fit et facile frangitur.

2. Et quam Ohradjahum observas, eius pedes tibi propter asini veretrum distare videntur.

Eum dissitis pedibus incedere, poeta viro obiicit. Quod scholiastes adtulit, praepositionem Ba locum praepositionis عن aut من tenere etc., a vero alienum videtur. Ut loco Ham. ١٧١ v. 5 veretrum asini a poeta contumeliae causa adhibitum est, sic poeta in nostro loco veretrum asini ei tribuit, quod quum magnum sit, efficere potest, ut vir distantibus pedibus incedat.

LXXVII.

Mater Ahmrui filia Wakdani dixit.

1. Si vos fratris vestri caedem haud vindicatis, arma sinite et in deserto cum feris degite!

Mulier gentem, quae vindictam neglexerit, vituperat. Qui fratris ulciscendi officium negligat, eum indignum esse, qui arma gerat. Tali vitam cum feris in deserto gerendam esse. Verbum وحشو vario modo explicari, in Morsukii opere legimus. Sunt, qui voci proiiciendi significationem tribuant, ut in verbis Mohammedis traditione ad nos delatis وحشوا برماحكم »lanceas vestras proiicite!« Quae significatio si admittitur, voci الابرق (fulgens) gladii significatio tribuenda videtur. Alii formae verbi secundae eandem ac quintae significationem adscribunt, ut vertendum sit: cum feris degite! Alii denique vertunt: venandis feris operam date! Merzukius dixit, poetam vocem الابرق, quâ locus lapidibus albis nigrisque impletus significaretur, commemorasse, quod talis locus iis propinquus esset. Vocem الابرق nomen proprium loci esse, non puto, quippe in Iakutii libro Almoachtarik inscripto inter viginti et septem locos nullus cum articulo (altero nomine haud adposito) reperitur.

2. Stylos, quibus collyrium illinitur, arripite et vestes croco tinctas et mulierum **(p. 682.)** *vestes interiores induite et quam prava est familia in angustiam redacti!*

Qui tali modo se gerant, dignos esse, ut mulieres sint et mulierum modum sequantur. Mulieres ope instrumenti مكحل appellati oculis collyrium illinere solebant Ham. ٥١٥ infr. Vestes croco tinctas mulieribus in usu fuisse, e nostro loco et versu quadragesimo septimo Moallakae Tarafahi videmus. Vox نقب aut vocali Fatha aut vocali Dhamma litterae Kaf pronuntiatur. Si vocali Fatha pronuntiatur, succinctorii species est zonâ instructi, sin vocali Dhamma, a voce نقاب derivanda vox operimenta faciei designat. Post vocem بئس vox انتم (vos) omissa est. Verbis talibus ad ultionem incitare vult, ut soror Mahdi-Caribi Ham. ١٠٧ v. 3 et 4 fecit.

3. Vos delectati estis, ut fratris caedem non ulciscamini, cibo Chasir et utrem parvum lingentes.

Qui vindictae studet, cibo potuque ita abstinere solet, ut paucum cibi potusque sumat. Ham. ٨١ infr. Versus sensus igitur esse potest, eum deliciis cibi potusque nullo modo carere velle aut cibo potuique ita deditum esse, ut omnes res praeter illas negligat. Voce

خزير, quae carnes concisas et in farina coctas designat, cibum delicatum poeta significare videtur. Vox اجرد, substantivo omisso, aut lae, cuius cremor et spuma aut iusculum, cuius adeps remota sunt. Scholiastes dicit, esse, qui vocibus الاجرد الاحقف significationem utris butyri aut utris, in quo mel vel aliae res conserventur, tribuant, voce الاحقف autem parvum designari, quasi benedictione destituantur. Vocem لحف lingere non ad utrem, sed ad res, quae utre contineantur, referendam esse. Priorem autem interpretandi modum praeferendum esse.

LXXVIII.

Mulier e gente Thai, quae Ahzijah Baulanitica esse dicitur, dixit.

1. O Ahzijah! lacrymas fluentes largiter effunde et plora (tibi calamitates sunt) gentis Moharib occisos!

2. Si gentem meam magna gens e generosis et principibus magnis occidisset,

In Mersukii codice prior versus ad marginem adscriptus est. Ahzijah se ipsam alloquitur adhortans, ut ob occisos a gente Moharib ploret. Moharib nomen gentis esse, in Kamusi opere legimus. Hanc autem gentem mulier perstrinxit. Ex homoioteleuto hemistichiorum versum primum initio carminis fuisse cognoscimus.

3. Patientiâ in eo, quod nobis tempus adferret, usi essemus; sed a gente Moharibi nobis vindicta sumenda est.

Hic versus cum prioribus arcte cohaeret. Si occisi essent a gente magna et viris nobilibus, rem minorem dolorem ipsis facturam fuisse; sed quum gens, a qua occisi sint, vilis sit, rem ferendam non esse. Scholiastes sensum similem proverbio (Meid. C. 23, 1). »Si femina armillis ornata (nobilis) alapam mihi duxisset (ferendum esset)« esse dicit.

4. Viles gentes sunt, si eas vicimus; sin vero nos subigunt, pessimi victores inveniuntur.

Rem pluribus explicat. Gentem talem esse, ut, si ab aliis vincatur, victoriae gloria non sit, sin vero ea victoriam reportarit, a tali superari, turpissimum haberi. Loco vocis ظهرنا in Mersukii codice ظفرنا legitur, cui eandem constructionem, quam verbo علونا sit, datam esse. Scholiastes adnotavit, prepositionem, quae conditionem أن ظهرنا aequi debeat, praemissam esse et verbis قبيل لئام contineri. Posteriori autem versus parti similem sensum inveniri in Amru-l'Kaisi (conf. ill. de Slane Diwan p. ٣٣) verbis (pars versus metr. Thawil): N o n t a m t u r p i t e r t e s u p e r a v i t , q u a m h o s t i s s a e p e v i c t u s.

LXXVIIII.

Alia quaedam dixit.

(p. 683.) *1. Quotiescunque alimentis deficientibus generosus a tempore ad Sijadum confugere cogitur,*

2. Vultu austero eum excipit, ac si servorum alimenta ei imposita sint.

Sijadi avaritiam vituperat. Avaritiam in eo se ostendere dicit, quod, si generosus temporis calamitate coactus eum adeat, vultu austero eum excipiat. Loco vocis مكفهر legitur مقشعر sensu haud multum diverso.

LXXX.

Abu-Mohammed Aljasidi dixit.

1. Ahmedem miror (et res admirandae multae sunt), quomodo vituperet, quod in temporis vicissitudinibus in agendi ratione mea pergam.

Ahmedem ipsum ob agendi rationem, quae ob temporis vicissitudines haud mutata esset, vituperare narrat. Vox تجنبا tanquam nomen actionis e verbo eodem omisso pendet. Ante vocem الزمان nomen antecedens تصاريف (vicissitudines) omissum esse, scholiastes adnotavit.

2. Mira potius est, quam ego tibi revelo, res omnis viri, cuius cor quasi nive contactum est (stupidi), diris deroti (v. multum carnosi).

3. Debilis, qui linguam suam columellâ suâ leviter mandit, dum nebulam cordis eius non dispergi vides,

Ob sermonem haud distinctum, qui intelligi non possit, eum vituperat. De accurata vocis وغد, significatione quamquam lexicographi haud consentiunt, tamen hoc in versu debilem stultumque in sermone significet, necesse est. Ut eum magna cum difficultate verba proferre indicet, eum linguam suam columellâ mandere dixit, quod mihi dictum videtur pro verbis: linguâ columellam mandere, quippe lingua in ore moveatur et mota columellam tangere possit. Verborum sensum animique voluntatem haud intelligi indicaturus, nebulam animi haud removeri dixit.

4. Dexteri in stultitia extrema, virili animo haud praediti, contra fraenum contumacis.

Virum tanquam stultissimum et omni viri virtute destitutum et in rebus agendis prudentis consilium haud admittentem describit. Vox غلواء hoc in versu non de iuventute, ut suffixum ad virum referatur, intelligenda est; sed de modo agendi, quo quis terminum transgreditur, ut suffixum ad stultitiam pertineat. Vocem زعر, quam de pauco adhibent, camelam quoque paucos pilos habentem significare, e versu Tharafahi citato videmus (metr. Wafir): U t i n a m l o c o r e g i s A h m r u i e s s e t (c a m e l a) l a c t a n s, c i r c u m t e n t o r i u m n o s t r u m m u g i e n s e x i i s, q u i p a u c o s p i l o s h a b e n t, c u i u s d u a e a n t e r i o r e s p a p i l l a e c o n t i n u o m a n a n t e t c u i u s m a g n u m u b e r m u l t u m l a c t i s e m i t t i t (conf. Reiskii Prolog. p. XI. VI).

5. Cuius nubes, si in consessu viri prudentis cum eo praesens es, largam stultitiam emittit.

6. Operâ suâ is tempus vicit; et tum eum exaltavit et tempus in faciem pectusque prostratum est.

7. Ego autem studio meo elatus sum; et illud desiderio meo actionum generosarum, dum agendi rationem excellentem sequor, elatum est,

8. Ut vitae honore fruar; sed interdum fit, ut tempus intelligentem, versutum prosternat.

9. At vero si vincor, profecto! natura mea probitate agendique ratione pulchra temporis furorem abiget.

In primo versu animum aut os viri cum nube comparat, quae largam stultitiae pluviam emittat. Loco vocis مسهل (alvum solvens), cuius significatio obscoena minus convenire videtur, in Mersukii codice مسبل legitur (pluviam profundens). Utraque vox in codicibus cum vocali Kesra scripta est. In secundo versu duplex vocis الزمان pronuntiandi modus est, cui aut casus accusativus aut nominativus datur. Si casus accusativus est, vox بجده vocali Fatha (fortuna sua) pronuntianda videtur, nam qui tempus studio suo vincit, laudem meretur, qui fortunâ non item; sin nominativus, voci vocalis Kesra dari potest, quippe tempus operâ suâ vicisse dici possit. Tum tempus cum camelo poeta comparavit, quod in pectus decumbens a viro conscenditur. Tempus cum camelo comparatum esse legimus Ham. ٣٧٥ v. 1. 2 adn. infr. In tertio et sequentibus versibus se viro isti opponit. Se, quamquam fortunâ adiutus non sit, tamen animi indolibus elatum esse. In quarto versu tempus cum iumento comparatum est, quo vir vehitur. Tempus si igitur cum ipso vehente labitur, vir infelix fit. Se autem, etsi a tempore vincatur, tamen pulchra agendi ratione effecturum esse, ut furor temporis cesset.

CAPUT SEXTUM.

De hospitibus laudibusque.

I.

Ohtaibah b. Bodjair Masenita dixit.

Poeta e gente Harits b. Cahb oriundus erat. Nomen aut a voce عتبة (limeu) aut a nomine proprio عُتَيبة, quod ab alia voce translatum non sit, derivari posse censent.

1. Quoties vir canes ad latrandum excitabat, quem noctis tempore bubo in errorem ducebat ad quomvis vocem, dum in sella (ob somnolentiam) inclinabat!

Tale carminis initium saepe inveuitur conf. Ham. ٦١٠ ٦١٣ Rasmuss. Additam. p. ٣٧. In deserto errantem et hospitium quaerentem describit. Hic itinere fatigatus et somnolentus, quum hospitium vehementer desideret, a voce repetita, quae graeco nomine echo appellatur, saepe deceptus ad omnem sonum aures erigit. Solebant autem, ut gentis, cuius locus ipsis ignotus esset, canes ad latrandum incitarent, canis latrantis vocem imitari. Voci صدى avis noctu vociferantis, maxime bubonis maris significationem tribunnt. Sic in versu Abu-Mokbili (metr. Basith): Desertum, in quo versor, me non terret, quum bubones summo diluculo sibi invicem voce respondent. Sunt, qui voce speciem locustarum, quae diei noctisque tempore vocem edant, significari contendant. In versu nostro echus significatio aptissima videtur, quam vocem, ut Graeci cum femina, sic Arabes cum ave coniunxisse videntur. Mersukius adnotavit, Arabes hospitium petentes camelum ad vociferandum incitare, quacum re proverbii verba »mugitus eius aequat vocantem« cohaereant (Meid. C. 22, 53.). Huius rei Motammimus in versu sequente mentionem fecit (metr. Thawil): Quoties hospes, quum camelum noctis tempore, ut vociferet, adigit et captivus loris vinctus est, donec contrahatur (schol. vers. secundi).

2. Ego autem genti meae dixi: Qui mugitus iumenti et noctu iter facientis est, quem canes latrantes hospitio exceperunt?

Quae ad priorem versum diximus, ea huic explicando inserviunt. Poeta cameli vocem audiens gentem alloquitur et laudem ob hospitalitatem praeparat. Interrogatio autem prioris partis ob posterioris partis verba superflua est, nam verbis istis additis causam sibi haud ignotam esse ostendit. Consuetudinem iter facientium sequens quoque a scholiaste adlatus versus illustrat (metr. Motakarib): Et vocans vocavit, posteaquam regio deserti loco ei facta erat et canem latrantem imitatus non est. Poeta canes, quippe latranti voce sua respondeant, hospitio excipientes facit.

3. Dixerunt: Peregrinus noctu adveniens, quem desertorum tractus et pericula abigentia in errorem induxerant.

Plures sunt in hoc versu legendi modi. Loco voci طوحت legitur طرحت in Mersukii codice. Prior vox quum loco aptiorem sensum offerat, praeferenda videtur. Voci طرحت nonnisi simplex **p r o i i c i e n d i**, voci طوحت **i n r e g i o n e m i n c o g n i t a m e t p e r i c u l o s a m** proiiciendi significatio est. In fine versus legitur quoque: الطوايح. Vox متن terrae altam et asperam regionem designat. Tali in terra vestigia pedibus solo impressa tam minus adparent, quam, quum ventis exposita sit, facilius delentur. Et vox فيفاء sive aequabile desertum, in qua via minus cognoscitur, sive aquâ carens sit, quae incolis caret, viatoris errorem et periculum augere potest. Scholiastes, poetae الخطوب المطوحات dicendum fuisse, adnotavit, quippe voci secundae verbi formae significatio tribuenda sit. Similem loquendi modum in Corani loco (Sur. 15, 22.) occurrere, quum voci لواقح a participio primae formae derivandae significatio quartae formae, quasi ملقحات aut ملاقح dixerit, conveniat.

4. Surrexi igitur et loco meo haud mansi et anima excusationes avari opprobrio adficientes haud protulit.

Quum de adventu hospitis certior factus esset, se statim paratum fuisse ad eum excipiendum et excusationes, quibus avarus uti soleat, haud adhibuisse. Verbo جثم, quod in avibus ferisque quiescentibus adhibetur, usus est, ut festinantiam indicaret.

5. Et catulum leonis quum advocassem, responsum dedit et saepius decimam opum nostrarum partem in eo excipiendo, qui nobiscum amicitiae vinculo coniunctus non erat, spopondimus.

Quum solus ad hospitem bene excipiendum ipse haud sufficeret, filium, quem ob generosam indolem (**c o n f.** Ham. ١٧٣ v. 4. ٣٣١ v. 2.) cum catulo leonis comparat, ad auxilium vocavit. Vocem عشر vario modo et pronuntiarunt et interpretati sunt. Aut cum vocali Dhamma aut cum vocali Fatha vocem pronuntiarunt. Qui priorem modum sequuntur, aut **d e c i m a m** opum partem aut vocem a singulari عشير derivantes **f a m i l i a r e s** significari putant, qui autem posteriorem praeferunt aut **d e c e m n o c t e s**, quae Abu-l'Ahlae sententia est aut decem personas significari contendunt. Inveniuntur denique, qui عُسْر (pauperes) pronuntient, ut sensus sit, eos, etsi paupertate pressi essent, tamen hospitio excepisse **c o n f.** Meid. C. 2, 72. Vocem ضمنا adhibuisse videtur, ut se non casu quodam commotum; sed libera voluntate, ut iis antea rem sponderet, rem fecisse indicaret. Verbo صافح duplicem significationem dari posse aut **m a n u m i n t e r s a l u t a n d u m p o r r i g e n d i** aut **p e r q u i r e n d i h o m i n u m c o n d i t i o n e m**, scholiastes adnotavit. Liberalis autem est, eis, quibuscum amicitiae vinculo coniunctus non es aut eis, quorum conditionem haud noscis, benefacere.

6. Pater hospitis autem generosus surrexit, quasi, dum seria egerat, ob nimium iocum iocosus esset,

Se ipsum, quem patrem hospitis appellavit, talem describit, qui hospitalitatis officiis satisfaciens summo gaudio adficiatur, ut eius natura omnino mutata videretur, Arabis enim non esse solet cum aliis iocari **c o n f.** Meid. C. 6, 115. 23, 25. 24, 166. 167. 477.

7. *Ad radicem opum, cuius camelos pascentes iam adfiixeramus, dum honor noster in ea superstes erat haud laesus.*

Indicat, se tot vicibus liberalitatem exercuisse, ut, quum cameli pascentes non amplius adire posset, ipsi ad radicem opum, i. e. camelos reliquos, qui conservandi erant, ne omnes opes interirent, confugiendum esset. Se autem semper ita egisse dicit, ut honor non laederetur.

8. *Effecimus, ut vituperatio nos attingere non posset, ut, quum divitum opes numerantur, cameli aliis in usum dati viderentur.*

Ut hospitalitatis officia faceret, omnes paene camelos se mactasse dicit, ne ab hospitibus vituperaretur. Tam paucos relictos esse, ut, si divitum cameli numerarentur, sui, quum perpauci essent, nonnisi lactis causa in usum dati viderentur. Multi enim cameli ab aliis in usum dari non solent.

9. *Nobis laus eorum est, qui plures centenos possident, dum ad domum nostram cameli vesperâ haud redeunt.*

(p. 687.) Se, quamquam liberalitate ad paupertatem redacti sint, ut gregem camelorum, qui vesperâ domum reducerentur, non possiderent, non minore honore ornatos esse quam opulentos dicit.

II.

Morrah b. Mahcan Tamimita dixit.

1. *O domina domus! surge dum haud vilis es; sellas gentis thecasque ad te sume!*

Hortatur uxorem, ut curam in hospitibus excipiendis ponat et studium manifestet. Uxor, quae officia in hospites conferre non soleret, summam mariti hospitalitatem ostendit, si, ut sellae et thecae curae suae mandentur, obviam venit. Vox القرا hoc in versu thecas significat, in quibus res pretiosae reponuntur. Scholiastes armorum thecas significari vult, ut poeta illos apud ipsam secures esse indicet; sed huiusce sensus causam cogentem non video. Scholiastes ad sequentem versum adnotavit, duos imperativos قومى et ضمى, quamquam copulam omitti licitum sit, tamen copulâ coniungi magis convenire et rei probandae causa locum Corani Sur. 74 v. 1. »Surgo et vovo!« adnotavit. Quae autem verba وادن واكتب tanquam cum proximo praecedentibus coniuncta addidit, ea e Corano desumta non sunt. Verbis غير صاغرة, quae statui describendo inserviunt, causa cur surgat, continetur.

2. *Nocte mensis Djumadae, madida, qua canis ob tenebras funes non cernit.*

Tempus, quo hospitem excipit, accuratius describit. Hiemis et noctis pluviosae mentionem fecit, quod isto tempore hospitalitas magis necessaria est. Ante vocem جمادى antecedens ليالى (noctes) omissum est. Mensis Djumada a frigore appellatus hiemis tempus designat conf. Lebid. Moall. v. 28. Duo sunt menses, unus quintus alter sextus, hoc nomine appellati, qui, quum tempore, quo nomina inveniruntur, in frigoris tempus incidorent, hoc nomen

acceperunt. Antiquo autem tempore mensium nomina apud diversas gentes diversa fuisse constat conf. Golius ad Alfergan. Mensium nova nomina a diversis temporis tum frigoris tum aestus etc. rationibus desumta esse ex nominibus adparet; sed, quum menses lunares sint, accidit, ut hic frigoris mensis in summi aestus tempus interdum incideret conf. Pocock. spec. hist. Ar. p. 181 sq. Scholiastes noster de origine nominum loquens ea postea mutata metaphorice adhibita esse dicit. Poeta verba ذات اندية addidit, quod in Arabia hiems non tam tempus glaciei quam nebulae pruinaeque esset; sed in forma اندية explicanda multum interpretes sudarunt, nam vocis ندى pluralis انداء est, qui in versu sequente invenitur (metr. Thawil): Quum rores decidunt, ea[1]) custoditur vesteque nova contegitur et vestes tritae nuper eam haud convolvuntur. Sunt igitur, qui pluralem esse dicant a plurali formatum, ita ut a voce ندى pluralem نداء (formam فعال) derivent et inde vocem اندية (formam افعلة) ortam putent. Alii dicunt, formandi modum rarum esse. Quod in formis in fine extensis (i. e. cum Medda pronuntiatis) locum habeat, id in formas in fine breves (i. e. sine Medda pronuntiatas) translatum esse, ut in vocibus قفا cum plurali اقفية et رحا, cum plurali ارحية et rem ut in vocibus mutationi obnoxiis (انقاظ) sic in vocibus indeclinabilibus (المبانى) inveniri. Haec grammaticorum Cufensium sententia est. Alii dicunt, pluralis formam افعُلة esse, quasi a forma فَعَل pluralis forma افعُل orta sit modo vocis زَمَن et أزْمُن. Ex voce ندى igitur voci اند (pro أَنْدُى) ortae litteram ة additam esse. Qui formandi modus rarus quoque est. Grammaticus Abu-l'Ahbbas Almobarred pluralem vocis ندىّ (consessus) esse dicit, quod divites tempore penuriae convenire soleant, ut pauperum curam suscipiant. In posteriore versus parte noctem tanquam tenebrosam describit. Coelo nubibus tecto et pluvia decidente nox tenebrosa est. Talis nox viatorem terrore implet, ut hospitalitas ei et necessarior et gratior sit. Tenebrosae autem noctis indicium est, quod canis visu acuto praeditus in funes tentorii incurrat. Similem sensum poeta expressit dicens (metr. Thawil): Homines sunt, qui, quotiescunque canis dominum suum haud novit, vicinum defendunt ab omni re turpi, gravi. Sed in hoc versu canis dominum, qui armis tectus sit, haud agnovisse dicitur. Posterior autem pars, quae nocti ليلة, ad quam suffixum in voce ظلماتها referendum est, describendae inservit, scholiastae loco adiectivi (in genitivo) vocis ليلة est.

3. *In qua canis nonnisi una voce latrat, ut caudam circum nasum inflectat.*

Noctem talem esse dicit, quae terrorem faciat. Canem ipsum metuentem describit. Versus hic in initio paulo mutatus legitur apud Ebn-Challik. Nro. ٥٣٧. Verbum ينبح cum vocali Fatha aut Kesra pronuntiatur. Scholiastes enumerans varios modos, quibus vox غير adhiberi possit, eam hoc in versu loco nominis actionis esse dicit, nam, voce omissa, نبحة واحدة poetae dicendum fuit. Vox autem نبحة, quam omisit, quod e verbi significatione cognosci potest, nomen unitatis e nomine actionis formatum est (conf. Gram. Ar. T. II p. 406 sq.). Verbum يلف tam cum vocali Fatha, quam cum vocali Dhamma pronuntiari posse putat,

1) De equa sermo esse videtur, quae summa cum cura contra rorem defenditur.

quippe vox حتى significationem vocis لا habeat. Si futurum Antitheticum sit, particulam ان supplendam esse, sin futurum simplex, particulam non suppleri. Qui prius praefert, finem magis remotum indicari putat, qui posterius praehabet, statum, ut res posterior cum priore cohaereat c o n f. Gram. Ar. T. II p. 24 sq. Anthol. gram. p ٨١ sq. In nostro versu posterior explicandi modus mihi magis placet.

4. Quid tibi videtur? Num in latere domus apud sellas nostras iis locus dandus est, an tabernacula statuenda sunt

Ab uxore consilium petit de modo, quo hospites excipiendi sint. Cura viri et diligentia in re indicantur. Plures autem causae existere possunt, cur aut unum aut alterum fieri velit.

5. Ei, cuius commeatus paucus est, necessitate presso, qui vituperationem fugiebat aut honorem suum defendebat?

Versus hic duplici modo cum priore coniungi potest, ut aut cum verbis ما ذا ترين cohaereat, aut pronomini in verbis نبئى لهم adpositionis loco sit. Hoc mihi praeferendum videtur. Advenientes pauperes et adflictos simulque generosos esse ponit, ut cura ac diligentia in iis bene excipiendis adhibenda sit. In scholii linea quarta cum Morsukio لمنقطع به »i. e. ei, qui iter continuare non potest« melius legitur.

6. Et gladium meum abscondens surrexi et arcibus similes, magnis gibbis praediti sese mihi offerebant, qui catervatim procubuerant.

Primum in excipiendo hospite est, ei locum concedere, ubi considat. Hac igitur re cum uxore disposita ad opus suum accedit. Camelus mactandus erat, ut hospiti cibus pararetur. Poeta, ne cameli aufugiant, gladium abscondit. Camelos autem catervatim procubuisse dicit, ut noctem frigidam fuisse indicet; ita enim animalia contra frigus se tuentur. Sic poeta Abu-Dsuaib Hodsailita dixit (metr. Basith): E t c o n g r e g a t i e r a n t c a t e r v a t i m m a t u t i n o t e m p o r e o b v e n t u m f r i g i d u m d u m i i s i n m e d i o d o m o r u m d e b i l e s, e m a c i a t i e r a n t. Camelos autem ob magnitudinem cum arcibus comparavit. Eundem comparandi modum in sequente versu invenio, qui in scholiis Moallakae Lebidi v. 48 occurrit (metr Basith): كلاهما حين جد الجرى بينهما قد اقلعا وكلا انفيهما رابى. U t e r q u e e o r u m, q u u m c u r s u s i n t e r e o s v e h e m e n s e s s e t, i a m a r c e m e x s t r u x e r a n t e t u t e r q u e n a s u s e o r u m s p e c u l a t o r (i n a r c e) e r a t. Camelos currentes poeta describere videtur et, quum cameli nasus erectus sit, cum speculatore in arce comparari potest. Et in vita Timuri T. I p. 472 (ed. Mangeri) auctor verbis ludens dixit: فاقلعوا قلاع الفيول »et exstruxerunt arces elephantorum«. Camelos autem ut pinguos, e quibus cibus bonus parari possit, esse describat, eos magnis gibbis praeditos appellavit.

7. Gladius ex eorum numero crus pullum habentis camelae percussit, magnae; at crus per eum periit.

Ut, se pretiosam camelam mactasse, indicet, ei pullum dat. Solebant autem camelum mactaturi cruris pedis posterioris magnum nervum, ne aufugeret, incidere conf. Ham. p. ۴۱۱ adn. Sunt, qui voci مثلية gravidae camelae significationem tribuant. Hoc vero in statu animal pinguior esse solet. Voci جلس alii durae, altae, alii spatiosae terrae significationem dant. Et regionem Nedjd inde nomen accepisse dicunt, ut verbum جلس in regionem Nedjd veniendi significationem habeat. Sic in versu, quem Merwanus b. Aihacem poetae Alforasdak dixit (metr. Camel): Farasdako dic, et stultitia instar nominis sui est[1]), si, quod te iussi, facere emittis, in regionem Nedjd i! Huiusce versus ausam talem fuisse narrant: Poeta Alferasdak quum Medinam venisset clientelam petens a Säihdo b. Alahzi b. Abihi[2]), Säihdum, apud quem Merwanus sedebat, sequentibus verbis laudavit (metr. Wafir): Nobiles, dominos e gente Koraisch, quotiescunque casus ingrati superveniunt, stantes vides, dum Säihdum intuentur, quasi in eo lunam novam videant. Merwanus, quum versum, quo, eum ipsum vello, putaret, audiret, »sedentes« poetam correcturus dixit. At poeta negans, sic dicendum fuisse, iram Merwani concitavit. Moahwijahus inter Merwanum et Säihdum unius anni inducias paciscebatur. Merwanus autem (p. 689.) imperio potitus hanc ob causam Forasdako ad praefectum suum in loco Aldharijah litteras dedit, quibus, ut poetam puniret, imperaverat, poetae, se mandatum doni centum denariorum misisse dicens. Tum Merwanus rei poenitentiam agens Ferasdako scripsit (metr. Camel): Ferasdako dic, et stultitia instar nominis sui est, si, quod tibi mandaveram, omisisti, in regionem Nedjd proficiscere; sive Medinam, nam ea vituperatione digna est, et Meccam aut Hierosolymas tende! Ferasdakus ei sequentia respondit (metr. Camel): O Merwane! iumentum meum adligatum est donum sperans et eius dominus haud desperavit. Tu mihi epistolam sigillo clausam dono dedisti, quae mihi metum doni interitus injiciebat. O Ferasdako! epistolam abjice, ne lactis expers camela sit, instar epistolae Metalammesi. De hice versibus conferas Ebn-Challik. Nro. 788. Posterior versus pars proverbium respicit. Meid C. 5, 112. 14, 31. Ferasdakus autem neque ad Merwanum chalifam neque ad Ahbd-Almalicum aut Alwalidum accessit.

8. *Superbe incedentis, e superbe incedente genitae et camelo mari similis, cuius mors quum nuntiaretur, pecoris nostri pastor vehementer ploravit.*

Alio modo camelam tanquam pretiosam describit. Camelam camelo mari similem esse sc. figura roboreque, laudi habetur conf. Cahb b. Sohair v. 18. Pastorem camelorum eius morte tam adflictum fuisse, ut vehementer ploraret.

9. *Mactantem in summum eius dorsum adscendere iussi et mactans sellae similis factus est.*

Mactandi modum describit. Quod mactantem dorsum eius conscendere iubet, huius rei causam in eo scholiastes invenit, quod manu summam partem haud bene attingere possit. Magnitudinem igitur cameli describit.

1) i. e. stultitiam per se turpem esse sicut eius nomen turpe sit.

2) Säihdus anno 48 Merwano remoto Medinae praefecturam obtinuit. Anno 54 remotus est. conf. Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 546. Filium patris sui eum appellavit, quod pater ignotus esset.

10. Carnem ab ea removens, dum in genua procubuerat, sicuti manus funem torquentis librum removent.

In describendo pergens modum, quo carnes e corpore removentur, cum modo, quo liber a viro funem torquente ab arbore removetur, comparat. In voce سلب accuratius definienda interpretes haud consentiunt. Sunt, qui arboris nomen in Arabia felice crescentis, cuius cortex, unde liber albus proveniat, funibus conficiendis inserviat, esse dicant, dum alii plantae aut arundinis. Inde corticem aut arboris aut arundinis designat. Mihi, si legendi modus in versu rectus est, comparatio a libro arboris desumta aptior videtur, quam a cortice arundinis. Scholiastes, aliis plantam, aliis arborem (شجر), quae contusa conficiendis funibus inserviat, esse dicit; sed rectius قاتل legendum esse, ut cum modo, quo victor occisi exuvias detrahat, res comparata sit. In textu Tebrisii vox قاتل legitur. Abu-Mohammedos Alahrabi causam, cur poeta camelam mactatam in genua procumbentem descripserit, talem fuisse, retulit. Arabes camelum, ne mactatus in latus decidat, timentes, ab utroque latere fulcire, donec in genubus cubans mortuus sit, quippe ita melius quam in latere decidens mactari possit. Solere autem mactantos mortui cameli collum inter humeros nonnisi incidere, ita ut laxum sit. Tum camelum in latere a viris circumdari, ut duo viri gibbum detegant. Unum autem virum ab uno latere, alterum ab altero stare, duos alios stare ad scapulas, duos ad podicem, ita ut tres ab uno latere, tres ab altero sint operam dantes, ut pellis una vice, dum animal in genua procubuerit, detrahatur. In margine Tebrisii alter legendi modus: فنشنش الجلد adscriptus est.

11. Et dixi, quum mane adessent, dum uxori meae mandata dabam: Filios tuos (hospites) prandere iube, nam per plures annos iis non occurres!

Quantam hospitum curam habeat, ostensurus filios eos appellat. Summae autem hospitalitatis indicium in eo invenio, quod eos non dimittit, antequam prandium commederunt. Ut is, qui hospitem excipit, pater hospitii, sic uxor mater hospitii appellatur.

12. Eorum pater appellor; sed nemo, me cum eorum matre rem habuisse, suspicatus est et **(p. 690.)** *quamquum diu vixi, tamen eorum genus haud novi.*

13. Ego filius Mahkani sum; avunculi mei gens Banu-Mathar sunt, e qua originem duco, dum ii coetus generosus sunt.

Sese talem erga eos gessisse, non quod cognationis vinculo cum iis coniunctus esset; sed nonnisi liberali animo commotum. Qui erga homines ipsi ignotos hospitalem se ostendit, is maiore hospitalitatis laude dignus est. In codice Tebrisii alter legendi modus سادة (principes) voci معشرا subscriptus est. Gentem Banu-Mathar b. Schaiban familiam Mahni b. Sajidah (qui anno 151 aut 152 aut 158. praefectus Sidjistanae diem obierat (conf. Meidan. app. et et Ebn-Challik. Nro. 742.) fuisse, scholiastes adnotavit.

III.

Alius dixit.

1. Quoties viro, qui canes ad latrandum excitabat, dum echo idem repetivit, ignem, cui ligna magna erant, suscitavi.

Poeta, se ignem, ut viatores advocaret, accendisse fingit. Qui ignis quum, quamquam magna ligna, ut diu et multum flagraret, adposita essent, aut, ut videtur, ob temporis longum spatium aut ob servorum negligentiam, viatori non adparuisset, a poeta viatorem, qui canis vocem imitaretur, audiente, denuo excitatur, ut ad ipsum hospes veniat.

2. Ad eum festinanter accessi; tum eo tanquam praedâ potitus sum timens, ne familia mea ante me eum occuparet.

Studium in excipiendo hoste describit.

3. Is largam laudem mihi tribuit et ego largum hospitium ei paravi et quam vilis pretii laus est, quae cibo paratur!

Se hospitalitate laudem acquisivisse et laudem istam parvo pretio acquisitam esse. Loco vocis الاكل vox sine articulo legitur, ut subjectum verbi كان articulo careat, praedicatum autem (vox كاسبة) definitum sit. Scholiastes adnotavit, sensus obscuritatem, quae ex eo, quod vox indefinita sit, oriatur, sermonis vim augere. Similis construendi modus in versu Nabeghahi est (metr. Wafir): كان مدامة من بيت راس يكون مزاجها عسل وماء. Vinum e loco Bait-Ras videtur esse mel cum aquâ mixtum.

IV.

Alius dixit.

1. Oves meas reliqui optantes, ut pastor ipsarum lupus sit, me autem nunquam conspiciant;
2. Lupus enim semel tantum noctu eas invadit; me autem quovis die cultrum manu tenentem vident.

Hospitalitatem describit, dum agendi modum suum in oves cum agendi modo lupi confert. Oves quum una nocte pluries mactaturus invaderet, factum est, ut ipsum magis metuerent quam lupum. Scholiastes adnotavit, verbo تود hoc iu versu duo obiecta tribui posse (unum الذئب, alterum راعيها); propterea quod poeta cum priore obiecto verba وانها لا ترانى etc. coniunxerit; siquidem locum teneant verborum وتود انها لا ترانى, quibus res manifestetur. Rei quasi testimonio esse versum sequentem (metr. Thawil): Opto, sed, quod opto, inutile mihi est, ut sciam, quae in animo Alhadjebijjae sint conf. Ham. ٥٦٦, fieri enim particulâ ان sequente, ut res duobus obiectis simillima sit et verborum, a grammaticis nomine dubii et certi appellatorum (Gram. Ar. T. II p. 580.) construendi modum sequatur. Dici ظننت ان زيدا منطلق „putavi Saidum dimissum esse“. Talibus indiciis fretos grammaticos Bazreuses contra verbum زعم iudicium protulisse, id cum duobus obiectis construi. Qui autem vocem راعيها, statui describendo inservire dicit, ut pro راعيا لها sit, is verbo تود nonnisi unum obiectum tribuere potest. Vox واحدة aut tempori definiendo inservit, ut vox مرة omissa sit aut adiectivum nominis actionis omissi طرقة est (conf. p. ٦٨٧ v. 3.). Voci مدية aut casus nominativus **(p. 691.)** aut accusativus tribuitur. Si nominativus est, verba statui definiendo inserviunt, dum copula abiecta est, nam, quum suffixum in voce بيدى verba ad praecedentia spectare indicet, ea copulâ carere possunt. Vocem بيدى locum praedicati tenere puto. Grammatico Abu-l'Ahlae casus nominativus maxime placet, ita ut vox مدية modo subiecti posita sit; pars autem

sequens (بيدى) statui definiendo inserviat. Quum verbo رأى, hoc in loco **oculis videndi** significatio sit, verbo nomen prius sufficere (i. e. unum obiectum). Sin voci accusativus datur, aut statui definiendo inservit, ut verba pro حاملا مدية لها »portans cultrum pro iis« sint aut loco adpositionis suffixo in voce ترانى est, quasi dixerit: ترى مدية بيدى »cultrum in manu mea vides.« Talem autem adpositionem Arabum grammatici nomine بدل الاشتمال appellarunt i. e. quae totam rem, cui adpositioni est, complectitur, dum cum ea rem coniungit, quae cum ea necessario cohaeret, nam persona hoc in versu sine cultro cogitari non potest (**conf.** Gram. Ar. T. II, 528 sq.). In loco Corani (Sur. 2, 214.) simili modo vocem قتال adpositioni esse videmus. Vocem ببدى grammaticus Ebn-Djinni (in margine Mersukii) sequentibus verbis explicavit: فاذا رويت مدية بالرفع فالباء اى فى بيدى فى موضع الرفع لانها خبر مدية وهى متعلقة بمحذوف واذا نصبتها لك ان تجعلها متعلقة بنفس ترانى ويجوز ان تعلقها بمحذوف صفة لمدية Sed beatus de Sacyus sequentia ex eodem commentario adnotavit: قوله مدية بيدى جملة منصوبة الموضع على الحال اى ترانى حاملا سكينا ويجوز مدية بالنصب على بدل الاشتمال من ى اى ترى مدية بيدى والباء على الاول مرفوعة الموضع لانها خبر مدية فهى متعلقة بمحذوف وفى الثانى لك ان تجعلها متعلقة بنفس ترانى ويجوز ان يجوز ان تجعلها صفة لمدية فتتعلق ايضا بمحذوف.

V.

Alius dixit.

1. Non ego ad matrem Ahzimi tendo, ut eam verberem; ego tunc sane stultus essem!

Quidam uxoris, cui nomen Omm-Ahzim erat, agendi rationem in hospite benigne excipiendo probat et quasi virum, qui uxorem ob talem agendi rationem verberaret, videns, se suam uxorem haud verberaturum esse, dicit. Mersukius litteram ل in voce لاضربها Lam-Cai (i. e. particulam Lam, quae sensum particulae كى (Gram. Ar. T. II, 570) offert) appellavit. Eorumque sententiam, qui litteram **Lam negationis** لام الجحود (Gram. Ar. T. II, 604) appellari posse putent, refutans dixit, litteram **Lam negationis** post verbum كان formisque inde derivatis, ut in locis Corani Sur. 3, 174 et Sur. 8, 33 et verbis ما كنت لاشتمك »Te contumeliis haud adfeci«, locum habere, quippe haec verba quasi responso sint verbis كنت شتمنى »Tu me contumeliis adfeceras?« Hanc ob causam particulam أن, quam futurum Nasbatum sequatur, omissam esse, etsi post litteram ل, quae loco vocis كى sit, poni possit. Discrimen autem, quod constituit, mihi subtile videtur. Vox اذا, quum verba praecedentia particulam sequentibus haud egeant, ut quodammodo ad sensum constituendum particula necessaria non sit, a grammaticis nomen لغو accepit.

2. Tibi domus est, nisi temporis momento, quo bene agis, quum ad me hospes devertitur.

Uxori summam domus potestatem esse, nisi tempore, quo hospes adveniat, quippe cui domus usus omnino concedendus sit. Scholiastes adnotavit, vocem فينة, modo litteris, quibus constet (**conf.** Anthol. gram. p. ١٣), modo articulo addito, definitam esse, quemadmodum شعوب et الشعوب (i. e. modo nominum propriorum) dicatur. Vocem casum accusativum obtinuisse, quod exceptio rei affirmatae sit, quasi dixerit: tibi domus quovis tempore est ex-

cepto tempore etc. Hoc autem dixit, quod exceptio rei negatae esse potest conf. Gram. Ar. T. II p. 403. Sunt autem, qui قينة legant. Huic voci duplex significatio tribui potest aut ancillae aut vertebrae dorsi. Hoc autem legendi modo admisso تحبسينها legendum est, quippe vox تحسنينها sensui haud congruat i. e. Tota domus hospiti advenienti concedenda est, ita ut ne unam servam in tuum usum aut unam vertebram cameli mactati retineas. Vox autem تحسنينها, si praehabetur, pro تحسنين فيها est, ita ut, obiecto verbi omisso, suffixum, quod ope praepositionis cum verbo coniungendum esset, tanquam obiectum adpositum sit. Similem loquendi modum invenimus in verbis poetae: ويوم شهدناه. »Quot dies, quibus praesentes eramus«, nam vox شهدناه est pro شهدنا فيه. Sed legitur quoque تحبسينها cum vocalibus passivi, in qua voce suffixum pro فيها est, ut sensus sit, in quo (tempore) retineris ab opera hospiti locanda. Legitur denique: الا فينة تحسبينها, quorum verborum sensus est: nisi tempore, quo putas (domum alii quam tibi esse). In hoc igitur vero obiecto omisso suffixum, quod tempori definiendo inservit, cum verbo tanquam obiectum coniunctum est.

VI.

Quidam e gente Asad dixit.

1. Quoties nigrum (ahenum), quod pannis non tegitur, generosum, cui tempore frigoris vespertini sonus vehemens est;

Ut hospitalitatem suam laudet, ahenum describit. More poetarum substantivo omisso id nigrum appellat significaturus, id in igne multum positum esse, ut hospitibus cibus pararetur; vestibus autem haud tectum esse dicit, ut accedentibus carnes in eo coctae haud occultarentur, et denique generosum, benignum, ut carnes coctas accedentibus liberaliter distribui significet. Ut autem indicaret, quo tempore hospites cibo exciperet, posteriorem versus partem addidit. Vesperâ hiemis tempore cibus potissimum desideratur, quippe cibo satiatus frigus noctis melius ferre potest quam esuriens. Scholiastes, ut voci رقاع vestium significationem esse probaret, versum sequentem Alkathamii adnotavit (metr. Wafir): Et aerumnam post aerumnam; eam dimiserunt suo statu, postquam vestes proiecerant. Versus autem obscurus est, quum neque significatio verborum فلايا بعد لاى certa sit, neque quo suffixum verbi وجهوها referatur, constet. Voces لا تكسى الرقاع loco adiectivi aheno sunt. Similem loquendi modum in sequente hemistichio invenimus (metr. Wafir): quum ignes aliorum calanticâ tecti sunt (conf. Ham. ٦٩٩ v. 1.). Scholiastes, poetam pluralem الرقاع adhibuisse, putat, ut magnitudinem aheni significaret, quod una aut duae vestes tegendo aheno haud suffecerint aut poetam id ob magnitudinem vestibus omnino non tegi potuisse; indicare modo, quo poeta verbis sequentibus lacertam esse omnino negaverit (metr. Sarih): Non vides in ea lacertam in latibulum ingredientem. Voci نبيلة scholiastes significationem verborum عظيمة الشان magnum rei i. e. excellentis tribuit; sed indolem, quae domino aheni adscribenda fuit, in ahenum transtulisse videtur, ut ahenum generosum appellaverit, quod hospitibus viri generosi modo carnes liberaliter concederet.

2. Quotiescunque id cibo hospitis implemus, cibum hospitum nobis supervenientium continet aut abundat (cibo) et partem redundantem relinquit.

Aheni magnitudinem pluribus describit. Carnes in eo positas hospitibus aut sufficere, etsi multi advenerint aut tam multas esse, ut pars redundet. Loco vocis تتفضل vocales primae formae leguntur, quibus mutatis sensus haud multum diversus est; sed Mersukius priorem legendi modum praeferendum putat. Ut verborum prioris partis ratio posteriori in verbis تضمنت قرى aequalis sit, vocem قراها cum verbo قريناها coniunxit.

VII.
Alius dixit (Ohrwah b. Alward).

(c o n f. p. ۳۰۷).

Ante vocem عروة aliquid deesse videtur وهو aut simile aut voces tanquam alter legendi modus a scriba additae sunt.

1. Interroga, o mater Malici! noctu advenientem, indigentem, qui petere non audet, inter ahenum meum et locum ubi macto,

In hoc versu, qui cum proxime sequente intime cohaeret, uxorem aut aliam feminam, ut agendi rationem glorietur aut contra vituperationem se defendat, alloquitur hortans, ut interrogando, quae ipsius agendi ratio erga advenientes sit, comperiat. Scholiastes formam سلى pro اسألى sic ortam describit. Primum mediâ litterâ Alif abiectâ litteram Sin vocalem accepisse et quum ita haec littera vocali pronunciaretur, effectum esse, ut prior littera Alif quoque abiiceretur. Littera Alif, quae ante imperativum, quod prima littera radicalis vocali caret, ponitur, الهمزة المجتلبة (Hamsa acquisita) appellatur. Locum inter ahenum et camelum mactatum designasse videtur, ut significaret, advenientem, quamquam nil peteret, tamen aut unius aut alterius carnes accepisse.

2. Num vultus meus niteat, quae prima hospitalitatis pars est, et beneficium meum in eum conferam re ingrata omissa?

Modum suum agendi erga hospites describit. Tria commemorat, quae viri liberalis sunt, unum, se vultum hilarem advenienti ostendere, qui gaudii indicium sit, alterum, se beneficia ei dare et tertium, se omnia evitare, quae hospiti ingrata sint, turpe enim habetur apud Arabes, hospitem interrogando, quis sit aut qui finis itineris etc. fatigare. Initium versus cum voce prima versus prioris سلى (interroga!) cohaeret. Interrogatio locum secundi obiecti verbi tenet. Verba ام لا an non? omissa sunt. Grammaticus Sibawaihi in scholiis discrimen interrogationum, post quas illa verba omitti possint, aut poni debeant, exponit. Pronomen in voce انه ad verbum ايسفر referendum est, ut sit pro ان الاسفار, quippe verbum nomen actionis indicet. Eandem rationem in verbis من كذب كان شرا له »Qui mentitur, ei malum esse inveniri; nam e verbo كذب, subiectum verbi كان (vox الكذب) omissum esse, cognoscere licet. Quae res ingratae sint, antea monuimus; sed Abu-Mohammedes Alahrabi voce منكر feminas significari putans sic sensum explicat: Se omnes res, quae in potestate sint, hospiti concedere

praeter uxoros. Slc poetam Djobaiham Aschdjäihtam hospitem descripsisso (metr. Thawil): Et dixi: vita incnnda frnore, nam hospiti apnd nos deversato nnlla ros denogata est praoter fcminarum nobilinm arcem!

VIII. (p. 693.)

Alius dixit.

1. Nos inter sellas nostras ad hospitem accedimus, dum unus nostrûm veste eum tegit, alter eum sopit.

2. Intelligens e nobis erga hospitem ignorantem se simulat et ignorans intelligens est, ut noxam eius evitet.

Curam, quam in hospito tractando adhibent, describit. Hospltem cibo satiatum in lecto inter sellas parato, no frigus noctis sentlat, amicnlo oxtoriore tanquam lodico nnus operit, dum alter sermone somnum inducere studet. In Mersukii codice انا copulâ omissâ legitnr. Anto vocem منيم vox منا omissa est. Similem sensum expressum invenimus Ham. ٥٥٠ v. 1. 2.

Posterioris versus sensus talls est: Si hospes intelligentom e gentis numero aliqno modo laeserit, ipsum rem haud seutire et Ignoraro ita, ut ignorantis speciem prae se ferat, otsi intolligens sit; Ignorantem autom so tali modo orga hospitcm geroro, ut proptcrea quod eum laedere prudenter evltet, intolligens haberi possit.

IX.

Ebn-Harmah dixit.

(p. ٥٥٠).

1. Tentorio meo fixo eiusque vestibulo viam tego et locum collium editum occupo ibique subsisto.

Generosi inter Arabes, qui, ut hospitalitatis officiis satisfacorent, operam dabant, in locis a via hand remotis et in locis editis, ut e longinquo domus conspicerentnr, sedes habere solebant. Legitur quoqne: في قلل الرق sensu haud multum diverso. Vox قبة tentorium o pellibus constructum significat. Cum hoc poeta rom, quae رواق, appellatur, coniunxit. Do accurata vocis significationo loxicographi haud consontinnt. Fieri potest, nt poota rem, quae cum aedificiis in oppidis conluncta esset, cum tentorio coniunxerit aut tentorium, qualo divitum esset, designaverit aut deniqne voci alia significatio tribuenda est. Mersukius dixit: وابنى عليها قبتى وقد مد رواقها ورفع سماكها »ot tentorium in iis exstruo, cnius velum iam cxtensum ot tecta elata sunt«. Videtur igitur voci voli, qnod intra tectnm oxtenditur, significationem dedisse, cui obstaro vidotur, quod volum intra tectum eminus haud conspicitur.

2. Vir, qui viam quasi tentorii sui funes fecit et officium suum non agnovit, vilis est.

Qui in via tontorium figons, ut liboralis habeatur, hospitalitatis officia negligit, vilom habendnm esse dicit. Hisce verbis, se non solnm hospitalem videri, verum etiam esse, ostendit. Scholiastes modum loqnendi: »posnit viam domui suao funes« duplici modo explicat. Aut anto vocom طنبا vocem موضع (locus) supplendam esse aut vocibus transpositis esso pro جعل طنب بيته للطريق »posuit funes domus viae« i. e. propo ad viam. Poetarum haud

insolitus loquendi modus est, quo una res in alteram mutatur aut rei altera adscribitur, quae re vera ei haud convenit. Similem sensum invenimus in sequente versu (metr. Camel): In medio domorum est, ut locus sit, ubi scutella donum petentis posita putetur et in sequente (metr. Wafir): Vituperationem a me retinet, quod generosus sum, cuius habitaculum in vertice collis alti est.

X.
Alius dixit.

In Rasmusseni Additam p. ٥٣ versus Motalammeso tribuuntur.

1. Quoties canem ad latrandum excitaturus, dum ventus vestem, quam tenebat, ab eo removebat, ut decideret,

2. Nocte obscura, postquam a via aberraverat, latravit, ut canis latraret et dormientes excitarentur.

Nocte alta a via aberrantem describit, qui, ut locum gentis cognoscatur, latratum canis imitatur, quo audito gentis canis respondeat; sic enim in desertis Arabes agere solebant. Ut noctem frigidam designet, a vento vestem tolli dicit. Voci ليسقط tam primae quam quartae formae vocales dautur. Ventus autem ita vehemens erat, ut vestem, quam vir manu teneret, a corpore tolleretur. Ut statum viatoris periculosum describeret, noctem, qua a via aberravisset, obscuram fuisse dixit. Latravit autem duas ob causas, quarum altera erat, ut dormientes terrerentur, si vocem audirent timentes, ne fures aut hostes ipsis supervenirent; fore enim speravit, ut, si metum inanem cognovissent, ei voce responderent aut ignem accenderent. In prioris versus scholio linea 1 in Mersukii codico والكشط يقارب الكشف legitur, quod praeferendum est, quippe verba كشط et قشط plane eandem significationem habent. In posterioris versus scholio verba ما يعوى وما ينبح proverbii verba sunt. conf. Meid. 24, 158. Loco vocis ليفزع in Rasmusseni Additam. p. ٥٣ ليوقظ legitur.

3. Tum vocem audiens ei hospitii responsum dedit, quippe cui in adventu eorum, qui dormientes e somno excitarent, cibus esset.

(p. 694.) Canem responso dato hospitium promisisse, dicit et causam in eo videt, quod, si hospes excipitur, cani quoque cibus datur, quasi canis commodi sui memor sit. Scholiastae vox للقرى aut cum verbo جاوبه aut cum verbis مستسمع الصوت coniungi potest. Sensus inde diversus prodit, nam, si prius admittitur, canis latrando hospitium adnuntiat; sin posterius, canis vocem audit, quae, ut hospitium inveniatur, elata fuit. Loco vocis للقرى in Rasmusseni Additam. p. ٥٣ للندا legitur.

4. Parum abest, quin, quotiescunque hospitem advenientem conspiciat, amore ductus eum alloquatur, dum mutus est.

Quum canis ob hospitis adventum tam saepe cibum acciperet, eum novit et tanto gaudio eius adventu adfectus est, ut, si mutus non esset, eum verbis: Bene venisti vel similibus, alloqueretur. Poeta alius simili modo locutus est (metr. Thawil): Cani generoso

locus, ubi eius cameli cubant, amatus est; sed camelae magno gibbo praeditae exosus; at vero canis prudentior est. conf. Ham. ٧١٩. In proverbio est: »Canis ex omnibus gentis suae hominibus maxime diligit iter facientem«, quod in itinere caro pereuntium camelorum cani cibo est (conf. Meid. C. 6, 43.) et »Commodo vivit canis tempore calamitatis gentis;« gentis enim maxima calamitas eo consistit, quod cameli pereunt conf. Meid. C. 25, 19.

XI.

Salim b. Kohfan Alanbarita dixit.

1. Ne me dona dantem vituperes et omni camelo, quem quis a me petit, funem paratum habe!

Uxorem alloquitur, quae eius liberalitati haud statim opem ferens poetam ob nimiam liberalitatem vituperaverat. Ad poetam nempe frater uxoris accedens camelum dono acceperat, tum alterum et deinque tertium. Uxor iussa ad duos priores adligandos funem adportaverat; sed in tertio se nullum habere dicens recusaverat et quum verbis »mihi cameli, tibi funes parandi sunt,« eam allocutus esset, velum ei projecerat. Hae autem res versibus ansam dederunt.

2. Nam eius cameli iuvenci me non deplorabunt, quum in prato, ubi commorantur, herbis satiati sunt.

Causam, cur camelis haud parceat, addit. Scholiastes, duplicem in verbis sensum inveniri posse, adnotavit aut camelos iuvencos ipsum mortuum, qui ratione careant, haud deploraturos esse, ut prudentiae magis conveniat, camelis mactatis hominum amorem sibi comparare aut eos, qui ipsum mortuum haud deploraturi sint, potius gaudio affici, quippe accidere possit, ut in potestatem viri veniant, qui eos non mactet.

3. Ego autem opes, quae camelis conferendae sint, ei, qui opes sibi acquirere vult, non esse puto et nullam rationem earum utendarum diebus praeferendam, quibus officia servanda sunt.

Camelos quidem omnium opum optimam partem esse; sed in hospitibus excipiendis et donis dandis, ut pauperes adiuventur, iis parcendum non esse. Qui alteri camelum dat, eum ab interitu liberat, quippe in desertis viventes Arabes nonnisi e camelis alimenta aut lac aut carnem accipiant.

XII.

Uxor sequentibus verbis ei respondit.

1. O Ebn-Kohfane! iuravi per eum, qui in campis montibusque alimentorum sponsor est:
2. Semper aderunt funes firmi, quos iis paratos habeo, quamdiu camelus ungulis suis incedit.
3. Dona igitur neque avarus esto erga eum, qui rogaturus advenit; nam apud me pro iis (camelis) capistra sunt et excusationes finitae! **(p. 695.)**

Hos versus, qui apud Mersukium hoc loco desiderati p. ٧٥٢ leguntur, Tebrisius adposuisse videtur, ut versus eandem rem spectantes uno loco collecti invenirentur; sed, quem iis locum Mersukius tribuit, rei aptior videtur. Metrum secunda species metri Thawil

appellati est. Initio versus socundi negandi particula post iuramentum omissa est, quae ellipsis a grammaticis Bazrensibus reprobata in poesi frequonter occurrit **conf.** Gram. Ar. T. II p. 473 sq.

XIII.
Alius dixit.

1. Nonne vides, qui vituperatione me laesisti (a femina!), multum interesse inter avaritiam et liberalitatem?

2. Etsi folia mea recentia non sunt, quae petentibus lubentur dem; tamen lignum meum lene est?

Uxor poetam ob liberalitatem vituperavorat. Num ob nimiam liberalitatem, an ob dona haud pulchra enm vituperaverit, haud liquot, ut vituperandi modus ex vorsibus haud cognoscatur. Suam agendi rationem rectam esse et se ob animi sui iudolem aliter agere non posse, ostendit. Qualo discrimen inter avaritiam sit et liberalitatem, oam cognoscore vult. Suasisso igitur videtur uxor, ut dona daro, quum pulchra non sint, intermittoret; poeta autem hoc consilium si sequatur, avaritiao osse putat, nam, otsi pulchras opes haud possideat, ut pulchra dona det, tamon petentibus, quao possideat, se recusaro non posso, dicit. In posterioro versu so cum arboro comparavit, cuius folia recentia quidom non sunt; sod cuius lignum molle est. **conf.** Ham ١٩١ v. 5. Indicare volulsso videtur, etsi arbor foliis recentibus careat, tamon molles ramos camelis pabulo serviro posse. Arborum foliis, quae decutiebantur, camolos alore solobant. Rei in versu Sohairi montio facta est (metr. Basith): N e q u e p r o p i n q u u m n o q u o c o g n a t u m q u o d a m d i e n e q u e e g e n u m f o l i a d o c u t i o u t o m i m p o d i t. In hoc versu folia decutiens is osse videtur, qui dona petit. In Haririi loco p. ١٨٨ iu versu نسب loco vocis رحم et معدما loco vocis معدم legitur. Sio in Morsukii quoque codice. Pootam autem vocibus لين العود (lenis ligni) talom se designare, qui pauporum precibus resistere haud possit, proptcrea quod lene lignum moveatur, scholiastes indicavit. Mersukius hunc versum sequentibus verbis explicavit: ثم قال ان كان فى مالى قصور عن المراد وقعود عند حصور المرتاد فان نفسى سمحة مجيبة وعلى ما تقصر الحال عنه متحسرة وسيعود عودى وريقا فحينئذ ارتاح للعفاة بورق غضا طريا وابذل معروفى موفورا غنيا.

XIV.
Kais b. Ahzim Minkarita dixit.

Poeta princeps gentis Tamim (nam Minkar pars gentis Tamim est) anno nono Hodjrae cum agmine gentis Tamim Islami religionem confessus est. In oppido Bazra postea habitavit **conf.** Citab Tahdsibi-l'Asmâi p. 516. Meidan. T. III app. Ham. ٣٧٧.

1. Ego vir sum, cuius naturam neque sordes invadit, quâ ad turpe factum incitatur neque mentis infirmitas.

So virum ab omni turpi alionum et constantem et firma mento praeditum deseribit. Silentio praetermittendum non ost, in Mersukii codice postremam versuum vocem loco signi Djesm vocalem habcro, ut أَفَنُ, الغُضُنُ etc. legatur. Hoc legeudi modo recepto versibus me-

trum prioris speciei secundi generis metri Camel est. conf. librum meum: Darstell. d. Arab. Versk. p. 213.

2. *E gente Minkar oriundus in familia generosa et circum ramum ramus nascitur.*

3. *Qui oratores sunt, quum ad dicendum surgunt, alba facie praediti, eloquentes, diserti.*

Hisce in versibus gentis suae tum nobilem originem tum eloquentiam laudat. Verbis »et circum ramum ramus nascitur« cognatos, qui natura et origine ipsi similes sint, designare vult. Loco vocis والغصن legitur in Mersukii codice والفرع, cuius vocis significatio summae partis arboris, quae et in principem transfertur, si urgenda est, se tanquam principem super alios elatum significare potest. In Tebrisii codice haec ab alia manu ad marginem scripta est. Ante vocem خطباء subiectum هم (ii) suppleudum est. Quod si loci verborum بيض الوجوه (alba facie praediti) in medio inter eloquentes et dicentes positorum ratio habetur, non tam nobilem originem, quam eos loquentes pudore haud erubescere, poeta significare videtur. Vox مصاقع Nunnationem metri causa accepit.

4. *Intelligentes non sunt ad cognoscenda vitia vicini; sed in iuribus vicinitatis conservandis intelligentes sunt.*

Gentem suam ob indulgentiam erga vicinos laudat. Mersukius dixit, poetam haec dixisse, propterea quod homines proverbiali modo loquentes dicant: أن التكرم مكيال ثلثاه حسن الفطنة وحدة الذكاء فى العارضات وان اللوم مكيال ثلثاه سوء الفطنة واستعمال التجوز فى الواجبات.

XV. (p. 696.)

Ebn-Ahnka Fesarita dixit.

1. *Ohmaila statum meum vidit; tum cum opibus suis secreto, quemadmodum publice feceral, de conditione mea questus est.*

Versibus virum Ohmailah appellatum ob beneficia, quae in ipsum calamitatibus afflictum contulerat, laudat. Hic versus laudem praeparat. More poetarum opes personam viri ferunt, quocum illo querebatur. In fine versus autem eum hypocritam non agere, significaturus, cum ut publice egerit, sic quoque secreto facere, dicit.

2. *Me vocans consolatus est et si avarus fuisset, eum ob tempus, quo neque in campestribus neque in oppidanis spes est, haud vituperassem.*

Hoc in versu summae liberalitatis laus est. In ipsum non petentem et quidem tempore calamitoso, in quo si petenti auxilium alter recusasset, excusandi causa fuisset, virum sponte beneficia contulisse, verbis »me vocavit«, iudicat. In Mersukii codice loco vocis بدو legitur et explicatur باد, quae vox forma voci حضر minus convenit, quamquam tam vox بدو quam حضر incolas regionis campestris et oppidanae indicat.

3. *Iuvenis, quem Deus bono cumulet, dum procerus est, pulchritudine praeditus, adspicientibus haud ingratus.*

Ad corpus viri laudandum transit. Laudant proceritatem corporis Ham. ۱۳۳ v. 1. Pulchritudo in omnibus laude digna est. Pulchri adspectus autem quum, si cum duro et austero

vultu coniuncta est, non omnibus gratus sit, virum istum omnes soreno et laeto vulto oxcipere indicat. Vox بأنما statui iuvenis describoudo inservit. Vox مقبلا autem, quae in Mersukii codice est, ad Doum referenda est i. o. dum ei obviam venit, ei favet. Loco vorborum لا تشق على البصر legitur quoque: لا يُشقّ لها البصر. Hoo admisso verbo شق diffindondi significatio tribuenda est, ut vertatur: cui non diffinditur visus i. e. pulchritudinem tantam esse, ut, quae solis spleudori similis sit, nemo oam adspicero possit.

4. *Ac si Plejades in eius fronte suspensae sint, in genâ Syrius, in facie luna.*

Singulis faciei partibus tantum splendorem tribuit, ac si sidera fulgentia in iis essent. Plejades, Syrium, lunam hanc ob causam, quippo omnibus quoque noti siut, elegit. Mirum ost, quod, quum frons genaeque faciei partes sint, faciei in fine versus lunam tribuerit. In Morsukii codice diversus legendi modus est, quo illud minus aptum evitatur. Sic Mersukius habet: كان الثريا علقت فوق نحره وفي انفه الشعرى وفي خده القمر. »Ac si Plejades super eius iugulo suspensae sint ot in oius naso Syrius et in eius gena luna«. In Tebrisii codice voci وجهه alter legeudi modus انفه superscriptus est.

5. *Quum turpe pronuntiatur, vultum demittit, quasi vilis sit, quamquam vilis non est, et si voluisset, se vindicasset.*

Genorosi animi est, turpis verbi rationem non haboro et id non puniro. Talem illum iuvenem describit.

6. *Et quum laudem, cuius vestes commodato darentur, vidisset, pallio lacinia larga ornato se vestivit et veste interna se circumdedit.*

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, laudis cupidissimum oum describit. Laudem eum vestimento comparavit conf. Ham. ٢٨٢ v. 2. Vostimentum in duas partes, oxteriorem, quae voce رداء, interiorem, quae voce ازار designat, dividit. Exteriorem laciniâ largâ, quae ornamento est, instruxit. Vox ازار hoc in versu vestimenti pars est, qua nudum corpus cingitur, ut poeta duabus vocibus omnes vestes complexus sit. Poeta significaro voluit, laudo eum omnino ornatum esse, ut nulla corporis pars remanserit, quae ornamento careat.

7. *At ego bonum ei dixi et factum eius laudavi. Qui autem te laudat aut vituperat, is, quod in eum contulisti, omnino tibi retribuit.*

Hic versus in Mersukii codice post versum voce دعاني incipientem locum habet et cum hoc sensu melius cohaeret. In posteriore versus parto, se gratiarum agendarum officio omnino satisfecisse dicit. Construendi modum verbi اثني scholiastes ita explicat, ut aut praepositio على omissa sit aut poeta verbi مدح modum secutus sit. Ut post verbum اسديت obiectum omissum est, sic quoque post vorbum ذم et شكر.

Abu-Rijaschus vorsuum ansam talem fuisse narrat. Accidit, ut Ohmaila ad Ebn-Ahukam, dum aut foenum ovibus suis quaereret aut olera effossa oderet, transiret. Ebn-Ahuka interrogatus, quaenam causa sic agendi esset, respondit, temporis calamitatom ot

fratrum excusationes et divitum avaritiam. Ohmaila hisce verbis commotus dixit, postero die mane futurum osse, ut dives sit. Uxor, cui Ebn-Ahuka verba narrasset, iuvenis promissis fidem non habuit, et, quum filia eum mane incitaret, ut Obmailam adiret, se **(p. 697.)** facturum negavit. Dum hunc illi inter se sermonem couferebant, Ohmaila cum omnibus opibus tam camelis quam ovibus eqnisque adveniens Ebn-Ahukae totum earum dimidium dedit.

XVI.

Alius dixit.

1. Ahmruo de beneficiis in me collatis gratias agam, si mors mea cunctatur, beneficiis, quae, etsi magna erant, exprobrata non sunt.

Versibus metrum socundae speciei metri Thawil appellati est. Littera Lam, quae ante litteram Ta homoioteleuto constituendo necessariam praecedit, homoiotcleuto necessaria non est, quam rem artis rhetoricae periti nominibus التزام, تضمين, تشديد et اعنات appellarunt conf. Almookhtusur p. 646 et 648. Duae sunt causae, cur gratias agat, una in magnis beueficiis, altera in eo est, quod magna beneficia non exprobraverit. Scholiastes verbis لم تمنن sensum tribui posse dicit, beneficia baud abrupta esse. Hanc abrompendi significationem in vocibus حبل منين (funis abruptus) et in verbis Corani (Sur. 84, 25 et 95, 6) »Eis merces haud abrupta est«, reperiri. Verbo من boc in versu abrumpendi significatio vix convenit et altera praeferenda videtur.

2. Vir est, cuius opes amico haud prohibitae sunt et qui, si pes labitur, querimonias non habet.

Duas ob res eum laudat. Fortuna adjuvante amicis benefacit; at si ipse in infortunium incidit, ab amicis auxilium non petens calamitatem patienter fert. Similem sensum poeta in sequente versu expressit (metr. Motakarib): ابو مالك قاصر فقره على نفسه ومشيع غناه. »Abu-Malicus paupertatem suam ipse patienter fert et opulentiam suam palam facit«. Solea loco pedis est. Vox به omissa est. Est loquendi modus, qui in proverbii usum venit (Meid. C. 11, 10.). Lapsus pedis infortunium designat conf. versum Sohairi in proverbio apud Meidanium.

3. Paupertatem meam vidit, ubi ea occulta erat et oculo festucae loco erat, donec removeretur.

Duarum quoque rerum boc in versu mentio facta est, eum paupertatem, quae occulta esset, cognovisse et eâ cognitâ tanto dolore adfectum esse, ut modo, quo quis festucam laedentem ex oculo celeriter removere studeat, eam tolleret. Studium igitur maximum benefaciendi indicatur. Versuum ansam talem fuisse traduut: Vir quidam e nobiliom oppidi Medinae numero, qui Mohammed b. Said scriba fuisse dicitur, quum ad Ahmruum b. Saihd b. Alahz venisset, accidit, ut inter sèrmonem lacera manica eius adpareret. Hisce paupertatis indiciis Ahmruus commotus decem millia drachmarum et centum vestes viro misit. Abu-Mohammedes Alahrabi refutans Namiritae verba, vocem خلة paupertatem significare et in proverbio (Meid. C. 7, 36.) diei: »Paupertas ad furtum impellit« more suo versu incepit (metr. Thawil): Si Lomajjae nox instar diei sui fuisset, per fortunam tuam!

Lomajjam pro eqnite non vendidissemus. Hisce verbis sensus involutus est, quem postea claris verbis oxplicat, Abu-Ahbd-Allahum (Namirltam) omnibus in rebus non eâdem doctrinâ imbutum esse. Lomajj autem nomen equitis e gente Kais est. Tum dixit: Si Abu-Ahbd-Allaho tanta genealogiae et pugnarum notitia fuisset, quantam lexicographiae et vocum linguae rariorum habuit, profecto! velum ad hunc sensum derivandum pulverem haud diremisset, sed, quominus scopum adtingeret, quod arcum nervo haud instruxerat, impedivit. Grammaticus proverbiali modo loquens (conf. Meid. 24, 36. 7, 9.) dicere vult, eius ignorantiam, quam cum velo comparat, effecisse, ut rectum haud inveniret, nam, si quis velo pulverem, quo res occultatur, discutit, velum impedit, quominus res adpareat. Tum alter, cui efficiendi facultas non est, cum sagittario, qui arcum nervo haud instruxerit, comparatus est. Abu-l'Nedam dixisse, Ahmruum b. Dsecwan eum fuisse, qui Ahmrui b. Comail manicam laceram videret. Priorem igitur pro altero intercessisse, donec bello in oppido Bazra praeficeretur. Quo in munere quum magnis opibus potitus esset, eum istos versus dixisse.

XVII.

Vir e gente Bahra, cuius nomen Fadaci erat, dixit.

(Ante Mohammedem conf. v. 1.)

Scholiastes dixit, nomen Bahra nomen proprium inventum et haud derivatum esse, quippe quod tanquam femininum cum masculino ابهر non cohaereat. Accidere autem interdum, **(p. 698.)** ut voces non cohaerentes formâ cohaerere videantur. Verba lineae scholii tertiae ليس من الوصف فى قبيل ولا دبير proverbialem loquendi modum redolent; dicitur enim in proverbio (Meid. C. 24, 49. ما يعرف قبيلا من دبير. »Filum, quod inter nendum antrorsum ducitur a filo, quod retro trahitur, haud discernit« conf. Harir. p. ٢٠۴ schol. Nomen proprium Fadaci quoque inventum esse, quamquam a nomine loci Fadac derivatum videtur. Fadac oppidum in regione Chaibari est Kam. In Abulfedae opere p. ٩٥ legimus, unum ex pagis, qui ditionis Medinae essent, esse.

1. Si Ahlkamaho b. Saif studium suum remuneror, unius diei beneficium remuneraturus non sum.

Beneficia in ipsum magna et multa fuisse dicit. Ahlkamahi b. Saif gloria etiam in carmine Ahmrui b. Kelthum (Moall. v. 61,) praedicata fuit. Sensus huius versus sequentibus illustratur. Loco vocis يقول in scholiis legendum puto يقال.

2. Profecto! modo, quo puer amatur, me amavit et modo, quo sponsa, quae ad divitem deducitur, instruitur, me instruxit.

Puer a matre amore maximo diligitur et sponsa, quae ad divitem deducitur, summa cum cura et diligentia instruitur, ne uxores aliae mariti vituperandi causam inveniant.

3. Et die, quo eius auxilium implorabam, impetu centum (camelorum), qui baculo summa cum molestiâ propellebantur, auxilium mihi misit.

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, doni centum camelorum mentionem

fecit. Posterier versus pars significare videtur, camelea bene nutritoa et alacres fuiase, ut nennisi cum molestia propelli possent.

4. Et sitim meam vehementem sedari et pre gente Ahttabi aquâ frigidâ restincta est.

Cupiditatem vindictae et desiderium raptorum camelorum cum siti vehemente comparat. Qui quum liberalitate Ahlkamahi opes recuperasset pro gente Ahttabi, cuius vicinus ipse direptus esset sitim suam sedatam esse dicit. Mersukius versum sic explicavit: وقوله ولقد نضحت مليلى يريد ولقد رششت غليلى من ال عتاب وما امتلا نار وجدى من احشاى وصدرى بماء بارد فسكنت وزال حميها حتى كانها لم يكن وانما قال ذلك لان ال عتاب كانوا وتروه فاشتد برح حميته واتسع فرج وتره فاعانه على ادراك الثار علقمة بن سيف وشفاه من دائه والذا توصّل ما عدده من اياديه لديه حصل فيه الميل والاكرام والبر والانعام واصلاح الحال والمواساة بالمال والشفاء من الداء والانتقام من الاعداء وذلك ما لا مزيد عليه ومعنى تميثت تذللت تذويبت يقال ميثت الشى اذا مرسته والنضح بالخاء المعجمة ابلغ من النضح. Versibus lux erit maior iis, quae scholiastes ad versuum ansam explicandam adtulit. Vir, cui nomen Fadaki in gente Taghleb gentis Ahttab b. Sahd b. Sohair b. Djoscham b. Becr b. Hobaib b. Ahmru b. Ghanm b. Taghleb vieinus erat. Quum inter eam per aliqued tempus degisset, accidit, ut tempore, quo Ahlkamahus b. Saif Ahttabita incursieue hestili occupatus esset, Hanaschus b. Mahbad, uuus e gente Tsahlabah b. Becr b. Hobaib, incursioue facta huius viri cameles diriperet. Sic epibus privatus, ut gentem Banu-Ahttab ad vindictam excitaret, gente camelea ad aquam ducente, lacum implens penem immersit dicens: Bibe, nam praeter te nil opum mihi est et in eorum censesau sequentes versus recitavit (metr. Redjob): Num ego alius sum, quam is, qui procul pascentes cameloa habet per nootes, per noctes menaia Redjebi octo? Tum vieini mei cameloa meea adducunt. Alkamahus quum redux de calamitate viri certior factus esset, dixit, sperare se, si Hanaschum ipsi amicitiae vinculo coniunctum adiisset, fore, ut cameli rapti redderentur. Cum agmine igitur Taghlebitarum, inter ques vir e gente Aus b. Taghleb, gente emnium infaustissima, qued vir ex ea oriundus belli Basus et alter belli gentis Dsobjan et Ahbs [1]) causa fuerat, ad eum venit. Qui quum advenissent, Hanaschus laetatus tentorium fixit premisitque, se Ahlkamaho mane camelos redditurum esse. Nectu autem auscultans, quid lequerentur, Hanaschus Ansitam talia proferentem audivit: Nenne vebis narravi, eos (cameles) similes esse nervo, quem leaena devoraverat. Quem si non evomit, eum excernet (Fabulam quandam respicere videtur [2])). Quibus de verbis Hanaschus iratus, se ne unum quidem camelum redditurum esse iuravit. At Ahlkamahus rediens de suis centum camelos Bahranitae loce raptorum deno dedit.

XVIII. (p. 699.)

Abu-Sijad Alahrabi Cilabita dixit.

1. Ignis ei in celle accensus est, quum ignes (aliorum) velo ebtecti sunt.

2. Non quidem virorum epulentissimus erat; sed eorum liberalissimus.

1) Bellum inter gentem Dsobjan et Abbs pugna diei Djabalah notum est de qua conf. Meld. T. III P. 1. p. 558.

2) Verba in virum translata significare possunt, eum, ne vi eripiantur, camelos sponte reddere.

Sensum versus poeta **Aschdjah** laudans Djahfarum b. Jahja imitatus est, dicens (metr. Metakarib): وليس باوسعهم فى الغنى ولكن معروفه اوسع. **Non est inter eos opulentissimus; sed eius beneficia amplissima sunt.** Hunc autem sensus derivandi modum artis rhetoricae periti nominibus المام et سلخ adpellarunt **conf.** Almookhtusur p. 660 sqq. Viri hospitalitatem laudat. Arabes in locis elatis, ut viatoribus locum suum indicarent, ignem accendere solebant **conf.** Ham. ٦٦٠ v. 3. ٦٦٣ v. 3. Loco verborum على يفاع legitur بكل واد »in omni valle«, quod minus placet. Avari autem timentes, ne ignis splendore viator adduceretur, velis ignem tegebant (**conf.** Ham. ٦٦١ v. 3.). Hunc explicandi modum alteri, quem scholiastes adtulit, de exstincto igne sermonem esse dicens, praestare puto. Scholiastes verba »in omni valle« sic explicanda putat, eum aliorum ignibus extinctis pro his suum ignem in omni valle accendere, ut in hospitalitate omnium aliorum vicem impleat; nil quoque impedire, quominus sensus sit, eum in latebris stationis suae et in omni valle ex vallibus domus suae ignem accendere. Sed utrumque longius petitum videtur. Si legendi modus بكل واد admittitur, sensus est, eum omni loco, ubi subsistat (nam in vallibus subsistere solebant), ignem hospitibus accendere, ut vallis pro loco dicta sit. Prior autem legendi modus, qui Arabum moribus convenientior sit, praeferendus est. In scholii linea quinta sic ex Mersukii codice legas: وهذا يكون منه كاتمامهم الايسار ونيابتهم. »Et haec eius agendi ratio est sicut ii (Arabes) ludentium agmen complent et aliorum vices agunt«. Posterior autem versus pars significat, eum non ita agere, quod opulentissimus; sed quod liberalissimus sit. Verba ارحبهم ذراعا opposita sunt verbis اضيقهم ذراعا et verba ضاق بالامر ذراعه significant, aliquem rei potestatem non habere. Scholiastes vocem ذراعا loco vocis نفسا (animae) positam putat, ut animi indoles significentur et sic Kamusi auctor voces واسع الذراع explicat. Ego autem rem sic explico, ut voci ذراع brachii significationem tribuam. Qui amplis brachiis praeditus est, is multos homines amplecti potest, ut inde in liberalitatem, qua multos homines excipiat, loquendi modus translatus sit.

XIX.

Alahrandas dixit.

Nomen cameium robustum designare, in versu Djoriri videmus (metr. Wafir): **Firmis dorsis praeditae (cameli) iis (pedibus) tubera magna alba terrae diffindunt et omnis camelus robustus ex ore spumam ejicit.**

1. Lenes, commodi, ludo dediti, generosi, generose agendi rationem colentes, filii eorum, qui ludo dediti erant.

Poeta e gente Abu-Bocr b. Cilab fuisse et gentem Banu-Ahmru Ghanawi laudasse dicitur. Versus quum Abu-Ohbaidaho recitarentur, impossibile putavit a Cilabita laudari Ghanawitam. In versibus lenis animi liberalitatisque laus est. Liberalitas ex eo cognoscitur, quod sagittarum ludo, in quo hiemis tempore cameli mactati pauperibus distribuere solebant, dediti erant (**conf.** p. 562. 660. II, 283.). Verbum يسر, quod ludo illo ludere significat, in sequente versu adhibitum invenimus (metr. Thawil): **Quum ludunt, ludos turpia**

facta non producit, quorum memoria in stationibus aestivis remaneat. Sic dicit, quod tempore hiemis ludo indulgebant. Loco verborum ذوو كرم legitur ذوو يَسَر, qua voce facilitas lenitasque animi significatur. Non satis habet eos tanquam ludo deditos laudare; sed eos filios talium virorum esse addit, ut, quorum animis ludendi cupido innata sit, laus augeatur.

2. Si rogantur, ut rem necessariam praestent, faciunt et si quaeritur, quaenam in proelio diligentia eorum fuerit, optimus de iis nuntius accipitur.

3. Et si eorum amorem petis, lenes sunt; sin autem increpantur, quamquam pravi non sunt, strenuos in malo eos invenis.

In versu priore tales esse dicuntur, qui officio fungantur et in proelio fortiter pugnent. Loco vocis الحق in Mersukii codice الخير (bonum) legitur, quae vox sequenti verbo يعطوه aptior videtur. In posteriore versu lenes describuntur, si cum amore tractantur, sin dure tractantur, strenui. Vox شر malum saepius bellum designat. Quidam Insus in verbis شر et اشرار est. Verba autem eos fortes et haud debiles animo esse indicant. Quamquam naturâ ad malum inferendum propensi non sint, eos ab aliis dure agendi modo incitatos malum inferre dicit.

4. In iis et ex iis antiqua gloria esse putatur et nuntius ignominiae et dedecoris non esse putatur.

Antiqua eorum gloria a maioribus accepta durat. Eos tam gloriam a maioribus accepisse quam in posteros transferre; nec non ullum eorum, quo dedecore adficiantur, ad alios transferri nuntium dicit. Sic perfecta gentis gloria describitur. Loco vocis المجد (gloria) in Mersukii codice الخير (bonum) legitur. **(p. ٧٠٠.)**

5. Si loquuntur, turpia haud pronuntiant et si disputant, multis verbis non contendunt.

6. Cuivis eorum tu occurris, eorum domino te occurrisse dices instar stellarum, quae noctu viatorem ducunt.

Sermo turpis in proverbiis vituperatur Meid. C. 12, 157 et sermo brevis commendatur. Meid. C. 21, 58. conf. Meidan. Prov. T. III. P. 2. p. 175. Talem autem unius cuiusvis eorum esse agendi rationem, ut domino simillimus sit. Ut autem eorum agendi rationem alios sequi indicet poeta, eos cum stellis confert, quae viatori nocturno lucem adferunt. Alio loco Ham. ٣٦٠ infr. armis splendidis ornati bellatores cum stellis poeta comparavit.

XX.

Alius dixit.

1. Pignore manus meae contendi, pro beneficiis eius gratias agi non posse et meis gratiis multas gratias agens nil addere potest.

2. Et si res peragi potest, eam perago; at vero, quod peragi non potest, durum est.

Tot tantaque in ipsam collata esse beneficia, ut nullo modo debitas gratias agere possit. Hanc ob causam manum suam oppigneratam esse dixit. Manum autem pignori dare videtur, quod manu beneficia conferantur et beneficiis redditis gratiae aguntur.

XXI.
Alhosain b. Mothair Asadita dixit.

conf. ٤٢٥.

1. Ei dies infortunii est, in quo hominibus infortunia sunt et dies beneficii, in quo hominibus beneficia dat.

Totum tempus vitae viri in duas partes dividit, in cuius una parte hostes punit, alterâ amicis benefacit. Dies infortunii et dies beneficii ad historiam regis Almendsiri b. Mâi-ssema spectare videntur. Duo enim dies erant, unus infaustus, alter felix, ab isto rege constituti, in quorum priore adveniens trucidabatur, posteriore beneficiis ornabatur. Horum causam auctor libri Citab-Alaghani (in articulo Obhaid b. Alabraz) sic narravit: Regi fuisse duos compotores e gente Asad oriundos, quorum unus Chaled b. Almedhallel, alter Ahmru b. Masudh b. Ceidah appellaretur. Qui quum sermone regis iram excitassent, eum, ut in fovea ante portas (pro ظهر pute ظاهر legendum) Hirae sepelirentur, imperasse. Rei peractae autem quum eum poenituisset, eum imperasse, ut supor iis templum duabus deis maximis sacratum [1]) exstrueretur. Ibi quotannis duobus diebus, uno infausto, altero felice, regem sedisse. Qui die infausto ad eum veniret, capite animalis nigri ضربان appellati denatum trucidatum esse, dum eius sanguine corvi iustigarentur (يغرى بدمه الغربان). Primus autem isto die Obhaid b. Alabraz ad eum venisse narratur (Meid. C. 1, 57. II, 128 VI, 2 IX, 9. Diem infaustum a Nohmano b. Almondsir, quum se Christianum fecisset, abrogatum esse narrant Meid. C. 1, 361.

2. Die liberalitatis e manu pluvia donorum decidit, die infortunii e manu sanguinis pluvia demittitur.

3. Si die infortunii contra homines poenam emisisset, in terra peccator haud remansisset;

4. Sin vero die liberalitatis dexteram libere dimisisset, in terra pauper relictus non esset.

Hisce versibus primi versus sensus illustratur. Liberalitas et beneficentia eum pluvia saepe comparantur conf. Ham. ٦١١ v. 1. Vullers ad Harets. Moall. v. 57. Manum autem cum nube contulit conf. Ham. ٣٨٣ v. 7. et ٤٢٦ v. 1.

XXII.
Abu-l'Thamahan Kainita dixit, cui nomen Scharkijj b. Hentselah erat.

conf. p. ٥٥٨.

1. Quum dicitur: Cuiusnam hominis gens optima est et quis patientior est die, cuius stellae occultatae non sunt?

Laudem gentis Lâm b. Ahmru praeparans, homines interrogantes fingit, quinam nobilissimo genere oriundi, qui fortissimi in pugna sint. Vox يوم diem pugnae designat et inde proelia celeberrima Arabum nomine الايام appellata sunt. Vox توارى aut cum vocali Fatha,

1) Sic vox obscura الغريين, de qua dubito, fortasse intelligenda est. Dualis forma iterum p. ٤١٠ occurrit.

ut pro تتوارى sit aut cum vocali Dhamma, ut passivum tertiae formae sit, pronuntiatur. Arabes die proelii ob pulverem solem obscuratum esse dicunt, ut stellae apparuerint. Quamquam sole obscurato stellae in coelo adparent, tamen ut sol, sic multo magis stellae pulvere teguntur. Scholiastes huiusco loquendi modi causam in die Halimah dicto esse scripsit, quippe quo stellae meridie adparuerint. Quod proverbium adnotavit: »non est dies Halimae secretum« id in Meidanii opere C. 24, 67 legitur. Sed in Mersukii codice locus sic **(p. 701.)** legitur: فقيل ما يوم حليمة بعسر وصار بيسر الامر etc. Dies, qui in opere Pococki specim. p. 536. ed. alt. »dies pratorum Holaimah« appellatur, ab illo die diversus non est. Loquendi modus in vulgi usum venit, ut minans »stellas meridie tibi ostendam!« dicat conf. Meid. C. 18, 222. schol. In scholii linea secunda loco verborum حبس الناس cum Mersukio legendum est: حبس النفس.

2. *Gens Lam b. Ahmru radix est super difficili (monte) elata, cuius loci alti haud adtinguntur.*

Dignitatem altam genti tribuit, quam alii consequi non possunt. Gentem igitur cum radice arboris in monte difficili adscensu plantatae confert. Ut homines singuli cum ramis comparati sunt, sic tota gens cum radice comparari potest. conf. Ham. ٢٣٠ v. 2. Ante vocem صعب substantivum جبل (mons) omissum est. Hanc vocis significationem esse, ex voce مراقبة cognosci licet, quippe qua montis loci alti significentur, qui speculando inserviunt. Pars scholii ad sequentem versum spectat.

3. *Sua nobilitas faciesque ipsis noctem obscuram illustrant, ita ut perforans conchulas Veneris in filo ordine iungat.*

Ut poeta Ham. ٢٨٢ v. 3. viros cum lucerna, sic noster gentis nobilitatem et hominum faciem cum lucerna aut luce comparavit. Cuius lucem ut maximam esse indicet, nocte obscurâ illâ lucente perforatas conchas in filo coniungi posse dicit. Scholiastes autem suffixum vocis ثاقبه ad vocem الجزع referendum non esse putans, nomen, ad quod pertineat, ex initio versus cognosci dicit, quasi poeta dixerit: حتى نظم ثاقب حسبهم الجزع لناظمه »ita ut ordine iungat nobilitatis eorum lux concham ei, qui eam ordinat,« cuius autem explicandi modi, qui longius petitus sit, in verbis urgentem causam non invenio. Voci ثاقب lucentis significationem dedit. In fine lineae primae scholii in Mersukii codice legitur: والضمير من ثاقبه يدل على ظاهره صدر البيت, quod praeferendum est.

XXIII.

Alius dixit.

1. *O tu, qui optas, ut vir filio Saidi similis sit, vias apertas tibi reliquit.*

Ohrwahum filium Saidi Alchail laudans ullum tantas virtutes acquirere posse negat. Filium Saidi apertas reliquisse vias dicens significare videtur, eum neminem virtutibus cum ipso certaturum timere.

2. *Indoles eis similes, quae ei sunt, tibi compara! Num ullum unquam probrosis verbis petivit, num contumeliis petitus est an avarus fuit?*

Hoc in versu, qui Mohammedi b. Baschir Charedjitae adscribiter, singulas quasdam virtutes enumerat. Eum supra alios sic elatum esse, ut neque contumeliis ullum petierit neque ab ello petitus sit. Avaritiam eum nunquam ostendisse. Voces من احد sunt pro احدا.

3. Si opes erogas aut eius agendi rationi cum studio operam das, difficile tibi erit et minus, quam ille, facies.

4. Si homines tam proximi quam remotissimi in terrae tractu mitterentur, donec camelos extenuarent,

5. Ut in terrae superficie quaererent, tamen virum, qualem in sinu terrae occultarunt, non invenirent.

Hosce tres versus cum secundo coniunctos esse, scheliastes adnotavit. In Mersukii codice non leguntur. Quintus autem versus mortuum spectare videtur, ut versus potius ex epicediorum numero sint. Proximi et remotissimi homines omnes complectuntur. In secuedi versus margine vox يُعْمِلو adscripta est, quae vox alterum legendi modum loco vocis يجرتو significare videtur.

XXIV.

Alius dixit.

1. Gentem instar gentis Banu-Zoraim tam in iis, quae campos, quam in iis, quae montanas regiones incolunt, non vidi.

Cum ista gente aliam comparari haud posse. Ut totam terram designaret, campos regionesque montanas opposuit. Pars altior Arabiae Nedjd parti Tehamah dictae, quae ad mare vergit, opponitur. Noster singulari modo tanquam a nomine appellative pluralem formavit. **(p. 702.)** Sic igitur alteri opposita vox التهايم terrae partes depressas designat.

2. Maiore dignitate praeditam et maioris aestimandam et melius officia exsequentem, dum sedet.

Quae in priore versu generatim dixerat, hoc in versu per singula recenset. Scheliastes adnotavit, vocem جلالة modo nominis actionis accusativi casum non habere; sed modo a grammaticis تمييز appellato. Operae pretium erit, locum Ebn-Djinnii, quem beatus de Sacy exemplari adscripsit, adponere, quippe quo grammaticorum sententia illustretur: جلالة هنا منصوب على التمييز لا على المصدر الا ترى ان المصدر لا يستعمل مع افعل التى للمبالغة لا تقول هو احسن منك حُسنا ولا هو اضرب منك ضربا وانت تنصبها على المصدر وذلك ان الغرض فى المصدر انما هو التوكيد وما يحصل هنا من معنى المبالغة يتجاوز حد التوكيد المفاد من المصدر فجلالةٌ هنا تمييز الّن وذلك انه وصف الجلالة بالجلال كما يقال عزت عزته وهذا جلالة جليلة فيخرُج الى باب جُنّ جنونه ونوم نائم وموت مايت. Verbia d u m s e d e t indicat, eam principatum tenere, quippe principis, etsi sedet, mandata alii exsequuntur.

3. Et numerosiorem iuvenibus, fasciis convolutis belli, dum ad principatum obtinendum auxilium fert aut principatum tenet.

Fortissimam eam gentem et semper bellis occupatam describit. Eius iuvenes numerosi

in bello alacrea agilesque sunt. Vox مخراق, quao mihi voci ناشئا adpositionis loco osse videtur, instrumenti nomen est, quo pueri ludentes ad percutiendum utuntur. Lexicographi fasciam convolutam fuiaso dicunt, dum Susenius in scholiis ad Amrui b. Kelthum Moallakam (v. 43.) voci gladii quoque lignei significationem dat. Scholiastes noster pluribus huiusmodi instrumentia generalo nomon esso dicit, ut eo uter inflatus quoquo significetur. Vir مخراق حرب appellatur, si agilia in bello est, ut illa instrumenta manibna ludentium celoriter movontur (conf. Djeuh.). Totam autem gentem in duas partes dividit, quarum una principatum tonot, altera ad principatum obtinendum auxilium praestat. Omnes igitur robus gravibus occupati sunt.

XXV.

Schokran cliens familiae Salaman, quae pars gentis Kodhaah erat, dixit.

1. Si cliens gentis Kais-Aihlan fuissem, me nulli homini drachmoe debito obstrictum invenisses;
2. Sed ego totius gentis Kodhaah cliens sum; non igitur curo, quod debito obstrictus sum et ea debito necessario solrendo obstricta est.

Hisce versibus gentem Kais-Aihlan agendi rationom vituperans gentem Kodhaah laudat. Se gentis Kodhaah agendi rationem imitatum liberalitati operam dediaso et debita, quibus hanc ob causam obstriugeretur, non timuiaso, quippe quae gens aua in se susciperet.

3. Ea gens mea est, cui Deus omnimodo benedicat! Quam casta, quam generosa est!

Genti, quam suam esse gloriatur, beoeprecatur ot eam tanquam castam generosamqno laudat. Verba على كل حال ad gontem referenda snnt, ut gentis conditio sive boua aive mala sit, designetur. Post verba اعف et اكرم, quae admirando inserviunt, vox هم omissa eat c o n f. Gram, Ar. T. II, 217 sq.

4. Graves scutellas habent gravesque mansuetudine sunt. Mola eorum mola aquaria est et magnâ mensurâ utentes praebent.

Liberalitatem bospitalitatemque oorum laudat. Scutellao carnibus onustae aunt, dum hospites cum mausuetudine gravi et intelligentia tractaot, ne eos levitate laedant. Vox الحلوم in Mersukii commentario aio explicata est: وحلومهم ثابتة ذكية لا يستخفها جزع ولا يطغيها فرح. Ut autem multos apud eos bospites versari indicet, eos mola aquaria uti dicit, quippe molâ, quae Arabibus consueta mauu circumvertitur, nonnisi paucis cibos parari potest. Monsuram quoque magnam ex conlectura in distribuendo adhibent. Vox كيلا pro اكتيالا est.

5 In dissecando stolidi, dum compagem artus non adtingunt et carnes nisi dissectas edunt.

In priore parte eorum liberalitatem exponero videtor. Dicit, eos non parva segmonta, dum artuum compages dissocent, petentibus distribuere; sed magna. Scholiastes verba aliter intelligens, eos modo lauiorum non agere ot lanioa non esso dicit; sed iu hoc laudis causam non video. Do voce تخذما interpretes dissentiunt. Nomen actionis statui describendo inservit, ut pro متخذمين sit. Formae quintae eandem quam formoe primae celoriter dissecandi nisi quod quinta forma diligentiam addat, significationom tribuunt. Poetam dicero, eos in

(p. 703.) edendo decorum sequi caruem dentibus haud divellentes. Scholiastes eorum sententiam reprobat, qui dicunt, unum eorum ab altero carucm mordeudo accipere, quum multa sit. Talem canum modum esse. Sunt deuique, qui voce, bono animo csse, siguificari contendant, ut cum voce خضم (liberalis) cohaereat. Primus interpretandi modus linguae aptissimus est.

XXVI.

Abu-Dahbal Djomahita dixit,

qui Mohammedem laudare dicitur.

1. Gentes fodinae sunt; sed eius origo aurum est et omnes eius domus crassae sunt.

Quum gentis, e quibus singuli homines prodeant, cum fodinis comparari possint, Mohammedem, omnium praestantissimum, auro similem esse poeta dicit. Eas quoque familias, quae origine eum ee cohaereant, excellentes esse. Vox ضخم (crassus), tenui opposita cum voce البيوت mihi haud bene coniuncta videtur. Scholiastes a poeta familias Haschem, Omajjah et Machsum significari dicit conf. Ebn-Kotaib p. 78. Voci معادن Nuuuatio metri causa data est.

2. Mulieres steriles sint! nam ei similem non parient, utique mulieres ei similem procreare non possunt.

Mohammedem non solum tempore praesente omnium praestantissimum esse; verum etiam futuro tempore mausurum, quum e muliere ei similis nasci non possit. Eum igitur incomparabilem esse. Scholiastes in prima versus parte, ut in postrema, vocem بمثله supplendam putat. Hoc admisso verbum عقمى optativi sensum offerre non potest; sed vertendum est: Steriles sunt mulieres in tali procreando. Huic obstare videtur, quod initium versus eundem plane sensum, quem finis, habeat. Qua de causa haud scio, an verbo عقم, ut vox بمثله haud suppleatur, non potius optativi sensus tribuatur, quippe Arabes in rebus admiratione dignissimis tali modo loqui soleant. Scholiastes aduotavit, pluralem عقم a singulari عقيم derivatum esse, quod forma فعيل significationem activam formae فاعل habeat; nec vero significationem passivam formae مفعول, quippe pluralis cum significatioue passiva عقمى sit modo, quo a voce جريح pluralis جرحى derivetur. conf. Gram. Ar. T. I p. 360. Beatus de Sacyus formam فُعْل ex forma فُعُل ortam putavit. Scholiastes dixit, signum feminini additum non esse, quod in voce relatio sit i. e. quod, quum ad feminam referatur, necesse sit, signo feminini carere possit.

3. Splendente facie, dum s a n e! dicit, a voce m i n i m e! longissime remotus; opulentia ac inopia apud eum aequales sunt.

Rogatus summa cum voluptate, quae in facie adparet, petenti adnuit, nunquam recusans sive rebus abundat sive inopia premitur. Voces نعم et لا tanquam nomina ope praepositionis coniunctae sunt.

4. Parcus in sermone ob pudorem, ut corporis noxâ adfectum eum putes, dum in corpore eius morbus non est.

Brevis sermo laudatur conf. Meid. T. III P. 2. p. 173. In laudato paucorum verborum causa in pudore est, non in morbo, quo impeditur, quominus loquatur. Similem loquendi modum poeta in sequentibus verbis adhibuit (metr. Besith): Vosperâ eos eb generositatem aegrotos putas. Veci ضمن aegreti significationem esse, e sequentibus metri Redjez versibus videmus: Si aegrotos acribitis; ego sane aegretus sum. Pornectans in daemones aenantes incido; circum me varii generis daemones ludunt. Poeta Ebn-Ahmar dixit (metr. Thawil): Tibi, o Deus veritatis! desiderium meum manifeste, ad te confugiens et timens, ne morbum meum longum esse sinas! Vox ضمانة oculi caecitatem designat. Sic in versu sequente (metr. Thawil): Uno oculo plero, quem caecitas haud adfecit et altero, quem casus fortunae adflixit.

XXVII.

Laila Alachjalijjah [1]) dixit.

Nomen Laila inventum et haud derivatum putant; sed fieri posse dicunt, ut e voce ليلاء mede, que nomina propria commutentur, ertum sit. Voce اخيل autem picum viridem (quippe cuius coler naevis distinctus sit تخيّل) designari dicunt. Sic in versu (metr. Thawil): Avia mea in ea centra te pica nen est. Num vox اخيل picum viridem designet, dubitare licet, quippe eadem avis cognomine dorsa amputaus مقطع الظهور appolletur, id quod in pico viridi haud convenit. Iis igitur assentiondum puto, qui eandem esse ac صرد appellatam avem dicunt, qua voce picam significari puto. Avis malo omini est (conf. Meid. C. 13, 127.). Corvus queque male emini erat conf. p. 415. Vocem ululae quoque malum omen esse putant conf. vocem تنفيف. Praeterea in pluribus rebus, quas hic loci recensere, nimis longum foret, Arabes malum omen vident.

1. *O admissarie ignobilis, caput inflectens, ut gentis Hidjazi agmen mixtum ducas!* **(p. 701.)**

Peetria Ahmruum b. Alchalih laudaturus prime versu virum alium increpat, qui illi infenans erat. Illum virum cum camelo admissario ignobili comparasse videtur, qui camelorum agmen ducere vult. In posteriore versus parte illum comparandi medum reliquit. Sed voci سلم triplicem significationem iu versu tribui pesse, scholiastes aduotavit. Primum veci poenitentis, tristia significationem tribuit, dum alii vocis سلام significationem cohaerore putant cum vocibus مياه اسدام (aquae cerruptae), quae diu steterunt; tum dicit, vecem سدم magnum admissarium impetum facientem seu initum adpetentem significare, deniquo vocem rel deditum, avidum designare dicit. Inde dici فحل سدم et فحل مسدم haud generesus admissarius, qui in camelarum agmen immittitur, tum, si illae marem appetunt, retinetur. Qui quum multum barriat, in proverbio dicitur: Sicut barriens camelus in stabulo (Meid. C. 22, 51.). Verba اللوى واسد scholiastes cum proverbiali loquendi modo, ut mihi videtur, haud recte contulit:

1) Poetria insignis Islami tempore. Regnante Ahbd-Almalico b. Merwan grandaeva erat, conf. Citab-Alaghani. A poeta Taubah b. Alhomajjir amata erat Ham. 0v1.

»Demittens caput in somnum« (In Kamusi opere سنتة legitur), quippe quae verba superbiam designent. Voce بريمر, quae proprie filum duobus coloribus constans, ut albo nigroque, designat, in versu exercitum diversis gentibus mixtum indicare vult. Scholiastes dicit, voce significari partes eius ab invicem distare aut propinquiores esse, qui interpretandi modus mihi minus placet. De filo duobus coloribus distincto, quo mali oculi noxam avertere studebant conferas p. 358.

2. *Visne Ahmruum b. Alchalih, quem Cahbus defendit? Sane! tu eum vehementer amatum invenies.*

Propositum eius, quem allocuta est, vituperare, in animo est. Vult autem gentem Cahb b. Rabiah b. Ahmir, quam, priusquam ad illum pervenire poterat, invadere debebat. Qui autem a suis amatus est, eum contra hostem defendunt.

3. *Alchalihus enim cum familia sua in gente Ahmir instar cordis est pectore costisque tecti.*

Comparat totam Ahmiri gentem cum corpore, cuius cor Alchalihus sit. Ut autem cor pectore et costis defensum est, sic Alchalihi familia per totam gentem Ahmir b. Zahzaah. Voci ڨ alter legendi modus من in codice Tebrisii superscriptus est.

4. *Ne unquam in familiam Almotharrefi incursionem hostilem facias, quae neque iniusta est neque iniuriam patitur!*

Monet, ne, sive iniuriam inferre velit sive vindictam sumere, illam gentem invadat.

5. *Gens est, cuius inter tentoria stationes equorum sunt et cuspides caeruleae, quae stellae putantur.*

Causam moniti addit. Gens armis et equis potentissima et semper ad bellum parata. Cuspides chalybe confectas caeruleas esse dicit et ob splendorem cum stellis comparat. Simili modo bellatores ob arma fulgentia cum stellis comparati sunt Ham. ٣١٠ infr.

6. *Lacerâ tunicâ indutus, quem in medio domorum ob pudorem aegrotum esse putas.*

Vir honorem suum opibus erogatis conservare studens, quomodo vestitus sit, non curat. Tunica autem quum tam lacera sit, ut pars nudi corporis inter domos adpareat, pudore adficitur et quidem tanto, ut colore mutato aegrotus putari possit. Fieri quoque potest, ut modestiam viri laudet, quae in eo cernitur, quod quasi pudibundus parum loquatur. Alii ob continuas expeditiones bellicas tunicam lacerari putant. Hic sensus cum prioribus versibus magis cohaerere videtur. Ahmru b. Alchalih, ni fallor, in hoc et sequente versu laudatur.

(p. 705.) 7. *Donec, quum vexillum elevatur, eum sub vexillo exercitus ducem esse vides.*

Hic versus sexto oppositus est. Vir iste modestus et lacera veste tectus exercitus dux est, qui omnibus imperat, si bellum oritur. Gentibus singulis vexilla erant, quae duces primis temporibus Islami portabant. Posterioribus temporibus super ducis capite vexillum portabatur conf. p. 563. Exercitus nomen خميس obtinuit, quod quinque partibus constabat

Quas quinquo exercitus partos scholiastes noster enumeravit, eae haud eenveniro videntur, qnippe الجناح ala dexterum ot sinistrum latus sit. Rectius igitur taies partes appellantur المقدمة, القلب, الساقة et الميمنة et الميسرة; sed diverso modo recensentur conf. Ham. ٣١٨ l. 20. Scholiastes versibus iilis sequentem versum adnumeravit: Eorum potentia mutari non potest, donoe mona Jasum collibus abundaus mutatur. In hoc autem vorsu praepositio in voce بأن aut superflua est aut cum obiecto omisso cohaeret, quasi dixerit: لا تستطيع شيا او مرادا بتحويلك عزا. Mons Jasum in proverbio: »Deus optime scit, quid a cacumine montis Jasum eam dejecerit (Meid. 23, 55.) occurrit. Scholiastes proverbium adhiberi dicit in virum, qui rem aliter osteudit, quam re vora est. Provorbii causam talem fuisse narrant. Vir a pastoro in monto Jasum ovem emerat ea conditione, ut pro ipso eam diis mactaret. Quam autem quum pastor pro se mactasset, vir ista verba ao consolans dixit, ut significarot, Deum verum sacrificii auetorem esse.

XXVIII.

Eadem dixit; alii eius patrem dixisse volunt.

1. Nos gentes Alachajil sumus; adolescens noster semper celebratus est, donec baculo nixus gradiatur.

Gloriam gentis nnnquam cessaro dicit. Vox اخيل nomen gentis est et pluralis familias eius designat. Voce falconem designari; sed iu sequente homistichio (metr. Thawil): Ei, postquam initio noctis itor focit, laotitia et superbia ost superbiam, scholiastes adnotavit.

2. Gladii ob tristitiam plorant, quum manibus nostris haud tenentur et socii, nos maria esse, sciunt.

Hoc in vorsu laus fortitudinis ot liberalitatis est. Gladii tanquam personao tristes ploraro dicuntur. Ut in loco nostro sic p. ٦١٠ v. 1. homines liberales cum mari comparati sunt. conf. Ham. ٧٧١ v. 4.

3. Uxores vestrae in nobis maiorem fiduciam ponunt quam in vobis, quum clamor auxilii matutino tempore adtollitur.

Tempore terroris si matutino tempore incursio hostiiis fit, in nostra fortitudine uxores vestrae fiduciam maiorem ponunt quam in vobis. In hisce verbis summae fortitudiuis laus est, quippe uxores de maritis optime cogitaro soleant. Temporis matutini mentionem fecit, quod isto tempore incursio hostilis esse solet. Mulieres sunt, quae timentes, ne in captivitatem abducantur, clamorem tollunt.

XXIV.

Alius dixit.

1. Gladiis comparandi sunt strenuitate et longitudine vertebrarum colli ac staturae.

Singularis comparandi modus est, quo poeta in uno versu animi indolem corporisque

staturam comparans coniunxit. Loco vocis صرامتهم in Mersukii codice صرايمهم »in propositis firmis suis »legitur i. e. ut gladius rem dissecat, sic illi proposita perficiunt. Vocem نصى sagittae partem inter cuspidem alamque significare, scholiastes versu a grammatico Chalil adlato probare studet (metr. Thawil): Medium sagittae sub pectus eius transivit et in latus sinistrum pervasit et retrusum non fuit.

(p. ٧٠٦.) *2. Quando muscus in medio capite mane fluit, vesperâ eos ob generositatem aegrotos esse putas.*

Eorum agendi rationi in bello rationem pacis tempore in hominum consessibus opponit. Musco viros quoque usos esse, ex nostro loco et Ham. ٦٧١ v. 2. videmus. In posteriore parte eos aegrotos ob generositatem adpellat. Scholiastes gravitatem et pudorem, quem conservaret, etsi vesperâ vino occupati essent, significari putat. Quamquam poeta neque vini neque pudoris mentionem fecerit, tamen rem ita se habere ex consuetudine generosis propria cognosci posse, dicit. Virum ob pudorem aegrotum adpellari Ham. ٧٠٣ v. 4. et ٧٠٤ v. 6. vidimus. Mihi autem nil impedire videtur, quominus vox كرم ad liberalitatem spectet, ut sensus sit, eos vino occupatos tanta liberalitate uti, ut eâ aegroti videantur; talem enim agendi modum Arabes veteres laudabant.

XXX.

Alius e gente Thai Alrabihum et Ohmarahum, filios Sijadi Ahbsitas mortuos laudans dixit.

(ante Islamum conf. Ham. ٢٤١.)

1. *Etsi vicissitudines temporis me adflixerunt; tamen neminem vidi pereuntem, qui filiis duobus Sijadi similis fuerit.*

Duos illos viros comparatione instituta caeteris excellentiores fuisse dixit. Verbum حرقتنى scholiastes verbis اصابتنى واخذت منى explicavit; sed minus accurrate, nam verbo vehementer urendi sc. dolore significatio convenit. Alter legendi modus حرفتنى est, cui mutandi vel super extremitate ponendi i. e. adfligendi significatio tribuenda videtur.

2. Ii duae lanceae Chaththaenses erant fuscae, directae, cannae rectae.

Eos, ut videtur, ob staturam proceram cum duabus lanceis optimis comparat. Cum gladio fortes Ham. ١٢٩ et ٢٣١ v. 6., ob staturam autem Ham. ٣٤٥ v. 2. (conf. p. ٦٣٤) comparati sunt. Lanceae Chaththaenses a vico in provincia Bahrain appellatae dicuntur. Excellentes erant. conf. Ham. ٢٣١. Canna fusca matura est lanceis apta. Poeta in versu voces المثقفة الصعاد coniungens haud recte fecit, quippe una vox hastam ope ignis directam, altera hastam, quae recta naturâ fuit, ut dirigi haud opus esset, designet.

3. Terra terrore impletur, quod a viris instar horum duorum conculcatur. Cum talibus aut pax colitur aut hostilitas est.

Tanto robore praediti erant, ut ipsa terra, quam personam esse fingit, iis incedentibus

terrorem conciperet. Mersukius terrâ incolas significari posse dicit, ut pro اهل الارض dictum sit; sed prius magis poeticum est. Posterior versus pars significat, eos tales fuisse, quibuscum aut pax colenda esset aut bellum gerendum. Medium inter haec duo non esse. Viles autem tales describuntur, quibuscum, quum eorum nulla ratio habeatur, neque bellum neque pax sit. Utriusque verbi تسالم et تعادى obiecta omissa sunt. Menente beato de Sacyo pro تسالم من تسالمه وتعادى من تعاديه dicta sunt.

Mersukius dixit, poetam cum duobus viris neque cognationis neque amicitiae vinculo coniunctum ab iis noxam concepisse, ut versus laudum generi potius adnumerandi sint. At vero Abu-Tammamum sine dubio excusaturus, quum epicedio moeror proprius sit, hosce versus ad laudem propius accedere dicit. Laudem hosti tributam laudi sui ipsius aequalem habendam esse. Abu-Mohammedes Alahrabi versus ad duos illos Sijadi filios haud spectare dixit. Abu-l'Nedam narrasse, quum gens Nabd duos Sijadi filios Djoschamitas e gente Haram necasset, Alharitsum b. Auhf e gente Haram occisos sequentibus versibus laudasse. Adlatis primo et tertio versu hi sequuntur: Ne pluviae vernae abundantes mane et vesperâ large irrigent provincias duarum picarum[1])! et quomodo occisum inter gentem Nahd aut Morad irrigare possum[2])? Duae erant lanceae Chaththaenses e numero fuscarum, directarum, excellentium, quarum anteriores partes rectae et quarum cuspides acutae politae erant.

XXXI.
Alius dixit.

1. Generosus, cuius visum magnus pudor deprimit; sed ipse adpropinquat, dum lancearum cuspides propinquae sunt.

Duas ei indoles tribuit pudorem et fortitudinem. Illa causa est, cur visum deprimat, haec, cur fortiter in hostes procedat. Vox فصل cum vocali nominativi aut accusativi pronuntiari licet. Si nominativus admittitur, subiecti loco est, sin accusativus, causae indicandae inservit. Ob verbum يدنو sequentem, cuius subiectum vir est, casum accusativum praefero, ut construendi modus aequalis sit. Posteriori versus parti similes sunt versus, qui in Hamâsa p. ٢١٨ occurrunt. Primus versus ibi diversus est et in quarto loco vecis تحكك legitur تحرش sensu haud mutato. In codice Ebu-Djinnii primus versus sic legitur: قد ضاربت معن ضرابا صليا.

2. Et instar gladii est, quem si leniter tractas, lenis est; cuius autem utraque acies, si cum asperitate tractatur, aspera est.

Cum gladio fortes comparantur Ham. ٣٢٩ v. 4. Qui gladii aciem secantem duro tangit, vulneratur; talis viri huius ratio est. Cum gladio duplici acie praedito comparatus est. De acie gladii vocem خشن recte adhiberi non puto.

---

1) Fieri potest, ut poeta occisores cum avibus, quae malo omini essent, comparaverit.
2) Se excusare videtur, quod in peregrina terra occisorum sepulcrum irrigare non possit.

XXXII.
Alohdjair Salulita dixit.

(c o n f. Ham. ٣٢١.)

In nemine explicando, ut vocis عاجر durae (ungulae) significationem probaret, sequentem (**p. 707.**) versum adnotavit (metr. Ramal): Equus, cuius stria alba in fronte ad nasum pertingit, maculâ albâ ad genua pertingente[1] et ungulâ durâ praeditus, crassisque ossibus in loco inferiore رسغ appellato. Vocis اعاجر pleni (de ventre et crumena, nam cum beato de Sacyo كيس, quamquam in codice Tebrisii كبش legitur, vocem enim اعاجر in Djeuharii opere de crumena adhiberi legimus, legendum puto) significationem versu Antarahi sequente probat (metr. Camel): O filii due Sobaibae! Quid equulee vestro est emaciato, dum ventres vestri pleni sunt? Consuetudinem, qua equos generosos lacte alebant, ut ipsa familia equo postbaberetur, respicit.

1. Patruelis meus est filius Saidi et is pedes anteriores camelae annosae praegnantis sanguine madefecit.

Species secunda metri Thawil. Patruelis liberalitatem laudat et tali viro se cognatum esse gloriatur. Talem autem camelam, quamquam pinguis erat, mactare aegre ferebant. Qui rem facit, liberalissimi laudem meretur. Anteriorum pedom, quum posteriores vulnerarentur, haud bene mentionem fecisse videtur poeta.

2. Ad res magnas cum iumentis tendens et ad scopum praecedens, ad quem si quis festinat, caeteris praeferendus est.

Res magnas, quibus gloria comparatur, suscipit. Gloria autem quum difficile comparari possit, cum monte difficili adscensu comparatur. Qui gloriae acquirendae operam dat, cum eo comparari potest, qui montem arduum conscendit. Inde voci ثنية significatio negotii gravis data est; sed vox طلوع cum ea coniuncta, montis significationem non cessasse, ostendit. Dicitur quoque طلاع الثنايا والانجد, quibus verbis Kamusi auctor experientiâ edocti significationem dat. Vox الطايا hoc in versu equos designat, quippe quibus ad gloriam comparandam utantur. Videtur autem comparatio a cursus certamine desumta. Sic poeta Taabbata-Scharrae in sequente hemistichio (metr. Basith): سباق غايات مجد في عشيرته. Qui in familia sua ad scopos gloriae semper praecedit. Vox يبتدرها est pro يبتدر اليها.

3. Ex personarum numero, quae in qualibet causa firmum argumentum proferunt, in consilii circuitu stabile.

Prudentiam quoque in argumentis benis et non refutandis ei adiudicat. Argumentationem cum puteo comparavit, e quo singola argumenta ope funis a prudentia bene contorti, firmi

---

1) Vocem جبب verti, quasi duabus vocalibus Fatha pronuntiaretur; nam vocem جبب (Djebabin), ut in codice scripta est, quomodo verterem nescivi. Est enim vocis pluralis vocis جبة, quo nisus anterioris pedis (in equo) aut impletio farturae ungulae aut locus, ubi ungulae iungitur tibiae extremitas.

educuntur. Comparandi modus vecibus مدلين, مستحصد et محكم indicatur; verbum enim ادلى demittendi in puteum et educendi significationem habet et tam vox مستحصد quam vox محكم in funo, qui bono contortus firmusque est, adhibetur. Vox جولة circumeundi medum designat, quo prudentia, quao tanquam persona agit, efficit, ut funis firmus sit. Vocem نفر de tribus personis usquo ad decem, iu usu esse scholiastes aduetavit et probaturus, voce نافر patris filios i. c. fratres non ox eadem matre nates significari, versum sequentem adtulit (metr. Rodjes): Si eircum mo familia gentia Oblaim fuisset, hi homines crassi (viles) me non vicissent. Ahbd-Alsalam (grammaticus Bazrensis) in vorsu فى جولة الراى legit.

4. Quas te rei turpis suspectum habere minime decet aut debitum tibi unquam imponere, quod tibi solvendum non est.

Eum omnis vitii expertem et criminis insonlem esse dicit. Scholiastes diversum in verbis sonanm invenit; eos nempe non decere, tibi mulctam criminis tui impenoro (sed eam in se illes suacipere debere), nisi tu ipse, alium pro te eam in se suscipere, recuses; sed modus, quo posterier versus pars cum priore coniunctus est, interpretandi medum, quem secutus sum, commendare videtur. Qui autem exsistit alter legendi modus يعرموك, is alium sensum offerre nen potest Scholiastes antem voci جدير brevi staturâ praediti significationem tribuens erravit, quippe quao significatio, quod in Tebrisii codice superscriptum invenimus, nonnisi voci جيدر conveniat. In Mearukii commentario haec vocis explicatio non legitur.

XXXIII.
Idem dixit.

1. Ahbd-Allaho post horam noctis dicebam, dum loco apud Minam propinqui sumus, ubi iumenta quiescunt et loco, ubi lapides iaciuntur:

Locum definit, ubi socio verba, quao sequuntur, dixerit. Mina est locus in via, quae ab urbe Mocca ad locum Ahrafat ducit tribus milliaribus ab urbe distans. Ibi sacrificia peregrinatores mactabant. Almohazzab nomen loci inter Meccam Miuamque ad Minam propinquioris a silicibus in terra iacoutibus adpellati, quos, quemadmodum sacer cultus postulabat, iacere solebant conf. Abulfed. Geogr. p. ٨٠ sq. et l'Alcoran de Mahomet par du Ryer T. I p. 243.

2. Bonum tibi sit! Eius mentione facta fortasse per horam, quae praeteribit et noctis partem, quae abibit, nos quieta!

Rogat amicum, ut cum ipso confabulans amicao mentione facta per noctis (**p. 708.**) horam ipsum exhilaret. In versu tres legendi modi سهواء et سهوانا, ut in Mersukii codico et تهواء inveniuntur. Vocem سهواء aut fermam فعلاء esse Hamzâ additâ, aut formam فعلال, ut Hamza e litterâ Waw orta sit, scholiastes dixit. Voci سهوان aut temporis, quo homo a scopo aberret aut temporis lengi, ut cum voco ساعة cohaereat, significationem tribuit. Vocem queque in proverbio (Meid. C. 1, 4.). »Quibus praeceptum est sunt filii errantis«,

occurrere, cuius seusus sit, iis, qui a re necessaria aborrent, praecipiator necesse esso. Vocem denique تهواء partem noctis siguificare diceus, rellquas voces hulus formae rarioria enumeravit. Ut vocem تجفاف, quae cataphractae equi siguificationom habeat, in poesi bona occurrere, probaret, Mosajjabi b. Ahlas versum adnotavit sequentom (metr. Thawil): Is olephas ost; incedit morldie in medio cupressi mootanae cum cataphracta sua ac si sit femoralibus indutus. Poota equum magnum doscribere videtur cataphractâ tectum.

3. Tum surrexit et cervical suum ad meum prope admovit vir tenui ventre, brachiis haud multum carnosis praeditus, longus.

Ut desiderio aatisfaceret, eum lectum propius admovisse dicit, tum eum ob maciem corporia longamque ataturam, quae Arabibus decori est, laudat. Ham. ٩٥ v. 7. ٩٢١ v. 2, et Ham. ١٣٣ v. 2. ٥٢٥ v. 5. Scholiastes vocom طوى et cum vorbo قلم ot cum verbo ارق coniungi posso dicit. Vocem شرجب in viro et equo adhiberi; at voro eandem vocem vulgo in ligno duro adhibitam in vetere poesi haud occurrere. Reiskius in adnotationibrs ad Golii lexicon voci significationem generis arboris tribuit, quae significatio quin loco nostro conveniat, dubito.

4. Qui ob rem parvam irâ coutra te non accenditur et, quum iroscitur, ad condonondum porum pronus est.

Duas ob res eum laudat, quibus animus constans describitur. Eius erga amicos et inimicos agendi rationem designare vult. Vox بعيد hoc iu versu rom omnino negat et vox منزور (despectus) paucum significat.

5. Is victoriosus, felicitate gaudens est, si vesperâ aut mane cum equitum turma versatur; et lusui deditus amorem aliis ostendens.

Conditionem eius tam belli quam pacis describlt.

(p. 709.) **XXXIV.**

Abu-Dahbal in Alasrakum Machsumitam dixit.

(Temporo Mohammedis post Islamum p. ٧٠٣.)

1. Quo damno adflicti sumus matutino tempore loci Alchall, quae pars loci Alrimah est, quum abiit, qua amplitudine naturae et generositate destituti!

Separationem a tali viro queritur. Rimah moutem aut locum in Arabia felice esse, scholiastes dixit. In Kamusi opero oppidi nomen esso legimus. In Mersukii codice cum puncto diacritico litterae ز insignita est; sed talem locum non inveni.

2. Per diem dona dans nobis stabat et quotiescumque locuti sumus, is voce sane! respondebat.

Liberalitatem oius, qua ulli rem recusare non possit, describit. Vocem ذ وجهه ad iter, quo abiit, scholiastes referendam putat. De vocali, quae voci نعم, ut homoioteleuto aatisfiat data est, conferas librum moum: Darstellung d. Arab. Versk. p. 311.

3. *Tum vituperatione haud dignus abiit et, quum se avertisset, oculi nostri lacrymis manabant.*

Se erga omnes ita gessisse dixit, ut vituperatione liberi abitum omnes dolerent. Legitur quoque سَاجُم, quae vox autem, quum pluralis formam habeat, antecedenti non conveniens cum voce اعيننا coniungenda est. Vocibus سافح et سجم, quibus eadem significatio sit, significationis vis augetur (multum fluens).

4. *Camela rubicunda eum portabat panno striato tectum, lunae plenae similem, quae tenebras dispergit.*

Generosâ camelâ vehentem et pulchrâ vittâ caput obvolutum habentem eum describit et ob pulchritudinem vel potius beneficentiam cum luna plena comparat. Camela rubicunda est nobilis, quae aliter عيساء appellatur conf. Ham. ٥٣٨ v. 2. Sunt autem camelae Arabicae originis. Ut vittam capitis elegantem designet, eam e panno striato Jemanense factam dicit. In voce معتجر, quam a voce معاجر derivant, accurate definienda non consentiunt. Capitis tegumentum esse, dubium non videtur et sunt, qui vittam esse mentum haud cingentem dicant. Qui panni Jemanensis nomen esse contendunt, iis locus noster quodammodo contrarius est, quippe in quo vox البرد, qua pannus Jemanensis designatur, occurrat. conf. Dictionnaire detaillé des noms des vetements p. 279. Si de pulchritudine sermo est, luna in feminis maxime adhibetur conf. Ham. p. ٨٣ v. 1. Ham. ٥٦١ v. 3. Fieri autem potest, ut hoc in versu non tam viri pulchritudo quam beneficentia designata sit. conf. Ham. ٨٠ v. 3., quum poeta obscurae noctis, quae lunâ illustratur, mentionem fecerit. Infortunium cum tenebris confertur Ham. ١٣٠ v. 3. Ut autem noctem valde tenebrosam indicaret, cum plurali الظلم vocem داجى coniunxit, et, ut beneficentiam viri maximam, quae maxima quoque infortunia tolleret, describeret, lunam plenam memoravit.

5. *Et quomodo tui obliviscar, dum beneficium tuum in me collatum unum non est, et non quod olim apud me collocatum est.*

Duae sunt causae, cur huius viri haud obliviscatur, una, quod multa beneficia, altera, quod recentia sint. Post vocem اوليت duo obiecta personae et rei omissa sunt et sic quoque in altero legendi modo اسديت, qui in Meraukii codice est. Mersukius quum verba لا نعماك واحدة statui describendo inservire dicat, in Meraukii codicis margine adnotatio, ut videtur Ebn-Djinnii, quae huic contrariam sententiam profert, invenitur, cuius partem exscribere operae pretium erit: وان شئت استانفت هذا الكلام ولم تجعل له موضعا من الاعراب وهذا اشبه لانه امدح فكما ان قوله وكيف انساك جملة لا موضع لها كذلك لا نعماك واحدة ولا بالذى اسديت جملتان كذلك وكلما كان الكلام المراد به المدح جملا مفصّلة كان انعت له ولذلك يخرج فيه وفى الذم من اعراب الى اعراب للايذان بالانتقال من جملة الى اخرى.

XXXV.

Idem in eundem dixit.

1. *Peccata condonare et captivum propter crimen vinctum dimittere non cessasti,*
2. *Ut innocentes optent, ut apud te in vinculis catenisque sint.*

Clementiam benignitatemque viri laudat. Quod captivos libere dimitteret, causa esse non poterat, cur alii in vinculis esse vellent. Eum in dimissos simul beneficia contulisse, statuendum est. Abu-Helalus aliique eum sequentes hunc poetae loquendi modum vitiosum esse putarunt. Praepositionem in vocibus في العفو scholiastes cum voce omissa اخذا aut داخلا cohaerere putat. Similem sensum Abu-Tammamus sequente versu expressit (metr. Camel): Sponserem pupillorum se constituit loco patrum, ita ut pupillos nos esse cupiamus. Loco vocis البراة legitur quoque البراء.

(p. 710.) XXXVI.

Alhasin Laitsita dixit in Ahlium b. Alhosain b. Ahli b. Abi Thaleb.

Vir inter Mohammedanos clarissimus زين العابدين cognominatus anno 50 aut 33 natus est. In oppido Medina anno 94 aut 92 diem supremum obiit conf. Citab-Tahdsibi-l'Asmâi p. 433. Vir alius Albasin Cinanita nomen Ahmru b. Ahbd . . . b. Cinanah b. Chosaimah habuit. Sunt, qui Ferasdako versus tribuant et ansam eorum talem fuisse tradant. Quum Alschami in templo Meccae Hischamum b. Ahbd-Almalec interrogaret, quis vir esset, quem homines ita magnifacerent, ut ad lapidem nigrum accedendi copiam facerent, et ille, se nescire diceret, Ferasdakum eum versibus descripsisse.

1. Hic est, cuius gressum vallis Meccae novit, quem novit aedes sacra et tam profana quam sacra terra.

Eum tam celebrem esse, ut tota terra tam sacra quam profana eum noverit. Voces الحل et الحرم oppositae terram Arabiae totam significare possunt. Voce الحرم autem, ubi de urbe Mecca sermo sit, eius ditionem sacram, cui alia الحل opposita est, poeta significavit. Sed fieri potest, ut posterior versus pars nonnisi priori accuratius definiendae inserviat, ut vox الحرم templum cum partibus circumdantibus sacris; vox الحل autem terram vallis Meccae praeter templi circuitum sacrum designet. Duae urbes sacrae Medina et Mecca الحرمان appellantur. Si verum est, quod scholiastes ad versum sequentem adnotavit, domos nobilium in valle, domus autem peregrinorum hominumque mediae conditionis in collibus montibusque sitas esse, poeta vallis mentionem fecisse videtur, ut eum inter nobiles notum esse significaret.

2. Quem quum gens Koraisch videt, dicit: Ad huius virtutes ipsa generositas tanquam ad finem pervenit.

Ex consensu gentis Koraisch virtutibus maximis eum ornatum esse, ut ipsa generositas tanquam persona eius virtutes adtingere studeat. In Meraukii autem codice hic versus ante priorem locum habet.

3. Parum abest, quin lapis parietis, quem salutaturus veniat, quod eius manus noverit, eum retineat.

Arabes in templo Caahba lapidem nigrum aut osculari aut manu tangere et detergere

solebant conf. l'Alcoran de Mahomet par du Ryer T. I p. 237. Hic in versu nostro ركن الحطيم sangulus muris adpellatur. Murus autem significatur, super quo canalis aquae templi est; sed in accurata vocis significatione grammatici non consentiunt (conf. lexic. meum). Poeta tantam viri dignitatem esse dicit, ut parum absit, quin lapis niger, quem omnes venereutur, hunc virum venerandi causa arripiat. Voci عرفان aut accusativus aut nominativus datur. Si accusativus est, causas indicandae inservit, sin nominativus, verbi subiectum est.

4. Quarumnam gentium collis beneficia aut ab huius parentibus aut ab ipso non sunt imposita?
5. In eius manu canna est, cuius odor bonus est e manu viri pulchri, elato naso praediti.

In priore versu multorum beneficiorum mentionem facit, quae in omnibus aut ab ipso aut ab eius maioribus collocata sint. Eius maiores erant pater Hosainus, Ahlius et ipse Mohammedes a matris Hosaini parte. Beneficia autem tanquam onus collo adpensum describuntur, quippe gratiis agendis alteri submissus sit. conf. libr. meum »Selecta ex historia Halebi Paris. 1819. p. 72 adnott.

Eum in dignitate cum rege comparat, reges enim baculum aut cannam manu tenebant, quo mandata personis significarent. Ut eum autem ab aliis hominibus distinguat, odorem bonum perpetuum eius manui tribuit. Vocis ريحها suffixum femininl ad vocem خيزران referendum est, quippe, quae, quum voci عصا (baculus) significatione aequalis sit, eius quoque genus accipit. Ad vocem كف ob sequentia verba من كف اروع pertinere non potest. In Mersukii codice ريحه legitur, ut vocis خيزران formae, non significationis, ratio habita sit. Vox عبق aut cum vocali Kesra litterae Ba aut cum vocali Fatha pronuntiatur. Posterior pronuntiandi modus duplici ratione explicari potest, ut ante nomen actionis ذو suppleatur aut edori adhaesus adscribatur. Odorem naturâ innatum, non aromatibus ortum, designat. Nasum elatum laudant conf. Ham. ٣٨١ l. 1. ٥٥٩ v. 5. et nobilis originis principatusque indicium in eo vident. conf. Ham. ٧٨٩ v. 1. Vox عرنين proprie superiorem nasi partem designat.

6. Ob pudorem visum demittit, dum alii ob verecundiam visum demittunt. Nemo autem loquitur, donec ipse ridet. **(p. 711.)**

In tali dignitate ipse modestissimus est; sed, ne pudori alia causa tribuatur, alios eum venerari addit. Scholiastes voces من مهابته eodem modo, quo vox حياءا causae indicandae inservire; sed, quum neque voces causam indicantes neque statum describentes aut explicando (تمييز) inservientes subiecti loco sint, dubitari posse dicit, quaenam vox verbo يُغْضَى subiecto sit. Nomen actionis الاغضاء, quod verbo indicetur, subiectum verbi esse statuit. In Mersukii codice posterior scholii pars sic legitur: فان قيل فاذا كان الامر على هذا فاين الذى يرتفع بيغضى من مهابته قلت يقوم مقام فاعله المصدر كانه قال ويغضى الاغضاء.

XXXVII.
Alius dixit.

1. Quum in consessu sedet et gladium sumit, superbi inter viros se ei submittunt, quemadmodum cameli scabiosi (picem) illinenti se submittunt.

Viri potentiam tantam esse dicit, ut ipsi superbi se submittant. Confert autem poeta submittendi modum cum modo, quo cameli se ei, qui picem illiniens ipsis benefacit, submittunt. Quum gladii mentionem fecerit, num comparationem poeta recte instituerit, dubitare licet, nam si comparatio recta est, virum, etsi gladium sumit, tamen superbis benefacere, statuatur necesse est. Scholiastes dicit, gladium sumi aut ut vicinitatis foedus pangatur aut ut bellum fiat aut ut princeps creetur. Poeta Djerir foederis vicinitatis mentionem faciens dixit (motr. Motakarib): In foedere vicinitatis pangendo nil aliud nisi gladium sumit et pallio se haud vestit. Scholiastes verba ita coniunxit, ut gladius in consessu sumeretur; sed nil obstare videtur, quin utrumque verbum separetur, ita ut extra consessum gladium sumat. Hoc admisso poeta dicere vult, ei tam tempore pacis in consessu gentis, quam tempore belli superbos se subiicere. Vox خضوع tanquam nomen actionis cum verbo دان coniungendum est; fit enim interdum, ut Arabes nomen actionis cum alio verbo, quod eiusdem significationis sit, coniungant. Sic in in sequente hemistichio (metr. Thawil): Et condocefeci quodammodo et quamvis difficilis erat, sese submisit. Camelos scabiosos a caeteris, ne morbo inficerentur, separare Ham. ٢٥٥ v. 1. et ope panni pice illinire solebant Ham. ٥٤١ v. 3. Meid. C. 27, 159. Huius quoque rei in versu Amru-l'Kaisi mentio fit (metr. Thawil): Quemadmodum vir illiniens pice inunctam (camelam) illinivit. conf. ill. De Slane Diwan. p. ٢١, ubi minus bene شغف legitur.

2. Est ac si aves super eorum capitibus sint, non ob metum iniuriae; sed ob metum, quem verecundia producit.

Modum, quo homines in consessu se gerant, describit. Cuius in capite avis est, timens ne avolet, se movere non audet. Similem loquendi modum Ham. ٩٣٩ v. 2. invenimus. Ne autem quis virum tyrannum iniustum esse putet, posteriorem versus partem addidit.

XXXVIII.

Laila Alachjalijjah dixit.

(Tempore Abhd-Almaliei b. Merwan grandaeva erat.)

1. Ad te vix veni, dum sellam meam portans celeriter iret camela annosa vertebris dorsi ultro citroque se moventibus,

2. Vulnerato dorso, ut pulvinari deposito eam conspiciens corvus gaudio adficeretur.

In verbis horum versuum laudis nil est. Longum iter, quo ad quendam cum molestia pervenerit, describit. Quod autem in capite, ubi de hospitalitate laudeque sermo sit, locum obtinuerit, huius rei causam nonnisi in eo invenio, quod fortasse cum versibus, in quibus aut una aut altera res tractata esset, cohaererent. Verbis لم اكد اتيك molestia itineris indicatur. conf. Gram. Ar. T. II, 214. Verbum تهوى celeriter eundi significationem habens ope praepositionis Ba transitivam significationem obtinet. Voces اداة الاصلاب omnino clarum sensum non offerunt. Scholiastes vocem a verbo ودى derivat, ut pro اداة, aut ودة sit. Mihi nonnisi ultro citroque se movendi significatio, ut agilitas cameli describatur, convenire videtur et

unde scholiastos explicandi modum »firmo dorso lenique« hauserit, nou video. Anoosam autem esso addidit, ut itineri idoneam camelam describoret. In Mersukii codico logitur l. 2 et 3 وقد اخذت من السن والقوة بالنصيب. In scholii linea secunda p. ٧١٣ melius legendum est شاك السلاح, ut in Mersukii codice invcoitur, otsi forma شاكى explicando minus apta forri potest. Alter autem legeodi modus زارة الاصلاب, quamquam eum defendeotes poetae verba adducunt (metr. Sarih aut Redjes): E t c r u r a m o a m o d u l l a m o s t e o d o o t, rejiciendus est; medulla enim lumbis minimo conveoit. Lenis autem significatio io sequente versu (metr. Redjes): I n v e r t e b r a s i m i l i h a b e n a o m o l l i i o v e n i t u r [1]. Si camela ulceribus adfecta iu dorso in via relinquitur, corvus io eius dorsum volat, ut rostro id carpat. Quapropter is laetari dicitur.

XXXIX.

Alohrjan in Sahlahum, dum allum vituperabat, dixit.

(Vidotur esse Alohrjan filius Alhaitsami, qui temporo Ahbd-Almalici b. Merwao vixit Ham. p. ٢٢٧ l. 14.)

1. Ad domum viri pravi transii, circum quam camelae lac habentes erant palmis similes ad parietem horti.

Quendam ob avaritiam vilemquo animum vituperaturus oius camelos tanquam lacte abuodaotes et magoas doscribit. Voces امرى السوء vocibus امرى الصدق in versu quarto occurrootibus cootrariae suot et quae explicandi causa scholiastes adtulit, oa ad illum versum simul spectaot. Voci السوء in versu oostro nominis ratio ost. Ut io loco Ham. ٣٥٥, 9 viri proceres eum palmis comparaotur, sic io oostro loco cameli magni c o n f. Ham. ٦٣٤ v. 5. Fieri potest, ut parietis horti mootionem fecerit, qood arbores apud parietem plaotatae, quum contra veotos defonsae siot, melius crescaot.

2. Et is dixit: Nonne camelae meae, quemadmodum vides, sunt ac si super singulis eorum palatiorum lutum sit?

Dum virum de camelis magnis gloriautem fingit, eum oonoissi opibus augeodis, ut res laude dignas oegligat, oceupatum osteodit. Cameli magni cum palatiis comparaotur Taraf. Moall. v. 18. Antarae Moall. v. 3 et caro et adeps in pectore prominens cum luto aut calce palatiis superioducto. Vox فدن lo sequeoto hemistichio (metr. Wafir) ioveuitur: S i c u t i n t e r i o r o s p a l a t i i p a r t e s l u t o p a l e à m i x t o s u p o r i o d u x i s t i. Iu hoc aotem homistichio constructio ioversa videtur, ut pro الفدن بالسياع sit.

3. Eique dixi: Fieri potest, ut eorum gregem agmen invadat et neque unus neque duo ad eos currant.

Ut viri gloriantis agondi rationem haud rectam ostendat, ponit oxercitum praodatum in-

1) De vocis موذم significatione dubitari potest. Fortasse significationem obsonio instructi, leniti v e l e corio confecti habet.

currere. Eum, qunm beneficiis aliorum animos non constrinxerit, neminem adiuvantem habiturum esse dicit. Sed posterioris partis verba ambigua sunt et scholiastes dicit, verba significare posse, plures in eos irrupturos esse, ut inter plures cameli distribuerentur. Tali autem modo cameli direpti et in varias regiones abacti recuperari non possunt.

4. *Tum vesperâ ad domum viri probi veni, ibique circum equos adligatos et iuvenes ludentes inveni.*

Illi virum opponit, qui equestribus artibus et rebus laude dignissimis occupatus est. In proverbio est, honorem in antiis equorum esse Meid. 18. 292. Iuvenes autem apud eum ob liberalitatem congregati erant.

5. *Et ibi locus erat, ubi camela pullos feminini sexus pariens mactabatur, cuius pullus vi extrahebatur et fratrum locus ad latus fratrum.*

Eius liberalitatem describit, dicens, eum camelam mactasse, ut epula fratribus instrueret. Camelam gravidam mactare aegre ferebant, sed quum tales camelae pinguiores essent, liberalitatis laus in tali agendi ratione est. Silentio praetermittendum non est, camelas feminini sexus pullos parientes maximo in pretio fuisse.

6. *Ei autem dixi: Desiderantem me camela celeris sanguine ungulas manantes habens ad te adduxit, nam vir adflictus sum.*

Ut eius liberalitatem pluribus laudet, se ipsum beneficii obtinendi causâ adiisse narrat. Ut iter longum et molestum designet, ungulas camelae sanguine manantes describit, nam, quum camelorum ungulae corio contra lapides defensae essent, ungula nonnisi longâ aut asperâ viâ laedi poterat. Corium nomen سريح habebat conf. Caab. b. Sohair v. 27.

7. *Is respondit: Bene, bene, bene venisti. Et tuae res non minori curae mihi erunt, quam meae!*

(p. 713.)

Modo, quo eum exceperit, viri benevolentiam ostendit et, ut hilarem viri animum describat, tria verba, quibus ei responderit, profert, quorum unum vel duo respondenti sufficiunt. Tres autem illae voces e verbo omisso اتيت aut simili pendent. Saepe in carminibus, in quibus hospitalitas tractatur, occurrunt conf. Rasmuss. Additam. ٣٧ Ham. ٧٤١. Significant ad verbum, eum ad gentem, non ad peregrinos, ad regionem aequabilem et non asperam, ubi bene inceditur, ad regionem amplam, in qua homini amplus pascendi locus sit, ut in angustiam haud redigatur, venisse. Vox جعلتك est pro جعلن شانك.

8. *Ei autem dixi: Nubes super te pluviam liberaliter effundat, quâ omnes flores cypri herbae et ocymum humectantur!*

Ut gratias poeta agat, bene ei precatur. Vir cum planta comparatus est. Optat igitur, ut Deus eum pluviâ fecundante irriget aut, quum poetae pluviam loco beneficiorum ponant conf. Ham. ٣٨٣ v. 7. et ٦١١ v. 1. conf. cel. Vullers ad Harets. v. 57, ut Deus beneficiis abundantibus eum beet. Vox نوء proprie sidus, cum cuius adventu pluvia coniuncta est et

in nostro verau ipsam pluviam designat. Hac quoque in re causa est, cur in Mersukij codice inter lineas بمطر scriptum reperiatur. Vocem فاغية flores cypri herbae significare, scholiastes adnotavit; sed de omni quoque flore adhiberi veteris cuinsdam iurisconsulti verbis, qui verbum افغى de floribus eroci adhibuerit, probare studuit. Verba continuâ testium serie do Mohammede nobis tradita dicunt: Optimae herbae odoriferae gentis huius mundi et alterius flores cypri herbae sunt. Vocem ريحان omnem herbam recentem et specialiter omnem herbam odoriferam significare et hanc esse causam, cur filius Raihanah appelletur, scholiastes adnotavit. In Haririi loco p. ۴۱۸ l. 1. voces ريحانة انفك occurrunt, quibus filius significari dicitur. Esse quoque, qui rosam et alios flores bene olentes isto nomine comprehendi dicant.

9. Tum ei dixi: Deus quoque te irriget vino optimo cum aqua nubis inter montis vertices huc illuc fluentis!

Optat, ut Deus optimo vino cum aquâ purâ mixto eum satiet. Voces خمر سلافة vinum primum ex uvis pressis effluens, quod optimum est, designat. Aqua inter montis vertices fluens nondum turbida facta est.

XL.

Alius dixit.

1. Divitias petens manu una eius manum tetigi; sed liberalitatem ab eius manu (in meam) transire nescivi;

2. Ego autem ex eo commodum non percepi, quod divites percipiunt; nam quum me inficeret, opes meas perdidi.

Summae liberalitatis laus hisce verbis inest. Viri illius liberalitatem tanquam morbum describit, quo sanus alter infectus, quum dona accepisset, damno adficeretur, quippe omnia sua morbo liberalitatis infectus perderet. Abu-Hilalus hosce versus Ahbd-Allaho b. Salem Alchajjath (sartor) cognominato, clienti gentis Hodsail, adscribit. Eum Chalifao Almahdio hosce versus recitasse et quinquaginta millia drachmarum, quae pro his dono accepisset, statim distribuisse, ut nil domum reportaret. Verba لا افدت pro لم افد dicta esse, simili modo quo in Corano Sur. 75, 31. dictum inveniatur.

XLI.

Alius dixit.

Abu-Hilalus versus Djatstaamaho b. Kais fratri Balahi b. Kais (conf. p. ۲۷) adscribit.

1. Quum genti meae occurris, eam interroga (nam gens socium suum optime novit),

Poeta feminam, quam in matrimonium petiisset, hortatur, ut qualis sit, gentem suam interroget. Scholiastes in posteriore parte ante vocem قومى praepositionem B a omissam esse et voces بصاحبهم خبيرا inversas esse adnotavit. Vox بصاحبهم loco obiecti est et voci خبيرا idem construendi modus est, quam voci عالم, quacum significatione consentit. Vox خبيرا aut

statui subiecti verbi definiendo aut ei explicando modo a grammaticis تمييز appellato inservit. Abu-Hilalus vocem خبيرا pro خبراء dictam esse putat; sed nomina collectiva, ut vox قوم, tam cum singulari quum cum plurali construi possunt. Tum loco vocis قومي tam قوما quam قوم legitur. Si nominativus admittitur, subiectum verbi est, pro quo frequentius بقوم adhibetur, sin accusativus, tanquam obiectum cum verbo coniunctus est. Scholiastes autem sensum ita constituit, ut accusativus e verbo admirandi ما اعلم aquam gnarus estu peodeat; nominativus autem pro علمُ قوم »notitia gentis« sit.

2. Num officia mihi ab iis praestanda condonem, quum difficilia sunt et primas partes resecem?
(p. 714.)

Se clementem et benignum erga gentem suam praedicat, ut res difficiles iis remittat et primâ rei parte peractâ contentus sit. Similem sensum Mersukius in sequentibus versibus invenit (metr. Sarih): Si nobiscum socius simul bibit, ei situla est nobisque situla et si hoc non vult, ei poteus est. Vox اصول (radices) hoc in versu praecipuam rerum partem et fundamentum, quo officii cardo vertitur, designat, cui tanquam inferiori parti prima pars i. e. rerum initium, voce الصدور expressum, opposita esse potest. Illam partem quasi resecat. Sed verborum sensum ambiguum esse negari non potest, ut voci الصدور varium sensum tribuerint interpretes. Sunt, qui nomen antecedens مودات (amores) omissum esse puteut, ut sensus sit et amores animorum abrumpam, dum res praestandas vi extorqueam. Alii denique voci الصدور primorum gentis significationem dant, ut totius versus sensus sit: num gentis partem mediam clementia mecum coniungam, ut eam in potestate habens efficiam, ut primores mihi propensi sint, dum eos ab aliis separo. Sed sensum longe petitum esse, nemo non videt.

XLII.

Ahmru b. Alithnâbah e gente Chesredj dixit.

Scholiastes probaturus, vocem Alithnâbah lorum cinguli significare, versum sequentem adnotavit (metr. Basith): Currunt (cameli) et nodi lori cinguli iam commoti sunt. Vox عقد ob verbum قلقت pluralis عُقد sit, necesse est.

1. Ego e gente sum, quae quum convenit, officia in Deum exsequi incipit, tum ad dona transit.

Gentem suam probam describit. Officia Deo praestanda primum locum tenere, secundum officia pauperibus praestanda, quibus dona dentur. Officia erga Deum hoc in loco decimas ex lege dandas respicere videntur, ne donis datis decimae diminuantur.

2. Quae contra noxam vicinas defendit et cum hospite plures ad cibum invitat.

Posteriorem primi versus partem explicat. Vicinas, quum in gentis tutela sint, contra temporis noxam defendit et hospitem non solum cibo excipit, verum etiam alios simul invitat, quae summae hospitalitatis liberalitatisque laus est. Sed sunt, qui voci حشد operam dandi significationem tribuant, ut verbis nonnisi hospitalitatis simplex laus insit.

3. *Quae pauperes suos cum divitibus miscet et petenti dona dat.*

Tanta eius in pauperes benignitas est, ut nullum inter pauperes divitesque discrimen esso statuat.

4. *Quae ducem, cuius galea fulget, modo, quo ab aquae receptaculo cameli repelluntur, percutit.*

Fortissimam esse dicit, ut eum ducibus pugnet. Aries in Hamasae carminibus pluribus locis ducem designat Conf. p. ٨٣ v. 3. ٢٨٣ v. 2. ٣٤٧ v. 1. ٣٥٢ v. 3. ٣٦٠ v. 3. Ducem bene armatum difficile vulnerari significaturus galeam eius fulgere addidit. Fortissimus quisque quum vehementer percutere soleat, dum timidus lenes tantum ictus infligit, percutiendi modum cum modo, quo cameli peregrini ab aqua ropelluntur, comparavit. Voce مهجهج is designatur, qui in camelis repellendis vocibus هج هج aut جه جه utitur. Obiectum vocis ضرب omissum est. Fieri potest, ut vocem الابل, qua is, qui multos camelos possidet, significatur, adhibuerit causam indicaturus, cur cameli peregrini ab aquae receptaculo repellendi sint; quippe viro, qui multos camolos possideat, aquae suae parceat, necesse sit. Vocem جاه, quam in maribus, dum vox جوه in feminis in usu sit, repellondis adhibitam esso dicunt, in sequente versu invenimus (metr. Thawil): „Qunm Djah dicis, insistit (camolus), donec eum ropellnnt anaae annnlorum, quarum extremae partos in catonia sunt.“ Verbum autem جهجه, quod idem est ac هجهج in versu sequente Rubabi occurrit: (Redjes) „Clamavi ot repulans ost modo, quo caecus [1]) repellitur.‘

5. *Quae in pugna adversarios occidit; utique mors post fugientem est!* **(p. 715.)**

Quum fortissima sit, adversarios vincit. Causam autem, cur fortiter pugnot, in eo videt, quod mortem nemo effugere possit. Hic ot tres sequentes versus p. ٢٧٠ post versum تاخرت in Mersukii codice inveniuntur, ita tamen, ut versus خزر ante versum والقايلون locum obtinuerit.

6. *Iudicium decernens profert, dum die consessus eius sermo haud vituperatur.*

Prudentiam in sermone ostendit, ut alii se eius iudicio submittant. Hic versus cum priore construendi modo non cohaoret. Tres sequentes versus in Morsukii codice hoc loco desiderantur.

7. *Contractis oculis hostes suos adspiciunt; instar leonum, qui sub imbre incedunt.*

Fortitudinem eius in pugna describit. Contractis palpebris, qui irati fortisque, haud timidi, adspiciendi modus est, hostem adspicit. Tum poeta eam cum leone comparavit conf. Ham. p. ١٥٤ v. 1. ١٧٨ v. 3. ٢٦٧ v. 2. Ut autem leo sub imbre incedens haud timet, sic gens sub sagittis gladiisque decidentibus haud timens incedit. Ante vocem خزر subiectum هم supplendum est.

---

1) Caecus ab ortu si in obstaculum incurrit, quam rem non videns maius periculum esse putet, magno timore perculsus retrocedit. Inde comparandi modus desumtus est.

8. *Sagittae crenam ruptam habentes ii non sunt aut inclinati. Quotiescumque bellum accensum est, efficiunt, ut ignis bene flagret.*

Quos ut semper ad bellum paratos et haud debiles describat, cum sagittis crenas haud ruptas habeotibus eos comparat, quippe ad iaculandum aptae sint. Tum lo ipsum debliem vox transfertur, in quo utilitatis nil est. Simili modo vir fortis cum gladio comparatur Ham. ١٢٩ v. 4. ١٣١ v. 6. Vox ميل eos significare videtur, qui in sella haud firmiter sedent, ut aut corpore iofirmi aut arte equestri haud exercitati sint. Bellum cum igne saepissime comparatur Ham. ١٨٠ v. 1. ١٩٩ v. 3. ٢٨١ v. 2. 3. Qui autem efficit, ut belli ignis flagret, cum instrumento, quo ignis commovetur, comparari solet Ham. ٢٣٨, 2. ٤٤٨ 1. Vocem بالشاعل duplici modo explicaut. Aut praepositionem superfluam esse, ut loco obiecti sit i. e. efficiuot, ut ignis (flagrans) melius flagret aut vocem transitivam significatiooem habere, ut lignum aut huiusmodi rem designet. Hoc admisso obiectum omissum est. Aute vocem الحرب vox نار supplenda est, quemadmodum ex usu verbi اشعلو cognosci licet. Silentio praetermitteodum nou est, in Mersukii codice diversum carminum versuumque ordinem ab hoc iocipientem reperiri. Post carmen quadragesimum secundum sequuntur duo versus cum homoioteleoto حائلا et باطلا carminis 46, tum sequuntur carmina 47 et 48, post haec sequuntur quatuor versus postremos carminis 42 الوائل incipieotes, tum carmina 43—46 incl. Post haec quatuor versus in carmine 48 incipieotes نقمت, فاعصصتنه, فاوفضن et فباتت, post hos carmioa 49. 50. 51. 53. 52. 54. Post haec idem ordo ac io nostro exemplari inveuitur.

XLIII.

Habibah filia Ahbd-Alohssae Alauhra (monocula) dixit.

(Videtur ante Islamum vixisse ob nomen Ahbd-Alohssa.)

1. *Num ad virum Barr camela mea tendens subsistet? Sanguis niger eius ungulas tegat!*

Propositum ad virum laudatum proficiscendi exponit, quod ut firmum esse iodicet, camelae, qua vehitur, si in itinere haud pergat, male precatur. Vox تلكا pro تتلكا est. Voci نجيع sanguinis subnigricantis aut sanguinis ventris significationem lexicographi dederuot. Utraque significatio loco oostro omni ex parte apta oon est, una, quod adiectivum اسود niger additum sit, altera quod de ungula sermo sit. Voci igitur generalior sanguinis significatio tribuatur, oecesse est. Poeta optat, ut camela ungulam omuino laesam habeat.

2. *Ego per dominum camelarum iuro, quae currentes ad locum Minam tendunt in regione australi Meccae, quarum victimae colli ornamento insignitae sunt,*

Per Deum iurat, qui dominus camelarum curreutium appellatur, quod Deo in loco Mina mactabantur conf. Ham. ٧٠٨. Ad locum Mina festinaotes cameloa currentes poeta describit. Coof. l'Alcoran de Mahomet par de Ryer T. I. p. 243. Verba وهديهن مقلد statui vocis الراقصات describendo inserviunt et scholiastes copulam abesse posse dixit, quod suffixum coniungendo sufficiat. Eandem quoque rem in verbis Corani Sur. 18, 21 inveniri. Quae ad sacrificium destinata erant animalia, ea aut cortice arboris aut lana contorta in collo

aut vulnero in gibbo facto, ut sanguis defluoret, signari solebant. Haec res اشعار appellata erat Ham. ۷۱l v. 4.

3. *Meum cibum consumtum esse, nunquam iuro; sed ego clare ostendo (locum cibi mei) et obtestor.* **(p. 716)**

Liberalitatem suam probat. Qui avarus est, cibum se non habere iurat. Hoc so faeoro negat; sed cibum suum hospiti ostendit et enixe rogat, ut oo utatur. Ante vocem اولى negandi particulam omissam esse, quum in re nil dubii sit, scholiastes adnotavit. Ellipsis haec a grammaticis Bazrensibus reprobata, in poesi frequenter invenitur Gram. Ar. T. II, 473 sq.

4. *Avus meus mihi praecepit et pater me docuit peram excutiendam esse, nam omnis commeatus perit.*

5. *Utrem tuum parvum conserva (ne pater tibi sit) et custodi! Ne glis eum laceret, aut locusta!*

No quis istam laudatam agendi rationem novam esse auspicetur, se oam a maioribus accepisse dicit. Cibum autem in futurum usum nullo modo conservandum osse. In posteriore autem versu avarum quondam respicere vidotur oumquo dcridens suadot, ut utrem butyri a gliribus aut locustis tueatur. Similem autem satyrice loquendi modum in versibus sequentibus iuvenimus: (metr. Redies) „Tu liberalis et laude dignus non os; contra locustas igitur utros tuos duos defende!"

XLIV.

Malec b. Djahdah Tsahlabita dixit.

1. *Ad Zalhabum Sahdumque de me salutes perfer, quorum merita libri (aut clara) sunt.*

Simile carminis initium froquens ost conf. Ham. ۱۳ v. 5. ۱۳ infr. Postrema versus verba ambigua sunt. Salutibus dicendis praeclara facta aut merita tribuit, quod in salutibus gratiae ob merita dictae erant. Tum illa merita libros esse dicit, quod tot essent, ut, si scriborentur, totum librum complerent. Scholiastes dixit, hunc loquendi modum esse, quo eum, quem allocutus sit, vilipondat eiusque honorem diminuat. Causa hoc modo interpretandi in sequentibus versibus est. Scholiastes dicere voluisse videtur, poetam, dum illis viris tales salutes mittat, indicare, eum, cui illas salutes perferendas imperaverit, tanta in ipsum beneficia haud contulisse, ut tales salutes mereretur. Mersukii scholion tale est: يقول على وجه الازراء بالمخاطب والغض منه ابلغ عنى هذين الرجلين تحيات ما يوثر منها وعنها ويتحدث بها يتسع لها فستغرقها سفور اذا كتبت. Aut si voci سفور nominis actionis forma est, sensus est, earum merita instar aurorae lucere i. e. omnibus conspicua esse. Abu-l'Ahla vocem ماثر a singulari ماثورة derivavit, qua traditio Mohammedis significatur, quae a primo auctore continua testium serie ad nos pervenit, ut nil dubii habeat et voci سفور eandem significationem, quam voci مسافرة iter facienas adscripsit. Dicere vult, salutes quum vorsibus contineerentur, modo talium traditionum per gentes iter facere et ad posteros pervenire. Triplex igitur vocis سفور explicandi modus est, duplex vocis ماثرها. Alter autem legendi

modus شقور est. Hic cum loquendi modo نفضت له شقوري «excussi ei res meas necessarias» i. e. omnia, quae in animo erant, ei narravi, cohaeret. Sed de vocis شقور significatione non consentientes, alii res necessarias, alii statum viri significari dicunt. Scholiastes rem, quae occultari solet, significari putat. In versibus sequentibus Alahdjdjadji vox adhibetur: (metr. Sarih.) O vicina! Ne statum meum aegre fer, iter meum et misericordiam meam erga camelum meum et multam narrationem de rebus, quae occultautur (aut statu)»! Silentio praetermittendum non est, in scholii linea quarta loco vocum الا سفر in Mersukii codice الا اسفر legi, quod rectum esse, ex Djeuharii opere coniicio.

2. *Quo autem die tu ad me direptus venis, eo vota mihi solvenda sunt.*

Quomodo hic versus cum superiore sensu cohaereat, non patet. Scholiastes dixit, poetam ad eum, quem alloquatur, rogantem venisse et repulsam tulisse videri. Quam ob causam eum dicere, se modum illi contrarium secuturum esse. Vox يوم cum verbo تاتيني tanquam nomen cum nomine coniuncta est, ut vox تاتيني nominis actionis (يوم اتيانك الىّ) locum teneat et priorem accuratius definiat. Verba autem versus ita transposita sunt, ut sensus ratione habita posteriori parti prior locus conveniat. De posteriore versus parte conferas p. ١٩v v. 3.

3. *Camela mihi imposita est, quae pullum alacrem habet, robusta, super cuius ungulis sanguis crassus est, qui leniter fluit.*

Suam agendi rationem ulterius describit. Se ad eum bene excipiendum camelam pretiosam mactaturum esse. Praestantissima camela est, quae pullos alacres procreat, robusta. Camelam autem mactaturi in pedibus magnos nervos incidebant, ne aufugere posset. Hac in re causa est, cur in ungulis crassum sanguinem, leniter fluentem esse dixerit. In pede si animal vulneratur, sanguis leniter fluit. Vox مفرقة in versu Abu-Dsoaibi occurrit: (metr. Thawil): Quot camelis alacres pullos procreantibus crus incidi, ut **(p. ٢١٢)** prociderent, sicut ventus arbores Kafl[1]) deiicit. Voci سناد gracilis aut longae significationem scholiastes tribuit, dum lexicographi voce robustam significari dicunt.

4. *Matri tuae infortunium et tibi quoque sit! nam tu neque ovem praebes neque camelum.*

Avaritiam vituperans viro eiusque matri male precatur. Quum praepositionibus ل et على saepe contrariae significationes sint, scholiastes hoc in versu earum significationes haud diversas esse adnotavit. Voci شاة casus accusativus dari potest, dum vox بعير nominativum, ut homoioteleuton adsit, habeat necesse est. Vox شاة igitur obiectum verbi تنيل est et vox بعير de novo sermonem incipiens subiectum praedicato موجود omisso est. Quod si voci شاة nominativus tribuitur, utriusque vocis nominativus e verbo omisso يرجى (speratur) aut simili

1) Ex hoc loco in lexico meo significationem foliorum aridorum recepi, sed, quum folia arida decidentia minus bene compararentur cum camelis proruentibus, num recta sit significatio, dubito.

pendet, ita nt post verbum تنيل suffixum supplondum sit. In explicando verbo تنيل scholiastes duas radices mediao litterae W a w et mediao J a distinguondas esso putat. In acholii linea quarta loco verborum وليس هو من النول لانه من النوال in Mersukit codice, e quo locus desumtus est, clarius meliusque sic legitur: وليس هو من التناول لان التناول من النوال. Secunda verbi نول forma in sequente versu occurrit (metr. Thawil): Q u n m d i c o, d a (o f e m i n a !), m e c a p e r e s i n e ! a d m e i n c l i n a t u r c o r p o r e m e d i o g r a c i l i e t p u l c h r i s c r u r i b n s p r a e d i t a.

XLV.

Ahbd-Allah Hawalita e gente Asd dixit.

Vocem حوالي a nomine geutis H a w a l a h, e qua poeta oriundus videtur, derivatam puto. Versutum quoque virum bonique consilii significat. Sic in versu Ebn-Ahmari occurrit: (metr. Sarih) A u t d i o m m e u m u s q u e a d a l i u m d i f f e r e t, n a m e g o v e r s u t u s c a u t u s q u e s u m.

1. Quum in camelu iuvenca eiusque sella haesitasset, Deus Cahbo in eo, in quo haesitavit, suffecit.

Prima apocies motri Thawil appellati. Poota Cahbi camelam iuvencam, nondom satis robustam ad itor molestum, quum in itinore aut lassa facta essot aut non bene incederet, ut sellam ei non amplius imponore posset, mactatam et inter aocioa distributam esse narrat. Vocis لما sententiam consequentem in verbis كفى الله invenio, ut versus proxime sequens rem, quae Deo tributa sit, clarius exponat. Sed fieri quoque poteat, ut verba كفى etc. optandi sensum habeant et verba دعونا cum verbis لما تعيا cohaereant.

2. Pro ea lanium advocavimus, cultrum bene tractantem, qui inter nos eam distribueret, quemadmodum praeda distribuitur.

Hic vorsus modum describit, quo Deus ei suffecerit, aut, si alter interpretandi modus praehabetur, agendi modum describit tempore, quo Cabbus haesitasset. Priori autem modo Mersukii verba in scholiis conveniunt: يقول لما اعيا كعبا مزاولة القلوص وشد الرحل عليها كفاه الله عز وجل امرها لانا دعونا لها جزارا حاذقا etc. Vox قين fabrum et tum omnem, qui artem oxercet et vox رفيق proprie lone tractantem et tnm in re hene versatum designat.

3. Per vitam meam! o Cahbe! camelam perdidisti, cui ipsâ vehentem noxâ adficere, facile erat.

Poeta Cahbum ob camolam mactatam consolari videtur, quippe quao talis fuerit, ut eâ vehens facilo damno adfici posset. Mersukius Cahbum ob camelam a poota perstringi dieit; sic enim habet: اقبل على كعب يوبخه فى امرها وذاك انه كلما تعايا عليه طول مرق توصّلا كثر شكوه منها. Tum seusnm vocis ضيعت explicat dicens, eam aptam non fuisse, quum pinguis non esset; eam nonnisi operi faciendo idoneam fuisse. In Mersukii codice يسير legitur.

4. Inter priores semper incedens, cui, quatiescunque agmen conspexit, primi scopo erant, ad quem tendebat.

Alacritatem illius camelae describit.

XLVI.

Hodjr b. Chaled laudans Alnohmanum b. Almondsir dixit.

(conf. p. ۱۷۴).

1. Agendi rationem, qua homines utebantur, audivi; sed virum prudentiâ donoque Abu-Kabuso similem non inveni.

In Mersukli codice hoc carmen post quadragesimum secundum locum habet. Abu-Kabusus Alnohmâni cognomen est. Vir a filio cognomen accepit, quo tanquam honoris titulo utebatur, quapropter poeta hoc in versu id adhibet conf. Tom. II, p. 26 adn. Particula ك in voce كمثل superflua est. Sic in versu metri Redjes: Tenues hypochondriis, in quibus longitudo est (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 493).

(p. 718.) *2. Deus meus ex omni terra pluviam ad tuam mittat, ita ut circum domum tuam descendat!*

Felicitatem omnem ei optat et, quum pluviam beneficiorum loco habeant Arabes, ut Deus pluvias ex omnibus regionibus ad suam terram mittat, optat i. e. beneficiis omnium terrarum eum cumulet conf. Ham. ۹۱۱ v. 1. Haretsi Moall. v. 57 ed. Voll. Initium versus sic quoque legitur: فسيق اليه الغيثُ »Et ad eum propellatur pluvia.« Hic legendi modus si admittitur, initio versus poeta de tertia persona loquens postea ad secundam transit, ut post vocem اليك suppleatur امرها »i. e. cuius (terrae) res ad te spectat.« Sed ut grammatico Abu-Mohammedi Alahrabi sic mihi hic modus non placet. Hic autem الالاه »Deus« habet. Tertius denique legendi modus est فسيق الغمام الغر من كل »Et propellantur nubes candidae in fronte maculam habentes etc.« Videntur nubes cum equis excellentibus comparatae, et vox الغر cum iis coniuncta sit; sed vocem الغر cum nubibus coniunctam esse mihi non placet.

3. Et omnis vallis, ubi terrarum verseris, rivulis effusis fluat!

Quum ita in eius terram omnes nubes adductae sint, quae futura sint, describit.

4. Quando mors tua annuntiabitur, liberalitatis, fortitudinis, timoris Dei mors nuntiabitur et camela iuvenca scabiosa belli non concipiet.

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, temporis, quo rex mortuus futurus sit, mentionem facit. At vero ego non video, quomodo talis laus regi placere potuerit. Virum viventem si quis laudare volt, temporis illius mentio, quippe quae tristitiam adferat, evitanda est. Sed simili modo poeta Alnabegha dixit (metr. Wafir): Si Abu-Kabus perit, ver hominum perit et mensis sacer et post eum finem vitae arripimus, cuius dorsum depressum est et gibbo caret (vitam eum camelo comparavit). Et alius (metr. Madid): Et quum Abu-Dolafos abit, eum sequens totus mundus abit (conf. Chrestom. mea gram. histor. p ۳۸ et Ebn-Challik. No. 472). Liberalitatem, fortitudinem, timorem Dei tanquam personas morituras esse poeta finxit. Bellum cum camelo comparatum est Ham. ۱۲۰ v. 1. ۱۲۵ v. 5.; sed cum camelo scabioso id comparatum

osso non invenimus. Scholiastes camolam scobiosam haud mulgeri dixit. Mors cum camela oomparata est, quae mulgetur conf. Ham. ٢٣٨ v. 1. Est igitur bellum, in quo nemo occiditur. Bellum autem cum camola, quae non conceepit, comparatum tale desiguat, in quo non pugnatur. In posterioro igitur parte regis fortitudinem poeta laudat

5. Nullus autem rex studio suo te adtinget et nullus ex plebe sine causa te laudabit!

In hoc versu, qui item in Mersukii codice non legitur, eum omnibus rogibus praefert eiusque laudem semper iustam esse dicit. Formas futuri litterâ Nun additâ adhibitas esse, scholiastes dicit, quod sententiae negantis particulâ ما additâ vis aucta sit. Idem in sequente versu invenitur (metr. Thawil): In frutice spinoso, cuius germon cresolt et cum dolore id decorpotis. . . . Posterior versus pars corrupta et metro omuino contraria videtur (conf. Gram. Ar. T. II. p. 40 sq. Pars scholii ad priorem versum spectat.

XLVII.

Alius dixit.

1. Quotiescunque eum, qui canes ad latrandum excitabat, post quietem (igne) rubicundo instar Aurorae vehementer flagrante vocavi!

Se virum, qui in deserto a via aberrans, ut ad habitacula viam inveniret, canis vocem imitatus esset, igne accenso locum suum indicantem ad cibum hospitalem invitasse, fingit. Ut autem studium suum ostenderet, id factum esse dixit, postquam se quieti dedisset; somno enim oppressus difficilius surgere solet conf. Ham. ٦١٣ v. 5. Substantivo more pootarum omisso ignem adiectivo indicavit. Ut autem hunc ignem e longinquo conspici intelligoretur, eum cum Aurora comparavit ot vehementer flagrantem fuisse addidit. Mersukius adnotavit, ignem quoque flavum صفراء et si carnes imponerentur, ob fumum spadiceum adpellari. In vorsu Alshsehae utraque vox occurrit (metr. Thawil): واوقدتها صفراء فى راس تنضب وللكمت اروى للنزول واشبع Eum socendi flavum in summa parte arboris Tandhob ot ignes spadicoi hospiti plus potus cibique porrigunt. In vocibus وقودها ذاك quidam pleonasmus est, quum in voce ذاك ardendi significatio sit.

2. Eique dixi: Bene, bene, bene venisti! apud eum (virum). qui ignem accendit, qui ad eum venientis laudem meretur.

Benignissime se eum excepisse dicit conf. Ham. ٧١٣ v. 1. Praepositionem Ba cum verbo omisso cohaerero, scholiastes adnotavit, quasi dixerit: Omnia haec adtinguntur per eum, qui etc. Vox محمد cum voce نار casu genitivo coniuncta est, quamquam cum voce من cohaoret, ut sensus sit: Qui ad eum venit, eum laude dignum comperit (Gram. Ar. T. II, 197 sqq.).

3. Pro eo (ahenum) amplum nidorem emittens ex nigrorum numero posuimus, ventriosum, diu in igne stans. **(p. 719.)**

Ad modum, quo eum cibo exceperit, describendum propius accedit. Ahenum in igne positum amplum describit, id multas carnes continere indicaturus, simulque easdem ob causam

id din super igne stare dicit. Voce ضبابة levem obscuritatem et tenues nubes (nebulam) post pluviam remanentes designari, scholiastes indicavit. Iudicare vult nidorem, quem abenum carnibus coctis impletum emittit. In Mersukii codice (linea secunda scholii) melius وذكرها هاهنا مثل legitur. Alter legendi modus ضبابة est, qua voce para carnum in illa reiicta significatur. Tantum esse alienum dicit, ut non omnes carnes comedantur. Loco vocis الدهم legitur quoque الزهم. Hac voce recepta verba من الزهم aut cum voce ضبابة coniungenda sunt, ut adipem in aheno cum nebula comparaverit aut cum sequente voce مبطانا, ut quasi adipe ventrem impleverit.

4. Si vis (manere) in gente honorato tibi habitaculum concedimus, sin vis (proficisci), ad terram, quo tendis, te perducimus.

Agendi rationem erga hospitem advenientem accuratius exponit. Quod cum cum comitatu gentis profecturum esse dixit, in eo summae hospitalitatis indicium videre licet, quippe comitatus tam securitati quam honori sit. Post vocem شئت obiectum, quod ex verbis اثويناك et بلغناك cognosci potest, omissum est.

XLVIII.
Alius dixit.

1. Quotiescunque ei, qui canem ad latrandum excitabat, cuius caput ad omnem rem adparentem se inclinabat, dum ad audiendum intentus erat,

Versus initium cum quarto versu cohaeret. In hoc virum aberrantem describit. Qui rem e longinquo audire aut videre cupit, si caput terrae prope admovet, melius et audit et videt. Ut autem studium in audiendo sono designaret, verbum تهوى, quo celeritas exprimitur, adhibuit. Scholiastes vocem مساقط a nomine actionis, non a nomine loci derivandam putat, ut proprie actiones decidendi significentur. Si res e longinquo adparet, statim caput in terram demittit, ut, num homo sit, cognoscat. Scholiastes dicit, parum abesse, quin caput decidat, quod sinistrorsum et dextrorsum caput vehementer convertat, qui interpretandi modus minus accuratus videtur.

2. Quem flatus venti frigidi et obliquus ventus noctis mensis Djumadae, nec non frigus vehemens adficit,

Quae viator in deserto perpetiatur tempore hiemis, describuntur. Vox انف prostantem et primam rei partem designans hoc in versu venti primus impetus est, quo maxime adficimur. Ventus نكباء is est, qui a quatuor regionibus coeli principalibus, septentrione, oriente etc. deflectit. Tales autem venti vehementiores esse solent conf. Ham. ٣٧٥ v. 2. Mensis Djumada hiemis tempus designat conf. Ham. ٦٨٧ v. 2. Duplicem noxam venti et frigoris describit.

3. Cuius adventus cani generosi dilectus, cametae autem magno gibbo praeditae exosus est; sed canis prudentior est,

Hoc in versu hospitalitatis indicium est. Si hospes cibo large excipitur, canis ossibus partibusque reduodaotibus laotatur; camelae autem, quae mactabatur, hospitis adventus gratus esse non poterat. Liberalis autem est, camelam pinguem, quao magno gibbo praodita oat, mactare. Vox حبيب vario medo explicari potest, ita ut ea aut vocis مناخة praedicatum praemissum sit aut praedicatum subieeti هو omissi. Hoc admisso vox مناخة ebioctum esse subiecti haud expressi vocis حبيب, scholiastes dicit. Ni faller, significare vult, verbom أحبّ omissum esse, ouius obiecti locum vox مناخة toneat; mihi autem vox مناخة potius adpositi locum touore videtur, quo vox هو omissa aceuratius defiulatur; at voro prior explicandi modus mihi magis placet. Petest deniquo taoquam adiectivum eum voce مستنبح primi versus coniungi.

4 Ignem meum ei accendi; et tum eius splendorem vidit. Nisi ignis accensus fuisset, non vidisset. **(p. 720.)**

Hic vorsus cum initio primi versoa aensu cehaeret. Pest verbum يبصر oblectum الطريق (via) omissum est. Scholiastes, poetam verbum كاد a praedicate suo (voce يبصر) interpositis vecibus لو لا حصاة النار separasse adnotavit. Io verbe كاد pronemen vocis المستنبح esse. Si hoc non esset, nou licuisso dicero: زيد كاد يخرج, siquidem verbum post verbum statim nou ponitur. Dicero vult, in sermono verbum non statim sequi alterum. In verbo كاد rem autem licitam esso, qued كاد يبصر sit pre كاد هو يبصر. De verbi كاد construendi modo conferas Gram. Ar. T. II, 213 sqq. et Anthol. gram. p. 319. Vecls حصاة subiecti praedicatum omissum est, dum propesitio consequens verberum لو لا eius vice est. Prepositio cousequeos autom verbis ما كاد يبصر cootinetur, ut talis verberum ordo sit: ما كاد يبصر لو لا حصاة النار.

5. Nomine haud usus eum vocavit: Adesdum ad cibum hospitis! et noctu terram celeriter peragrans advenit, dum ignis fulgebat.

Ignom tanquam persooam describens eum advocasse dicit; sed, quum voce destitutos esaet, addit بغير اسم i. e. oomine eum nou appellasse. Scholiastes altorum quoque explicandi modum proponit, qui mihi lenge petitus videtur. Idem ad vecem هلم, quao p. ٥٦٣ pluribus explicata fuit, dixit, vecem لم aut verbum esse, ut dualis et pluralis formari pessit aut nomen verbi, ut neque dualis nequo pluralis neque femininum formetur. Huuc explicandi modum priori praoforeodum esse conf. Gram. Ar. T. I, 546. Verbo يبوع festinationem viatoris designat. In scholii lioea octava loco verborum ناقة ذارعة Mersukii codex melius ناقة ذرعة habet.

6. Et quum (ignis) eius personam illuminasset, dixi: Bene venisti! Adesdum! et ad ignem stantibus (dixi): Laetemini!

Momento autem, quo eum e leoginquo conspicit, salutans ad eum se convortit et laotitiam ostendit. Posteriore aotem vorsus parte se eum cibo lauto excepturum osso, culus et alii participes fiereut, significat.

7. Et venit, dum vir, cuius hospitium laude dignum erat, eum adducebat ad eum (ignem) et noctis praeco Auroram annuntiabat.

Hospitium suum laudat et hespitom fino uoctis advenisse dicit. Huius rei meotionem

fecisse videtur, ut animum ad hospitalitatem promtissimum ostenderet. Verbum استفز quum e loco excitandi significationem habeat, verba من مكانه (e loco sno) supplenda videntur. Duo autem sunt legendi modi داعى الليل et راعى الليل. Praecone noctis gallus aut alius, qui cantu sno Auroram annunciat, significari potest, pastore noctis autem pastor, qui noctu Aurorâ adpropinquante pecora in campum agit. Scholiastes pastorem sibilande pecora propellere et sibilo Auroram advenientem adnuntiare dixit.

8. (Eique dixi:) Cunctatus es, ita ut meliorem cibi hospitalis partem a nobis accipere non possis; sed officium tibi praestandum non cunctabitur.

Se excusat adventu eius sero, quod voluntati suae in hospite optime excipiendo non omni ex parte satisfacere possit.

9. Et surrexi gladii acie armatus, dum crassi cameli quiescebant; mors autem in gladie (eas) intuebatur.

Sed, ut sero advenienti cibum paret, ad mactandum camelum accingitur. Scholiastes pluralem بهازر a singularibus بهزورة et بهزار quoque derivari dixit; sed regulis aptior est forma (p. 721.) بهزرة, quae sola a lexicographis adnotata est. conf. Gram. Ar. T. I p. 373 sq. Vox in versibus, qui in libro كتاب المعانى 1) inscripto inveniuntur, occurrit (metr. Basith): Refugium petiit; sed ab eo apud ipsâ vehentem (i. e. gibbum suum) refugium non petiit, donec compede clavis baud confixo eam caveret; tum eam conscendit et carnes oblengas detexit adsuefactus ad colla camelarum pinguium percutienda. Vox لما pro simplici voce لم est; voco راكبها, ea vehens gibbum designat. In gibbo magno cameli pinguedo adparet; sed, quum liberalis tali camelae haud parceat, huic camelae gibbus utilitati non erat. Vox عاجلك cum voce البرك, cui pluralis significatio est, nonnisi formae ratione habitâ coniuncta est, dum vox بهازر sensus rationem sequitur. Mortem personam, quae in gladie sedem habens camelas pingues observat, poeta finxit. Causa observandi in eo esse videtur, quod momentum, quo illam invadat, exspectat. Hic unice verus interpretandi modus videtur. Post vocem ينظر obiectum omissum est.

10. Eum autem in eam, quae longissimo gibbo praedita et robore praestantissima erat, immisi; et optimum id est, quod inter bonum eligitur.

Liberalitatem suam eo praedicat, quod se optimam camelam elegisse dicit. Camelam longitudine gibbi caeteras superasse, ut pinguissima esset. Tum verbis خيرها بلاء omnes camelae virtutes complectitur, nam beneficium (بلاء) camelae eo consistere dicit, quod pullos alacres enitatur, quod magnam lactis copiam det, quod vehendo aptissima sit et leniter incedat. Scholiastes adnotavit vocem خيرها non eiusdem formae, quam الطولى esse, ut, si poeta eius rationem habuisset, الخورى aut خوراها dixerit. In metro autem causam esse, cur a forma deflexerit. Mihi in eo potissimum causa videtur, quod vox خير cum comparativi significatione magis in usu sit, quam خورى.

1) Librum كتاب المعانى inscriptum grammaticus Abu-Said Almoarredj, qui anno 95 diem obiit, composuit.

11. *Tum (camelae) (fugientes) celeriter dispersae sunt, dum ea ultimo vitae spiritu vitam exhalans mugiebat et gladius nudus et rubicundus erat.*

Quum caeterae eam mactatam et vitam exhalantem conspicerent, timentes dispersae sunt. Verbo أوفض celeritatis et festinationis significationem esse, sequente poetae versu scholiastes probat (metr. Thawil): Quoties ad ahenum tempore, quo homines alimento carebant, pauperes cum hiemis orphanis celeriter convenerunt! Dispergendi significatio nonnisi praepositione عن producitur. De vocis حشاشة accurata significatione non omnes consentiunt, dum alii partem restantem animae aut sanguinis (nam in Mersukii codice pro vocibus بقية النفس legitur بقية دمايها, alii spiritum cordis, qui ultimus vitae halitus sit, significari dicunt. Vocem حشاشة aut statui describendo inservire, ut vox loco participii posita sit aut ad accuratius definiendum modo a grammaticis تمييز appellato, id quod mihi magis placet, positam esse dicunt. Voces بذى نفسها, quibus scholiastes puram animae partem significari putat, cum verbo ترغو coniungendas esse puto. Postrema versus pars momentum, quo camela mactata erat, designat, quo gladius sanguine nondum deterso in vaginam reconditus non erat. Vox عريان metri causa Nunnatione destituta est, nam voces, quae feminini formam admittunt, primae declinationis sunt Gram. Ar. T. I, 403.

12. *Id autem (ahenum) noctu in igne stetit carnibus impletum, amplum, nigrum, dum eius os id, quod continebat, sono nuntiabat.*

Ahenum in igne describit. Ante voces رحاب et جونة substantivum قدر (ahenum) omissum est. Scholiastes dicit, verba من لحامها verbo loco praedicati esse, ut vox مملوة omissa sit. Aheno autem tanquam personae loquenti os tribuit.

XLIX.

Alius dixit.

1. *Si in me vitium est, tale est, quod canis meus timidus et pullus cameli emaciatus est.*

Prima species metri Wafir appellati. Hospitalitatem suam et liberalitatem describit. Qui canem hospites advenientes adlatrantem ictibus abigit, efficit, ut canis timidus fiat; qui autem lac matris pulli aliis dat aut matrem hospiti advenienti mactat, efficit, ut pullus emacietur. Similem sensum alius expressit dicens (metr. Wafir): ترى فصلانهم فى الورد هزلى وتسمن فى القارى والجبال. Eorum pullos emaciatos esse vides in aditu ad aquam et pingues sunt locis, ubi aqua confluit montibusque. Futurum apocopatum, cuius littera Nun a poetis interdum abiicitur, ob conditionem, quae voci ما inest, locum habet.

L.

Alius dixit.

1. *Ex aheno meo portionem vicinae meae hauriam, etsi id, quod continet, nonnisi familiae meae sufficit.* (p. 722.)

Liberalitatem suam praedicat. Mersukius plures versus, quibus similis sensus est, adno-

tavit (metr. Thawil): نقسم ما فيها فان هى قسمت فذاك وان اكرت فعن اهلها نكرى. **D i s t r i b u i m u s i d , q u o d i n e o (a h e n o) e s t. S i d i s t r i b u i t u r (e t s a t i s e s t), h o c s u f f i c i t ; s i n a u t e m d e m i n u e n d u m e s t , p o r t i o n e m f a m i l i a e d e m i n u i m u s.** Poeta Alrâih dixit (metr. Basith): انى اقسم قدرى وهى بارزة اذ كل قدر عروس ذات جلباب. **E g o a h e n u m m e u m d i s t r i b u o, d u m (t a n q u a m s p o n s a) a p e r t o v u l t u p r o d i t, t e m p o r e, q u o o m n i a a h e n a s p o n s i s v e l i s t e c t i s s i m i l i a s u n t.** i. e. ob tempus grave aliis carnes non ostenduntur.

2. Quod si socium tuum, in eo, quod paucum est, participem non esse sinis, in eo, quod redundat, consors eius non eris.

Qui in pauco avarus est, is a socio, si opibus abundat, nil exspectare potest; sed fortasse verbis sensus inest, eum, qui in pauco avarus sit, in opum abundantia quoque avarum futurum esse. Huius versus sententiam sequens versus explicat (metr. Camel): **D o n u m e x p a r t e s u p e r f l u a d a t u m l i b e r a l i t a t i s n o n e s t ; s e d l i b e r a l e m t e o s t e n d a s o p o r t e t, d u m a p u d t e p a r u m e s t.**

LI.

Ahmru b. Alahtam dixit.

Tempore Islami vivens inter legatos erat, qui a gente Tamim ad Mohammedem anno nono Mediuam missi erant. Pater Alahtam inde cognomen acceperat, quod Kaisus b. Alahzim dentes ei fregisse conf. H a m. p. ٦٢٨ l. 8. Cum Sibrikano b. Badr se Mohammedis fidei addixit. Facundia et poesi excellebat. Anno 57 diem obiit. c o n f. Rasmussen Additam. ٣٥ sq. Weil Mohammed p. 245.

Scholiastes nomen Alahtam explicans, plurales vocis اهتم et هتماء voces اهاتم et هتم esse dicit, ita ut vox اهاتم modo nominis formata sit (id est non modo comparativi). conf. Gram. Ar. T. I, 374. Pluralis in parte hemistichii Farasdaki occurrit (metr. Thawil): **D e t e g i t a c i e s e o r u m, c u i u s d e n t e s p r i m o r e s f r a c t i s u n t.** Plures huius carminis versus n Rasmusseni Additam. p. ٣٧ leguntur. Inter eos nonnisi quartus nostri fragmenti versus est.

1. Sine me, nam avaritia, o mater Haitsami! omnem bonam viri indolem delet,

Uxorem eum a liberalitate impedituram monet, ne ipsum ad avaritiam excitet, quae generosos viles reddat.

2. Sine me et in loco amoris mei (sellam) depone; nam ego famae purae, praeclarae acquirendae omnino deditus sum.

Desiderium famam bonam liberalitate acquirendi ostendit et, ne huic desiderio uxor adversetur, monet. Vocem ذريبى sententiae confirmandae causa repetivit. In voce حطى comparandi modus est. Uxor cum iter faciente comparatur, qui, si cum altero consentit, eodem loco cum eo subsistit. Si voci حطى transitiva demittendi significatio tribuitur, vox بالرحل (sella) supplenda; sin intransitiva **d e s c e n d e n d i**, voces عن مركبك suppleri possunt. Voces

في هواي sunt pro في مكان هواي »loco desiderii mei«. Voce شفيق inclinantem et simul timentem designari, ut vox de Deo adhiberi non possit, scholiastes adnotavit.

3. Sine me, nam ego generosus sum, quem vicissitudines temporis, quarum calamitas ei supervenit et officia curis implent!

Se generosum describit, qui officiis ipsi a vicissitudinibus temporis impositis satisfacere debeat. Loco verborum ذو فعال legitur ذو عيال, cuius legendi modi in explicando scholiastes rationem habuit. Pauperes hospitesque ei familiae loco esse, ut calamitates, quibus illi adfligantur, ipsum curis impleant. Se illis benefaciendi modum omittere non posse. Si alter legendi modus praefertur, generositas animi ipsi propria istas curas officiaque imponit, quum alii calamitatibus adfliguntur. Post verbum يغشي suffixum primae personae omissum est. Damnum ex aliorum calamitatibus percipit, quippe quibus auxilium ferendum sit.

4. Quilibet generosus vituperationem ob hospitalitatem cavet, et officii inter probos via est, qua incedunt.

Quo quisque generosior est, eo magis hospitalitatis officia negligere timet, nam vituperationem inde ortam evitare cupit. Posterior versus significat, probos officii viam nosse et in ea incedere. Sed للحمد quoque legitur, ut sensus sit: probos in via incedere, qua ad laudem perveniant. In Rasmusseni Additam. p. ٣v loco vocis للحق legitur للخير.

5. Per vitam tuam! incolis regiones nimis angustae non sunt; sed virorum animi nimis angusti sunt.

Regiones incolis suis nimis angustas, ut alimenta non inveniant, non esse; sed si egentes exsistant, causam in eo cerni, quod viri nimis avari sint, quam ut eorum penuriam tollant.

LII. (p. 723.)

Ohrwah b. Alward dixit.

(conf. p. ٣v.)

1. Vir ego sum, cuius vas plures beneficii causa adeunt; sed tu vir es, cuius vas nonnisi unus adit.

Suam agendi rationem alteri oppositam laudat. Scholiastes verbo عفا beneficium petendi significationem tribuens quartam formam اعفا cum quarta forma اطلب confert, quippe quibus beneficium aut rem petitam dandi significatio sit. Voci شركة (societas) hoc in versu, quum voci واحد opposita sit, necesse est. Vocem عافية, quae avium rapacium et ferarum significationem habeat, cum petendi significatione cohaerere, scholiastes dixit et sequentem versum adnotavit (metr. Motakarib): N o b i s h o n o r a t u s e s t, e t q u a m b o n u s v i r e s t! a d t e, o A h m r u e! v i c t u m p e t e n t e s v e n i u n t. Alii voce العافية aves rapaces ferasque, alii ipsum visitantes significari contendunt. Similem sensum scholiastes in versu Hatimi invenit (metr. Basith): A v a r u s v i a m o p u m u n a m e s s e v i d e t; l i b e r a l i s a u t e m

in opibus pluros vias vidot. Noster vasorum montionem fecit, quod in iis cibua adponitur.

2. Num me derides, quod pinguis es et quod in facie mea maciem officii conspicis, nam officium adfligit?

Quendam ipsum deridentem ob condttionem suam alloquitur, sive re vera ros facta sit sive rem factam esse, finxerit. Viris macies laudi erat, corpus erassum vitio Ham. ٣٢٦ v. 3. ٦٣٠ v. 4. Maciom officii dixit, quod in officio oius causa erat. Tum quoquo officium adfligere dixit officia, quao praestanda essent, significaturus, quasi dixorit: القيام بالحق جاهد.

3. Corpus meum in multa corpora divido et puram aquam sorbeo, dum aqua frigida est.

Modum agendi suum describit. Cibum, qui corpori suo alendo convouiat, so in plures partes dividere, quo plures alantur et lacto omnino abstinoro purâ aquâ contentum, ut aliis potui inserviat. Sunt, qui putent, aquam frigidam temporo hiemis ab emaciato magis quam a pingui sentiri. Rei probandae causa versum soquentem adduxorunt (metr. Chafif): Aquam (camela) aversata est tempore hiemis, et (ei dixi): Ad eam accedo! nam calidam invonies, quam frigidam invenisti (quum pinguis facta sis). Scholiastes poetam aquao frigore maciem indicare, ex vorbo أتهزأ „num derides?“ cognosci putat, cuius autem rei urgentem causam non video.

LIII.

Alius dixit.

1. Homines te magnificârunt, quum dives factus esses, nam omnis dives in animis magnifaciendus est.

Loco vocis القلوب in Mersukii codice العيون (in oculis) legitur, qui legendi modus ad sensum aptior videtur. In proverbii consuetudinem venit dicere, divitem familiae honoratum esse Meid. 1, 168. 24, 529.

2. Divitiae autem re vera divitiae putandae non sunt, nisi quibus vir vesperâ, quâ hospitem excipit aut matutino tempore, quo dona dat, ornatur.

Conf. Meid. C. 24, 271. 478. Versibus mihi potius vituperationem quam laudem contineri videntur, ut inter satyras locum habere possint. Virum, quem priore versu ab hominibus honore ornari dixerat, re vera laudem non mereri, quippo opes acquisitao in usum hospitalitatis aut laudis haud adhiboantur. Scholiastes dona matutino tempore abeunti hospiti data intelligit. Versus autom poetae Abu-l'Ahtahijah cognominato adscribuntur.

LIV.

Almotsallem b. Rijah Morrita dixit.

(conf. p. ٨٩٦.)

Dihbilus versus Schabibo b. Albarza adscribit.

1. Mulieres mane, dum iam nox erat, ignorantiâ commotae me vituperarunt dicentes: Nonne, quid facias, vides?

Mulicres ipsum ob liberalitatem vituperantes inducit. Noctis mentionem fecit, (p. ٢٢٤.) aut ut vituperandi studium earum, quae dici adventum non exspectarent, indicaret, aut quod Arabes per noctem vino bibendo occupati, quum ebrii facti essent, opes suas nimia liberalitate mane perdere solerent. Simili modo alius dixit (metr. Thawil): الا بكرت عرسى بليل تلومنى. «Nonne uxor mea mane, quum nox esset, me vituperabat?» Istud autem vituperandi studium ignorantiae tribuit. Vox جهلا aut statui describendo inservire, ut nomen actionis loco participii sit aut causam indicare, scholiastes dicit. Verba ما تصنع duplici modo explicari posse; fieri enim posse, ut vox locum vocis الذى occupet, ita ut obiectum verbi ترى (scilicet الشى res) omissum sit. Post verbum تصنع suffixum, quod cum voce الذى cohaeret, supplendum est. Locum quoque obiecti verbo praepositi tenere posse, ut sit pro اى شى quamnam rem tu facias? In tertia scholii linea in codice Mersukii melius legitur: الا ترى ما تصنع فى موضع مفعول يقلن وما من قوله ما تصنع يجوز ان يكون بمعنى الذى etc.

2. Per stultitiam opes tuas perdidisti; sed, quod te illae iusserunt, stultitiae est.

Priore versus parte earum vituperatio continetur, posteriore se ipsum alloquitur. Verba امر السفاهة aut mandatum a stultitia profectum aut stultitiam ipsi mandatam significare possunt. Voces ما امرتك loco nominis actionis sunt, cui vox اجمع tanquam adposita confirmando inservit Gram. Ar. T. II, 289 sq. Loco vocis افنيت, quamquam eadem in textu invenitur, Mersukius in scholiis اهلكت habet.

3. Quoties clitellas velocis (camelae) in deserto deposui, dum aves victum quaerentes eas tegebant decidentes.

Ad laudem liberalitatis suae transiens, se saepius camelas in deserto mactasse dicit. Quum litterae و vice vocis رب sit, genitivus sequitur (Gram. Ar. T. I, 555 sq.) Ante vocem ناجية substantivum ناقة supplendum est. Vox قتود, si grammaticis Bazrensibus fides habenda est, singulari caret; ligna autem sellae pro ipsa sella dicta sunt Ham. ٦٦٢ v. 3. Post verbum وضعت suffixum, quod ad vocem قتود referatur, omissum est. Ex posteriore autem versus parte cognosci licet, quem sensum specialiorem prior pars offerat et ex versu proxime sequente videmus, poetam sellâ camelae velocis ipsam camelam voluisse, quippe ope gladii camela in terram prosternatur. Pedum posteriorum nervis incisis camela postrata erat. Scholiastes adnotavit, nomen cum voce رب, in genitivo coniunctum, quod maximo fiat descriptum adiectivo adposito (conf. Antholog. gramm. p. ٢١), hoc in loco descriptum non esse i. e. adiectivum post se non habere. In posteriore versus parte tum ordinis verborum inversio est, tum suffixa omissa sunt, quibus verba cum voce prioris partis cohaerent. Vox العوافى voci الطير adiectivi loco et tam vox غاشية quam وقع vocis الطير praedicati locum tenent. Mersukius verba sic explicavit: والطير عوافيها تغشاها وتقع عليها. Aut fieri potest, ut voces غشية العوافى voci الطير adpositioni sint, qua generalis eius significatio specialior fiat i. e. et aves, nempe eam tegentes e numero victum quaerentium decidunt. Vox الطير quum sit collectivum, tam cum

plurali quam cum singulari construi potest (Gramm. Ar. T. II. p. **233. 264. 266.**) Suffixa autem omissa, ut tam e nostro scholio quam e Mersukii explicandi modo videre licet, ad camelam referenda sunt. Scholiastes nostor dixit, verba quamquam nocessaria sint ad verba, quae statui describendo inserviant (والطير, etc.) cum verbis, quorum status describatur ذو الحال (nempe voce ناجية) coniungendo, quum sensus verborum clarus sit, omissa esse.

4. *Gladio Indico, ornato, quem e vagina eduxeram, qui os durum dolat amputatque.*

Hoc in versu, qui cum verbo وضعت cohaeret, suum gladium, quem in mactauda camela adhibuerit, describit. Qua ex descriptione viri laus oritur, quippe excellentes equites excellentibus gladiis uti soleant. Gladii Indici optimi sunt conf. Ham. ٢٦٨ v. 2. Ut eius excellentiam designet, eum ornatum fuisse dicit, quippe excellentes gladii rebus appensis ornari solerent. Scholiostes autem eum sanguine illito ornotum fuisse scripsit, qui explicandi modus reiiciendus videtur. Maxime autem eius excellentia significatur verbis, eum ossa dolare et amputare. Gladii excellentis est, ossa dissecare; quo autem gladius excellentior est, eo levior et, ut dolotus videatur, locus amputatus ossis esse solet. Os autem tanquam durissimum describit. Voci اصم scholiastes haud cavi ossis significationem tribuit, cuius autem significationis causam non video, quippe omnia ossa maiora cava sint.

5. *Ut, quum fortunae vicis incidat, tu scias, me talem esse, qui laude allectus sit et decipiatur.*

Agendi rationis causam profert. Se laudi studentem opes perdere dicit. Laudem tantam vim in eum habere, ut quasi eâ deceptus opes nullas habere dicat. Initio versus ellipsis plurium verborum est. Scholiastes vocem لتنوب cum verbo omisso cohaerere putans, particulam اذا supplet, ut sententia sic constituatur: فعلت ذاك لكى اذا نابت نايبة علمت. «Id feci, ut, quum vicis fortunae superveniat, tu cognoscas etc.» Nec non in posteriore versus parte ellipsis est, quippe post verbum يخدع voces عن المال supplendae sint. Voces على الثناء sunt pro بالثناء. Loco vocis فتعلم legitur in Mersukii codice فيُعْلَم.

6. *Ego quod possideo distribuo, dum mihi in altero mundo mercedem parem, in hoc autem commodum.*

Se autem in agendo duplicem finem ante oculos habere, unum, ut beneficiorum in hoc mundo collatorum praemia in altero mundo acquirat, alterum, ut in hoc mundo gratiarum laudisque commodum sibi paret. In posteriore parte construendi modus priori aequalis non est, nam voces ودنيا تنفع cum antecedentibus haud bene cohaerent. Mirum quoque est, quod vocibus اخرة et لدنيا articulum non dederit. Vox دنيا autem in sequente versu occurrit (metr. Sarih aut Redjes): فى سعى دنيا طال ما قد مدت. «In studio mundi iam diu extensa fuit. Dicendum autem poetae fuit: للدنيا منفعة «ot mundo commodum.»

LV.

Abu-l'Bordj Alkasem b. Hanbal Morrita in Sofarum b. Abi-Haschem b. Masuhd b. Sinan dixit.

1. Amicos post Abu-Habibum et Hodjrum, in quorum latere iniuria erat, video. **(p. 725.)**

In hoc versu duorum virorum agendi rationem, quae dura fuerit, aliorum agendi rationi opponit. In codice Tebrisii vocibus حبيب وحجر alter legendi modus خُبَيّب بحاجر superscriptus est. In Mersukii codice versus sic explicatus est: يقال فلان رحب الجناب كانه استجفى بنوهم فعتب عليهم ثم اخذ يمدحهم ويستعطفهم فيقول اجد الاصدقاء بعد هذين الرجلين يجفو جنابهم عنى وينبو جانبهم وهم من القوم الكرام الغر الوجوه اذكر بنى سنان.

2. E numero eorum, quorum facies candidae sunt, e gente Banu-Sinan, a quibus si lucem petiisses, luxissent.

3. Quibus sol diei est, quum elatus est et lux, quam nebula non abscondit.

Gentem Banu-Sinan laudat. Albus faciei color nobilitatis indicium putabatur conf. Ham. ٩٨ v. 2. Quod si posterior versus pars sensu cum priore cohaeret, lux, quam emittunt, ad faciem referenda est, nam splendor faciei cum flamma comparatur. Eadem quoque solis ratio in comparando est, ut splendorem et potentiam virorum cum nobilitate designet conf. Ham. ١٠٨ v. 4. et Abu-l'Abla edit. Vullers v. 23. Ut autem magnum eorum splendorem designet, solis alto die mentionem facit et lucis, quam nubes haud abscondit. Gloriam et nobilitatem eorum tantam esse, ut nullo modo occultari possit. Vocibus بنى سنان aut casus genitivus est, ut voci البيض adpositionis loco sint aut accusativus, qui laudi inservit, ut verbum اعنى (volo) aut simile suppleatur conf. Gramm. Ar. T. II, p. 366. Similem sensum magis exornatum in versu Ham. p. ٧١ v. 2. invenimus.

4. In loco honoris altissimo habitant et dignitatis locum in gente, quem volunt, obtinent.

5. Generosarum actionum aedificia exstruunt et vulnera sanant. Sanguis eorum rabiei caninae medetur.

Generosissimos nobilissimosque eos describit. Voce المعلى locum elevatum designari puto, quippe loco alto tam potentiam quam dignitatem et honorem significent conf. Ham. ١٤١ v. 4. ١٤٩ v. 3, nec non verbi حل usus huic significationi magis convenit. Errori obnoxios fuisse puto eos, qui hoc in versu voci المعلى sagittae septimae in ludo, quae septem portionibus potitur, ut summus gradus significetur, significationem tribuunt. In posteriore parte versus vox مكان (locus) supplenda est. Dicere vult, eis supremum dignitatis locum esse, ut, ubi in gente velint, locum capere possint, dum nemo locum tanquam iis debitum recusaturus sit conf. Ham. ٥٢٤ v. 6. et Lebidi Moall. v. 85. Ut autem in nostro versu sic Ham. ٩١١ v. 4. praeclara facta cum aedificio collata sunt. Vox مكارم metri causa Nunnationem obtinuit. Beneficia autem gentis cum vulnerum medela poeta comparasse videtur. Haec autem comparatio ad alium sensum in posteriore parte flectitur. Posterior enim versus pars ad proverbium (Meid. 8. 53) «Regum sanguis rabiei caninae medetur» spectat, ut poeta eos dignitate regibus similes esse significare vellet. Rei poeta Farasdak in versu sequente

mentionem fecit dicens (metr. Thawil): ولو يشرب الكلب المراض دماءنا شفتها وذو الخيل الذى عو الدنف. «Si rabie canina vehementer laborantes aegroti sanguinem nostrum biberent, eos sanaret et Dsu-l'Chail, qui continuo morbo laborat.» Vox الكلب pluralis vocis اكلب esse videtur; nam si canes aegroti verterem, mihi minus placeret. Opinionem spectat sequens quoque versus (metr. Basith): احلامكم لسقام الجهل شافية كما دماءكم تشفى من الكلب. «Intelligentia vestra ignorantiam sanat, quemadmodum sanguis vester rabiem caninam sanat.» conf. Almeokttusur p. 909.

6. Domus autem vestra, si domus ratio habetur, alto tecto amploque atrio praedita est.

Hoc in versu non ipsa domus, sed dignitatis, quam cum domo comparavit, intelligenda est conf. v. 5. Domus tum ipsam nobilitatem designat. Dicitur فلان من اهل البيوت. Ut dignitatem altam amplamque esse indicaret, duas domus partes, interioris domus tectum et atrium commemoravit.

7. Eius fundamentum antiquo Ahditorum genere nititur, si aedificatio commemoratur
8. Et si coelum ad laudem et generositatem appropinquasset, ad vos coelum appropinquasset.

Si interrogatur, unde ista dignitatis domus originem duxerit, ea antiquissimis temporibus aedificatam esse, ut origo ignota sit, responderi potest. Ut tempus antiquissimum indicaret, Ahditarum gentem commemoravit, quippe cuius aetas ad tempus fabulosum referatur. Quae enim ex isto tempore referuntur, fabulam sapiunt conf. T. I, 311. 348. 502. 561. 607. Verbi sensum sic constituendum puto: واما أسه فعلى اس قديم من العادى. Posteriori autem versui hunc sensum tribuit. Si quis ob laudem in coelum adscendere posset, hi adscenderent. Ut autem quis in coelum adscendat, coelum se demittat necesse est, quapropter poeta coelum personam esse fingens laudi adpropinquaturum esse dicit.

LVI.

Arthah b. Sohajjah Morrita dixit.

(conf. p. ١٩٥.)

1. Si donis, quae laudem cupientes damus, mare exundans simile quid daret,

In hoc versu, dona ab ipsis data copiosissima poeta describit, dum ea cum undis maris confert. Homines liberales cum mari comparati sunt Ham. ٦١٠ v. 1. ٧٠٥ v. 3. Verbum نبتغى statui describendo inservire, ut pro مبتغين sit. Vox نعطى autem pro نعطيه est. Ut mare undis plenum indicet, زاخر البحر dicit.

2. Profecto! naves longae, quae antea undis viridibus vehebantur, sitientes in superficie aquae paucae stagnantis essent.

Hic versus cum priore intime cohaeret. Mare si tot undas, quot ille dona, daret, non posse non fieri, ut exhauriretur. Naves tanquam personae, quae aquâ sufficiente carent, sitientes dicuntur. Vox قراقير Nunnationem metri causa accepit, quae vox aliis naves longas

aliis magnas designat. Vox لجة magnam aquae molem designat, ut pluralis undas copiosas maris profundi significet.

3. Et os integrum ob dignitatem non frangimus et patrono (cliente) carere possumus et fractum sanamus.

Modum agendi in donis dandis et aliis adiuvandis describit. Liberalitas Arabum potissimum in camelis mactandis cernebatur, quorum carnes inter egenos distribuebant. Se non parva carnis segmenta fecisse, ut ossa frangerentur, dicit. Causam huius rei addit voce تعززا, poterant enim, si aliter fecissent, avaritiae accusari. Scholiastes nomen actionis statui describende inservire dicit, ut pro متعززين sit. Alii autem sensum inesse volunt, se aliis vim non inferre, ut deprimantur. Addit porro, se clientem aut patronum, nam utravis significatio voci مولى est, in suum commodum se non adhibere; sed infelicem suo auxilio sustentare. Infelicem autem cum eo, qui fractum os habet, poeta comparavit.

4. Evae filios laude et principatu vicimus; sed tempus vincere non potuimus.

Se ante omnes homines gloriâ excellere, ut nemini cedant, dicit. Tempori autem quum potentissimus quisque subiectus sit, ab eo se vinci conf. Meid. T. III. P. 2. p. 138 sq.

LVII.

Hodjr b. Hajjah Ahbsita dixit.

1. Ahenum meum, postquam carnes coctae sunt, ob avaritiam non semper intactum sino.

Liberalitatem suam describit. Arabes, quamdiu ahenum in igne super tripodibus stabat, nil haurire solebant. Avari igitur erat, ahenum diu in igne relinquere coctis carnibus. Post verbum ادوم suppleatur على النار (in igne). Poeta autem tripodes quasi carnes defendentes describit.

2. Donec id, quod continet, dum amplum est, inter plures distribuitur et petens sub nocte dure non tractatur.

Hic versus in Mersukii codice desideratur. Ahenum distribuitur i. e. carnes, quae in aheno sunt. Ut autem multas carnes distribui indicet, ahenum amplum esse dicit. Quamquam nox dure tractandi modum occultaret, ut videntium vituperationi expositi non essent, tamen se, quum avarorum ratio sit, ita non agere. Suffixum in voce فيها ad ahenum referendum est.

3. Vicinam, quum propius accedit, ab opibus non retineo et in gente eam non adficio.

Erga vicinam agendi rationem suam laudat. Se eam opum suarum participem facere, ut iis uti possit. Tum se eorum rationem non sequi, qui, si in quendam beneficia contulerint, eum hanc ob causam contumeliâ adficere posse putent. Scholiastes litteram Alif, quâ additâ e primâ verbi formâ quarta fit, الف النقل appellavit, quum primae formae significatio intransitiva in alteram personam, ut transitiva fiat, transferatur. Quartam formam aut vilem reddendi aut efficiendi, ut erubeat, significationem habere posse, quippe utraque significatio ad eundem finem redeat.

4. *Cum ea nisi publice sermones habeo et nonnisi alta voce de rebus certiorem eam facio.* **(p. ٣٣٣.)**

Ne autem quis eum suspoctum habeat, beneficiorum in vicinam collocatorum causam haud laudandam esse putans, suam cum oa agendi rationem pluribus exponit. · Scholiastes vocem عَلَانِيَةً statui describendo inservire dicens inde argumentum petit, quod posterioris partis construendae modus priori aequalis esse debeat. Ut igitur voces الا اناديها statui describendo inservire dicit, ut pro الا منادة aut الا مناديا لها sint, sic eandem vocis علانية rationem esse putat.

LVIII.

Almosawir b. Hind b. Kais b. Sohair dixit.

(conf. p. ٢١١.)

1. *Animâ parentibusque gentem Hind redimo matutino tempore, quo eam in loco Djaww-Wabâl advocavi.*

Gentem Hind ob auxilium ipsi loco Djaww-Wabâl latum landat. Loco vocis Hind in Mersukii codice عبد (Ahbd) legitur. Wabâl nomen aquae esse scholiastes adnotavit. In Tebrisii codice voci وبال alter legendi modus اثال superscriptus est. In scholii linea secunda loco vocis استنفرهم in Mersukil codice استنصرهم invonitur; sed vox استنفر in Chrestomathia mea gramm. historica p. ١٣١ cum eadem significatione occurrit.

2. *Si vicinae gentis Sahd b. Malec camelorum agmen propellitur, ei duo agmina propelluntur.*

Modum, quo gens Sahd b. Malec vicinas defendat et iniuriam illis illatam vindicet, describit. Verbum شل modum, quo hostes irrumpentes camelos vi abigunt, designat. Scholiastes dicit, vocis لها locum post vocem ابل esse, quippe adiectivi locum occupet. Ut autem voces, quae ope pronominis relativi cum antecedente cohaereant, anteponi non posse, sic voces, quae adiectivi locum teneant, sequi debere dicit. Vocem autem modo vocis, quae statui describendo inserviens, nisi re impediatur, tam anteponi quam postponi possit, locum obtinuisse. Eandem rem in sequente versu inveniri (metr. Wafir): Majjae vestigium domus est, cuius, dum desertum est, reliquiae partibus carnis inter dentes relictis similes sunt, quippe vox موحشا ante vocem طلل modo vocis لها locum habeat. In Mersukii codice خلل sine articulo est. Voci ابل hoc in versu camelorum agminis significatio tribuenda est, ut dualis forma significationi apta sit. Dualis forma in sequente versu occurrit (metr. Thawil): Duo camelorum agmina sunt. In iis id est, quod novistis; aquo autem eorum vultis, declinate! et in alius poetae versu (metr. Thawil): Ii duo domini nostri sunt, sic praetendunt et nonnisi domini nostri sunt, quod greges duae eorum lacte et prole abundarunt. Voces لسعد بن مالك cum voce جارة coniungendae explicando inserviunt. Quae voces nisi modum eius sequerentur, quod a grammaticis Arabicis ظرف appellatum est (Gram. Ar. T. II, 70. 97.[1]), inter verbum

1) Modum eius, quod ظرف appellatur, sequuntur, quod ante eas praepositio est.

et id quod de verbo relatum est (loco verborum المنبا عنه in Mersukii codice المبنى عليه legitur) (i. e. subiectum et obiectum) intercedere non posset, eam grammaticis Bazrensibus interponere voces, quae grammatici nomine اجنبى adpellarunt (ib. p. 161. 209.), licitum esse videtur. In exemplorum, quae scholiastes ad rem explicandam adfert, uno vox, quae anteponi non potest, زيدا est, in altero voces, quae intercedere possunt, فى الدار sunt. Quae autem in fine scholii scholiastes adtulit, in iis sententiam haud clare expressit. Dicere vult verborum, quae a grammaticis nomen ظرف acceperint, rationem latius patere, ita ut quoque voces cum praepositionibus in eam intrent. Et hanc esse causam, cur dicere licitum sit كان فيك زيد راغبا, quippe vox فيك modum eius, quod ظرف appellatum sit, sequatur. Legitur quoque in versus fine شلت بها. Hoc si admittitur, suffixum in voce بها nonnisi ad camelos referri potest, sin autem لها legitur, tam ad vicinam, quam ad camelos spectare potest, quippe vox causae explicandae inserviat.

3. *Si homines ignoti gentis Sahd b. Malec eam in clientelam recipiunt, ipsa omni loco honorata est.* **(p. 788.)**

4. *Quum ab iis petitur, quod iuri consentaneum non est, omnis iniuriâ laesus et iniustus id recusat.*

Prior horum versus cum posteriore coniungendus est. Tam potentiam in clientela defendenda quam consensum fidemque in conservanda describit. Ignotorum hominem si clientela haud negligitur, in eo iudicium est, quanti gens, e qua ignoti oriundi sint, ab aliis aestimetur et quam pulcher in ipsa gente consensus et quam bona fides sit. Scholiastes voci الفناء tribuum significationem generalem dedit et gentis Kais mentionem fecit, quod Sahd pars gentis Kais erat. In posteriore versu summum gentis consensum in iuribus suis defendendis describit. Poeta iniuriâ laesum et iniuriâ laedentem opposuisse videtur, ut omnes gentis viros complecteretur. Scholiastes sensum specialiorem in verbis invenit dicens, rem eandem esse, sive gens iniuriâ laesa sit sive alios iniuriâ laeserit. Summum semper consensum esse.

5. *Quot domos, in quibus honor conservabatur, vos habitastis, in quibus camelae annosae despectae erant et hospes despectus non erat!*

Laude liberalitatis hospitalitatisque carmini finem imponit. Optimis camelis in hospite bene excipiendo haud parcent. Voces دار حفاظ elliptice adhibitae sunt, nam sensus est دار الحافظة على الشرف »domus in qua honor conservatur«. Vox دار quum tam genitivum quam nominativum habere possit, eadem quoque vocis مهانة ratio esse debet. Cameli annosi hoc in versu optimorum camelorum locum occupant.

LIX.
Alius dixit.

1. *Deus familiam Ghalib tempore, quo temporis vicissitudines calamitates adducunt, bono remuneretur!*

Familiae, cui beneficiis obstrictus erat, poeta bene precatur et tempus eligit, quo homini Dei gratia maxime necessaria est.

2. Quoties enim aerumnam repulerunt, quae super me accumulata erat, et quot undas, quarum vertices super me elatae erant!

Causam adfert. In posteriore parte pericula calamitatesque cum undis comparat, quibus homo submergitur. Huic comparatio similis est, quae Ham. ٣٩ v. 4 et ٣٣٩ v. 2. occurrit. In scholii linea prima in Mersukii codice melius sic legitur: وهو الغم الذى ياخذ بالنفس والمتلاحم المتلازم.

3. Quum dico: redite! quilibet procerus, naso longo tenuique praeditus ex virorum numero, cuius dona magna sunt, redit.

Fortitudinem gentis describit et in fine versus liberalitatem. Fortitudo in eo cernitur, quod in pugnam redeunt. Duo in viris generositatis indicia sunt, unum in longa statura, alterum in alto et longo nec non tenui naso conf. Ham. ٧٨٩. Vocibus اشم et جزل tam nominativus quam genitivus esse potest, sive cum voce كل sive cum voce شمردل coniungatur.

4. Quum novennes, gravidae camelae arma sua capiunt, perditor opum, quas acquisiverat, inter eas vestes exuit.

Liberalitas eorum laudatur, quae tanta est, ut pulchris camelis non parceant. Camelae aetate novem annorum optimae sunt, quippe summi roboris aetas sit. Ham. ٧٣٩ v. 5. Gravidis quoque camelis parcere solebant, quum mactando pullum perderent. Pulchritudinem camelorum arma appellat, quippe pulchritudo dominos impediat, quominus eos mactent. Loquendi modus in proverbii consuetudinem venit; dicunt enim: sumserunt cameli lanceas suas vel arma sua conf. Meid. C. I. 73. Scholiastes voces متلف المال كاسبه modum loquendi in verbis مخلف متلف et مخلاف متلاف sequi adnotavit, i. e. sententiae confirmandae et vi sermonis augendae inservire. Voce تجرد poeta significat, virum sese parare ad camelum mactandum et vestes exuere, ne iis in opere faciendo impediatur. Liberalis autem perditor opum appellatus est, quod talibus camelis mactandis sibi valde nocet.

LX.

Alius dixit.

1. O filia Ahbd-Allahi et filia Malici et o filia possessoris duarum vestium striatarum et equi fulvi! **(p. 729.)**

Poetam nonnisi unam personam alloqui, e sequente versu cognoscimus. Primum cognomine Ahbd-Allah, tum nomine Malec et denique rebus, quas possidet, personam designat. Uxorem suam alloquitur. Versus, qui Hatimo Thajjitae adscribuntur, eam Majjah appellatam, filiam Ahmiri b. Ohaimir b. Bahdalah, Ahbd-Allah cognominati, fuisse dicunt. Causam, cur vir ذو البردين cognominatus sit, hanc fuisse tradunt. Quum apud regem Almondsir b. Mäissema (aqua coeli aut ob puram originem aut ob purum colorem cognomen acceperat) Arabes congregati essent, is, ut eos tentaret, duas striatas vestes protulit dicens, se eas ei daturum esse, cuius gens dignitate excelleret. Ahmirus dignitatis autem tale argumentum protulit: Dignitatem et numerum in gente Maahdd esse, tum in gente Nisar, tum

in gente Modhar, tum in geete Chandaf, tum iu gente Tamim, tum in gente Sahd, tum in geete Cahb et deeique in gente Bahdalah (quae sua gens esset). Huic argumento omeea cessisse. Et quum rex de familia et sua ipsius persoea interrogasset, eum respeudisse, se decem filierum patrem, fratrem deeem virorum, avunculum et patruum decem virorum esse. Suam autem digeitatem omnes testaturos esse. Tum pedem suum loco ponees ei, qui eum inde removeret, centum cameloa promisit. Quod quum facere nemo auderet, vestes accepit. Vestes striatae Jemanensea sunt, quae pulchrae habebanter. Vestimentum duabus partibus constabat, quarum una nudum corpus tegebat, altera super hano induebatur. Duae coniunctae nomen حلة habebant. Iede nonnulli, qui tali vestimento gaudebant, cognomen ذو البردين acceperunt conf. Ham. ٨١ v. 2. schol. et Chrest. meam gram. hist. p. ٣١, ubi simifis Nohman b. Almondair agendi ratio narrata est.

2. Quotiescunque commeatum paras, comedentem quaere, nam ego eum solus non edam!

Liberalitatem suam quotidianam praedicat. Se nunquam solum cibum capere dicit et uxorem hortatur, ut cum ipso edentem arcessat. Studium benefacieudi osteudit, dum fortuito adveeientem non exspectat. Vox اكيل eum sigeificat, qui saepe cum altero cibum capit. Scholiastes dicit, peetam اكيلى non dixisse, ut indicaret, e pluribus, qui cum poeta eibum sumere consueverint, unum uxori eligendum esse. Voci اكلد vocales primae quoque persouae futuri tribui peasunt. Grammatici Bazreeses vocem وحدى loco nominis actionis esse contenduet, ut verbum, e quo peudeat, omissum sit, dum grammatici Cufensea vocem, licet per suffixum definita sit, statui describendo inservire dicuet, ut verborum sequentium rationem sequantur: جاوا قضّهم بقضيضهم »venerunt, dum erant parvi eorum cum magnis suis« et كلمته فاه الى فى. »Cum eo locutus sum, dum erat eius os ad meum os directum«. Sed sileetio praetermittendum non est, alios voci قضهم nominativem dare.

3. Fratrem noctu advenientem aut vicinum, nam ego mihi mortuo vituperationes sermonum metuo.

Quae voce اكيلا generaliter dixerat, ea accuratius describit causam, cur ita agat, addens. Ne avaritiae accusetur, metuit. Mohammedes dixisse fertur: الا اخبركم بشر الناس من اكل وحده ومنع رفده وضرب عبده. »Noene vobis dicam, quis hominum pessimus sit? Qui solus edit, donum daro recusat et servum suum verberat.« Prima scholii vox cum fine prioris versus cohaeret et Merzukius explicationem utriusque versus sic conexuit: الا ترى انه قال مفصلا لما اجمله وشارحا لما ابهمه فابدل.

4. Ego hospitis servus sum, quomdiu subsistit et praeterea servi natura in me non est.

Qui perfecto modo hospitem excipere velt, ei ministrare oportet, ut ei quasi servi loco sit. Ne autem quis ministrandi indolem poetae propriam esse suspicetur, hoc versus talem suspicionem removere studet. Grammatice construendi modum scholiastes sic explicat: Voces ما دام tempori definiendo inserviunt, voces من شيمة العبد loco nominativi sunt tanquam nominis vocis ما, cuius praedicatum vox فى sit; voces autem الا تلك exceptionem praemissam efficiunt. Praepositio من accuratius definiendo est, ut in Corani loco: Sur. 22, 31. »Evitate sordes nempe idola!« quippe omnia idola sordes sunt, ut partem sordium iudicare in animo

(**p. 730.**) non habuerit. Loco vocis تاوِيا in Mersukii codice تازلا legitur et pro voce شيمة ibi شيم est, cuius vocis in scheliis mentio fit.

LXI.

Alius dixit.

1. Is re vera vir non est, cuius cura tota in potu matutino posita est et, si vespera est, in potus vespertini beneficio ;

2. Sed re vera vir est, qui tam vesperâ quam mane id agit, ut aut hosti noceat aut amico prosit.

Viri nomen eum non mereri, qui nonnisi cibo potuique operam det. Hominem non sibi; sed aliis vivere debere, ita ut hostibus noceat, amicis prosit. Auctore Alazmăibo sapiens ille Actsam b. Zaifi Tamimita, qui Hedjrae anno octavo diem obiisse dicitur, praemissis monitis sequentibus. »Ei inter fratres socius esto, qui te socium oroat et cui si ministras, te custodit, qui si rebus indiges, de suis tibi prospicit, si bonum a te profectum videt, tibi remuneratur, sin vitium, se non videre simulat; cuius agendi ratio tibi contraria non est et cuius iniquitatem non metuis«, duos hesce versus recitavit. Multa illius viri dicta, quae maximam partem in proverbii consuetudinem venerunt, eum illius temporis inter Arabes sapientissimum fuisse testantur. Conferas Meidan. append. et praesertim C. **23**, **47**.

LXII.

Hasas b. Ahmru e gente Ahbd-Manaf dixit.

(conf. ٥٥.)

1. Cameli nobis sunt, quorum generositas dominum suum despectum non reddidit, (et vir abit (moritur)).

Liberalitatem gentis suae laudat. Qui generosis camelis parcet, ut hospitalitatis officium negligat, is se despectum reddit et e vita abiens vituperationi obnoxius est. Poeta rem generositati camelorum adscripsit, quippe quae impedit, quominus eos mactare recuset. In proverbio est: Qui opes suas parvi facit, is honore se ornat Meid. **23**, **440**. **478**. Verba والفتى ذاهب, sententiam intermediam inter vocem ابل eiusque adjectivum هجان efficiunt. Scholiastes adnotavit, talem sententiam intermediam, nisi propositioni confirmandae inserviat, reprobandam esse, quippe neque cum priore neque cum posteriore sermonis parte constructione cohaereat conf. Gram. Ar. T, II p. **161** adnot.

2. Nobiles, e quibus amicum remuneramur et in quibus desiderans optatis potitur.

Duplicem camelorum usum indicat. Amicis pauperibusque dono dantur. Grammaticus Sibawaihi, vocem هجان origine nomen actionis non esse, inde concludit, quod forma dualis in usu sit, ut pluralis quoque adhiberi possit. Sic concludit, quod substantiva, quae origine nomina actionis sunt, pluralem non habeat. Loco vocis يكافا in Mersukii codice تكافا (praeteritum sextae formae) invenitur. Huic formae significatio »aequales inter se fuerunt« data est,

ut sensus sit, amicos in camelis utendis ipsis camelorum dominis aequales esse. Tertiae formae passivi scholiastes aequalia habetur significationem tribuit; sed mihi pensandi significatio ob passivi usum magis placet. Ut autem vox الصديق, sic quoque vox الراغب, id quod ex usu pluralia الذى coniici potest, plures personas designat.

3. *Eas defendentes hostium iugula confodimus, et iis pretio (vini) datis e nobis bibens bibit.*

4. *Et annis infertilibus pauperibs eos impertimus, quum quaestum facturus nil sibi comparare potest.*

Quamquam in illis contra hostes defendendis se periculo exponunt, tamen, ut vinum emant, eos pretio dant. In opibus conservandis pericula subeunda esse, proverbia docent Meid. 2, 15. 14, 44; sed quum Arabes vino dediti vinum bibentes liberalitatis officiis satisfacerent, ut inde laudem acquirerent, opes in vino emendo parvi fecerunt Ham. ١٣١ v. 2. In posteriore versu dicit, se annis, in quibus pluvia rara sit, ut camelis alii perceant, suorum camelorum usum pauperibus tam frequenter concedere, ut ei adsuefacti sint. Vario modo tali tempore pauperes sustentabant, aut camelis mactatis aut camelis dono datis aut camelis in usum concessis, ut per temporis spatium lacte uterentur, aut denique lacte dato. Posteriore versus parte hominum summam inopiam describit. Scholiastes verba اذا لم etc. adpositionis loco verbis فى السنين esse dicit, quoniam verba haec tempori definiendo iam inserviant, ut illa horum tempus definire non possint.

5. *Et nunquam, quum ad gentem vesperâ repelluntur, eos vituperans invenitur.* **(p. 731.)**

Talis igitur est agendi ratio, ut nemo inveniatur, qui camelos vesperâ e campo domum redeuntes vituperet aut iis male precetur. Omnes in laude consentiunt. Ut vocis جادب significatio vituperantis probaretur, grammaticus Ebn-Alahrabi sequentes versus adnotavit (metr. Motakarib): Q u u m m e v i d i s s e t, f a c i e m s u a m d e f l e x i t e t c i l i u m a c i l i o d e c l i n a v i t. N e q u e r e m o t i o e f a c i e s u a d e s i n a t u e q u e e i u s p a b u l u m q u a e r e n s v i t u p e r a n s e s s e c e s s e t.

6. *Avus noster Deusque eos nobis dedit et secans et attingens ictus.*

Camelorum partem haereditate a maioribus se accepisse, qui Dei benignitate conservati et aucti sint; partem autem hostibus se eripuisse dicit. Secante autem et bene directo ictu fortitudinem indicat.

LXIII.

Manzur b. Misdjah dixit.

(conf. p. ١٣٦.)

Verba, quae scholiastes ad explicandum nomen مسجاح adnotavit, Aiischa, quum ab Ahlio captiva facta esset, prolata sunt. In proverbii consuetudinem venerunt Meid. 24, 132.

1. *Quoties beneficium petens venit aut propinquus, quibus neque camelos meos neque personam meam excusationibus usus recusari!*

Poeta vocem مختبط voci ذى قرابة opposuit, ut se non solum in propinquos; verum etiam

in peregrinos ipsi ignotos beneficia se conferre indicaret. Vox مختبط proprie eum designat, qui folia arboris, ut camelis nutrimento sint, decutiat. Similem sensum expressit Sohairus sequente versu (metr. Basith): وليس مانع ذى قربى ولا رحم يوما ولا معدما من خابط ورقا «Neque propinquo neque cognato aliquando recusat neque deficienti (petenti) folia denegat.»

2. Ligavimus, ut in pratum eos haud mitteremus, ne nos vituperaret mandatum eius peragentes, patientes, ligari adsuefactos.

Se petentibus omnino obsecutum esse, ut camelos in pratum non mitteret; sed petenti eligendi, quos vellet, potestatem daret. Vocis حبسنا obiectum in fine versus voces معودة الحبس sunt, quibus ostendit, se non semel ita agere; sed ita agendi consuetudinem tenere. Verbi نسرح obiectum (suffixum sc. ها) omissum est. Vocem صبرا triplici modo explicari posse dicunt. Aut esse nomen actionis cum verbo حبسنا modo, qui a grammaticis مفعول مطلق appellatur, coniungendum, quum verbo حبس et صبر eadem ligandi significatio sit conf. Gram. Ar. T. II, p. 113 aut causae indicandae vocem inservire, ut sensus sit: ob patientiam nostram ibid. p. 114 aut denique statui describendo inservire, quippe interdum nomen actionis participii locum occupet ut pro صابرين sit. Pro voce لكيلا in Mersukii codice vocibus separatis لكى لا scriptum est.

3. Et sicut tributum colligens circumit, inter eos circumit, dum ex iis inter novennes et octavum annum ingressos eligit.

Potentem sibi optimos camelos elegisse dicit. Hanc ob causam cum eo, qui tributum colligit, comparatur. Ut hic eligendi potestatem habens camelos perscrutatur, ut bonos sibi eligat, sic ille. Ante Mohammedis tempus singulae gentes regibus tributa praestabant et reges viros, qui id colligerent, mittebant. Tributum اتاوة appellatum erat Ham. ٣١٩ infr. A Mohammedo nomine mutato, ut Arabibus res gratior fieret, voce زكاة (puritas) aut صدقة (eleemosyna) appellabatur, cuius ope pauperes sustentabantur et ad bellum contra infideles armabantur. Haec animalia in greges congregata erant. Tempore mortis Mohammedis camelorum greges loco Rabraban pascebantur Ham. ٣٧٠ infr. Sunt autem, qui inter voces زكاة et صدقة illud discrimen esse statuant, ut illa lege praescriptas eleemosynas, haec haud praescriptas significet; sed e loco nostro, voce صدقة et lege praescriptas significari, cognoscimus. Ex hisce singuli vendebantur. Sic Hasanus mille oves ex ovibus decimarum emit conf. Chrestom. meam gramm. hist. p. ٣٣ infr. conf. L'Alcoran de Mahomet. par. du Ryer T. I. p. 221 sqq. Cameli aetate octo annorum et novennes optimi erant conf. Ham. ٧٤٨ v. 5.

LXIV.

Ahmir b. Hauth e gente Banu-Ahmir b. Ahbd-Manat b. Becr. b. Sahd b. Dhabbah dixit.

1. Ego sane scio, mihi vesperam venturam esse, post quam mihi neque metus neque inopia sit

(p. 732.) Causam, cur opibus colligendis opera non detur, exponit. Tempus adfutu-

rum esse, que home metu et inopia liberetur i. e. tempus mertis. Scheliastes, ut causam fermae futuri لتاتين adferat, verba لقد علمت lecum iuriaiurandi occupare dicit. Gram. Ar. T. II. p. 41. Veces خوف et عدم, quae sensu cohaerent, metri homeieteleutique causa separatae sunt.

2. Et domum veritatis me visitaturum esse modo ibi manentis. Ob quam igitur causam, quod destruitur et vastatur, curem?

Sensum versus prieris clarius explicaturus sepulcrum demum veritatis appellat, quippe quae vera domus sit, quae semper habitatur aut quo verus rerum status ducit. Vecibus تقوض وانهدم emnes res terreatres, quae destrui possuut, aedificia et alia significantur.

3. Et profecto! aquae receptacula a luto purgantibus relinquam et camelis ad generosa facta mea perficienda utar!

Liberalitati se eperam daturum esse. Qui camelos pauperibus mactavit aut done dedit, ei aquae receptacula purget, necesse non est. Se curam epum augendarum neglecturum esse dicit. Scheliastes adnetavit, vecem نعم animalia cemplecti, quae in Corano (Sur. 6, 144) ثمانية ازواج appellantur. Sunt autem cameli, boves, eves capraeque. conf. Ham. ٩٥ infr. Maxime antem vex in camelis adhibetur. Loco vecis للساملين in Mersukii codice الساملين invenitur. Uterque legendi modus ferri petest.

XLV.

Said Alfawaris b. Hozain b. Dhirar dixit.

(conf. p. ٢٧٨.)

1. Vituperationem contra me modera, o filia Mondsiri! et dormi et, si somnum non cupis, vigila!

Uxorem, ut videtur, ipsum vituperantem ob nimiam liberalitatem alloquitur. Fieri potuit, ut, quum noctis tempere vino bibendo occupatus, ut mos ferebat, ebriusque nimia dona dedisset, ab uxere vituperaretur. Eam igitur hertatur, ut aut dormiat aut, si dermire non possit, ipsum a beneficiis dandis vituperatiene retinere haud tentet. Id inutile futurum esse.

2. Nescisne, quum tempus calamitatis me adtingit, calamitatem transire, dum ego commotus non sim?

Se firmum esse in re, quam sibi proposuerit et temperis calamitate haud commeveri dicit. In Mersukii cedice inter lineas super voce مسى vex صابى adposità litterà خ (pro اخر l. e. in alio exemplari) et super voce زلت vox مرت scripta est.

3. Hostis me videt post unum diem, quo ei occurrebam, curis vacuum, bono animo, dum mutatus non sum.

Se talem describit, qui calamitatibus haud succumbat, ut ab heste ipse damno adflictus uno die intermisso bone animo sit. Vox خلى, quae statui describendo inservit, curis liberum designat conf. Meid. C. 26, 44. Mersukius in voce نعيم errorem commissum esse videt. Formam فعيل cum sensu participii passivi quartae fermae مفعل rare inveniri. Dici

بسالك انعم الله et inde بال نعيم et بال منعم; sed fieri quoque posse, ut forma فعيل sit a verbo نعم et نعُم (commoda fuit vita). Huic admisso obstare, quod vox نعيم maxime tanquam nomen actionis adhibita sit et sive forma a verbo activo primae, ut قديم a قدم, derivanda, sive forma cum significatione participii passivi quartae, ut in verbis فرس حبيس (p. 733.) et فرس محبس, habeatur, a norma consueta modum abhorrere.

4. Quoties (aheni) non moti apud me diu stantis (iusculum) distribui ad lucem ignis illustrantis!

Ante vocem راكدة, vox قدر omissa est. Loco vocis عندى legitur عتى et غضى (iratam). Ahenum sic appellavit, quod bulliendo spumam emittit et sonum modo irati edit. Alius quoque legendi modus غيرى est. Quod aheuum bullit, id cum modo, quo zelotypa mulier se gerit, confertur. Verba sunt Mohammedis ad nos portata: «Mo remittito ad uxores meas zelotypas, aestuantes.» Post verbum قسمت suffixum supplendum est; sed, quum in posteriore carnis mentio facta sit, in hoc de iusculo sermo sit, necesse videtur. Iusculi in versu Ham. ٧٣٨ infr. occurrente mentio facta est. Panis fractus in iusculum indebatur. Lucem videntem dixit, quod ope lucis homines vident. Simili modo in Corano Sur. 17, 13 invenitur: «Posuimus signum diei (solem) videns.» Posterior versus pars nil nisi rem noctu actam esse significat.

5. Tempore, quo homines adveniebant, dum verba turpia haud proferebam et carnes eius distribui, quum petentes ab igne pravi recedebant.

Se ob hilaritatem, qua carnes distribuerit, laudat. In posteriore versus parte causa indicata videtur. Tempore angusto, quum inopia homines pressi essent et ignem minus liberalis, quod nil sperarent, evitarent, noster non solum carnes distribuit; verum etiam rem laeto bonoque animo fecit, ut nullum turpe verbum proferret. Quo non poterat non liberalitatis laus augeri. Vocem طروقا tempori definiendo verbi قسمت in priore versu inservire scholiastes adnotavit. Morsukius sic explicat: وقت طروق العفاة والاضياف «tempore adventus petentium et hospitum.»

LXVI.

Alhodsail b. Maschdjaah Baulanita dixit.

1. Ego etsi patruelis meus absens est, a facie et a tergo eum defendo.

Studium suum in defendendis propinquis laudat. Faciem tergo opposuit, ut omnem modum significaret. Vocem وراء hoc in versu anterioris partis, quum voci خلف opposita sit, significationem habeat, necesse est. Vocis quum propria significatio occultandi sit, eam tam posteriorem quam anteriorem partem, quum ab utroque latere res occultetur, significare posse, scholiastes dicit.

2. Et auxilium meum ei prodest, etsi vir in terra sua coeloque longe remotus est.

Quo longius quis a nobis remotus est, eo minus nobis cordi esse solet, ut eius curam non habeamus. Initio versus auxilium suum laudans id haud parvum esse dicit. Terram

coelumque poeta opposuit, ut ubicunque ille loci sit, significet, nam praeter terram coelumque nullus locus invenitur. Alii autem altum et depressum locum significari contendunt.

3. *Et quando tempore calamitatum ad eum venio inopiâ pressum, omnia, quae in mea pera sunt, in eius vas evacuo.*

Liberalitatem suam erga eundem describit. Qui haud petenti dat et suum alteri impertit, laude maiore dignus est, quam qui nonnisi precibus commovetur. Noster autem maiore etiam laude dignus est, quod, qui in itinere nonnisi commeatum ipsi necessarium secum portaverit, hunc totum alteri dederit. Scholiastes adnotavit, in altero legendi modo بوعايه praepositionem B a significationem praepositionis مع (cum) habere. Vox القى est pro انف, quippe verbum cum particula منى cohaereat. Loco vocis الشدايد in Mersukii codice الشديدة sensu paulum mutato legitur.

4. *Et quum anni perniciosi continuo in nostra pecora irruunt, camela nostra sana cum eius scabiosa miscetur.*

Liberalitas pluribus describitur. Annos steriles ipsum non impedire dicit, **(p. 731.)** quominus adflicto auxilium praestet et dona det. Vox الجلايف aut annos steriles, quibus terra plantis nuda et quasi abrasa est, aut calamitates pecorum annis sterilibus ortas significat. Loco vocis مالنا in Mersukii codice vox ماله «in eius pecora» tanquam in alio exemplari exsistens inter lineas scripta est. Utraque vox quum bonum sensum offerat, ferri potest; sed textus nostri legendi modus maiorem liberalitatem indicat; voces autem صحيحتنا et جربايه alterum calamitates adflixisse, dum poetae status integer maneret, indicare videntur. Posterior autem versus pars ad verbum intelligi potest i. e. quum poeta noster e camelis sanis suis alteri dona daret, hos cum scabiosis alterius mixtos esse. Scabiosi autem cameli possessori damnum inferunt, ut calamitatibus, quae anni steriles adferant, adnumerari possint; nam tam pabuli inopia quam prava eius conditio causa esse solet, cur morbi inter pecora oriantur. Aut, si Mersukii sententiam sequimur, sani et scabiosi cameli nonnisi statui bono et pravo personarum indicando inserviunt, ut sensus sit, poetam statum suum bonum cum viri pravo miscere, ut alteri auxilium inde sit. In scholiis loco vocis خلطت legitur l. 13. قرنت sensu haud mutato. Sed loco vocis الجلايف legitur الخلايف, qua voce totius versus sensus omnino mutatur. Vertendum est: Quum chalifae (imperatores) pecora nostra continuo petunt (ut decimae dentur), sanum nostrum pecus cum eius scabioso miscetur.» Causam autem miscendi scholiastes in eo invenit, quod, si pecora debilis sola essent, decimas colligens iniuste et dure possessorem tractare possit; sin vero eius pecora cum potentis pecoribus mixta sint, debilem alterius auctoritate defendatur. Huic sententiae repugnat periculum, quod mixtis illis oritur, ut, quum contagionem vehementer metuant, camelos scabiosos fugiant. Scholiastes in usu vocis الخلايف indicium temporis post Mohammedem recte cognovit. Idem adnotavit, pluralem vocis خليفة esse خلايف et contra regulam خلفاء; sed, quum licitum sit dicere, quendam alterius خليفة et خليف (successorem) esse, Arabes et pluralem a voce خليف derivandum adhibuisse, quamquam Mohammedanorum imperator nomine خليف haud

appelletur. Utraque vox in versu Ansi b. Hadjar invenitur (metr. Basith): «E gente eius successor invenitur; sed viri Abu-Laila appellati aucoessor haud invenitur.» Vocis خليفة pluralia خلايف in versibus, qoes grammaticus Alferra citavit, est (metr. Thawil): «Per vitam tuam! Palmae meae perniciei expesitae non sunt et dominus earum, si absens est, non metuit, nam eis duo vicini sunt, qui erga eas perfide non agent, privignus prophetae et filius optimi chalifae.» Pluralis خلفاء in hemistichio Abdiiji b. Alrikah [1]) (metr. Camel). «Unus e chalifis eam voluerat»; in Corani loco Sur 7, 67 pluralis خلفاء, in loco Sur. 6, 165 pluralis خلايف occurrit.

5. Et quum ex uno tractu rem pulchram adfert, ea, quae pone velum sunt, non conspicio.

Quod si vere alter re pulchra aut puella potitus sit, se eam haud desiderare, ut, si alter eam abscondere velit, ipse eam ne cognoscere quidem studeat. Hisce autem verbis, se eam omnino non desiderare, indicat, nam qui rem ne videre quidem cupit, eius desiderio haud tenetur. Arabes autem, ut itineribus statum suum repararent, operam dabant. In proverbii consuetudinem venit dicere: Regia aut maris vicinus sis i. e. ad regem iter facias aut mari mercaturae causa iter auscipias, ut dives fias Meid. 5, 74 et libr. meum Fakihat Alcholala p. ٢٠٩. Loco vocis من وجهة, quae nominis, non nominis actionis, forma est, legitur من وجهه «ab itinere, unde redit.» Vox طريفة aut rem pulchram aut puellam pulchram significare potest. Scholiastes vocem ما in voce مما superfluam esse putat conf. Ham. ٢٤٣ v. 3; sed nil obstare videtur, quin obiectum verbi شيا sit, ad quod vox ما referatur aut, quin vox من superflua sit Gram. Ar. T. I, p. 491. Alter legendi modus ما ذا وراء minorem construendi difficultatem offert.

6. Et quum pulchrâ veste tegitur, non dico: O! utinam pulchrum eius pallium me vestiat!

Se alterius rem non cupere dicit. Ponit, eum pulchro vestimento potitum esse. Fieri potest, ut vestimentum sit, quod principes viro honorandi causâ darent. Vestimentum tale duabus maxime partibus constare solebat, veste interiore et pallio conf. Ham. ٧٣٩ v. 1. Qui igitur pallium alterius possidere cupit, eam vestimenti partem optat, qua alter carere potest. Se igitur ne alterius rem superfluam quidem cupere dicit. Haec quoque res causa esse videtur, cur in Meraukil codice فضل ردايه legatur, qui legendi modus in Tebrisii codicis margine adnotatus invenitur.

LXVII.

Hassân b. Hentselah etc. Thajjita dixit.

1. Ista filia viri Ahdawitici falso dixit: Paucae opes genti tuae despectum te reddiderunt.

Uxor aut mulier quaedam eum ob nimiam liberalitatem, quâ eius opes valde deminutae

1) Abdi b. Said b. Malec b. Abdi b. Alrikah poeta temporis gentis Omajjadarum erat. Alwalidum b. Abd-Almalic carminibus maxime celebrabat et in honore erat. Ebn Salam eum secundae classi poetarum Islami adnumeravit. Damasci habitabat. Cf. Alaghani. Inter eius nomina in textu nostro plura omissa sunt.

esseut, vituperans, eum genti despectum factum esse, dixorat. Mulioris vituperatio cum proverbiis consentit, iu quibus, paupertatem officere, ut alii nos evitent, legimus, Meid. 19. 74. E coutrario dicitur: dives fratribus dilectus Meid. 1, 168. et familiae honoratus est Moid. 24, 529. Vox باطلا verbo قالت obiocti loco est et voces ازرى eto. voci باطلا (p. ٢٠٥.) adpositioni sunt. Hic interprotandi modns simplicior est, quam si statuitur, vocom adiectivum uominis actionis omissi esse, quasi dixerit: قالت قولا باطلا. Nil quoque obstare, scholiastes dixit, quiu voces ازرى etc. verbo قالت obiecti loco sint, quao poota, quum propositionem efficiant, adtulorit. Cui interpretandi modo quominus adsentiar, vox باطلا mo impedit.

2. Nos, per vitam patrie tui! hospes noster laudat et pauper noster non obstante paupertate regnat.

Vituperationem rofellere atudet. Initio verba »at ei dixit« omissa sunt. Similis ellipsis in Coraui loco Sur. 3, 102. »Sed quorum facies nigrae sunt (ois dicitur), increduli fuistis post fidem vestram.«

3. Contra me irata est, quod genus meum ad gentem Thai refero; at ego vir e gente Thai montium sum.

Causam vituperandi aliam profort. Mulierem aegre ferre, quod, quum e gente Tamim oriundus sit, genus ad gentem Thai referat; sod rem se ita habere negat, se ad potentissimam gentis Thai partem, quae moutes incolat, pertinere dicit. Gons Thai duas partos compleotebatur, uuam, quae campos, alteram, quae montes incolebat conf. Ham. ١١٧ supr. Montes Adja et Salma, nec non tertius Ohwaredh, quem scholiastes enumerat, tanquam celeberrimi adpellantur. Ista autem montana regio quum difficilis adsceusu esset, a poetis saope commemoratur, et noster montium meutionem facit, ut se ad potontissimam geutis partem pertinere indicet. De situ illius regionis conferas Abulf. ٢١ et ١٧. Verbo اتصل candem siguificationem quam verbo انتسب convenire, sequentibus vorsibus scholiastes probat, quorum prior Ahschao est (metr. Thawil): Quum genus suum refert, dicit: gentis Becr b. Wajol[1]) sum et gons Becr eam captivam focerat, dum viles erant (conf. Harir p. ٣٣٠ sch.), posterior Hassani (metr. Wafir): Quum genus suum rofert, Cahbum vocat et ubi Cabbus est, postquam captivi facti erant.

4. Vir e gente Hajjah oriundus sum et gens Djowain, interroga! avunculi mei sunt.

Genus suum pluribus doscribit. De utraque familia nil habeo, quod dicam. Verbum فاسال, obiecto omisso, inter subiectnm et praedicatum positum est.

5. Quum gentem Djadilah roco, viri imberbes equis glabris et longis rehentes ad me veniunt.

Geutis Thai soptem tribus distinguuntur, quarum una Djadilah erat conf. Pocock. specim. p. 43 et 475. Scholiastes dicit, poetam imberbium (adolescentum) ob audaciam in pugnis mentionem fecisse. Quod si verum est, in adolescentiae ardoro causa quaerenda est. Cutis glabra ot longa statura in equis generositatis indicium est. conf. Ham. ٦١٥ v. 1.

---

1) In Tebrisii codice ابكر „O Becr" tanquam rectus legendi modus superscriptus est.

6. Intelligentes e nobis firmitate montes aequant et imprudentes e nobis imprudentes superant.

Gentem suam laudat. Totam gentem in duas partes intelligentes et ignorantes dividit. Intelligentibus gravitatem et constantiam tribuit et hac in re eos cum montibus comparat, qui loco haud moventur. Similem comparandi modum Ham. p. ٣٠٥ v. 2. invenimus. Vir quoque magnus cum monte comparatus est Ham. ٣٣٦ l. 7. Gravitas autem rei, quae cum pondere coniuncta sit, effecit, ut poeta in comparatione verbo وزن uteretur. Vox quoque in prudentia adhibetur; dicitur enim: هو راجح الوزن »is magni consilii est.« In posteriore versus parte verbum يزيد non ita interpretandum putaverim, quasi ignorantes caeterarum gentium ignorantes numero vincant; sed generalis superandi et vincendi significatio verbo tribuenda est. Scholiastes prioris versus rationem habens huius versus sensum esse statuit, imberbes, qui belli experientiam non habeant, aliarum gentium viris experientiâ edoctis aequales esse. Sed hunc versum cum priore sensu cohaerere, extra dubium positum non videtur.

LXVIII.

Ijas b. Alaratt dixit.

1. Qui ad me beneficii causâ accedunt, iis dico: Bene venistis et ei, qui beneficium rogat (dico): tu id assequeris!

Duae res hoc in versu distinguendae sunt, quarum una est, a poeta petentem **(p. 736.)** hilari vultu et comiter excipi, altera ab eo petenti rem, quam desideret, concedi. De voce مرحبا conferas Ham. ٢١١ supr.

2. Ego ex eorum numero sum, qui cum donis manum extendunt, quando manus brachiumque avari contracta sunt.

Se promtum in donis dandis describit et suum agendi modum cum modo avari comparat. In Mersokii codice لما ابسط legitur. In hisce vox ما loco vocis من est et prima verbi persona minus quam tertia convenit. Vox ما sic adhibita in Corani loco Sur. 89, 5. invenitur. Scholiastes adnotavit, vocem ما cum sequente verbo locum nominis actionis بسطى tenere posse conf. Gram. Ar. T. I p. 541, ut sensus sit, cum liberalitate intime coniunctum se esse. Verbum شنج, quod de cute corrugata adhibeatur, an hoc in versu bene adhibitum sit nescio, quippe verbo يبسط haud bene oppositum sit. Scholiastes adnotavit, poetam tempus sterile respicere; sed manus avari, quum donum non extendat, omni tempore corrugata cogitari potest.

3. Per vitam tuam! Omamah nescit, repetitis vicibus suam imaginem me semper visitare.

Versus cum priore sensu minime cohaeret et, cur hic locum obtinuerit, non video. Se semper ab imagine feminae amatae visitari dicit. Vocis ثنا iterationis vel rei repetitae significatio verbis Mohammedis »in decimis iteratio (eodem anno) non est« probatur. Imago virum visitat; sed poeta, se imaginem visitare, dixit.

4. Et sociis meis molesta fuit et camelos meos adflixit et effecit, ut nox mihi adversariae loco esset, quam tolerarem.

Hic versus cum priore ita cohaeret, ut tam sociis quam camelis et sibi inde ortas molestias describat. Alii verbum شقت cum voce رحلة, (migratio) cohaerere putant, alii cum voce معاودة الخيال (visitatio imaginis), quae verbo اعاود indicetur. His adsentiendum puto, ut sensus sit: quum imagine ista e somno excitetur, sociorum quietem turbari et simul camelos, quibus vehantur, adfici, propterea quod iter suscipiat. Noctem autem, in qua imagine turbatus iter ingreditur, cum adversaria comparat, a qua molestiis adficitur. Loco vocis ركى, in Mersukii codice محى legitur.

LXIX.

Alius dixit.

1. Laudem mihi dic, in eo, in quo mendacii haud accusaberis (dicens:) o Thaibah! Qualis vir erga hospitem vicinumque es!

Feminam hortatur poeta, ut ipsi laudem debitam in re, quae negari non possit, haud recuset. Laus autem est liberalitatis in hospitem et vicinum. Si scholiastae fides est, vox بكر, quae in Mersukii codice legitur, nomen poetae est. At vero طيب quod pro طيبة est, nomen feminae esse potest, quam poeta alloquitur. Ante voces اى فتى vox d i c e n s omissa est.

2 Quamdiu vicinus eum, ego cum honore meo vicinus sum et me non separo, nisi dum bonus familiae sum.

Se bonum vicinum alteri praebere et ita agere, ut, si se separaverit, absens a domo laudetur. In vocibus فى حسبى praepositio significationem praepositionis مع habet, ut verba statui viri describendo inserviant, i. e. dum honor mecum est, qui me a rebus inhonestis retineat. Scholiastes explicandi sensus causâ locum Corani 25, 72. »Quum ad crimen transeunt, transeunt tanquam generosi.« i. e. generositas eos impedivit, quominus in crimen propensi essent. Vox طيب tanquam statui describendo inserviens cum verbo اقارق coniungenda est, dum bonus generosum designat, ut in Corani loco Sur. 39, 73. »Salutem vobis, boni (i. e. generosi) estis.« Similem sensum, quam in posteriore parte scholiastes in sequente versu invenit (metr. Thawil): Q u u m i n d o m o e s, t u m s a m r e l i n q u e r e v i s, s i n e e a m, d u m i n e a m, s i r e d i r e v i s, r e d i r e p o t e s. **(p. 737.)**

LXX.

Alius dixit.

1. Quot viles camelorum possessores vidimus, qui nunc neque dona dant neque hospitem excipiunt!

Eorum sortem describit, qui ob avaritiam opibus suis parcent. Experientia docet iis aut morte aut calamitatibus opes eripi. Talis igitur opum status ad beneficentiam nos incitare debet. Posterior versus parum ambiguus est. Mersukius hisce verbis sensum explicat:

كانوا يملكون نفايس الاموال وكرايمها ثم ماتوا عنها وازيلت نعمهم وحيل بينهم وبينها وصاروا من بعد
لا عمر معطون ولا قارون اى عادوا وقد تغيرت حالتهم فلا يرجى لذلك من جهتهم وقوله فاصبح اليوم
فكان ذا ابل كل ذلك مردود على لفظ لئيم وان كان من حيث المعنى يفيد الكثرة.

2. *Et si flumen Haddad possideret, tamen siti adflicto aquam fluentem non daret.*

Summam viri avaritiam describit. Duas autem res poeta praecipuo ante oculos habet, unam, summam aquae copiam, quae eo, quod sitienti hauritur, diminui non videtur, alteram, avarum ne abeuntem quidem aquae partem, quao ipsi prorsus inutilis sit, dare; huno enim sensum cum aqua fluento coniungendum puto. Vox الحداد a scholiaste ita explicata est, quasi fluminis nomen appellativum aut maris aut vallis aquâ abundantis, quae parti gentis Badjilah pabulo abundans erat. In Kamusi opere nomen proprium fluminis est. Voces على الحداد cum voce قايما (stans) omissa cohaerere possunt, ut verbo يكون loco praedicati sint et verbum بملكه statui describendo inserviat (Gram. Ar. T. II, 384.). Versuum sensus si ratio habetur, non video causam, cur in hoc libro locum obtinuerint, nisi quod poeta illa descriptione ad liberalitatem excitare voluerit. Versuum sensus cum satyrae argumento quodammodo consentit.

LXXI.
Hassân b. Tsabet dixit.

(Sexaginta annos ante Islamum et totidem post vixisse dicitur. conf. Moid. T. II P. 2. p. 271.). In oppido Modina Mohammodi contra Meccao incolas adhaesit. Vide plura in libro: Antholog. Gram. p. 141. Mortuus est anno 54 Hedjr. conf. libr. تهذيب الاسماء ٢٠٣ sq.

1. *Opes viros, in quibus boni nil est, obtegunt modo torrentis, qui radices plantae Dindin vetustae tegunt.*

Hoc in versu duo comparandi modi sunt, qui in sensu explicando negligi non possunt. Divitiae cum torrente, qui aquâ abundat, comparatae sunt. Ut torrens talis res tegit, sic divitiae virum tegunt; vir autem vilis cum radicibus plantae Dindin vetustae comparatus est, quae aquâ torrentis tegitur. Prioris comparandi modi sensus clarus est, non item posterioris, quapropter interpretes in varias sententias abiere. De vocis دندن accurata significatione lexicographi non consentiunt. Aut putridam et nigrescentem partem plantae vel arboris aut radicem plantae صليان appellatae significari dicunt; sed ex versu nostro addita voce اصول videmus, plantam aut arborem esse et ex addita voce البالي cognoscimus, plantam illam naturâ putridam non esse; sed virere, nam aliter poeta vocem البالي additurus non fuisset. Scholiastes duas significationes adnotavit, unam herbae nigrescentis, quum vetusta et arida sit, alteram partis arboris vetustae, quae quum in terra sit, aquâ praeterfluente revirescit. Vocem دندن speciale plantae nomen in versu esse non dubito; sed qualis planta sit, dicere non possum. Talis esse videtur, cuius radices quum ad torrentis marginem crescat, ab aqua tegatur; sed qualis generis planta sit, hoc ad versus sensum explicandum nil facit. In comparandi modo hunc sensum invenio: »Ut plantae illius radices, quum vetustae sint, ex aqua nullam utilitatem percipiunt, quamquam eâ teguntur, sic dives, qui vilis et avarus sit, ex opibus, quibus abundat, nullum commodum habet. Scholiastes hunc quoque sensum

verbia inesso posse dicit: Divitias viro non propter merita datas esse; sed ex Dei decreto contingero, ut torrens ad tales plantas pertingat, quae ex eo nullam utilitatem capiant; sed hoc longius petitum videtur. Beatus do Sacyus in schelii lineâ quarta rectius legendum censuit aut بعد ان السيل aut بعد السيل الذى يمر; Arabes onim post vocem articulo definitam vocem الذى haud omittero solent. In codice Tebr. eadom vorba, quae typis impressa sunt, leguntur.

2. *Honorem meum opibus conservo, dum eum non conspurco. Ne Deus honore amisso beneficiis benedicat!*

Si hic versus sensu cum priore cohaeret, veram opum utilitatem ostendit. Poetam istius commodi se participem fieri dicit.

3. *Opes si pereunt, remediis adhibitis eas recupero; sin honore perit, eum recuperare non possum.*

Quomodo Arabes de opibus et honore senserint, ex multis provorbiis cognosci potest. conf. Moid. T. III P. 2. p. 151 sqq. Loco vocis فأجمعه in Mersukii codice فأكسبه »et eas acquiro« legitur.

LXXII. (p. 738.)

Abbd-Alahsis b. Sorarah Cilabita dixit,

1. *Ad eam (camelam) viros convocavi, in quorum manibus, quod eam tempore hiemis mactarent, vulnera erant.*

Camelam suam tempore hiemis, quo homines penuriâ adfligerentur, viris mactandam concessisse narrat. In virorum manibus vulnera fuisse dicit, cuius rei causam scholiastes variam esse posse putat. Unam in eo esse, qued proptor vehemens frigus cutis manuum rupta sit; sed frigus in Oriente tam vehementem esse, ut id fiat, dubito, alteram in festinatione, quâ mactatum animal dissecarent, tertiam denique in ee, quod in opere haud exercitati essent. Mihi autem causa in eo potissimum esse videtur, quod ob frigus cultrum non firmiter tenerent, ut in mactando se vulnerarent.

2. *Quotiescunque eius (camelae) carnem assatam desiderabant, vir agilis, generosis minister iis eam adferebat.*

Liberalitatem describit. Fieri potest, ut vir agilis poetae persona sit, quippe Arabes nobiles hospitibus ministrare, honeri sibi ducebant. Virum illum خذريان appellavit, ut studium in ministrando significaret.

LXXIII.

Alius dixit.

Versus duo sequentes; sed ordine inverso, in Mersukii codice cum prioribus coniuncti sunt. Neque sensus neque metrum aut homoioteleutum coniunctioni obstant. In Tebrisii codicis margine lego, esse, qui versus viro e gente Asad oriundo tribuant.

1. *Etsi ego liberalis non sum, tamen nocte obscura ob commeatum haud vituperor;*
2. *Etsi ipse strenuus non sum, tamen lanceae cuspidem haud incolumis repello.*

In hisce versibos liberalitatem fortitudioemque suam laudat. Aut vocibus عين الجواد et عين الشجاع liberalissimum et fortissimum in suo genere designare vult, ot non summam liberalitatem fortitodinemqoe sibi arroget, aut in vocibus loquendi modus est, quibus vis sermonis augetur, oam, dum liberalitatem et fortitudioem negare videtur, io posteriore versus parte talia dc se praedicat, qoae ipsam liberalitatem et fortitodiuem designant. Hic interpretandi modus mihi praeferendus videtur. Voce الظلماء (nox obscora) tempus hiemis designatur. Loco vocis شتيم in Mersukii codice لئيم legitur. Io posteriore verso dicit, se aeriter pugnare, ut laucea io ipsum direeta frangatur.

LXXIV.
A l i u s d i x i t.

1. *Iusculum carnis, quod distribuis, additâ aquâ auge et multum aquae admisce, si lac multum non est!*

Ne hospitalitatis officia negligantur, ei, qui aut iosculi carois coctae aot lactis satis non habeat, suadet, ot aquae partem admisceat. Similem seotentiam poeta seqoente versu expressit (metr. Thawil): A q o â i i s (i u s c u l o m) e x t e u d i m u s e o s n o n v i l i p e n d e o t e s; s e d s i r e s n i m i a a o g o s t a e s t, e x t e n d i t u r. Similis seusus in proverbii consuetudioem veoit (Meid. 24, 117.). »Lac simile aquae melios est quam aqua«.

2. *Id auge et praesentes ibi circumspice! generosus enim est, cuius cogitationes semper occupatae sunt.*

(p. 739.)

Hortatur, ut si hospites aut pauperes adsiot, nullam curam diligentiamque iotermittat ad ea cognoseenda, quae ipsis oeeessaria sint. Celeberrimo Hatimo sequentia verba tribuuntur (metr. Thawil): G e n e r o s u s e s t, q u i c i r c u m s p i c i t; a t v i l i s e s t, e u i u s v i s u s i m m o b i l i s e s t, a v a r u s. Huie quoque similia suot verba poetae (metr. Redjes): V i c i n a o o b i s e s t h a u d m o l l i t e r e d u c a t a, p u l c h r a f a c i e, i n d o l i b u s l a o d a b i l i s, d u m e a s i m u l c o l l o c u r v o p r a e d i t a e s t. Curvo eollo esse dicens eam non vituperat; sed laudat; dicere eoim vult, eam semper circumspicere, ut cognoscat, cui cibus opus sit.

LXXV.
Alius dixit.

1. *Quod si ea (camela) lacte contra gladium carnes suas non defendit, eius aciei, qnae secans est, occurrit.*

Arabes tempore aestatis, dom lacte camelae abondabant, camelas mactare non solebant, quippe lac nutrimento ipsis sufficeret. Haec res causa est, cor poeta camelas lacte suo carnes tueri dicat. Lacte autem deficieute, ut hospitibus eibum adpooereot, camelas non

poterant non maetare. Verbis igitur dicit, se aut lac hospitibus dare aut lacte deficiente hospitibus camelas maetare. Simili modo alius poeta loeutus est (metr. Thawil): Quum (camela) de inopia lactis in uberibus apud hospitem se excusat, acies gladii mei nerves in pedibus posterioribus eius vulnerat.» Alii autem lac hospiti adpenere, nisi carnes adduntur, satis non habent. Sic poeta (metr. Thawil): «Vir est, cui, quum hospites adveniunt, lac officio satisfacere non videtur, nisi cameli mactantur.»

2. *Carne sua lacteque honorem nostrum defendunt, nam generosus (eum) defendit.*

Arabi quum nil magis cordi sit, quam honorem servare, non solum lacte; verum etiam camelis mactatis carne hospitem cibat. Pro voce تدائع, quae ad camelas referenda est, in Mersukii codice ندائع «nos defendimus», et quamquam prior legendi modus ferri potest, posterior tamen magis placet.

3. *Si aliam naturam, quam ipsi propriam sequitur, ea ipsum deserit, dum propria redit.*

Versus, si sensu cum prioribus quodammodo cohaeret, nexus talis esse debet. Se liberalitatis officiis fungi, quod liberalitas ipsi a natura insita sit, ut, si diversum agendi modum sequi vellet, natura ipsum ad priorem redire cogeret. Verbo رجع, reducendi significatio tribuenda est, ut vox الرواجع (reducentes) indoles animo innatas designet, quae efficiant, ut ad pristinum morem redeat. Sententiam hanc poeta versu sequente expressit (metr. Basith): كل امرئٍ راجع يوما لشيمته وان تخلق اخلاقا الى حين. «Quilibet vir aliquando ad naturam suam redit, etsi usque ad tempus diversas naturas assumit» conf· Ham. ٧٢٧, 3.

LXXVI.
Modharres b. Ribihi dixit.

(conf· ٥٣١)

1. *Ego profecto ignis luce hospitem advoco, postquam pruina sparsa et congelata terram vestivit.*

Se tempore hiemis hospitalitati operam dare, et, ut hospites adducerentur, se ignem accendere dicit. De more ignem accendendi iam antea sermo fuit. Pruinam glaciemque vestem, qua terra tegitur, adpellat. Verba نصح et نضح sensu convenire, nisi quod voci نصح vestigium sit, scholiastes adnotavit. Dicere voluisse videtur, hoc verbum in rebus adhiberi, quarum, si sparsae sint, vestigium remaneat ex gr. terrae aut arenae sparsae vestigium remanet, dum aqua sparsa in solum intrat et evanescit. Vox نصاح in versu sparsae rei non spargentis, quemadmodum vocis forma postulare videtur, significationem habere, ex voce جامد coniicio, ut enim vox جامد, cui suffixum sit, tanquam adiectivum ad vocem الجليد referatur, necesse est, sic eodem modo vox نصاح Mersukium vocem sic intellexisse ex sequentibus eius verbis coniicio: عند اشتداد البرد واكتساء الارض من جامد الماء ومنتصح الجليد اى نداه الذى ييبسه البرد. Poetam Abu-Dsoaib Hodsailitam virum, qui palmas

irrigat, voce نضاح significasse, scheliastes adnotavit. «(Pars versus metri Basith): Sicuti irrigat palmarum truncos inter domna aquam spargens.» Vex كما in Mersukii cedice non est et huius hemlstichii pars nen est; sed nil obstat, quin prioris hemistichii pars sit.

2. *Ut eum honorem, nam honor ei debetur, nam, sive propinquus sit sive remotus, idem apud me est.*

Liberalitas ex eo elucet, qund prepinquitate cum iqsn ceniuuctum et alienum eedem modo excipit.

3. *Noctu gibbi camelini adipem loco cibi vespertini ei paro et ob id, quod accipit, donec gentem relinquit, eum laudo.*
(p. 740.)

Optimo cibn, cameli gibbo (Ham. ٢٥٧ v. 5.) eum excipit et mnltum abeat, ut eb id, quod accipit alter, tristis morosusque sit, ut enm laudet. Verba autem «denec gentem relinquit» significant, eum non semel sic agere, sed continne et si diutius in gente commeretur. Loco vocis بما ln Mersukii cedice لما legitur. In schelie Mersukius sic habet: أن اقترح علىّ شيا اعده نعمة تتجدد له يستوجب منى حمدا وشكرا عليها.

LXXVII.
Himas b. Tsamil dixit.

Scheliastes plures neminis Himas explicandi mndos adferens id auctere Abu-l'Fathe a vece الحماس nemine arberis, derivari pesae dicit et, ut hanc vecis significatienem probet, peetae Alkatbami cognominati versum adtulit aequeutem (metr. Thawil): «In desertis arbnribus **Ahrahr** et **Himas** nbsitis cautn propellit camelas lactarias, quibus vertices petrarum durarum pabulum vespertinum pnrrigunt.»

1. *Quoties eum, qui media nocte canem ad latrandum excitabat, igne in alto loco ei obverso accenso advocavi*

Hospitalitatem laudat et curam, quam in advocande hnspite adhibuerit, describit. Ea cura neu selum in igne et quidem alto; verum etiam lnce ei nbverse accenso cernitur. conf. Ham. ٦١٠, 3. ٦٦٦ v. 1. Ante vocem مشبوبة vex نار emissa est. Vox لج a magna aqnae cepia et medie maris in nectem translata mediam nnctis partem designat.

2. *Eique dixi: Accede, nam tu bene directus es et ad ignem liberalitas et filius Tsamili est!*

Comiter eum excipit et beno anime esse iubet, qnum ignis, ad quem accedat, virl liberalis sit. Se cnm liberalitate coniungit, ut se liberalissimum significet. Simili mode peeta Alahscha dixit (metr. Thawil): وبات على النار الندى والمحلق. Et ad ignem liberalitas et Almohallikus pernectavit.»

LXXVIII.

Namarita dixit.

In Mersukii codice Nemairita. (Fieri petest, ut poeta Alrāih (conf. ۱۳۱, ۲۱۰ sit).

Alii versus viro e gente Bahilah adscribunt. In loco Ham. ۲۱۰ l. 3. infra auctor Alkahkah b. Ahthijjah Bahilita appellatur.

1. Quotiescunque vocans post quietem vocavit, quasi contra nocturni itineris terrores pugnaret et hi contra eum pugnarent!

Alta iam nocte, quum gens quieti se tradidisset, virum canis vocem imitantem, qui noctis terroribus adflictus videretur, se audivisse narrat. Quendam fine noctis advenisse, legimus Ham. ۷۴۰ v. 3. Se, quamquam somno obrutus esset, ad hospitem excipiendum paratum fuisse indicat. Terrores itineris nocturni cum personis dimicantibus comparavit.

2. Vocavit inopiâ pressum (canem) modo insani, dum insanus non erat; sed re occupatus erat, quam volebat.

Repetitis vicibus vocantem inducit, ut status difficultatem ostendat. Vox بائسا duplici modo explicari potest; vox enim aut inopiâ pressum (canem) ob temporis calamitatem significare potest, ut verbi obiectum sit aut ut statui subiecti describendo inserviat et hospitem inopiâ pressum designet. Priori quodammodo repugnat, quod in priore versu verbum obiecto caret et sententia proverbii (Meid. 25, 19).« Commode vivit canis temporis calamitatis gentis suae» conf. Ham. ۲۱۴ l. 8; cum posteriore autem sequentia verba شبه الجنون congrua sunt. Scholiastes dicit, verba significare quoque posse, eum vocare miseriam indicantem modo, qui insaniae similis sit, ut voces يشبه الجنون locum adiectivi ad nomen actionis دعاء referendi occupent. (p. 741.)

3. Et quum eum audivissem, voce eius, cuius avus generosus et cuius indoles dulcis erat, eum vocavi
4. Et ignem meum extra domum accendi et effeci, ut eius flamma luceret et canem meum, qui intra domum erat, emisi.

Agendi modum suum describit. In priore versu magis generaliter loquitur; sed dicens, se avum generosum habuisse, indicare vult, istam generositatem iam a maioribus se accepisse, ut eam non negligeret, Post verbum نابيت obiectum emissum est. Vox generosi autem verba significant, quibus alter ad hospitium invitatur. Praeterea autem, ne a viâ aberraret, et ignem in alto loco accendit et canem emisit, ut latraret. Hisce autem rebus summum studium ostendit. Scholiastes adnotavit, verba في البيت praedicatum subiecti هو esse eosque errare, qui putent, verba ad sensum constituendum minus necessaria esse, ut a grammaticis nomine لغو appellarentur (Gram. Ar. T. II. p. 609. Vocem داخله aut loco alterius praedicati esse aut prioris adpositioni inservire.

5\. *Et quum me vidisset, Deum unicum magnificavit et animum exhilaravit, cuius sollicitudines multae fuerant.*

6\. *Eique dixi: Bene venisti et bene directus es; tum eum interrogaturus apud eum non sedi;*

7\. *Sed potius ad camelos cubantes surrexi, quos ad casum afficii praestandi accidentem, quod ego perficio, paro.*

Viater virum generosum conspiciens Deum, qui eum e periculis liberaverit, laudibus extollit et bono animo est; alter autem comiter eum excipit et hospitalitatis efficie omnino satisfacit. Deum laudantes Arabes dicunt, Deum maximum, potentissimum esse, الله اكبر, quibus vocibus ei omnia, quae eveniunt, tribuunt. Vox وحده autem modo nominis actionis accusativum obtinuit, quasi dixerit: أوحد الله إيحادا «Deum unicum esse declaravit.» Verba جما بلابله, quae transposita sunt, summum periculum, e quo liberatus sit, indicant. De tribus vocibus اهلا etc. conferas Ham. ٧١٣ v. 1. ٧١٦ v. 5. Mos autem erat, hospitem advenientem interrogando non fatigare. Generosi quoque est, bonos cameles ad mactandum semper paratos habere. Vox وجبة Mersukie nomen unitatis est, et scholiastae nostre significatio a cadendo derivanda videtur. Mortis quoque significationem cum cadendi significatione cohaerere dicens versum Kaisi b. Alchathim adnotavit (metr. Thawil): «Gens Banu-Auhf principi obsequium praestiterunt, qui a pace eos retinuerat, donec primus occisus (cadens) erat.» Et si quis una tantum vice per diem noctemque cibum sumit, vocem وجبة, quae hanc rem designat, cum cadendi significatione coniunctam esse putat. Res verum sequente probatur (metr. Camel): Contentus esto cibo semel per diem noctemque sumto aurum non desiderans, nam aurum, quod possidebat mortuus, ut duraret, haud effecit.

8\. *Cum splendente (gladio), cuius inferior vagina in terra strias duxit, ubi eam adtigit, cuius balteus mihi nimis longus non erat.*

Versus cum priore cohaeret conf. Ham. ٧٣٠ v. 5. In versu gladium longum describit eoque se ipsum virum longum designat, nam gladius e ratione corporis sit, necesse est; fieri enim non potest, ut se parvum corpore describat, quippe parva statura vituperatur conf. Ham. ٦٣٦ v. 1. conf. ٣٣٦ v. 2. Hoc modo scholiasten versum intellexisse, e versu cognoscimus, quem adtulit, poetam limitem in describendo transgressum esse dicens (metr. Thawil): «Ad regem, cuius inferior vaginae paramedium crus non adtingit, immo et si balteus eius longus est.» Vox نعل inferiorem vaginae partem ferro munitam designat.

9\. *Et parvum temporis spatium circumvagati me per eum, qui optimum gibbum habebat et cuius pars tergi superior adipe maxime impleta erat, caverunt.*

Cameli cubantes, quum virum gladio armatum conspicerent, timore compulsi locum suum reliquerunt. Eos se defendisse per camelum pinguissimum dicit indicaturus, se pinguissimum mactasse, ut se liberalem praedicet; tali enim camelo liberales excipere solebant hospites. Vocem قليلا aut e nomine زمانا (tempus) aut e nomine actionis verbi جولانا pendere

scholiastes dicit, Nominativum كاهله cum verbo امتلى omisso cohaerere et similem verbi emittendi rationem in versu Ham. ٣٧ v. 2. in voce القوانسا, nisi quod haec vox casum accusativum habeat, scholiastes adnotavit. Sed si verborum, quae praeteriere, perfecta ratio fuisset, poetae كاهلا dicendum fuit. Voces من الذي explicando inserviunt. Ebn-Djinnius autem vocem كاهله e voce املاء pendere posse dixit conf. Gramm. Ar. T. II, 552.

10. Per admissarium generosum, libere dimissum, qui eorum admissarius erat, longa dorso praeditum, cui vix dens prostans eruperat.

Camelum generosum pluribus describit. Vox قرم camelum admissarium nobilem, qui ad initum adhibetur, designat. Eum generosum esse, ex ipsa re sequitur et vocem هجان non tam amplificandae significationis quam confirmandae causa poeta addidit. Idem de voce مصعب dicendum, quippe admissarios tales neque fune ligare neque onere imposito fatigare solerent. Nihilominus id facientes a consuetudine solita recedebant. Quod poeta praepositionem repetivit, id sermonis vim auget. Sic quoque in Corani loco Sur. 7, 73 citato factum esse videmus. Verba كان فحلها, tum ut causam, cur camelae per eum caverent, (camelae enim admissarium sequuntur (Ham. ٣٤v v. 4.)) tum ut huius admissarii protinus indicaret, addidit. Longum autem dorsum ex indiciis generosi cameli est conf. Caabb. b. Sohair v. 20. Dens autem prostans nono aetatis anno erumpere solet, quae optima cameli aetas est. Ham. v٣٦ v. 5. Summum igitur cameli pretium fuisse indicat. Talis quoque cameli mactati carnes durae non erant.

11. Et tenuior pars pedis in medio cruris eius procidit; et vinculum hoc est, quod ligans haud facile solvendum reddit.

Quod se hunc admissarium mactasse dicit, mirum est, nam tales camelos maioris habebant, quam ut mactarentur. Summam igitur facto liberalitatem probat. Vox وظيف, tenuior pars pedis inferioris est. Pedis posterioris nervum quum gladio amputasset, non poterat non camelus procidere. Verbis in medio cruris locus accuratius designatur. Verbo خر quum tam intransitiva quam transitiva significatio sit, vox وظيف, et nominativum et accusativum obtinuit, ut subiectum verbi gladius putaretur. Voci ينشط duplex significatio tribui potest aut firmiter ligandi, ut sensus sit, hoc vinculum haud opus esse firmiter ligari, quod naturâ firmum sit, aut solvendi, ut sensus sit, hoc vinculum haud facile solvi posse firmumque esse. Poeta autem quum gladii ictu effecerit, ut camelus quasi ligatus e loco suo procedere non posset, ictum cum vinculo haud facile solvendo comparavit. Sunt autem, qui poetam secundam verbi formam loco formae quartae adhibuisse, vitio vertant, dum Mersukius poetam defendit. Simili modo poeta Ebn-Mokbil dixit (metr. Basith): »O socii mei duo! in frigore via vestra (incedite), ut certam cognitionem (acquiratis). Nonne de me nuntium audivistis, me gladio micante iumentum meum ligare nil curantem, etsi nos in itinere sumus?« Accusativi سبيلكما et علما يقينا e verbis omissis pendeant, necesse est. Vox الما est pro الا.

12. Sic agere pater meus me iussit, cui, ut tali modo ageret, maiores olim praeceperant.

Liberalitatem a maioribus quasi haereditate acceptam esse, Arabes gloriantur conf. Ham. v٦٩ v. 1.

LXXIX.
Alnabeghah Dsobjanita dixit.

(conf. p. ۴۰۸ et Meidan. T. III. P. 2. p. 297.)

1. In atrio domus nigrum (ahenum) magnum ei est, cui membra mactati cameli obesa deglutienda traduntur.

Liberalitatem et hospitalitatem personae laudaturus ahenum describit. Primum nigrum, omisso substantivo, esse dicit, quod multum in igne stat (conf. Ham. ۷۱۹ v. 1), tum magnum, ut multum carnis capere possit ibid. et denique id cum persona comparans, membra ab aheno deglutiri, dicit. Ut buccellae a persona deglutitae disparent, sic membra cameli in aheno. Amplum ahenum esse; sed vacuum non esse indicat. Si loco verborum سوداء مخمة legitur دهماء جونة, duae voces significatione aequales magnum nigredinis gradum designant. Scholiastes adnotavit, causam, cur poeta vocem جزور generis feminini cum voce عراعر, quae in maribus adhibeatur, coniunxerit, in eo quaerendam esse, quod vox جزور tam marem quam feminam designet. Prior pars horum verborum, quae in Meraukii codice non leguntur, parti posteriori repugnare videtur; initio enim scholiastes vocem جزور feminini generis et postea tamen tam masculini quam feminini generis esse dixit. Posterius rectius est. Ut vocem عراعر tam cum vocali Fatha quam cum vocali Dhamma pronuntiari probaret, sequentem versum **(p. 743.)** adtulit (metr. Camel): »Reges removit et sub eius vexillo profecti sunt arbores semper virentes et princeps gentium.« Si vox in versu cum vocali Dhamma pronuntiatur, principem, sin cum vocali Fatha, doctrices gentium significantur.

2. Ahenum superstes ex ahenis, quae ad gentem Aldjolahi haereditate pervenerant a principe ad principem transeuntia.

Illam liberalitatem in gente eius in usu fuisse dicit. Aldjolah pater Ohaihahi erat. Ohaihah tempore Amru-l'Kaisi b. Hodjr in oppido Medina principatum exercebat (conf. Meidan. app.) Quae res est causa, cur كابرا بعد كابر dixerit. Scholiastes adnotavit, vocem كابر nonnisi in hoc loco significationem vocis كبير habere. Djeuharius loquendi modum كابرا عن كابر adnotavit; grammaticus Abu-Ahli autem voci كابر significationem collectivam tribuit.

3. Ancillae interdiu ad iusculum eius festinant, quemadmodum gens Sahd ad aquas Korakir festinat.

Iusculum huius aheni omnibus licitum esse dicit, ut ad id ancillae properent. Tum ob multitudinem tum quod omnibus licitum erat, iusculum eius cum aqua Korakir comparavit. Korakir nomen aquae gentis Kodhaah erat, quam familiae omnes ita possidebant, ut qui primus ad eam accessisset, eam hauriret conf. I, 209. Talia aqua فراطة appellabatur. In Morsukii margine voces الصحيح كلب adscriptae sunt, quibus loco vocis سعد rectius كلب legi scribens significare voluit.

LXXX.
Alfarasdak dixit.

(conf. p. ٣٣١.)

1. Quoties vocans voce canis vocabat, dum duo vela noctis obscurae et eius nubes eum tegebant!

Pluribus locis ex. gr. Ham. ٧٤٠ virum canis vocem imitantom, ut hospitio exciperotor, poeta inducit. Postorior versus para atatum viri depingit. Nocto obscura oum a via aberrasse dicit. Noctis obscuritas, quao impedit, quominus rem videamus, cum velo comparata est. Unum velum si tenuo est, rem non prorsus tegit. Hanc ob causam nocti duo vela tribuit, ut tonebrosam designet simulque nubes, qoibus stellae abscondantur, addit. Simili modo dicitur: ظلمات بعضها فوق بعض.

2. Vocavit sperans fore, ut, quum vocaret, virum instar Ebn-Lailae, quando eius stellae occiderunt, expergefaceret.

3. Cui (ahenum) fuscum excitari, camelae lactariae haud simile, quod iusculum effundit, quotiescunque ventus eius haud fecundans, ab occasu spirans, frigidus flat,

In priore versu causam vocandi indicat. Virum generosum, qui eum hospitio exciperet, e somne excitare in animo erat. Vir generosus poetae pater est, qui Ghalib b. Zahzaah nomen gerebat. Hic filius Lailae a matro cognomen accepisso dicitur (conf. Merauk. et Meidan io app.). Suffixum in voce نجومها ad noctem referendom est. Versus tortius cum prime cohaeret. Vox دهماء, substantive omisso, de ahene adhibetur conf. Ham. ٧١٩ v. 1. Ahenom camelae lactariae simile non esse dicit, quod camelao temporo frigoris lacte carent. Aheuum igitur camelae opposuit, qued ahenum iusculum abunde praeberet. Meraukius ventum occidentalem, qui maxime noctu flat (دبور), significari dixit.

4. Quasi vertebae dorsi albae in eius lateribus virgines sint, quae prodiere, quum propinqui sui occisi essent,

Simile initium Ḥam. ٢١٤ v. 1. invenimos. Carnes pingues in aheno singulari comparatione quum albae sint, ab aheno nigro circumdatae cum virginibus nigris vestibus tectis comparat, qoao occise propinquo e domibus prodeuot velo haud tectae, qoemadmodum carues illae bulliente aquâ ox fundo tolluntor, ot in margine a pareant. Mulieres in loctu vestibus nigris utebantur. Antea vestibus caeruleis tectae erant et vostes nigrae primum post mortem Hosaini b. Ahli in usum veoisse dicuotur conf. Motenab. Bohlen p. 84. 131. Hao nigrae vestes سلاب appellabantur. Postea (anne 616) caoruleas vestes iovenimus conf. Abulf. Ano. T. IV p. 282. De loctu conf. I, p. 430. II, 16. 105. **(p. ٦١٤.)**

5. Iracundum, pectori struthiocameli simile, ut coactum magnis lignis, remotis parvis bulliret.

Ahenum bolliens iracondom esse dicit conf. Ham. ٧٣٣ v. 1. Qui aotem vocem غضوبا cum vertebris dorsi coniunxerunt, ii erraruot, nam aoquentia vorba كحيزوم النعامة molius ad

ahenum quam ad carnos, quae modo tellantur modo submorgantur, roferri possunt. Idem quoquo do altera vorsus parte indicandum. Voci غضوبا si casus accusativus est, cum voce دهماء cohaeret, sin nominativus, ut in Mersukii codice, praedicatum subiecti omissi est. Poota ahenum cum pectore struthiocameli comparat, ut mihi videtur, ob colorem rotundamquo formam. Fortasse struthiocamelum in nido sedentem respicit. Studium quoquo in carnibus cequendis ut ostendat, ab aheno parva ligua remota esse dicit, nam magnis lignis magnus ignis accenditur conf. Ham. ٦١٠ v. 3., quo carnos citius cequantur.

6. *Omnibus expositum, velo haud tectum, quum lactantis (feminae) emaciatae funiculus medium corpus cingens moretur.*

Liberalitatem eo ostendit, quod ahenum omnibus expositum et haud tectum fuisse dicat (conf. Ham. ٦١١ v. 3.) tempore summae inopiae. Femina lactans quum beno nutriatur necesse sit, in oo summae inopiae indicium est, quod talis femina ob cibi dofectum emacietur ot quidem talem in modum, ut filum, quo oculi maligni noxam avertore studebant, circum medium corpus firmiter ligatum moveretur. Do tali filo I p. 353 diximus. Solebant filum tale puero circa medium corpus ligare; sed e nostro loco conlicere licet, primo post partum tempore, dum infans matris mammam sugeret, filum illud circum matris medium corpus ligatum fuisse.

LXXXI.

Schoraih b. Alahwaz b. Djahfar b. Cilab.

1. *Quoties ei, qui canem ad latrandum excitabat, hospitium nocturnum desideranti, dum eum obscuritatis vela duo eiusque velamina legebant,*

Do hoc versu conf. Ham. ٧١٨ v. 5. ٧٤٠ v. 2. et ٧٤٤ v. 3. Vox ستورها „obscuritatis velamina", quae voci سجفا significatione simillima sit, vix sermonis vi augendae inservire potest, quum voce سجفا, cui dualis forma sit, sermonis vis augeatur, necesse sit. Quam ob causam ea potius, ut metro homoioteleutoque satisfiat, addita videtur et, ni fallor, eandem ob causam alter legendi modus, qui in beati de Sacyi codice invenitur, وكسورها ortus est, quippe qua voce sensui novi quid addatur. Vox كسر latus domus a posteriore parte designat.

2. *Ignem meum, ut in aerem se tolleret, excitavi; tum, quum per eum ductus esset, canes meos increpavi, ne mordax earum gannirel!*

Do hoc versu confer Ham. ٦٦٦ v. 1. ٧١٨ v. 4. ٧٤١ v. 2. Aliis locis quum hospes canibus gratus esso dicatur Ham. ٧١٩ v. 5., ut eum cum gaudio excipiant ibid. ٦٨٥ v. 2., poeta nonnisi mordacem canem increpat. Scholiastes autem talem fuisse dicit, qui apud pastorem degens hospitem haud nosset, ut eum increpari opus esset. Ante verbum يهر aut negandi particula لا omissa est conf. Ham. ٣١٨ v. 8. aut, quod mihi magis placet, voces أن يهر e voce, quae timorem indicat, omissa pendent.

3. *Et pernoctavit, etsi, per unam partem noctis iter fecerat, nocte bona, cuius mala evanuerant.*

Morsukius versum hisce verbis explicat: وقوله فبات وان اسرى من الليل عقبة خير بات بليلة

صدق وجواب ان الجزاء ما اشتمل عليه البيت فيقول مكث الضيف عندى فى ليلة صدق لا نحس فيها
ولا شر والراحة تعاوده والسلامة تلزمه وتتلقاه وان كان قد سرى عقبة منها اى طايفة . . . . .

LXXXII.
Miscin Daremita dixit.
(conf. p. ٣٩٨.)

Scholiastes poetae nomen Ahmru fuisse et cognomen **pauper** ob versum sequentem eum obtinuisse dixit (metr. Thawil): **Pauper appellatus sum; sed non ob paupertatem; ego pauper sum, deum desiderans.** Nomen poetae autem alibi Rabiah b. Ahmir fuisse invenimus **conf.** Meidan. iu append. Farasdaki coaetaneus fuit. Scholiastes recto adnotavit, in isto versu cognominis causam non esse; nil nisi excusationem inveniri.

1. Quasi ahena gentis meae quolibet die Turcarum tentoria sint, dum stragulis tecta sunt. (**p. ٧٤٥.**)

Nisi poetae aetas nobis nota esset, in hoc versu serioris aetatis argumentum inveniremus, nam veteres poetae tam ante Mohammedis tempus quam tempore Mohammedis viventes Turcarum mentionem non fecerunt. Ahena stragulis tecta tum ob rotundam formam tum ob nigrum colorem cum Turcarum tentoriis poeta comparasse videtur. Accedit, quod ahena modo tentoriorum stragulis nigris tecta erant. Voci قبة proprie tentorii significatio non est; sed ob similitudinem cum fornice in superiore parte data est. Scholiastes ad explicandum voce peregrinâ خركاه usus est, ut peregrina tentoria, non Arabica esse significaret. In Mersukii codice legitur: والقباب انما تكون للملوك والخيام لاوساط الناس. »Tentoria قباب appellata nonnisi regibus sunt, tentoria خيام hominibus mediae conditionis; sed hoc ad versum nostrum explicandum nil facit.

2. Quasi ea tractantes cameli essent, quibus picem unguentumque illinens illevisset.

Personae ahena tractantes ob fuliginem et adipem, quo conspurcatae erant, cum camelis pice et unguento oblitis comparantur. Pro vocibus الموقدين بها legitur الموقدين لها, »qui eis ignem accenduut«; sed prius mihi magis placet. Inter voces زفت et قطران discrimen esse videtur, quod illa picem ex arbore exstillantem, hoc arte factam et liquefactam designat.

3. In earum manibus haustra ferro confecta erant, quae situlis pice oblitis comparanda sunt.

Cochlearia, quibus iusculum exhauriebant, ob magnitudinem et colorem cum situlis pice oblitis, ne aqua effluerent, poeta comparavit. A lexicis voci الدوالى rotarum aquariarum significatio data est; sed in versu nostro nonnisi haustrorum significatio convenit, ut vox دالية idem sit, quod vox دلو.

LXXXIII.
Ohelita dixit.

Ohel nomen servae fuisse dicunt, quae viro, quem educaret, nomen dedisse fertur. Verbo عكل colligendi rem dispersam significationem esse, scholiastes sequente versu probat (metr.

Camel): Ii in fastigio montis arenosi oves assecuti sunt, quae ad dominum propulsae colligebantur.

1. O mulier vituperans! propter hospites noctis, in qua parum hospitalitatis est et cuius ventus septentrionalis madidus est, me (mortuum) defle!

Ut probet, quam iniusta uxoris aut alius mulieris propter nimiam liberalitatem vituperatio sit, se mortuum ponit esse. Tum tempore hiemis et inopiae defuturum esse, qui hospites benigne excipiat, ut mors sua deploranda sit. Ut tempus inopiae designet, noctem talem dicit, quâ parum hospitalitatis sit, ut autem hiemis tempus describat, ventum septentrionalem humidumque adpellat Ham. ٦٠٦ v. 6. ٦٣٣ v. 2. Vox اعاذل est pro اعاذلة.

2. O Ahmire! Lente agas! ne me vituperes neque absconditus sis, quum virorum virtutes enumerantur!

A muliere ad virum ipsum vituperantem se convertit monetque, ne tali modo agat, ut laude indignus sit. Simili modo poeta Taabbata-Scharran in sequente versu locutus est (metr. Basith): Sed quaenam est femina semper vituperans, multum reprehendens, (quis) vir confusus, qui vituperans cutem meam quodammodo ussit? et tum dixit: O vos duo vituperantes, quaedam vituperatio dura est! Qui absconditus est, quum virtutes enumerantur, eius virtutes non laudantur. Vocem خيرات significationem comparativi non habere, e loco Corani Sur. 55, 70. »in iis bonae pulchrae sunt« et e versu poetae (metr. Monsarih): Et eius mater optima mulierum, quamquam post partum matrix procidens et ruptura ei nocuit scholiastes probat.

3. Camelos meos eandem utilitatem habentes video, quam agmen camelorum magnum, licet eorum cameli anniculi pauci sunt.

(p. 716.)

Divitem se quidem non esse dicit, ut magnam camelorum gregem habeat, sed, quum liberalis sit, eisque haud parceat, non minori utilitati suos camelos egenis esse, quam aliorum magnam gregem. Grex autem, cuius pulli pauci sunt, parva est.

4. Ad mortem pullorum adsuefactae, quae in mansionibus agminis esse non cessant, ad quod earum camelae et cameli propelluntur.

In priore versu, paucos camelos se possidere, dixerat, in hoc causam addit. Quum earum pulli aut mactarentur aut dono darentur aut perirent, ipsi autem cameli tam mares quam feminae aut ut pax componeretur aut occisi pretium daretur aut aliam ob causam aliis traderentur, non poterat non camelorum numerus multum deminui. Vox جمة in sequente versu (metr. Sarih aut Redjes): Quoties agmini, quod me rogabat, dedi! occurrit. Beatus de Sacyus in exemplari suo se vocem أرحل cum casu nominativo invenisse adscripsit et hunc casum rectum esse putavit; sed in Mersukii quoque codice accusativus reperitur. In scholii linea sexta loco vocis فللفحل in Mersukii codice فللنحر »ad mactandum« legitur, quod praeferendum puto, quippe in quo potior causa sit. Vocem رحل mansionis signi-

ficationem habere, scholiastes e verbis Mohammedis traditione ad nos delatis probare vult. »Quum soleae madefiunt, preces in mansionibus faciendae sunt.«

LXXXIV.
Djaber b. Hajjan (Mers. Hobab) dixit.

1. Si filii mei fratresque opes meas dividunt, naturam meam generosam et agendi rationem meam non divident.

Se mortuo haeredes opes suas inter se distributures esse, ut nil ipsi relinquatur; sed virtutes et benefacta in alios non transitura esse, ut eorum laus post mortem remaneat. Loco vocis واخوتى in Mersukii codice ونسوتى »et uxores meae« legitur.

2. Opes meas iis commodo levipendo et me eas haereditate viventibus relicturum esse, scio modo maiorum meorum.

Quum vir experientiâ maiorum edoctus, se mortuum opes omnes haeredibus relicturum esse, sciat, lubenter eas pauperibus hospitibusque, dum vivit, concedit. Vox سيرة e verbo واسير omisso pendet.

3. Et hospites in eo, quod iis supervenit, tempore premente ipsis patrem mihi similem non invenient.

Liberalitatem suam in hospites talem in modum laudat, ut, se mortuo neminem illos sibi similem habituros esse, dicat. Patrem hospitum se adpellat significaturus, se eorum curam modo patris habere. Simili modo poeta Abu-l'Ihjal Hodsailita locutus est (metr. Wafir): Pater orphanorum et hospitum herâ, qua pater non est. In Mersekii codice loco vocis لهم legitur ابا et loco vocis ابا vox لهم inverso ordine est.

LXXXV.
Hatim dixit.

(conf. p. ٥١٨.)

1. Quoties mulier vituperans me perstrinxit, quasi opes meas dono dans ipsam iniuriâ adficerem!

Saepius factum esse videtur, ut uxores maritos ob nimiam liberalitatem vituperarent. Poeta autem noster tanta liberalitate notus erat, ut in proverbii consuetudinem veniret conf. Meid. 5, 155. 21, 137. 22, 245. Loco verborum قامت على legitur quoque: هبت بليل »noctu evigilavit«. Duplex verbis sensus inesse potest, aut viri liberalitatem tantam fuisse, ut uxor noctis tempore curis premeretur et dormire non posset aut uxorem ad vituperandum noctis tempus elegisse, quod interdiu ob hospitis praesentiam maritum vituperare non posset.

2. O vituperans mulier! liberalitas me non perdit neque vilitas animam avaram semper conservat. **(p. 717.)**

Hoc versu vituperationem refellere studet. Mulier ipsum sine dubio vituperaverat, quod opibus dilapidatis et se et uxorem perderet. Rem ita non esse dicit, quippe neque liberalitas

virum perdat neque avaritiâ vita viri conservetur. Modum, quo duo versus constructione inter se cohaereant, varium esse posse, scholiastes adnotavit. Propositionem consequentem vocis رب (in voce وعاذلة) in priore versu aut inveniri posse in verbis قامت على, ut vox تلومني statui describendo inserviat (dum me vituperat), aut omissam esse, quasi dixerit: Ei dixi: O vituperans etc., ut voces قامت على »quae ad me surrexit (stetit)« voci وعاذلة, adiectivi loco sint et verba كانى اذا sententiam intermediam efficiant. Vox, quae a voce رب, in genitivo regitur, maxime adiectivum secum habere solet (conf. Anthol. gram. p. ١٠١). Denique verba كانى اذا etc. propositionem consequentem efficere possunt, postquam mulierem verbis أعاذل alloquitur. Vox أعاذل loco vocis اعاذلة est. Loco vocis مخلد, quae cum voce بمهلكى cohaeret, legitur مُخَلَّدٌ sensu haud mutato. Hic alter legendi modus in margine codicis Tebrisii adscriptus est.

3. *Indolis viri mentio fit, dum eius ossa in sepulcro abscondita sunt vetustate trita;*

Laudem, qua ob liberalitatem dignus sit vir, post mortem diu manere dicit. De fossa curva in sepulcri latere لحد appellatâ II, 25. diximus. Voces بال et رميم, significatione haud multum diversae vi significationis augendae inserviunt.

4. *Agendi autem ratio, quam quis naturae haud convenientem sequitur, eum relinquit, dum natura ipsi conveniens eum vincit.*

Liberalitatem autem ipsi a natura insitam esse, ut, si aliter agere vellet, naturae ita contrarium esset, ut ad pristinam agendi rationem redire cogeretur conf. Ham. v٣٩ v. 4.

LXXXVI.
Idem dixit.

1. *Manum meam retineo timens, ut sociorum meorum manus, quod petant, sumant, quando necessitates nostrae eaedem sunt.*

Se suam necessitatem aliorum necessitati postponere dicit, ut, quod aliis necessarium sit, non sumat. Qui dicunt, poetam modestiam suam in cibo sumendo, ut manus non ultra extenderit ad aliorum portiones, laudare, eos errori obnoxios putat scholiastes. Cui adsentiendum puto. In codice Tebrisii scriptum est, quemadmodum typis impressi; in Mersukii autem codice اكف التماسُها. In sequentis versus scholiis verba حين حاجتنا معا construendi modus sic explicatus est: Vocem حاجتنا subiectum esse et vocem معا praedicati locum tenere, etsi statum (الحال) indicet, siquidem quum nomina actionis subiectorum loco sint, voces, quae statui indicando inserviant, praedicatorum locum teneant ex. gr. in verbis ضربى زيدا قائما. »Mea percussio, qua Saidum adficiebam, dum stabat« (i.e. Percussi Saidum dum stabat.) Sic autem scholiastes dixit propterea, quod in propositione nominali esse subiectum praedicatumque necesse est. Vox autem زيدا quum obiecti loco sit, vox قائما non potest non esse praedicati loco.

2. *Ventre fracto, visceribus tenuibus noctem transigo, dum vituperationem metuo, quod satiatus sum.*

Hocce versu cibo se abstinere dicit, ut alii satientur. Verba تضميم الكشح et مضطمر الحشا

addidit, ut famem maximam fuisse ostenderet. Maior autem scholii pars priori versui explicando inservit. Littera Alif in fine, ut vocalis producatur, اشباع adpellata addita est conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 310. et quoque nomen الوصل habet ibid. 315.

3. *Et socii mei me pudet, quod locum manus meae e latere cibi vacuum conspiciat.* (p. 718.)

Se pudore retineri dicit, ne omnem cibum, qui ante ipsum in mensa positus sit, consumat. Hisce verbis primum versum explicat. Vox اقرع vacui significationem habet et scholiastes verba, quibus Deum advocant: »Nos ad Deum confugimus, ne vas (lacte) vacuum sit neque atrium (camelis) vacuum« adnotavit. Poeta Almerakkisch cognominatus in carmine amatorio simili loquendi modo usus est (metr Thawil): وانى لاستحيى فطيمة جايعا خميصا واستحيى فطيمة طاعما وانى لاستحييك والخرق بيننا مخافة ان تلقى اخا لى لايما. »Me pudet Fothaimae, dum ego esuriens vacuo ventre sum; et Fothaimae me pudet, dum cibum sumo; et me pudet tui, dum desertum nos separat, timentem, ne fratri me vituperanti occurras.«

4. *Tu autem, quando ventri tuo membroque tuo, quod petunt, das, maximae vituperationi uterque omnino obnoxius erit.*

In duabus rebus continentiam commendat, ne quis in aliorum vituperationem incurrat. Vox سوله duplicem explicandi modum patitur. Aut a radice سال mediae Hemsae derivanda est, ut pronuntiandi modus lenitus sit aut a radice سول, quae in secunda forma significat »diabolum rem alicui exornasse.« Haec significatio in loco Corani Sur. 47, 27. »Diabolus iis exornavit« invenitur, quae a dependendo derivata est. Hanc primariam significationem in Hedsailitae verbis videmus (metr. Sarih): Effusio pluviae vehementis nubis dependentis. Quod voci نالا praeteriti formam poeta dedit, id metro coactus fecit, nam, antecedentibus vocibus مهما تعط, futurum apocopatum sequeretur, necesse fuit. Vox سوله, quamquam tam ad vocem بطنك quam ad vocem فرجك spectat, metri causa in medio posita est. Voci اجمعا scholiastes casum genitivum convenire dicit, quod vocem الذم magis opus sit confirmari quam vocem منتهى.

LXXXVII.

Idem dixit.

1. *Per eum iuro, qui unicus arcana novit et ossa alba iam cariosa in vitam revocat:*
2. *Quamquam ventre vacuo eram, tamen hospitio excipiebam cavens, ne vilis appellarer.*

Per Deum altissimum, qui mortuos in vitam revocet, iurat. Poetam igitur resurrectionem mortuorum et quidem, si ad verbum versus intelligendus est, cum corporibus, quum ossa commemoraverit, credidisse, extra dubium positum est. Christianus fuisse videtur. In posteriore versu triplex legendi modus est 1) القرى 2) اقوى 3) الخوى. Ante primam vocem vox antecedens اقامة omissa est; secundam cum loquendi modo اقوى القوم »gens commeatu destituta fuit« cohaerere scholiastes dixit, quem legendi modum quamquam Mersukius rejicit, tamen, si voci famis a lexicographis adnotata significatio recta est, aliis anteferendum puto;

vox enim tum consonantibus voci القرى simillima est, ut una ex altera oriri posset, tum sensui et cogitandi rationi Arabum consuetae optime convenit et denique tertius legendi modus الخوى (vacuitas ventris), quum voci القوى minus clarae explicandae inserviret, ex hoc potissimum originem duxisse videtur. Scholiastes sequentem versum adnotavit (metr. Thawil): Perinde mihi est, quum res vitium non adfert, utrum per noctem famelicus sim an bonis abundem. Loco vocis مخافظة legitur محاذرة, quae vox, quum metus et cautionis significationem habeat, sequentibus verbis aptissima est. In scholii linea tertia voces قوله انزان superfluae sunt et quum neque in Tebrisii codice nec in Mersukii textu aut margine, ubi verba adscripta sunt, inveniantur, nescio, quomodo in textum nostrum irrepserint. Quae autem in scholiis post versum citatum adlata sunt, ea nonnisi sequenti versui explicando inserviunt. Morem nonnullorum describit, qui igne extincto quamquam cibo abstinent, hospiti opinionem adferunt, se edere, ut hospes cibo non abtineat.

3. Et dexterae meae me pudet, dum inter eam et os meum nigredo noctis obscurae est.

Quamquam hospes ipsum non conspiciat, se cibo abstinere, ut hospes satietur. Quasi manus, quae sit agendi ratio, cognoscere possit, se eius pudere dicit. Vox بهيم quum nonnisi vocis داجى significationi confirmandae inserviat, potius metri homoioteleutique quam sensus causâ addita videtur.

LXXXVIII.
Vir e gente Harb dixit.

Vir Almadajeni cognominatus sic narravit: Quum Alsaffah, qui anno 132 Chalifa primus Ahbbasidarum creatus (Abulf. An. T. I, 481.) anno 136 diem obiit ib. T. II p. 7.), virum e gente Omajjah occidi iussisset, hic ad mortem ductus opes distribuit. Quum uxor autem cum puero parvo eum sequens dixisset: Filium tuum, filium tuum (cura!) vir sequentes versus dixit.

1. Per noctem me vituperat et me ob indolem traducit, ad quam adsuefactus sum, nam liberalitas consuetudo est.

Initium versus Omajjadae minime convenit, nam eum noctis tempore ad mortem ductum esse, a vero alienum videtur. Non igitur Almadajenius versus ei tanquam auctori adscribere videtur; sed versus statum suum explicantes recitavit. Consuetudo quum altera natura sit, eam removere non possumus, etsi rerum status postulare videtur. conf. Meid. I, 439. 10, 117. 18, 298. 20, 130. 25, 74. 28, 288. 290. T. III Nro. 2180.

2. Dicens: In eo, quod expendisti, tanquam perditorem agere te video. Nonne tibi parsimonia est?

Nimiam profusionem ei obiicit et parsimoniam commendat. Vocem تصريد in pauco potu primum adhibitam in alias quoque res translatam esse, Mersukius adnotavit.

3. *Ego dixi: Sine me opes meas vendere pro actione generosa, cuius laus mea manet, quamdiu ramus frondescit.*

Quod liberalitate opes perdit, id opes generosâ actione vendere adpellat, quippo laudem actionis generosae sibi opibus perditis acquirat. In voce ثناءى suffixum obiecti loco est. Posteriore autem parte sempiternam laudem significare vult.

4. *Nos autem, quotiescunque factum generosum peragimus, animas Harbiticae nobis dicunt: Iterate!*

In hoc versu quamquam poeta pluralis formâ utitur, tamen nonnisi de se loquitur. Generosam agendi rationem ipsi consuetudinem factam esse, ut animi sensu ad eam semper de novo excitetur. Hanc autem agendi rationem genti suae Harb vendicans animas Harbiticas suam ipsius animam significaturus dicit.

LXXXIX.

Abu-Cadra Ihdjita dixit.

1. *O mater Cadrae! lente agos! ne me vituperes, nam generosus sum et vituperatio mihi nocet!*
2. *Et si avarus sum, avaritia particeps est; sin autem liberalis sum, haud petenti dona do continua.*

Uxoris vituperationem tanquam inutilem et iniustam a se repellit. In priore versu generosum se adpellat et vituperationem ipsi nocere dicit. Ni fallor, se, quum generosus sit, vituperationem haud mereri, probare vult. Duplici antem modo vituperatio generoso nocere potest, uno, quod alios in falsam opinionem adducit, altero, quod vituperatio iniusta ad maiorem liberalitatem instigat. Minus autem patet, quomodo versus posterioris verba sensu cum priore cohaereant. Loquitur de avaritia et liberalitate, quae sensu oppositae sunt. Illam vituperet, hanc probet, necesse est; mihi igitur versus noxam vituperationis exponere videtur, ut dicere velit, se, si vituperatione commotus avarus sit, ex avaritia utilitatem non habere, quum res, quibus parceat, non sibi, sed haeredibus parceat; sin vero vituperationem negligens dona det, ipsa vituperatione incitatum haud interrupta dona se daturum esse. Vocem البخل duplici modo explicari posse, scholiastes dixit, ut aut pro ذا البخل (avarus) sit aut significationem participii passivi (res cui parcetur) habeat. Qui autem contendant, verba significare, maiorem hominum partem avaros esse, ut poetae quoque ex eorum numero sint, eos errori obnoxios scholiastes declarat, quippe talis sensus, qui avaritiam excuset, posteriori versus parti aptus non sit. Vox ممنون aut a radice من (resecuit) derivatur, ut sensus sit, se sic semper agere modo eius, qui libera voluntate in rebus suis utatur, non modo eius, cui in rebus alter particeps sit. Alii voci exprobrandi et noxae significationem tribuunt. Mersukius sic sensum versuum explicavit: يخاطب حليلته وقد تضجّر بملامتها ولمعه انكارها وعتابها فيقول رفقا فيما تسلكينه وكفا عما اولعت به فانى نشاتُ على الكرم ولومك يوذينى ولا يغنى عنك شيا لانى لا اتابه بالقبول وقد يودّى الافراط فى القول الى الزيادة فى الولوع ولانى ان بخلت فالمبخول به مشترك بينى وبين ورثتى وان اجُد اعط مالى عفوا اى تمسْمِح نفسى به فلا اكون مجهودا ولا

امتن على من ياخذها لانى اقصى بالبذل لذة ومأربةً وامضى هوى لى فى مصارفى ومُنيةً ويصير المال مستخلصا لى من شركة غيرى ومقتسما فى وجوه ارادتى وبذلى.

3. Cameli mei me non deplorant, quum vocem meam desiderant, neque haeres meus in gente me deflet.

Scheliastes verbis sensum tribuit, poetam haeredibus camelos relicturum nen esse, ut ipsum mortuum non defleaet; sed nil obstare videtur, queminus sensus sit, se causam non videre, cur haeredibus cameles relinquat, quum neque cameli neque haeredes, qui ob haereditatem laeteetur, ipsum mortuum defleant.

4. Aedificatores nobis laudis virtutisque aedificium exstruxerunt, haud simile aedificio lateribus lutoque constanti.

Sibi a maieribus virtutum laudem traditam esse, cuius conservandae officium habeat. Hanc eb causam liberalitati operam sibi daedam esse. Ut in nostro loco sic Hamasa p. ٥٢٣ v. 6. (conf. Lebid. Moall. v. 85.) laus et facta generosa p. ٦١١ v. 4. cum aedificio comparata sunt. Voces مجدا ومكرمة sunt pro بناء مجد ومكرمة. Dicens aedificium laudis suae aedificio lateribus et luto exstructo simile non esse, significare voluisse videtur, aedificium laudis tempore non destrui. Scholiastes autem poetam diversum modum, quo due laudo et lateribus exstructa aedificia restauranda sint, indicare voluisse dicit.

(p. 750.) XC.

Ohtbah b. Bodjair dixit; ab aliis autem Miscino Daremitae versus tribuuntur.

1. Tegumentum meum hospitis tegumentum est domusque (mea) domus eius neque ab eo dorcas (puella) calanticā induta me avertit.

2. Sermones cum eo facio, nam sermo pars hospitii est et eum dormiturum esse, scio.

Medum, que hespitem advenientem tractet, describit. Tetam domum cum utensilibus eius usui concessam esse et, queminus ipsi ministret, nullam rem ne puellae pulchrae quidem curam, quae viro maxime cordi esse soleat, impedire. Puellam pulchram cum dorcade ob oculos cellumque comparatum vidimus conf. Ham. ٦٨٣ v. 2. ٥٣١ v. 4. conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 31. v. 33. Lebid. Meall. v. 14. Ante cibum oblatum cum hospite sermones non faciebant conf. Ham. ٧٣١ v. 4. et Meidan. 18, 144.; sed, cibo sumto, hespitem ut sermenibus exhilararent et aepirent, operam dabant; cavebant autem, ne sermone a somno eum retinerent. Alazmäihus sensum versus sic explicavit: من سنة العرب ان الغريب فيهم اذا نزل فصادف هشاشة وفكاهة ايقن بالتكرم وحسن التفقد وان رأى اعراضا والتواءا عرف ابتذالا وحرمانا فلذلك قال ان الحديث من القرى. Sed quum hoc in versu de somno sermo sit, versum non ad sermenem, quo hospes in adventu comiter excipitur, referendum esse puto.

XCI.

Ahmru b. Ahmar Bahelita dixit.

1. *Quoties nigra (ahena), quae ab ancillis tractantur, magna, quorum inte iora insipientia sunt (bulliunt), intelligentia se non ostendunt.*

Aheuerum, quae, quuum semper in igue starent, uigra adpellavit, et eb magnitudinem cum camelis magnis (جلة) cemparavit, meutienem faciens eb murmura, quae bullientia dant, quasi persenas insipienter lequentes, ut nen intelligantur, esse finxit et hoc impreprie loquondi medo usus, aheua intelligentia se nen esteudere dixit significaturus, ea semper bullire, quippe insipions si tali mede lequi cessat, intelligentem se ostendat

2. *Vides omne crassum, vociferans, deglutiens membrum cameli annosi, celere, multum iusculum continens,*

Quum in prime versu peeta ahenum cum camola magna cemparassot, in boc istnm comparandi modum, qui mihi non emni ex parte aptus videtur, exornat. De voce هرجاب neu emnes lexicographi consentiunt. Alii l e n g i, alii c e l o r i s significatiouem voci tribnerunt; sed ueque uua nequo altora cnm aheuo bene ceuiungitur. Mersukius voci c r a s s i significatienem dedit, quacum scheliastes neater quodammedo cousontit. Haec cum leugi significatione eohaeroat, uecesse est; qui autem celeris significatienem praefernnt, ii ad coquendi modum eam refernut. Vex لجوج ad sonum, qnem bulliens ahenum edit, spectare potest; sed, quum vox preprie in hemine adhibeatur, in ahenum male trausferri videtur. Vex لهمة magnitudinem indicat, ut carnea quasi devoret. Vox زفوف indicat, id quum amplum sit, membra eamelae annosae celeriter ultre citroque bulliendo meveri. Vex هوجاء camelam celeriter preruentem designat, iu ahenum translata uonnisi celerem motum iusculi, quum bulliat, significare poteat. Haec antem quum aliam significationem habero non possit, veci هرجاب c e l e r i s significatie in versu non conveuit, ne in oodem verau eadem res duabus vocibus describatur. Ob magnam iusculi copiam cum putee, qui aquâ abundat (عيلم), comparatum ost.

3. *Cui mediâ nocte soni obscuri sunt, quasi vehementes pluviae vesperâ cum fragore decidant.*

Souum, qnem bulliens ahonum edit, cum sene vehementis pluviae cum tenitru coniuuciae comparat. Noctis mentienom fecit, quod isto tempore cibo hospites excipiuntur et hanc eb causam lu comparatiene instituta vesperam commemeravit, quippe quo tempere, nocti ceugrue, maxime pluvia cum tonitru couiuncta docidere selet. Loco vocis كانه, in que suffixum cum voce لغط cehaeret, iu Mersukii codice كانها legitur, cuius suffixum ad abenum refereudum est. Iu Mersukii cedice veci رايح, ueminativus datus est, quem casum roiiciendum pute.

4. *Quum circum domos quiescunt, est ac si vapores ab equorum agmine stante defluentes videas*

Vapores, qui ex ahenis bullientibus adscendnnt, cnm vaporibus, qui ab equerum agmine aut tempore frigide aut equis sudantibus in aerem se extollunt, cemparati sunt. Veci حمايم Mersukius s t a n t i s, o t i o s i significationem dedit.

(p. 751.)

XCII.

Marrâr Fakahsita dixit.

1. Iuravi: Non abscondam, quum nox me tegit, viatori nocturno, qui ignem e longinquo conspicit, ignis splendorem.

2. O vos duo, qui ignem meum accenditis, eum adtollite; fortasse enim viatori nocturno fine noctis egeno lucebit!

3. Et quid nobis nocebit, quod generosa facie praeditus, emaciatus, gemens ad ignem nostrum se dirigat?

Hospitalem se describit, dum socios duos more poetarum (conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 1.) hortatur, ut ignis flammam, quo viatoribus viam ostendere solent, augeant. Tertio autem versu poeta adventum hospitis itinere fatigati sibi utilem futurum esse ostendit.

4. Quum interrogat: Quinam estis? ut eius (ignis) gentem cognoscat, nomen meum altâ voce ei pronuntio et nomen meum non muto.

Qui alteri advenienti nomen suum occultat, is timore videtur, ne vituperandi causam praebens vituperatione diffametur.

5. Et bono cibo vescentes, quo hospitem nostrum excipiebamus, noctem transegimus et cibum ei parantes, qui sagittarum ludo acquisitus non erat, pernoctavimus.

Versum ita latine vertimus, ut sensus prodiret, qui verbis aptissimus videretur. Si hospiti mactato camelo cibus largus paratur, fieri non potest, nisi ut cibus ad eos quoque redundet, apud quos hospites versantur; sin autem nonnisi pars mactati cameli, qui sagittarum ludo inter plures distribuitur, cibo inservit, fieri potest, ut vix hospiti sufficiat. Prior res maiori laudi ducebatur. Scholiastes adnotavit, Arabes, quum hospes tempore penuriae advenerit, camelum mactatum sagittarum ludo exponere, ut, cui ista sors contigerit, hospitem cibo excipiat. Sunt, qui dicant, prioris partis sensum esse, eos, quum hospitem honorifice exceperint, quietos esse et hanc quietem bonam appellatum esse. Voci autem كرامة varium sensum interpretes tribuere. Fieri posse dicunt, ut nomini vocis اكرام i. e. nominis actionis h o n o r a n d i significatio sit i. e. dum nos hospitem honoramus, aut fieri posse, ut honor hospitis eo consistat, quod is ad gentem pervenerit et gens in laude, qua ipsam ornaturus sit, fiduciam ponat. In Mersukii codice autem نهدّى طعمة »cibum offerimus« et alibi نهدى هدية »hostiam offerimus« legitur. In Tebrisii codicis margine نهدّى طُعَمَةً adscriptum est.

XCIII.

Ohrwah b. Alward Ahbsita dixit.

(c o n f. p. ٢٠٧)

1. Video matrem Hassani mane me vituperantem, dum hostibus me terret et anima vehementer timet.

Poeta iter suscepturus erat. At hoc uxor aut alia femina c o n f. Ham. ٦٣ v. 2, eum

dissuadere studet, dum hostium metum iniicit. Isto autem metu se impletum confitetur. Loco vocis اخوف rectius اشد خوفا dicendum fuit. Scholion ad sequentem versum spectat.

2. (Eique respondeo): Fortasse rem, cuius timore tanquam mihi occurrentis me imples, in gente sua retromanens invenit.

Mortem, sive domi remaneat sive in itinere vir sit, neminem effugere posse conf. Meidan. T. III, P. 2. p. 139. Suffixum ه, quod ad vocem الذى referendum est, post vocem خوفتنا omissum est. Voces من امامنا Morsukius verbis من حيث تاتمه والوجه الذى تتوجه اليه وذلك قدامه لا شك explicavit. Voces في اعاه المتخلف metri causâ transpositae sunt.

3. Quum dico: Opibus potitus sum, filiorum pater iis intercedit, qui paupertatem queritur, macilentus.

Hic versus quomodo cum prioribus sensu cohaereat, non patet. Arabes quum opum acquirendarum causa itinera susciperent, poeta quoque itineris consilium ceperat conf. Ham. ٥١٩ v. 6. Meid. T. II p. 220. Hoc autem in versu itineris necessitatem exponit simulque liberalitatem suam laudat. Poeta autem tantâ in pauperes liberalitate erat, tantamque eorum curam habebat, ut cognomen عروة الصعاليك. »Ohrwahus pauperum« acciperet conf. Ham. ٣٢٨ sqq.

4. Ei necessitas est, quam officium (cura familiae) non impedit, dum generosus est, quippe quem calamitates, quibus opes auferuntur, adflixerunt. **(p. 752.)**

Hoc in versu filiorum patrem, cuius in superiore mentionem fecerat, describit. Talem eius statum esse, ut erga familiam officium poetam impedire haud possit, quominus opibus eum adiuvet. Si vox خلة vocali Dhamma, qui est alter legendi modus, pronuntiatur, amicitiam designat, ut sensus sit, nullam propinquitatem ei praestare; voci enim الحق propinquitatis significationem dant. Viri illius generositas officium adiuvandi probat. Post vocem تجرف suffixum obiecti omissum est. Significat autem, temporis vicissitudines opes omnino perdidisse modo, quo scopae abstergendo res omnino auferant.

XCIV.

Jasid b. Althatsrijjah dixit.

Poeta e gente Koschair; mater eius autem e gente Thatsr erat. Thatsr pars gentis Asd aut, ut alii contendunt, gentis Djarm erat. Filius est viri الصمة adpellati. Tempore Abbbasidarum a gente Banu-Hanifah occisus est conf. librum Citab-Alaghani et Ham. p. ٣١٨; sed alii eum anno 126 occisum esse contendunt. Plura vide in Ebn-Challikani opere N. 832.

1. Quum ad me in re necessariâ decretâ mittunt, ut ei operam dem, rem optime tracto.

Ob solertiam industriamque in re tractanda se laudat. Post verbum امارس aut obiectum omissum est aut vox فيها obiecti locum occupat.

2. Utilitas mea utilitas divitum est et cameli pascentes mei cameli pauperum, egenorum sunt.

Se, quamquam opibus non abundet, tamen tot beneficia conferre, ut diviti aequalis sit.

Scholiastes verbum فلّس (pauperem esse declaravit) cum verbo اعدل (iustum esse declaravit) et فسّق (corruptum esse declaravit), contulit.

XCV.
Salim b. Kohfan, quem uxor vituperaverat, dixit.

1. *Mater Alkolidi mane me vituperavit, qui crimen non commiseram; ei igitur dixi: Lente!*
2. *Ne vituperatione me laede! sed omni camelo, quem quis adveniens petit, funem para!*

Loco vocis سايلة in Mersukii codice طالبة invenitur. Hic versus paulum mutatus Ham. ٦٦٤ invenitur. Post hunc versum in Mersukii codice sequens invenitur: فلن لا تبكى علىّ افالُها اذا شبعت من روض اوطانها بقلا. »Cameli iuvenci me non deflebunt, quum ex hortis habitaculi sui herbis satiantur.« Initio suo similem versum Ham. ٧٤٦ habemus.

3. *Nam camelos puto esse opes pauperi destinatas et nonnisi diebus donorum paratas.*

Hic versus p. ٦٦٤ paulum mutatus occurrit. Tres autem sequentes versus, quibus uxor respondet, nonnisi singulis vocibus mutatis ibidem inveniuntur et explicati sunt.

1. *Iuravi, o fili Kohfani, per eum, qui tam in campis quam in montibus alimentorum sponsor est:*
2. *Quum funes contorti deficiunt, eos tibi parabo, quomdiu camelus ungulis suis incedit.*
3. *Dona igitur da neque avarus esto, quum petens venit! nam apud me ei funes sunt et praetextus remoti.*

(p. ٣٥٢.)

XCVI.
Alakrah b. Moahds dixit.

(Tempore Omajjadarum vixisse videtur, nam p. ١٣٣ versus Abu-l'Schahbo tributi ab aliis nostro adscribuntur.)

1. *Nobis camelorum agmen parvi habitum est, ad quos reditus est, dum eorum domini generosi sunt.*

Liberalitatem suam laudaturus camelos, quos possideant, parvi haberi dicit, ut rogantes iis saepius donentur. Causam autem in generositate invenit. Loco vocis مُخيسة in Mersukii codice محبسة (adligatum) (i. e. in atrio ut donis dentur). Quae in scholiis leguntur ومُخيسة حبست للقرى, apta non sunt. Magis conveniret etc. ومُحبسة, nam Mersukius habet: ويريد بالمحبسة انها مناخة بالفناء ولا تسام فى المرعى.

2. *Vicino lac ientaculo porrigunt, dum ipsae (cameloe) sitientes circum aquam vagantur et in eorum collis iuramentum non haeret.*

Ut tempus penuriae designet, camelas sitientes describit. Tali tempore lac vicino dare, liberalis est. Loco vocis تسلف in Mersukii codice نسلف, ut verbum ad personas referatur, legitur et loco يبيت legitur تبيت, siquidem vox قسم significatione voci يمين aequalis generis communis est. Arabes nimiam liberalitatem, ut videtur, impedituri iurabant, se neque camelum dono dare aut mactare velle.

3. *Et apud aquae receptaculum eorum sitis intelligentiam nostram stultam esse non declarat, dum compotoris pravi ira concitatur.*

In priere versu qeum sitientium camelerum mentienem fecisset, hoc in versu lenitatem et liberalitatem erga ees describit, qui simul cum ipse sitibuudos camelos ad aquae receptaculem agunt. Se aliis primum leoum concedere, dum pravi alies inde cum vi repellant. Seum agendi modem prudentem, alieram stultum adpellavit.

XCVII.

Jasid b. Aldjahm Hilalita dixit, dum alii versus Homaido b. Tsaur tribuunt.

1. *Quum mater Mohammedis avaritiam mihi commendasset, ei dixi: Ad avaritiam Ahmedem incita!*

Monet, ne mulier ipsi avaritiam commendet; sed ad alium potius se ceuvertat. Vocem احمدا interpretes varie mode explicant. Aut vocem adiectivi fermam comparativam esse i. e. virum maiere laude dignum quam ege, qued menitis tuis ebsequium praestat aut fieri pesae, ut nomen preprium sit, que filius mulieris aut prepinquus designetur. Legitur quoque: حتى على الجود احمدا. »Ad liberalitatem instiga, nam maiore laude dignum est!« Hec admisse accusativus vecis احمدا e verbo omisso pendet. Mersukius vocem ائتي adferl suppiendam putat; sed vox يكون suppieri petest, ut in verbis: »Pone te (i. e. recede a me!)! tibi tutius erit« et in Cerani loco Sur. 4, 169. »Abstinete! melies vebis (erit).«

2. *Vir ego sum, qui animam suam ad agendi modum adsuefecit; et omnis vir consuetudinem suam sequitur.*

In hoc versu verberum primi versus causam exponit. Menita illa inetilia esse.

3. *Num, quando crines albi in capite meo adparent et ad me gens Banu-Aihlan bini et singuli conveniunt,*

4. *Me lapsurum et aegrotaturum esse et retusum futurum sperasti? Abi a me repudio dimissa et mane proficiscere!*

Se, qui per longum vitae spatinm liberalitati adsuefactus sit, aliter agere nen pesse et spem mulieris vanam esse, fere, ut paene senex factus uxori ebediat. Istam autem, qeam cemmendat mulier, agendi rationem, cum lapsu, merbe et imbecillitate, dum auimus gladio ebtuse similis fit, comparavit.* Ne autem amplius mulier sic agat, repudium **(p. 754.)** minatur aut irâ accensus eam repudie dimittit. Genti Banu-Aihlan autem repetitis vicibus benefecerat, ut in iis moniti causa quaerenda sit. Similem sensum in versu sequente invenimus (metr. Raml): »Q u e m o d e l a p s u m m e u m s p e r a n t, p o s t q u a m c a n i t i e s e t c a l v i t i e s c a p u t m e u m t e x i t.« In schelii linea quarta cum Mersukie في الاصل legeedum pnto. Vecem وراءك primitus leco definieede inservientem (ظرف) hoc in versu locum nominis verbi tenere i. e. verbi loco positam esse c o n f. Gram. Ar. T. I. p. 545, et hanc ob causam

verbum أرحلي cum ea coniunctum esse, scholiastes adnotavit. Duas autem voces coniunctas modum dualis sequi. Dualem nonnisi in duabus rebus haud diversis adhiberi, et sic quoque nonnisi duas res haud diversas coniungi. Voces مثنى et موحد, quum sint a numeris modo a grammaticis عدل appellato derivatae, ad secundam declinationem pertinent (conf. Gram. Ar. T. I, p. 408). Scholiastes dixit, eas a formis numeri duo et unus (quo singuli indicantur) ad formam, qua repetitio (duorum et unius) designetur, transductas esse, nam ut voce موحد plures singuli, sic voce مثنى plures duo significantur. Vox طالق quum nonnisi ad feminam spectet, cum eâ feminini signum coniungatur, necesse non est. Grammatici in eo causam vident, quod vox pro ذات طلاق adhibita sit, id quod النسب adpellant.

XCVIII.
Alius dixit.

1. Etsi opes meae naturae meae metam non contigere, tamen opes, quas manus mea possidet, liberaliter do.

2. Ego opes non retineo, nisi ut eas perdam et conditio mea mutata ad aliam agendi rationem me non perducit.

Queritur, se non tantas opes possidere, quantae liberali naturae suae sufficiant; se autem nihilo minus liberalitati ita satisfacere, ut opibus suis non parceat. Se statu suo mutato ab ista liberalitate averti non posse, etsi eo pervenerit, ut paucas opes possideat, tamen se opibus non parcere, ut augeantur; se potius eodem tempore egentibus eas impertire. Voces autem لا احبس المال et de camelis in atrio adligatis, ut aut dono darentur aut hospitibus mactarentur, intelligi possunt Ham. ٧٤٢ v. 2. ٧٥٣ v. 1.

XCIX.
Sawadah Jarbuihta dixit.

1. Nonne Majja mane me vituperat dicens: Nonne eos perdidisti, quos alere debuisti?

2. Sine me, nam avaritia viris diuturnam vitam non parat et beneficium eum non perdit, qui id dat.

Contra feminam ipsum ob nimiam liberalitatem vituperantem se defendit. Similis sententia Ham. ٧٤٧ v. 1. invenitur.

C.
Hothajith b. Jahfor frater Alaswadi b. Jahfor Nachschalita dixit.

(conf. p. ١١٩.)

Si grammatico Abu-l'Fath fides est, vox حطائط parvum, depressum (de omni re adhibita) significat. Altera littera Hamsa in voce addita est et aequalem formam vox بطائط, quae cum illa simul adhibetur, habet. Sic in versu sequente (metr. Redjes): »Pudendum meum parvum quid est, sicut dorcadis vestigium in latere parietis im-

pressum« (i. e. vestigium quod in muro dorcas cornu facit. »Beatus de Sacyns الطّبْى mavult pronuntiare ensis acios; sed in codico Tebrisii aliao vocales additae sunt«). Scholiastes dicit: Quum in voce صوايق Hamsa addita sit, dubitari posse, utrum primaria sit an alius loco posita. Vocem يعفر futuri formam esse et triplici modo pronuntiari. Si prima littora vocali Fatha enunciotur, vocem ad secundam doclinationem pertinore; sin vocali Dhamma, declinari, quod verbi formam non amplius haboat. In vocibus, quae ob formam indeclinabiles sint, nonnisi (p. 755.) litterarum pronuntiandarum rationem habori, ut, si quis vocibus formae praotoriti passivi virum adpellet, propterea quod litterae huius formao cum nominum littoris conveniant, vox doclinari debeat. Sic quoque formam futuri additâ litterâ Waw, ut in versu sequente (metr. Basith): Ego, ubi amor visum meum implet, ubicunque eunt et accedo et adspicio«, vox انظور (conf. libr. meum: Darstoll. d. Arab. Verskunst p. 53.) si nomini proprio inserviat, declinabilem esse. Grammaticus Abu-l'Hasanus autem vocem يُعْفُر, quod originis rationom habet, indeclinabilem esso censet.

1. Filia Alahbbabi, Rohma dicit: Bellum contra nos gessisti, o Hothajithe! Tibi ipsi sedendi locum non reliquisti.

Poetae uxor Rohm nomen gerobat o gente Ahbbab oriunda, quae gens pars gentis Ihdjl erat. Haoc est causa, cur eam filiam Ahbbabi appellaverit. Uxor obiecerat, oum nimia liberalitate omnes opes perdidisse et cum sua gonte quasi bellum gessisse, dum ei omnes res eriperet, ita ut ne sedendi quidem locus relinqueretur. Fieri quoque potest, ut camelum, in quo sedens iter faciat, ut opes sibi acquirat, significare voluerit. In scholii lineâ quartâ verba وحطايط منادى مفرد significaro videntur, vocem حطايط, quao invocando inserviat, non duabus vocibus, ut عبد الله, constaro, ut vox مفرد voci مركب opposita sit.

2. Quotiescunque camelorum agmine parvo post magnum fruimur, eius inimicus es, sicut frater tuus Aswad.

Eum fratris sui agendi rationem in oo, quod opes parvas rolictas perdat, aequi, vituperat.

3. Ei igitur dixi, dum responso haud carebam: Vide, num Saidi Arbadique mortis causa in macie fuerit?

Causam vituperationis non esso dicit, quippo paupertas nomini mortem adferat. Rem exemplo virorum e gonto probare studet. Loco nominis زيد Said legitur quoquo Nahd (نهد). Sunt, qui Nahdum et Arbadum duos Hothajithi fratres fuisse dicant.

3. Liberalem mihi ostende, qui ob maciem mortuus est, (fortasse ad tuam sententiam accedam) aut avarum semper viventem!

Neque in liberalitate mortis nequo in avaritia vitae causam esse. Grammaticus Abu-Obbaidah quartae formao verbi رأى indicandi significationem in loco Corani Sur. 2, 122 tribuit. Sunt, qui لانك loco vocis لعلك cum eadem significationo legant. Littera Aihn cum litterâ Alif, ut in vocibus تكعكع ot تكاكا, كعص et كاص, littera Lam cum littora Nun, ut

in vocibus سدل et سدن, اضمحل et اضمحن permutatur. Hanc qooque vocis permutationem in versu poetae Abu-l'Nadjm [1]) cognominato invenimus (metr. Redjes): Mane veni, fortasse nos eum iu certamine pigoere posito mittemns!

(p. 756.)

CI.
Almocannah Cendita dixit.

(conf. p. ٥٢٢)

1. *Canities adrenit et quo post eam abis? Et iam abstinuisti et decessus tui tempus adest.*
2. *Adolescentiae dies leves erant; senectutis autem onus difficile mihi portandum est.*
3. *Dona dare ex eo, quod redundat, liberalitatis non est; sed beneficia deferre, dum parum possides.*

In primo versn se ipsum alloquitur adhortans, ut senox viam roctam sequatur. Post verbum ارعويت obiectom deest. Mersukius عن جهالتك »ab iguorantia toa«, quae iuventutis est, supplendum putat. Post senoctutom autem mertem instare. Voces منك رحيل sunt pro رحيلك. Iter in alterum mundum significare vult. In secundo versu luveotutem cam eoere levi, senectutem cum enere gravi comparat. Loco vocis على in Mersukii codice عليك invenitur, id quod primo versui magis convenit. In tertio versu veram liberalitatem definit. Vox ما dupiici modo explicari potest aot vocis الذى significatiooem habet aut negandi particula est, nt vertatur: et apud te paucum non est i. o. vera liberalitas eo cousistit, quod omnia damns, ut uil apud nos relinquatur.

CII.
Djowajjah b. Alnadhr dixit.

Nomen Djowajjah dominutivi formam habero, quae triplici modo dorivari possit, scholiastes exponit. Primus modus est, que a voce جوْءة derivatur, in qua littorae Hamsa pronuntiatio necessario lenior reddita est, ut in voce بنّى pro بنيْى et بريّة pro بريئة. Tum littera Waw, quum tertia radicalis post litteram Ja quiescentem essot, in litteram Ja mutata est, ut ex voce جويوة oriretur جُوَيّة seu جُوَيّة. Qui autem a voce اسود deminutivum اسيود formaot, ii nonnlai litterâ Waw in litteram Ja mutatâ, quod littera Waw in voce جُووة tertia sit, rem factam esse contenduut. Secuudus modus est, quo a voce جيّة (pro جوْية) originem duxit, quâ voce aqua corrupta designatur, quae significatio cum loquendi modo جوى جوفه (venter eius aegrotavit) cohaoret, quippe utraque vox in significatione corruptionis convenit. In forma deminutivi quum locum vocalis Kesra vocalis Dhamma occuparet, factum est, ut littera Waw in formam rediret. In plurali irregulari quoque in forma جوًى littera Waw adparet ot جيّا (ut قيم pro قوم dicitur) dici licitum non putatur, ne duae litterae Waw in litteras Ja por-

1) Poetam alii Alfadhl alii Almofadhdhal appellarunt. Celeberrimus genere Redjes appellato, ut primae classi adnumeraretur. Tempore Abd-Almaleci b. Merwan et Solaimani vixit.

mutatae eccurraut. Tertius denique derivandi modus est, que a vece جِبَاوَة deducitur, cui forma فعالة est. Cuius vecis permutandae modum beatus de Sacyus hunc adscripsit: Ex جِبَاوَة fit جِبْيَوَة, inde جُوَيْوَة, tum جُوَيْيَة et denique unâ litterâ Ja emissâ جُوَيَة. Quae scholiastes adtulit, clara sunt.

1. Thoraifa dixit: Nummi nostri non remanent, licet in prodigendo modum non excedimus et stulte eos perdimus.

Uxor, quod nummi erogati celeriter abeant, queritur.

2. Quum aliquando nummi nostri collecti sunt, ad diversas beneficiorum vias celeriter tendunt.

Nummos collectes in beneficiis diversis celeriter erogari dicit. Celeritatem ipsis nummis tribuit.

3. Nummus noster clamans crumenae nostrae non adsuefit; sed ad eam transit, dum libere dimittitur.

Hic versus in Mersukii codice desideratur. Nummum clamantem dixit significatorus, nummos, quum nen abscenderentur, quasi clamantes pauperes ad rogandum invitare. Nummum queque cum iumento cemparavit, qued in stabule non retinetur, sed, quo vult, libere abit.

4. Donec ad sordidum (avarum) pervenit, qui eum semper conservat, ita ut, quae nodetur, (crumena) paene laceretur.

Et hic versus in Mersukii codice nen legitur. Vox ينمزق nonnisi ad crumenam referri potest.

CIII.

Sorah b. Ahmru dixit.

1. Quoties innuptae pauperi, dum surgens manibus innitebatur, ob calamitatem aut ob maciem, ut mors immineret, **(p. 757.)**

Feminam penuria tantopere adflictam describit, ut debilis non bene surgere posset et morti propinqua esset.

2. Adipem meum cum eius macilento miscui. Tum socia, quae familiae accensetur, evenit.

In hoc versu, qui cum priore cohaeret, quemode ei benefecerit, describit. Opes suas adipem appellat, paupertatem maciem. Miscendo coniunctionem significare vult.

3. Et noctes, o mater Ahmrui, me perdiderunt et domicilium meum in desertis et itinera mea.

4. Et propterea quod parvum usque ad terminum suum educavi et unum mensem post alterum spem habui.

Poeta causas adduxit, quibus rebur suum exhaustum esset. Similem sensum poeta Ham. ٣٥٥ v. 2. expressit.

CIV.

Abd-Allah b. Alhaschradj Djahdita dixit.

Scholiastes voce Alhaschradj locum planum, ubi aqua restet, designari dicens, sequentem versum adnotavit (metr. Camel): **Eius ori oscula dedi cincinnos eius arripiens, quemadmodum debilitatus aquam frigidam loci plani, ubi aqua restagnat, bibit.** Poeta autem generosi laude ornatus princeps erat maiori parti provinciarum Chorasanae, Persiae, Caramanae praepositus. Pater poetae, poeta quoque, provinciam Kuhistan tempore Almosajjibi b. Abi-Aufa Alkoschairi tenens ab Almosajjibo provinciam expugnante occisus est. Nec non poetae patruelis Sijad b. Alaschhal princeps erat. Ad Ahlium, ut pacem componeret ea conditione, ut Moahwijahus Syriam teneret, tetendit; sed ille noluit Cit. Alaghani.

1. Nonne mater Salmi te vituperat? sed me non vituperare rectius fuit.

Prima species metri Wafir. Se ipsum alloquitur vituperationem illius feminae iminatam esse indicans.

2. Nam quod opes meas antiquas honorem conservans, do, prodigentia, o Omaima! et dilapidatio non est adpellanda.

Causam adtulit. Qui, ut honorem conservet, opibus haud parceat, eum recte agere. In Mersukii margine خط ويروى بتسراف سريره وسريرة جاريته. »Adscriptum est: legitur quoque بتسراف سريره et Sorairah nomen puellae eius est.« Antiquae opes sunt haereditate acceptae.

3. Et non, per patrem tuum! amico meo arridens, opes meas antiquas recuso.

Eius vituperationi respondet. Laetum frontem amico non satisfacere, si auxilio egeat. Sed **(p. 738.)** scholiastes ante vocem امنعه negandi particulam supplendam esse putat, ut sensus sit: Ei ridens dentes non ostendam neque opes meas antiquas ei recusabo. Rei probandae causa locum Corani Sur. 77, 36 adtulit. Voci امنعه et formam futuri Nasbati tribui posse, ut vox أن suppleatur. Postea nostrum quoque explicandi modum scholiastes adnotavit, ut voces وامنعه statui definiendo inserviant. Similia loquendi modus in verbis poetae (metr. Sarih) invenitur: **Tu ad me non venis, dum mecum nunc loqueris.** Futurum non Nasbatum praeferendum esse, nam si quis dixerit: ما جاءنى زيد وعمر, eum minus expressisse, quam qui dixerit: ما جاءنى زيد ولا عمر. Prioris sensum esse posse, duos venientes non coniunctos fuisse (i. e. simul non venisse); sed singulos venisse; posterioris autem, neminem eorum venisse. Eandem versus rationem esse, ut, si negatio repetita sit, utramque rem negatam esse.

4. Sed vir sum, qui, non obstantibus fortunae vicissitudinibus, ad cursum equi generosi animam suam adsuefecerit,

5. Dum dignitatem meam conservo et gentis Wardi et Alrakadi agendi rationem sequor.

Talem se describit, qui calamitatibus a generoso agendi ratione retineri non possit, dum

dignitati conservandae operam det et familiam suam in agendo imitetur. Se cum equo generoso, qui in certamine adversarios vincere studet, comparat. In voce أرى construendi modum inceptum reliquit; nam وعيا لمساعى dicendum fuit. Ward et Rokad duae familiae gentis Baou-Djahdah erant. Gentem Ward poeta in sequente versu respicit (metr. Thawil): Quom in superiore parte (montis) Almihdjani veheotium agmen esset, ei geutis Alward domus apparuere, quarum vicina perfidia erat. Wardus b. Ahmru b. Ahbd-Allah b. Djahdah quendam regem occiderat gentisque Hawasin feminas viris occisis in captivitatem abduxerat. Posteri eius de hac perfidia gloriabautur. Quae res causa erat, cur poeta Alachthal Nabeghahnm perstringens dixit (metr. Wafir): Gens vilis, quae perfidiam gloriae ducit et nescit, quae nobilium narratio sit. Rokad autem frater Wardi erat.

CV.

Vir e gente Banu - Sahd dixit.

1. Nonne mater Cilabi mane me vituperat dicens: Nonne mulgens lac paucum esse invenit?

Mulier poetam vituperaverat, quod camelorum numerus liberalitate tantopere deminutus sit, ut nonnisi paucum lactis habeat. Vox أبكاء »paucum (lac) adtulit« aut »paucum (lac) invenit« significare potest.

2. Dicit: Nonne opes tuas per errorem erogasti? Sed (dico:) num errori ducendum est, quod, quas acquisivit (vir), opes erogat? **(p. 759.)**

Errasse, i. e. peccasse poetam in eo, dixerat, quod nimia liberalitate opes erogasset Poeta hanc opinionem refellit dicens, eum, qui opes acquisiverit, eas tanquam suas erogare posse.

CVI.

Mosahfar dixit.

1. Beneficium meum confero, tum alterum desidero, ut id iterem et alterum ei adiungam.

Studium benefaciendi suum laudat. Tantum esse, ut beneficio singulo, quod contulerit, nunquam contentus alterum cum eo coniungat. In posteriore parte se cum camela confert, quae iterum bibens satiatur et pullum in utero habet. Merzukius dixit, poetam istis vocibus significaturum esse, se priori beneficio alterum aequale adiungere.

2. Et beneficium, quod contuli, mihi vituperationi esse iudico et ad socium meum venio, ubi valedixit.

Et prioris et posterioris partis sensum vario modo explicant. Voci لائمة aut vituperationis aut officii significationem tribui posse dicunt. Priore receptâ poeta in beneficiis collatis sibi haud satisfecisse putat et se ipsum vituperat; posteriore admissâ poeta dicit, beneficium sibi officium esse, quod ut servetur, alter postulare possit. Posteriori parti duplex tribuitur sensus:

aut poetam socii mortui sepulcrum visitare (nam voce ودّع valedixit interdum pro voce mori utuntur), ut tam mortuo quam viventi satisfacere studeat aut eum socium, ubicunque versetur, visitatum ire. Vox حيث tam tempori quam loco definiendo inservire potest. Mersukius sequentem versum addidit: وانى بما يكفى من الزاد اهله اقابل بذل المال حلساء اجمعا. Ego commeatu contentus, qui familiae sufficit, strata, opes omnes, porrigere paro. Placet addere scholion Mersukii: يقول انى اقابل بما يكون فيه كفاية الاهل من الزاد بذل حلس المال كله وقوله حلساء فى موضع الجر على ان يكون بدلا من المال ويكون على لغة من يجعل المثنى بالالف فى موضع النصب والجر واجمعا فى موضع الجر ويكون تاكيدا للمضمر المتصل بحلساء ولك ان تجعله تاكيدا للمال واجود من هذا ان تجعل حلساء مرتفعا بقوله بذل فيكون فاعلا وقد اضاف المصدر الى المفعول كقولك اعجبنى ضَرْبُ زيد عمروٌ وجعل الحلس فاعلا وان كان الفعل لصاحبه على السعة ويكون التقدير انى اقابل بما يُكتفى به من الزاد ان يبذل حلسا المال جميع ما يحويانه ويكون على هذا اجمع تاكيدا للضمير المتصل بحلساء لا غير والمعنى اذا حصلت الكفاية لاهل الزاد فانى انفض الوعاء الجامع للمال وافرّق كل ما فيه اى اقتصر على الكفاية وما تعدّاه اعدّه فضلا والحلس الواحد من احلاس البيت قال الخليل هو ما يبسط تحت حر المتاع من مسح وجوالق وغيرها.

CVII.

Ahrik Thajjita dixit.

1. Eheu! ei, quem amas, salutem dic, antequam se separat et cuius desiderio teneris et quem desiderio adficis!

2. Et ei, ad cuius domum nonnisi aliquamdiu accedere potes et quem tu quovis die, quo ab eo te separas, deploras.

Secunda species metri Thawil. Prior versus p. ٦٣٥ l. 12 occurrit. Aut alium aut se ipsum hortatur, ut amicitiae foedus cum socio renovet, quotiescunque habitacoli propinquitas visendi occasionem offerat. Socium autem talem describit, cuius propinquitas desiderio non impleat et cuius absentia deploretur. Ex primi versus hemistichiis homoioteleuto distinctis, versus initium carminis esse, cognoscere licet. Causa, cur carmini in hoc capite locum dederit, non adparet, nam minae potius vituperatioque, quam laudes carmine continentur. Voci دارٍ aut casus accusativus aut nominativus tribuitur; sed nominativus praehabetur. Si accusativus praefertur, verbo veniendi aut consentiendi (cum cuius domo tu non consentis i. e. ad quam venire non potes) significatio danda est; sin nominativus, adiuvandi significatio convenit i. e. cuius domus non adiuvat (dum longe remota est). Post verbum تبكى obiectum omissum est et sic quoque post verbum تفارقه, nam suffixum pro فيه est, ut suffixum personae suppleatur. In hoc voces كل يوم tempori definiendo inserviunt; sed fieri potest, ut verbis كل يوم obiecti locus detur. Hoc admisso suffixum verbi تفارقه personae est, ut vox فيه, quae ad voces كل يوم referatur, supplenda sit. Quod vox من in utroque versu repetita est, id sermonis vis augendae causa factum. Vox autem locum vocis الذى, ut definita aut vocis انسان, ut indefinita sit, tenere potest. In scholii linea quarta والمعنى تتاسف على كل يوم تفارقه فيه فتبكيه etc. apud Mersukium legitur, qui legendi modus verbo versus تفارقه aptior est.

3. In deserto Altsawijjah camela mea modo equi quinquennis, cuius ossa cruris medullosa sunt, currit

Iter suum celere per desertum describit, dum camelae incessum cum cursu equi quinquennis robore praediti comparat. Ista aetas in equis summi roboris initium est et, ut equum robore praeditum designet et cursui aptissimum, cruris ossa medullâ impleta esse dicit. Scholiastes dixit, vocem الارباع aetatem equi uno anno ante aetatem القروح adpellatam **(p. 760.)** designare. Quae res si ita est, poeta haud accurate locutus est, nam quarto aetatis anno equi summo robore praediti non sunt, ut cum eius cursu cameli incessus vix conferri possit. Vox Altsawijjah nomen loci aut terrae in regione gentis Thai est.

4. Ad Almondsirum optimum, Hindae filium, quem visitatura est; et quod antea fecit, reparari potest,

Scopum itineris regem Mondsirum b. Mâi-ssema, qui a matre Hinda cognomen acceperat, esse dicit et in posteriore versus parte itineris causam indicat. Eum optimum adpellavit, ut eum beneficum esse significaret; sed, quum vocem الخير tanquam adiectivum cum nomine coniunxerit, rectius ابن هند scribi oportuit, ut pars nominis non esse; sed nomini loco adpositionis potius esse indicaretur. Loco vocis تزوره, quae ad camelam referenda est, in Mersukii codice نزوره »quem nos visitaturi sumus«, invenitur. Posterior versus pars varium interpretandi modum patitur. Primus explicandi modus talis est, ut verba hunc sensum offerant: ليس الشي الذى هو سابقه من الفوت. »Res, quam antea (Almondsirus) peregit, non effugit« i. e. reparari potest. Hic interpretandi modus sensu versus secundi sustentatur, quippe in quo feminarum captarum mentio facta sit. Almondsirus quum aliquando ab expeditione bellica sine praeda rediret, verbis viri cuiusdam commotus est, ut e gente Thai, quacum ei foedus esset, feminas captivas abduceret. Hanc igitur perfidiam beneficiis reparari posse poeta dicit. Secundus interpretandi modus eo consistit, quod vertitur: Haec res, quam Almondsirus antea peregit, poetam non effugit i. e. poeta eius quoque particeps erit. Poeta igitur beneficia, quae Almondsirus in alios contulerit, respicit, ut Almondsiri liberalitatem tantam laudet, qua commotus non solum primum advenientibus, verum etiam postea venientibus benefaciat. Tertius denique interpretandi modus talis esse potest, ut vertatur: »Qui primum ad eum venit, frustratus non est,« dum vox سابقه sit pro سابق اليه et الفوت sit pro فى الفوت.

5. Nam mulieres, inter quas securitatis diploma eius est, aliter quam, quod quidam dixit, praeda prava sunt.

In hoc versu perfidiae regis, quam antea commemoravimus, poeta mentionem facit, et virum, qui instigans regem feminas bonam praedam esse dixerat, refellit. Tres versus partes 1) voces غير ما قال 2) غنيمة سوء 3) وسطهن مهارقه duplicem interpretandi modum patiuntur. Voces غير ما قال aut voci نساء loco adiectivi sunt aut modo nominis actionis, quod rei confirmandae inservit, accusativum obtinuere, ut pro غير قول القايل sint. Voces غنيمة سوء aut

praedicatum subiecti عن omissi aut praedicatum vocis أن sunt. Voces وسطهن مهارقة aut praedicatum vocis أن aut adiectivi loco vocis نساءاً, ut inter adiectivum et substantivum praedicatum vocis أن positum sit. Priore modo admisso versus sic vertendus est: « Mulieres diversae ab eo, quod quidam dixit, quippe inter quas diplomata securitatis ab eo data sint, sunt praeda prava; posteriore autem praehabitâ, sic vertas: Mulieres, inter quas diplomata securitatis ab eo data sunt, sunt praeda prava, diversa ab eo, quod quidam dixit. Loquendi modum in verbis غير ما قال قايل similem esse verbis هذا لا زعماتك »hoc (rectum est) non id quod praetendis«. Quod in hoc versu diplomatis regii mentio facta est, quo genti Thai securitas promissa erat, ex eo, genti Thai scripturam haud incognitam fuisse, conicere licet. Nisi omnia me fallunt, Arabibus, qui aut religioni Christianae aut religioni Judaicae addicti erant, scribendi ars magis nota fuit, quam Arabibus paganis. Amru-l'Kaisus (conf. Diwan p. ٢٣ v. 14.) monachis scribendi artem tribuit. Chadidja, Mohammedis uxor, cognatum Warakah appellatum habebat, religioni Christianae addictum, qui Hebraicam scripturam callebat. Arabes quoque Arabiam felicem incolentes scripturâ a reliquis diversâ مسند appellatâ antiquis temporibus usos esse, constat conf. Pocock. specim p. 168. Scribendi artem Enochum, Sethi filium, invenisse, Arabes narrant Meidan. 1, 40. Artem scribendi Arabibus omnino ignotam non fuisse, plures res probant. In carmine (Moallakat) Haretsi pacis foedera inter gentem Taghleb et Becr (vers. 67.) scripta commemorantur. Hodjrus, pater Amru-l'Kaisi ante mortem epistolam ad filios misisse narratur Amru-l'Kaisi vita p. ٨ infr. Amruus b. Kelthum ad Nohmanum b Almoudsir litteras ab Arabe scriptas mittit (vita Amru b. Kelth p. ٧ l. 2.). Reges Hiram incolentes arte scribendi usos esse, epistola Motalammeso tradita probat conf. Meidan. 5, 112. Hi autem scripturâ Persicâ etsi Arabica verba scriberentur, usi esse videntur, nam, quum in isto oppido duces Persarum cum militibus stationes haberent, non potuit non ars scribendi ad Arabes transire. Haec autem scriptura, quum quotannis Arabum principes cum asseclis Hirae aliquod tempus versarentur, Arabibus campestribus non omnino ignota esse potuit. Persicam autem scripturam linguae Arabicae, quippe utriusque linguae litterae multum diversae essent, minimo aptam fuisse, negari non potest, qua in re causam video, cur scripturam Syriacam postea adhiberent. Arabes in oppido Anbar, quod oppidum in ripa Euphratis sita in finibus Iracae est (Abulf. Geogr. p. ٢٩٩) habitantes ex Syria litteras acceperant, quas inde Hiram translatas esse narrant. Meccam ars transferebatur a Bischro b. Ahbd-Almalec, qui filiam Harbi, sororem Abu-Sofjani, in matrimonium duxerat. Bischrus autem a Moramiro incolâ Anbari artem didicerat conf. Pocock. spec p. 153. Ebn-Kotaibah Ebn-Chalic. Nro. 468. Gentem Koraisch igitur eam ex oppido Hira accepisse, sunt qui dicant (conf. Pocock spec. p. 163. Abulfed. Ann. T. I p. 13. adnott. hist.) Hoc factum esse Mohammede iam adulto narrant. A Bischro artem Abu-Sofjanum et Abu-Kaisum b. Ahbd Manaf didicisse, qui magistrum gentis instruxerint. Koraischitae foedus ad supprimendos Mohammedanos factum scripto confirmantes in templo Meccae deposuerant. Abulf. Ann. T. I p. 42. Primam epistolam Mohammedes ad Ahmirum b. Althofail anno

Hedjrae quarto scribendam curavit ibid p. 100. Anno sexto pacis pactum ab Ahlio scriptum est ib. p. 126. Abu-Becri scriba Ohtsmanus fuit. Abulfar. p. 171. infr. Scripturam Syriacam Arabes initio haud mutatam imitatos esse, in scriptura, quam Cuficam adpellamus, in exemplaribus Corani antiquis obvià cognoscere licet. Decursu temporis per tria saecula eam usu, quemadmodum fieri solet, magis magisque mutatam fuisse, dubitari haud licet, donec ab Ebn-Moklaho, qui natus anno 272 anno 328 diem obiit, facilior scribendi modus inveniretur, qui post saeculi circiter spatium ab Ebn-Bawwabo, scriba celeberrimo, perfectior redditus est. conf. Pocock. spec. p. 363. Ebn-Challic. Nro. 468. Praeter pannum politum, gossypium, ex quo charta xylina orta est, Amru-l'Kaisus membranam (قضيمة) conf. Diwan. p. ٣٥, v. 3. et palmarum folia, in quibus scribebatur (ibid. p. ٣٠ v. 13.) commemoravit. Illis deficientibus ossa larga Arabes quoque in hunc usum adhibuisse legimus Pocock. spec. p. 162. Lebidus in Mollaka v. 2. materiae lapidis mentionem fecit.

6. Et si leporis caro in pacto nostro sumta esset, promissis nos stetissemus; et hoc pactum tu tibi servandum imposueras.

In hoc versu vituperatio regis est; obiicit enim, regem pactum sibi impositum non servasse. Huic gentis suae agendi rationem, quae et in parvis rebus fidem servatura fuisset, opponit, ut regem ad vitium beneficiis reparandum instiget. Ut parvam rem designaret, leporis, quem quisque venari potest, carnem commemoravit. In versu duplex legendi modus معالقة et مغالقة exsistit. Prior legendi modus significat, pactum illud ei adhaerere, donec ei satisfecerit; posterior autem, regem illud pactum tanquam pignus, quod non reddatur, apud se retinere eique haud satisfacere.

7. Num omnis exercitus, qui semel praedâ destitutus gentem submissam invenit, eam (tanquam praedam) propellere potest? **(p. 761.)**

Rem a rege turpiter peractam respicit. Regis iniustitiam indicat.

8. Homines eramus cum gaudio obsequium praestantes, qui in deserti rivis et locis nigris lapidibus impletis incedebamus.

Quum turpe est hominibus obsequium praestantibus malum inferre, tum turpius etiam habendum, si homines lubenter obsequuntur, ut nil mali timere possint. Scholiastes vocem بغبطة, quae statui describendo inserviat, vocibus مغتبطين بمالنا explicavit, ut sensus sit: dum nos pecoribus nostris laetabamur et securi eramus. Quae autem addidit, ea securitatis statum describunt. In vallibus nil timentes degebant neque altos montes suos, quibus se defenderent, petebant. Voces تسيل بنا تلع الملا »fluxerunt nobiscum valles deserti, in quibus aqua erat« significant, eos in talibus locis incessisse, ut aqua eos ab uno loco in alterum quasi transferret.

9. Iuravi, me habitaturum non esse nisi in montis iugo, cuius arenae et arenarum tractus tibi interdicti sunt.

Quem ipsi timorem res peracta iniecerit, describit. Scholiastes dicit, poetam e regis ditione migraturum esse; sed, quum Thajjitarum regio montibus altis maxime defensa esset, talis migratio haud necessaria fuit et poeta mihi voluisse videtur, se nonnisi in regionibus contra regis vim defensis in terra Thajjitarum commoraturum esse. Vox حرام aut genitivum, ut cum voce صهوة coniuncta sit, aut nominativum, ut praedicatum subiecti postpositi (رملة) sit, accepit.

10. Per hostiam iuravi, cuius iuvencae camelae signatae erant, dum in deserto Alghabithi parvi eius cameli currebant:

Iusiurandum et quidem magis sacrum, ut mihi videtur, addidit. Arabes quoque per dominum hostiarum iurabant conf. Ham. ٧١٥ v. 6., ubi de hostiis et de modo, quo signatae erant, sermo est. De iureiurando conferas. p. 566. Vocem Ghabith nomen loci esse, in quo pugnaretur, in Kamuso legimus. Huius diei apud Meidanium T. III P. 1 p. 569 mentio facta est; sed, ubi situs sit, non additur. Hostiae Meccam ductae ad festinandum impellebantur, quapropter noster verbo خب usus est et aliis locis hostiae الراقصات »currentes« adpellantur. Ham. ٧٢٥ v. 6. Iuvencos camelos Meccam ductos esse, ex vocibus بكرات et درادق cognoscimus.

11. Profecto! Si (agendi rationem) non permutas, postquam fecistis, ossi incumbam, quod ego rodo.

Huic versui minae insunt. Si agendi ratio, quam inceperit, haud mutetur, se eum perstricturum esse. Vituperatione et satyrâ perstringens cum eo comparatur, qui viri carnes edit. Sic Alahjjarus a Nohmano interrogatus, cur Dhirarum defenderet, respondit: اكل لحم اخى ولا ادعه لآكل. „Carnem fratris mei edo, sed alteri eam edendam non permitto« (conf. Meidan. 23, 283.) et Ham. I, 630. Se igitur satyrae, quâ occupatus sit, maiorem operam daturum esse, minatur. Qui os rodit, eum carne omnino denudat. Ab hoc autem versu poeta nomen accepisse putatur. conf. Ham. ٦٣٥. Legitur يُغَيِّرْ بعضُ, quorum verborum construendi modus aptior faciliorque est. Legitur quoque لانتحين العظم, quod aeque bonum est. Dialecto autem gentis Thai vox ذو loco vocis الذى propria est. conf. Ham. ٢١٢ v. 3. ٥١٥ v. 2. Versus hic legitur in Rasmusseni Additam. p. ٥٦. Ibi duo alii eiusdem carminis versus citati sunt.

CVII.

Bordj b. Moshir Thajjita dixit.

(conf. Ham. ١٧٥.)

1. Ab arenis tenuibus Almarruti profecta est, donec ad me perveniret, dum loci Kanat valles angustae ab ea me separabant,

Feminae amatae visionem, a qua longo viae spatio separatus erat, describit. conf. Ham. ٢٢ infr.

Almarrut vallis nomen in ditione gentis Djoman b. Ahbd-Alehssa, in qua inter gentem Tamim et Koschair pugnabatur (conf. Meid. T. III. P. 1. p. 562, nec non regio gentis Bahilah aut Colaibi erat Ham.) et Kanat vallis apud Medinam. Vox شاجون valles angustas et arbores perplexas designat. De proverbio: »Narratio plures vias habet«, quod narrationem rem (p. 762.) in mentem revocare designat, conferas Meidan. 6, 29 et Harir. ٢١٨.

2. Ad virum iumenta propellentem, licet eorum pedes nudi erant, emaciata, dum pinguia eorum cuspidibus (gladiorum) infelicia sunt,

Se iter longum facientem simulque liberalem describit. Nonnisi longo et molesto itinere cameli emaciabantur et pedes, qui corio muniti erant, trite corio denudabantur conf. Ham ٦١٢. Vox سنان cuspidem lanceae significans hoc in loco haud bene adhibita videtur, quippe in versu nonnisi de camelis pinguibus hospitibus pauperibusque mactandis sermo sit; solebant enim gladio uti.

3. Nam hominibus eorum carnes in ahenis coquuntur et avibus eorum fimus in ventriculis et foetus in uteris sunt.

Se in deserto hominibus camelas pingues in uteris foetus gestantes mactare narrat. Camelae, quae fetum ferunt, maioris pretii erant; talia quoque animalia pinguiora esse solent. Vox طبخة unam coquendi actionem designat. Fieri potest, ut voce adhibita et liberalitatem, ita ut nil carnis in futurum usum adservetur et multitudinem hominum edentium significare velit.

CVIII.

Milhah Djarmita dixit.

(conf. p. ٧٨٥.)

Vocem Milhah origine adiectivum esse, scholiastes sequente versu probat (metr. Thawil): »Ad aquas salsas adveni easque nolui. Loco animae meae sunt gens mea prior et pecora mea.«

1. Vir, a quo omnes res turpes remotae sunt et neque cum eius carne neque cum eius sanguine mixtae sunt.

Virum omnino liberum a vitiis laudat. Ut totum virum designaret, sanguinem carnemque opposuit.

2. Ac si globorum pannorum Kobthoricorum lora ex trunco recto eius suspensa sint.

Rectam longamque staturam (quae Arabibus laudi est Ham. ١٣٢ v. 1.) eius cum trunco arboris recto comparat et, ut pulchritudinem indicaret, pannis pretiosis eum vestivit. Kamusi auctor pannos albos line confectos esse dicit. Quae res si ita se habet, albedine nobile eius genus designare videtur, quippe color albus nobilibus proprius putaretur conf. Ham. ١٨

v. 2. v. 2. In Mersukii opero sequentia leguntur: القبطرية جنس من الثياب رفيع ومعنى البيت انه طويل القامة مديد الجسم فكان زرور القمص من هذا الجنس من الثياب علقت منه على جذع مقوم اراد ان طوله طول جذع هكذا. In Morsukii codicis margine alius legendi modus بنادكها adnotatus est, in Tebrisii codice بنايقها.

3. Validus in itineribus, cuius, quum ventus fervidus instar ardoris ignis se ei obvertit, os velamine tectum non est.

Virum molestiis in itinere ferendis aptum laudat. Grammaticus Abu-Ahmruus in Djeoharii opero e nostro versu significationem validi in itineribus faciendis probare studet; sed fieri potest, ut lupi significatio sit, dum is, qui molestiis ferendis aptus est, cum lupo comparari potest. Ventus fervidus si e contrario in deserto flat, viatori molestissimus est.

4. Quotiescunque socii in itinere nocte obscura ducem eum creant, tristitiâ non adficitur.

Animi fortitudinem eius laudat, quae tanta est, ut in rebus difficillimis ab aliis dux creatur. Iter autem nocte obscura in deserto rebus difficillimis adnumerari potest. In explicanda voce يتهكم in diversas sententias interpretes abiere, quarum pars lexicographorum auctoritate haud nititur. Alii vocem errorem commisit alii poenitentem se ostendit, alii beneficia exprobravit, alii moerorem se ostendit verterunt. Abu-l'Ahla voci terminum in rebus transgrediendi et omnia audendi significationem tribuit. Vocem quoque in femina, cuius multam mentionem facimus, adhiberi, sequente versu scholiastes probare studet (motr. Redjes): »In Laila commemoranda semper modum transgreditur.« Loco casus nominativi in voce اصحابه accusativus invenitur, quem Abu-l'Ahla praetulit. Hoc admisso, dum verbi subiectum سرى الليل est, iter nocturnum cum iaculatore (p. 763.) comparavit; altero autem praehabito, socii iaculatores sunt, qui fronte viri, dum eum ducem crearunt, iter nocturnum petunt. Mihi hic comparandi modus et rei aptior et facilior intellectu magis placet. Legitur quoque: سرى ليله, quod in margine codicis Tebrisii adnotatum est.

5. Est ei papillae duae pectoris eius sigilla sint, quae scribae Graeci e luto Djaulani formarunt.

Versus sensu cum priore parum cohaeret. Papillas in mammis viri illius tanquam pulchras descripturus cum sigillis a scriba solerte formatis comparat. Ut autem in colore quoque similitudo adpareat, luti Djaulani, cuius color ad nigrem vergit, mentionem fecit. Djaulan nomen loci est a Damasco viâ noctis distantis. Graecorum autem Persarumque scribae ex arte scribebant.

CIX.

Alius dixit.

1. Tu, o fili Djahfari! quam vir praeclarus es, et quam pulchrum hospitium viatorum nocturnorum est, quum adveniunt!

2. Et quoties hospes ad gentem nocturno itinere veniens commeatum sermonemque invenit, qualem cupivit!

3. Sermo latus cibi hospitalis est, tum postea tegumentum in atrio domus.

Scholiastes homoioteleuton triplex in versibus inveniri adnotavit, primum متراكب appel-

latum, quod tribus litteris motis inter duas quiescentes, tum متدارك appellatum, quod duabus litteris motis inter duas quiescentes et denique متكاوس appellatum, quod quatuor litteris motis inter duas quiescentes efficitur. Primum in vocibus الحي سرا, (conf. libr. m. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 303 sq.) secundum in vocibus اذا اتا: sed, tertium ubi sit, non video. **Poeta Abbd-Allahum b. Djahfar b. Mohammed Alzadik** ob hospitalitatem laudans trium rerum mentionem facit, cibi, sermonis leotique. Voci سرى scholiastes casum accusativum tribuit, quod nomine temporis omisso tempori definiendo inserviat. Loco vocis طرف in Mersukii codice جانب legitur. Similem sensum in versu sequente expressum invenimus (metr. Thawil): »Cum eo loquor, nam sermo para hospitalitatis est et eum dormiturum esse scio.«

CXI.

Alschammach dixit.

(conf. p. ٣٨٧.)

1. *Quoties dispersum capillum habentem, cuius vestem internam iter laceraverat, et qui carnem nondum bene assatam baculo trahebat,*

Virum hospitalem, qui in hospitibus celeriter excipiendis operam curamque ponit, describit. Primum eum talem, qui dispersum haberet capillum, adpellat, ut studium eius operamque designet, tum ei laceram vestem internam tribuit, ut laborem gravem aut paupertatem (conf. Ham. ٧١٥ v. 1.) indicet et denique eum carnea non bene assatas in baculo adferre dicit, ut studium et festinationem in cibo adferendo patefaciat. In scholii linea prima loco vocis التعجل in Mersukii codice التعمل legitur, quae vox significatione aptior est. Voci غير scholiastes accusativum, ut statui definiendo inserviat, trubuendum putat, ne inter substantivum شواء et adiectivum غير vox in phrasi haud necessaria (اجنبى) conf. Gram. Ar. T. II p. 161. 208 posita sit. Coniunctio enim substantivi et adiectivi, quum similis sit coniunctioni vocum, quas grammatici موصول et صلة adpellant, quae tali voce interpositâ separari non possunt, eandem rationem sequitur conf. Gram. Ar. T. II 259. 261.

2. *Ad id vocavi, quod mihi supervenit; tum generosus ex virorum numero, haud vilis mihi adnuit.*

Porro, virum illum, quem calamitate pressus in auxilium vocaverit, ipsi opem tulisse, describit. Et haec est causa, cur generosum, haud vilem eum adpellarit.

3. *Vir est scutellas implens, qui cuspidem irrigat et strenui, armis tecti caput percutit.*

Primum liberalitatem in cibandis aliis, tum strenuitatem in pugna describit. Cuspidem lanceae hostium sanguine irrigat. Quo autem melius armatus est hostis, eo maiorem laudem, qui eum vicit, meretur. De voce شيزى confer p. ٩١١. infr.

4. *Vir, qui vili victu contentus non redditur neque loco, per quem in gentis domus intret.*

Duas res laude dignas viro tribuit, animum scilicet, qui parvis haud contentus altiora

petit et probitatem castitatemque, quae ex eo cognoscitur, quod in gentis domus, ut cum feminis rem habeat, haud intrat. Modus, quo scholiastes vocem بالمتولج interpretatur, vocalibus activi nititur, ut voci intrantis significatio sit et sic construatur: فتى ليس بالمتولج »vir, qui intrans non est.« Articulum aut esse loco vocis الذى, ut sit pro الذى يتولج aut definiendo nomini modo articuli inservire. Priore explicandi modo, cuius necessariam causam non video, praehabito, pronomen الذى (موصول) vocibus فى بيوت الحى, quae cum eo coniunctae sint, postpositum esse, statuendum est. Grammatici autem, ut res, quae linguae regulis contraria sit, evitetur, voces فى بيوت الحى nonnisi explicando (تبيينا) esse dicunt, ita ut propositio coniuncta (صلة) in voce يتولج cernatur. Voce بالمتولج autem cum vocali Fatha pronuntiatâ aut nominis loci conf. Gram. Ar. T. I p, 305 aut nominis actionis ibid. p. 327 forma esse potest, ut constructione cum verbis بارق معيشة cohaerens a voce بالرضى regatur.

CXII.

Jasid Haretsita dixit.

1. Quum mors virum assequitur, eum, si laus non esset, viro haud nato similis tibi videretur.
2. Et ad virum candidum, cuius tunica ampla erat, veni, qui praesenti loco eius, qui praesens non est, sufficit.

Sententiam generalem in priore versu laudi praemittit indicaturus, virum, quem laudet, post mortem ob laudem beneficiis partam in vivis futurum esse. Virum candidum adpellat, quod color albus nobilitatis indicium habetur Ham. ٧٢٥ v. 2. Amplam autem tunicam ei tribuit, ut principem eum esse significaret. Arabes quoque vestimentum in animae indolem transtulerunt, ut dicentes, quendam puris vestibus indutum esse, eum vitiis liberum indicarent. Fieri quoque potest, ut longam viri staturam, quae laudi est (Ham. ١٣٣ v. 1), describere velit. In posteriore autem versus parte dicit, virum in consessibus tantâ auctoritate uti, ut eius praesentia absentibus defensioni sit, dum eo praesente nemo absentem laedere audeat.

CXIII.

Dorald b. Alzimmah dixit.

(conf. p. ٣٧٧.)

1. Ventre extenuato eum vides, dum cibus praesens, paratus est et tunicâ lacerâ tectus mane incedit. **(p. 765.)**
2. Quem si paupertas penuriaque adficiunt, eius liberalitas augetur, ut, quod possideat, perdat.
3. Brevi tegumento cinctus, ut medium crus adpareat, patiens in infortunio, altiora petens.
4. Ob calamitates parum querens, bene observans hodierno die, qui cras facta secuturi sint sermones.

Mersukius hosce versus recte omisit, quippe qui Ham. ٣٧٩ et ٣٨٠ praetericrint. Ordo ibi diversus est. Tertius noster ibi p. ٣٧٩ sextus est, tum sequitur noster quartus ibi loco septimi, denique p. ٣٨٠ primus et secundus sequuntur. Versus noster tertius ibi vario modo legitur.

CXIV.

Alius dixit.

1. *Generosus quum parsimoniam sibi dedecori putaret, opes petere non cessavit, donec dives evaderet;*

2. *Sed, quum opes acquisivisset, beneficia cuilibet dona speranti et spem in eo ponenti detulit.*

Virum nonnisi, ut dona multa daret, opes petentem laudat.

CXV.

Cotsajjir dixit tempore, quo familia Almohallabi ad Jasidum b. Abhd-Almalec ducebatur.

Jasidus, Mohaliobi filius, quum in Chorasana turbas excitassot, anno centesimo primo a Muslima victus est. Familia in Kormanam aufugit conf. Abulf. Ann. T. I p. 442 ot adnott. hist. 205 sqq. Aut familia in Kermana capta aut nonnisi pars familiae roliquis occisis ad Jasidum adducta videtur. In Ebn-Challikani opere Nr. 826 p. 123 legimus, omnes occisos esse exceptis Abu-Ohjanaho ot Ohtsmano b. Almofadhdhel, quippo qui fugâ salutem potentes ad Chakanum et Rotbiium pervenissent.

1. *Intelligens, quotiescunque desiderio potitur, bene agens aut durissimâ poenâ adfligit aut condonat haud exprobrans.*

Modum recto agentis describit, qui aut durâ poenâ hostes adfligit, dum modum non excedit aut condonat vitia non oxprobrans. Scholiastes adnotavit, grammaticum Abu-Obbaidah in explicandis Corani verbis Sur. 12, 92 voci تثريب corruptionis significationem dare, aliis vocem reprehendendi significationem habere dicentibus.

2. *Condona, o princeps fidelium! et computum ini, nam, quod boni tibi adquiris, id in librum inscribitur.*

A principo, ad quem familia ilia ad puniendum adducta erat, ut condonet, petit et condonationis praemium apud Deum haod defuturum esso dicit. Actiones hominum in librum inscribi, ut post mortem oarum ratio habeatur, in Corano legimus (Sur. 43, 18). Loco vocis تكتسب in Mersukii codice تحتسب »in computum refers« legitur, quae vox in Tebrisii codice superscripta invenitur. Accusativus عفوا et حسبة ex imperativo oiusdem verbi omisso pendet.

3. *Male egerunt; sed si condonas, eo dignus es; nam optima clementia in computando irati clementia est.*

Concedit quidem, eos poenam meruisse; sed clementiâ uti principem decere. Mohammedes clementiam suis commendavit. In Corano Sur. 3, 128 legimus والكاظمين الغيظ والعافين عن الناس والله يحب المحسنين »et ii, qui iram cohibent et hominibus veniam dant et Deus benefacientes amat« Jasidus autem, misericordiâ poetam commotum esse, ut talia proferret, dixit.

Se autem, nisi regnum obtrectassent, iis veniam daturum fuisse. Voce حسبة poeta modum significare vult, quo Deus eorum, quae homines egerunt, rationem computat.

(p. 766.)

CXVI.

Jasid b. Aldjahm dixit.

(p. ٧٥٣.)

1. *Gens Hawasen me interrogat, ubi opes meae sint? Num mihi opes sunt praeter eas, quas perdidi?*

Voces وهل لى etc. sententiam intermediam inter interrogationem gentis et poetae responsum efficiunt. Negando autem inservit. Vox غير exceptionem efficit, quam poeta ante rem, cui exceptioni est, posuit.

2. *Eique respondi: O gens Hawasen! opibus meis calamitates graves noxam intulerunt.*
3. *Eis quoque vox s a n e nocuit et vox s a n e iam olim opum pestis erat.*

Caussam, cur opes non possideat, exponit. Unam in calamitatibus supervenientibus, alteram in beneficiis, quae petentibus denegare non potuerit, positam esse. Particulam نعم poeta tanquam substantivum adhibuit. Vox قديما aut tempori definiendo inservit, aut, quod minus placet, adiectivum est cum voce وبال coniungendum, quod, quum ante substantivum locum haberet, casum accusativum obtinuit, ut in verbis poetae (metr. Wafir). »M a j j a e v e s t i g i u m d o m u s h o m i n i b u s m o e r o r e a d f i c i e n s e s t.«

CXVII.

Arabs campester dixit.

1. *Ecce virum, qui altum dignitatis gradum studio suo assecutus est, cuius pater patruelis matris suae non est, cuius propositum viri imitantur!*

Virum laudat tanquam talem, qui altiora petat, qui e connubio cum cognata non prodierit et cuius agendi rationem alii sequantur. Mohammedes connubium cum peregrinis sequentibus verbis commendasse dicitur: »Peregrinas in matrimonium ducite, ne filios debiles procreetis!«

CXVIII.

Ebn-Almaula in Jasidum b. Hatim b. Kabizah b. Almohalleb dixit.

Jasidus anno 143 aut 144 Aegypti imperium obtinuit et inde anno 154 ab Almansuro tempore, quo Hierosolymas visitatum profectus erat, in Africam contra rebelles missus est. Anno 155 rebellibus victis Kairowanum intravit. Usque ad mortem Africae praefecturam tenebat. In oppido Kairowan anno 170 diem obiit, succedente filio Dâudo, qui anno 172 ab Harun-Alraschido remotus est.

1. *Quum actio generosa venditur et emitur, alius quam tu venditor est, tu autem emtor es.*

Actionem generosam cum merce comparavit, quae venditur emiturque. Poeta significare

vult, omnes res generosae actioni a viro laudato postponi. Scholiastes particulae او significationem particulae و et tribuit modo, quo in pactis matrimonii adhibita reperitur.

2. Et, quum viae arduae sunt, via, quae ad liberalitatem tuam ducit, ardua non est.

Poeta tempus durum, quod efficit, ut beneficia denegentur, cum via ardua, in qua nonnisi cum molestia ad liberalem pervenitur, comparavit. Tali tempore a viro laudato beneficia liberaliter conferri. Scholiastes Mersukii verba الى من يتندى ويشتهر بفعل المعروف (p. 767.) haud bene in linea prima cum verbis من يتندى المعروف commutavit. Vocem اوعر, ut in Corani loco Sur. 30, 29 vox اهون, comparativi significationem non habere, scholiastes adnotavit.

3. Et quum beneficium confers, manibus duobus, quarum liberalitas inquinata non est, perfectum id reddis

4. Et quum petenti donum dare vis, liberalitas tibi dicit, dum tu ei obedis, multum da!

5. O unice Arabum! a quo se removere et quo carere non possunt.

Virum tanquam liberalissimum et unicum in suo genere, quem alii sequi debeant, describit. Tertius versus aut verba liberalitatis aut verba poetae continere potest. Prior interpretandi modus si admittitur, voces يا واحد etc. cum verbis قال الندى cohaerent. Vox ان in tertio versu superflua est conf. Ham. ۸۳ v. 6 ۱۵۳ v. 2 etc. Scholiastes adnotavit, in voce مقصر vocalem Fatham regulae aptiorem esse, quam vocalem Kesra, propterea quod vocalis futuri Dhamma sit; sed interdum a modo consueto Arabes recessisse invenimus conf. Gram, Ar. T. I 302 sq.

CXIX.

Almoahdsdsal b. Abbd-Allah Laitsita dixit.

Poeta quum ob crimen captus esset, eius sponsor Alnahsus b. Rabiah fuit. Hic autem, cui traditus esset, equo et mulo datis fuga se eripiendi facultatem poetae obtulit. Cuius rei ut gratias ageret, alteri eligendi potestatem fecit, utrum se an familiam carmine laudari vellet. Familiam laudari praetulit.

1. Deus viris gentis Alahlic, etsi domus mea ab iis remota est, optimo, quo pensare potest, penset!

In hoc versu, se, quamquam ab iis remotus sit, tamen gratias ob beneficia debere, confitetur et Deum rogat, ut quam maximo beneficio iis retribuat. In scholii linea secunda scholiastes noster Mersukii verba: انه يشكرهم مقارضا ولا طامعا nse iis gratias agere, ut (beneficium) gratiis penset, non doni cupidum» haud bene mutavit, quippe Tebrisii verba clariora non sint. Mersukius autem sequentia addit: فيوثر فيما هو الغرض فيه قرب الدار وبعدها بل يؤدى حق نعمة ويقضى لازم فريضة.

2. Ii inter se me receperunt et honorificam societatem mecum iniere, quum a Deo, quod mihi contingeret, decretum esset.

Causam gratiarum agendarum exponit. Se ab iis periculo liberatum esse. Vox بالنفوس

est pro بنفوسهم et intimom coniunctionem designat. Voces لما حم, quae tempori definiendo inserviunt, cum verbo اكرمو aut خلطوني coniungi possunt.

3. Ii omni equae generosae et equo glabro, celeriter currenti, qui sagittam praevertit, stragulum imponunt.

Hic versus fugam, qua equo maloque datis e periculo ereptus erat, respicit. Eos ob pulchros equos laudat. Scholiastes adnotavit, verbum فرش in quarta forma duplicem accusativum personae et rei habere et in octava terram conculcare et feminam subigere significare. Esse quoque, qui voci يفرشون primae formae vocales dent. In hoc statuere licere, aut praepositionem omissam esse aut verbum duplicem accusativum regere. Voce طمرة equam designari putat vocem voce جرد explicans. Pili breves et glabri generosum equum indicant Ham. 410 v. 1. Currendi modus, dum anteriores pedes extenduntur, ut tali modo currens equus cum natante homine conferatur, generoso equo tribuitur (conf. Amru-l'Kais Moall. v. 54). Forma autem vocis in versu equam semper sic currere, significat. Mersukius sensu haud mutato لظهر كل ممكة habet. Vox المغاليا tam cum vocali Dhamma, ut singularis sit, quam cum vocali Fatha, ut pluralis, pronuntiatur. Si voci vocalis Dhamma datur aut sagitta aut equus cum eo cursu certans (legas cum Mersukio يغالبة aut si يغاليه, quae vox in Tebrisii codice est, retines, equi certamen cum certamine, quo sagittis iacitur, comparatum est) aut vir, qui manum adtollens summa cum vi iacit, est, ut terminus remotissimus significetur, sin vero vocalis Fatha datur, pluralis forma sagittas designat. Hoc pronuntiandi modo praehabito sensus minus dubii habet. Sunt denique, qui vocem المعالى sine puncto diacritico scribant, ut equum conscendens significetur. Hunc modum qui recipit, tantam equi altitudinem statuat necesse est, ut haud facile conscendi possit.

4. Cibo eorum quilibet tanquam suo uti potest in habitaculis suis et secretum suum non bene servant; sed id divulgant.
(p. 768.)

Liberalitatem eorum laudat. Talem esse, ut quisque cibo, quem in domibus suis paratum habeant, libere uti possit, quum, quod possideant, non absconditum sit; sed omnibus notum. Voces فوضى فضا idem significantes, ut rei summum gradum designent, coniunctae sunt. Quae grammaticus Abu-l'Abia, ut vocibus mixti significationem esse probaret, adtulit, ea e Djeuharii opere desumta sunt. Sic quoque versus sequens (metr. Thawil): Ei dixi: o amita mea! tibi camela mea est et dactyli tibi concessi in cophino meo nec non uvae passae.« Sed neque in hoc versu neque in aliis, quae Djeuharius adnotavit, mixti significationem necessario inesse video. Ut voces قوم فوضى explicavit vocibus متساوون لا رئيس لهم »gens, cuius singuli aequales, ut principe careant«, sic voces جاء القوم فوضى eundem sensum offerre possunt nec non voces نعام فوضى. Quod autem vocibus اموالهم فوضى بينهم sensum tribuit, opes inter eos communes esse, ei assentiendum puto, quippe tam e radice فوض quam e radice فضى significatio derivari possit. Vox فوضى

rem designat, quae alierum arbitrio commissa est et فضى rem amplam, ad quam multi sicut in locum spatiosum accedere possuut. Posterier autem versus pars, quum sensus nexu cum priere quedammodo cohaerere debeat, significare videtur, gentem commeatum suum non occultare; sed omnibus notum facere. Alii autem in hoc versu voci سر connubii significationem tribuunt, alii secreti significationem admittentes sensum sic exponunt: eos nil turpe agere, ut occultetur. Quum autem secreto (سر) vox تنادى »inter se vocarunt« haud cengrua videatur, scholiastes hunc loquendi modum cum hemistichio (metr. Wafir): Salus inter eos dicta percussio dolore adficiens est et cum verbis gladio contenti redditi suut contulit.

5. *Ac si nummi aurei super faciebus eorum sint, quum strenui mortis (poculum) inter se ebibunt.*

Strenuitatem eorum et hilaritatem, qua merti occurrunt, laudat. Hilaris vultus nitet et niterem summum significaturus, eum quasi nummis aureis tectum esse, dixit. Prier pars versus invenitur p. ٦٤٠ Vex دنانيرا metri causâ pro دنانير est. Mortem cum potu, quem homines bibunt, comparari vidimus conf. Ham. ٣٢٨ v. 3. infr. ٣٣١ v. 4. 5. ٣٤٨ v. 4. conf. Caab b. Sohair v. 58. Antar. Moall. proleg. p. 13 et versum, quem Reiskius ex Diwane Hudseil. ad Taraf. Moall. p. 73. adnotavit. Poeta noster mortem inter se ebibunt, pro verbis mortis poculum dixit.

CXX.

Arabs campester dixit.

1. *Quoties ad cibum manum extendi familiaritatem ostendens, et, si hospitis familiaritas non fuisset, cibum non sumsissem*

Agendi modum suum erga hospites laudat. Ut eum ad cibum sumendum exemplo suo invitaret, se, licet cibi avidus non esset, in hospitis societate cibum sumsisse. Vox تأنسا statui, ut sit pro متأنسا, describendo inservit.

2. *Et quoties, ut generosum me ostenderem, a cibo manum sustuli, quum homines ad cibum vilem, paucum properarent*

Sed, ut status rei semper rationem se habuisse ostendat, se, si penuriâ adducti alii ad cibum properarent, cibo omnino abstinuisse dicit. Talis autem agendi ratio generosi est. In posteriore versus parte tempus summae penuriae tribus rebus indicat, pauco cibo vilique et festinatione hominum.

3. *Et quoties cibum edimus, eum ad posterum diem non servantes, nam avaritia pravissimae agendi rationi adiudicanda est!*

Liberalem se esse describit et avaritiam a se removet.

CXXI.
Quidam dixit.

1. Quum hospes apud me devertit, in eo, quod possideo, opprobrii nil est, si cum diligentia ei operam do.

Vir quum nonnisi tantum daro possit, quantum possideat, eum, qui parum tantum habeat, si modo bono hospiti det, vituperatione dignum non esse. Scholiastes adnotavit, vocem عار proprie subiectum verbi قل esse; sed verbum in vocem ما translatum esse, ut subiectum fieret et vox عارا obiecto similis redderetur. Sententiae ordo autem talis est, ut **(p. 769.)** voces اذا اعطيت initio sint et voces اذا ضيف illis tempori definiendo inserviant. Simili modo vox اذا in versu sequente repetita est (metr. Thawil): علام تقول الرمح يثقل ساعدى اذا انا لم اطعن اذا الخيل كرت. »Quamnam ob causam, lanceam brachium meum gravare dicis, quum non confodio tempore, quo equites iterum in hostes incurrunt.

2. Diligentia egeni, quâ donum suum tibi dat, divitisque in opulentia liberalitas aequales sunt.

Prioris versus sententiam oppositis divite paupereque dilucidat. Causa sententiae in eo est, quod utervis pro facultatis ratione agat. Scholiastes adnotavit, ante vocem مكثر necessario vocem جهد supplendam esse, nam hac voce omissâ accidens (vox جهد) cum substantia (voce مكثر) coniungeretur. Cum utravis autem voce nonnisi eiusdem generis vocem coniungi posse, ut substantia cum substantiâ, accidens cum accidente coniungatur.

CXXII.
Chalaf b. Chalifah cliens gentis Kais b. Tsahlabah dixit.

(conf. p. ۴۴.)

Poeta cognomen Alakthah, quod de furto suspectus manum amputatam haberet, accepit. Disertus inhoneste loquebatur. Grammaticus Abu-Ohtsman Masenita narravit, virum, quem Chalafus obviam veniens interrogasset, quis ille poeta esset, qui versum sequentem, quo Ferasdakum significavit, protulerit sequentem (metr. Thawil): F a b e r e s t f i l i u s q u e f a b r i , c u i f a b e r s i m i l i s n o n e s t , a d i n s t r u m e n t a , q u i b u s l u t u m r e m o v e t u r , l a t a c o n f i c i e n d a e t a d c a t e n a s f i r m a s r e d d e n d a s respondisse, eum esse, qui dixerit (metr. Thawil): F u r e s t f u r i s q u e f i l i u s , c u i f u r s i m i l i s n o n e s t a d d o m u s p e r f o r a n d a s a u t n u m m o s a b r i p i e n d o s .

1. Ad gloriam gentis, dum amor meus eam amplectitur, inclinavi et in enumeranda eius laude negotium est.

Prima species metri Thawil appellati. Se gloriâ gentis nuntiandâ omnino occupatum esse, quum ei omnino deditus sit. Verba والهوى اليهم aut statui describendo inserviunt, ut priorem versus partem a posteriore separent, aut vox الهوى cum vocibus الى فخر العشيرة cohaeret, ut vertendum sit: »Inclinavi ad gentis gloriam amoremque, quo eam amplector«. Sed

priorem construendi modum praeferendum puto, quippe in verbis والهوى البهم prioris partis causa cernatur.

2. *Ad montem gentis Schaiban, cuius altum cacumen eminet et crassum dorsum,*
3. *Ad homines candidos, qui die belli ensium laminae videntur politae,*
4. *Ad fodinam firmatae dignitatis liberalitatisque. Ibi, ibi meritum liberalisque natura sunt.*

Ad laudem gentis Schaiban transit. Primum gentem cum monte comparavit. Mons autem potentiam et tutelam (Ham. ol v. 1. ٢١٤ v. 4. ٢١٣ l. ٦٠٦ infr.) et honorem (Ham. ٢٥ v. 1.) indicat. Ut in nostro versu gens, sic Ham. ٢٣١ l. 7. vir magnus cum monte comparatus est. In posteriore autem versus parte istum comparandi modum relinquens vocibus ذروة, qua gibbi camelini vertex et كاهل pars tergi superior designatur, usus est, ut in posteriore parte magnum camelum ante oculos habuisse videatur. Principem cum camelo admissario Ham. ٢٣٧ v. 4. et liberalem cum camela, quae lacte abundat, Ham. ٥٣٥ v. 2. comparatum invenimus. Tum in versu tertio nobilitatem et strenuitatem iis tribuit. Nobilitas generis colore albo Ham. ٦٨ v. 2. ٧٢٥ v. 2., strenuitas eo quod in pugna vultus nitet Ham. ٧٦٨ v. 2. indicatur. Splendor, qui nonnisi ad vultum referendus est, cum laminis politis comparatur. Vox الأُلاء pro الذين est. Scholiastes dixit, vocem صفايح cum voce يوم, cui genitivus detur, coniungi posse; sed voces يوم الروع tempori definiendo, ut casus accusativus sit, inservire praestat. Mersukius istas voces sensu cum sequentibus coniungit (laminae, quae die pugnae politae sunt); sed ea cum voce كأنهم, vocibus transpositis, coniuncta mihi magis placet (conf. Ham. ٧٦٨ v. 2.), quippe gentis strenuitas sic magis eluceat. In quarto denique **(p. 770.)** versu gentem cum fodina comparat, e qua dignitas et liberalitas producitur. Scholiastes voci المؤيد firmati significationem dat. Mersukius explicandi causâ sequentia verba addidit: المقوى بمواده التي تصرف اليه لحسن مراعاتهم ومحافظتهم على المجد; sed alter legendi modus المؤبد sempiterni sensu clarior est. Vox الندى aut cum voce العز coniungi potest, ut vis sermonis augendae causâ vox هناك repetita sit, nam tam praedicatum quam subiectum repeti licet aut vox الندى subiectum est, cui prior vox هناك praedicato inservit. Voces autem statum describunt. Explicandi modum, quo vox هناك tanquam vocis الفضل praedicatum repetita sit, aliis praeferendum esse, nemo non videt.

5. *Gentem semper hominibus manere cupio, nam, quando ex oppido suo unam horam abeunt, vacuum erit.*

Magnum gentis numerum, quo eius potentia alitur, simulque commodum, quod alii e gente percipiunt, indicat. Loco vocis للناس in Mersukii codice بالمصر (in urbe magna) legitur. Castra huius gentis ob magnitudinem cum urbe magna comparavit. Ut significet, illum locum nonnisi ob gentis praesentiam ab aliis frequentatum esse, futurum esse dixit, ut, si gens abierit, locus desertus sit. Voci يخلو, cui quum e particula متى pendeat, futuri apocopati forma convenit, littera Waw homoioteleuti causâ, ut vocalis longa fiat (id quod a rei metricae peritis الاطلاق appellatur) addita est conf. libr. m. Darstellung d. Arab. Versk. p. 311.

6. Oribus dulcis est, quamdiu hostes eam non gustavit eiusque nomina oribus dulcia sunt.

Agendi rationem gentis erga amicos cum cibo dulei, orga hostes cum cibo amaro poeta comparavit modo, quo alius Ham. ٣٨٤ v. 1. et Ham. ٤٥١ v. 3. loeutus est, In postoriore parte gentis huius commemorationem gratam esse dicit. Quidam lusus verborum in vocibus على الافواه et بالافواه, dum in utroque hemistichio dulcedinis mentionem fecit, mihi inesso videtur.

6. Intelligentiae gravitate ornata est, ac si infans eius ob reverentiam suam senex sit.

8. Si insipientes habentur, intelligentia eos non relinquit et si insipientiam praehabent, eorum insipientia magna est.

9. Ii mons altissimus sunt, quum virorum reges se invicem hostiliter gerunt aut cameli novennes caudas inter se movent.

Magnam genti intelligentiam tribuit, ita ut infantes instar senum aliorum venerabundi sint. Arabes insipientiam (جهل) intelligentiae (حلم) opponunt. Illa potissimum in eo cernitur, quod quis iniuriam ipsi illatam haud cognoscit et haud ulciseitur. Noster igitur dicere vult, istius gentis viros, etsi ab aliis insipientes putentur, quod iniuriam non statim ulciscantur, tamen intelligentiâ non omnino abiectâ malefacientem pro merito punire. Mersukius sensum sic explicavit : وان حُملوا على جهل فى وقت بان يصير مجانبهم عاديا طوره لم يفارقهم الحلم ايضا بل يكافون المسئ على قدر اساته ثم ان اثروا استعمال الجهل لامر يوجب ذلك فاستمروا فيه واشتطوا عظم البلاء لهم فلم يُطاقوا. In tertio denique versu gentis potentiam cum magno monte comparat, ad quem alii ob securitatem confugiunt tempore, quo principes inter se pugnant conf. Ham. ٥١ v. 1. ١١٤ v. 4 ٢١٣ v. 1. Hisce verbis gentem principibus potentiâ praestare indicat. Scholiastes quamquam verbo تناكر duas aut se invicem hostiliter gerendi aut se invicem haud noscendi significationes tribui posse dicit, tamen priorem praeferendam esse putat. In fine versus principes cum camelis admissariis (conf. Ham. ٣٤٧ v. 4.), qui invicem iactant caudas, dum irruunt, comparavit.

10. Nonne vides, caedem magni pretii esse, quum gratos habent homines? sed, quum irati sunt, caedes parvi pretii est.

11. Nobis in iis arx et munimentum est, quum terrores et penuria homines commovent.

12. Per vitam meam! Quam bona est gens, cuius auxilium imploratur, quum vicinus laesus est et cibus ei molestiam creat!

In decimo versu, qui genti obsequentes in tutela essent, de caede securos eos esse; qui autem se genti opponentes iram concitassent, eos facile occidi dicit. Homines cum merce, quae aut vilis aut cari pretii est, poeta comparavit. Quae cari pretii est, ea a multis petitur. Ut autem auxilium, quod aliis praestent, maximum esse indicet, terram gentis aliis loco arcis, in qua securi sint, esse dicit. conf. Ham. II, 528. 535. Duplex auxilium praestant, unum tempore hostium irrumpentium, quod terroribus designavit, alterum contra penuriam anno sterili. (p.771.) Duodecimo versu versus undecimi sensus illustratur. Versum modo, quo scholiastes

initio explicavit, verti; ad verbum autem sic vertendus est: Per vitam meam! Quam bona est gens, cuius auxilium imploratur, quum vicino laesoque eam molestiam parat! Scholiastes verbi ارفقه suffixum nonnisi ad subiectum الجار referendum esse adnotavit, nam grammaticae regulae dualis formam requirunt. conf. Gram. Ar. T. II, 239. Verbum igitur post vocem والماكول, repetendum est. Similis construendi modus in sequente hemistichio invenitur (metr. Thawil): Ego et Kajjarus in ea peregrinas sum; vox enim لغريب nonnisi ad vocem ظلّ referri potest, ut post وقيارا, vox لغريب repetatur. In vocibus والماكول, et الاكل quidam verborum lusus est. Scholiastes adnotavit, ab Arabibus vocem edere loco vocis vincere et dure tractare adhiberi et cum carnis adipisque significatione debilitatis notionem coniungi. Hanc rem proverbio a scholiaste paulum mutato: »Mulieres sunt caro super lignou; nam origine sua nonnisi de feminis in usu est (Meid. 1, 42.) et proverbiali loquendi modo »Quidam adeps est deglutientiu probari. Sic in versu sequente (metr. Thawil): Ne, o Ebn-Asnam! me adipem esse putes, quam assans carnem assandam non bene coctam deglutivit.

13. Qui abiectorum hominum gentis Becr b. Wajel curam habent et odium remotissimorum hominum gentis suae ipsorum odium est.

Curam, qua omnes homines gentis Becr b. Wajel amplectuntur, describit. Qui tam dignitate quam cognatione ab ipsis longe remoti sunt, eos defendunt.

14. Quum vindictam petunt, vindicta eos non fugit et quum aequalibus suis iniuriam ipsi intulerunt, ultio non exigitur.

15. Promissa eorum facta sunt, quotiescunque verbum protulerunt, quod si prolatum est, necessario factum adducit.

In priore versu, eos a nemine impune laedi, ipsos alios impune laedere posse, dicit. Summae potentiae indicium in hoc cernitur. In posteriore fidem eorum in promissis exponit tantam, ut ipsorum verbum facto aequale sit.

16. Maria sunt, quibus maria plena occurrunt, quum gens Kais eiusque fratres Dsohl vehementer commoti sunt.

Ut Ham. ٣٦١ v. 3. exercitus cum torrente comparatur, sic in nostro versu gens ob multitudinem cum maris undis. Dsohl et Kais fratres erant, quorum pater Taalabah conf. Ebn-Kotaib p. 124. tab.

CXXIII.

Alius dixit.

1. Virtuti nostrae inimici erant; sed propositum eorum in errorem ductum fuit et omni domo virtutis inimici sunt.

2. Nos autem, quum facti mentio fit, instar gentis non sumus, cuius filii patrum agendi rationem vituperarunt.

In priore versu inimicitiae aliorum, cuius causam in virtutibus videt, mentionem facit

eamque cum viro, qui errans ad scopum non pervenit, comparat. Similem sententiam in versibus sequentibus invenimus (metr. Basith): Dominos gentis invisos invenis vilibus hominum invidentes non sunt et (metr. Camel): Invidi inimicitiam non cohibent et e regione omnis virtutis invidi sunt. In posteriore versu dicit, se maiorum gloriâ niti non illis comparandos, qui patrum suorum facta parvi pendant. In Mersukii codice وتصلل, legitur. Silentio praetereundum non est, versus, qui p. ٧٧٣ وما انا leguntur, in Mersukii codice statim post nostros locum habere. Usque ad finem omnino mutatus est ordo. Sic singula fragmenta sequuntur Nro. 121. 126. 127. 129—136 122—128. 137—141.

(p. 772.)

CXXIV.
Almothwaccel Laitsita dixit.

(conf. ٥١٧.)

1. Nos, etsi origo nostra nobilis est, tamen origine nostra aliquando haud nitimur.

2. Quemadmodum maiores nostri aedificabant, aedificamus et, ut ii egerunt, sic agimus.

Quarta species metri Sarih appellati. Se, quamquam gloriâ maiorum ornati sint, tamen eâ haud contenti in agendo eorum exemplum imitari, ut, novâ additâ gloriam antiquam augeant. Mersukius huic versui versum secundum fragmenti proxime antecendentis sensu similem esse dicit. In priore versu loco vocis يوما in Mersukii codice ممن »ex eorum numero« legitur.

CXXV.
Thoraih b. Jsmaihl Tsakafita dixit.

Poeta tempore principum Omajjadarum vivens hos et ex iis praecipue Alwalidum b. Jasid carminibus celebravit. Tempus dynastiae Ahbbasidarum adtingens tempore Alhadii (regnavit ab anno 118—120) diem obiit. Cit. Alaghan.

1. Operam dedi, ut eius, quod in me contulisti, gratias agerem; sed victus perficiendo impar eram, licet haud ingratus sum.

2. Tu haud datâ operâ magnum mihi dabas et quod magni feceram, tu parvi pendebas.

3. Ego invidiae obnoxius redeo; sed tu virtute ornatus, quae omnium prima et postrema habetur, redis.

Versibus, quorum metrum Thawil appellati secunda species est, Chaledum b. Ahbd-Allah Kasritam (conf. Ham. ١٣٨) laudat ob beneficentiam, quae tanta sit, ut debitas gratias persolvere non possit. Primus versus in Meraukii codice desideratur. In secundo versu dicit, liberalitatem animo omnino innatam esse, ut eam haud datâ operâ exerceat et parum tantum se fecisse putet. Inde fieri, ut tanta liberalitate ornatus aliis in invidia sit. Virum laudatum summa liberalitatis virtute praeditum esse. Vox بالتى pro بالخصل التى. est.

CXXVI.

Habib b. Auhf dixit.

1. Vir est, quem imperium maiore laudis desiderio implevit, quum imperium omnem amicum permutat.

Tertia species metri Thawil adpellati. Hominis animum dum fortuna secunda, ut insolentes homines reddat, permutare solet, vir laudatus nonnisi ad maiorem laudem sibi comparandam instigatur.

CXXVII.

Ebn - Alsobair Asadita.

Mohammedem b. Merwan (fratrem Ahbd-Almalici) praestantiorem Ahbd-Alahsiso declarans dixit (conf. p. ۴۲۷)

1. Ne carnosum, umbilico (protuberante) praeditum, cuius velum crassum est, magnum comitantium agmen secum ducentem

In hoc versu Ahbd-Alahsisum tanquam crassum, id quod laudi non est (Ham. ۲۳۹ v. 3. ۲۴۰ v. 4.) describit. Umbilicus magnus cum ventre magno coniunctus est; sed tenuis venter laudatur Ham. ۵۵۹ v. 5. Vele autem crasse, quod viro tribuit, significare vult, eum molestiam caloris frigorisque haud bene ferre, ut vele crasse se defendat. Vita mollis Arabibus despecta est. Quod autem comitatum magnum esse dicit, eo virum timidum significare videtur, ut multos, qui ipsum defendant, secum ducat. Sed loco vocis مشذّبا legitur مبدّنا cum eadem paene significatione et loco verborum عظيم الموكب in Mersukii codice وطيّ المركب nis cuius iumentum subactum est« i. e. talis, qui iumento difficili vehi non potest, invenimus.

2. Aequalem esse putes nobili, qui gladios loco veli tentorii habet, qui cum vexillo suo incedit modo eius, qui unum humeri latus elatum habet. (p. ۲۲۳.)

Hoc in versu, qui sensu cum priore cohaeret, Mohammedem b. Merwan illi opponit. Virum fortem, pugnis adsuefactum ducemque eum describit. Vox اغر proprie equum in fronte maculam albam, quae laudatur (Ham. ۵۳۰ v. 4.), habentem significans in virum virtutibus insignem translata est conf. Ham. ۷۵۸ v. 1. Gladii autem super caput elati, qui obumbrent, cum velo comparari possunt. Fieri quoque potest, ut modum, quo in itinere super gladiis pallium extenderent, ut umbra fieret, respiciat. conf. Ham. ۷۸۸ v. 4. Primis temporibus ducis erat, vexillum portare. Laudatus autem quum exercitus dux vexillum portaret, in eo causa erat, cur unum humerum elatum habere videretur.

3. Deus impetu, quem fecit, terras inter Orientem Occidentemque sitas expugnavit.
4. Merwani filius nobilis Mohammedes unâ filium Aschtari eorum et Mosahbum occidit.

Victorias eius Dei auxilio partas laudat. Loco vecis لكى in Mersukii codice قد legitur, tum legitur بين مشرق اهلها والمغرب. Suffixum ad terram referendum est. Quod nomen

Mohammedes post voces Merwani filius posuit, id licentiae poeticae est. Anno 71 (Ebn-Challik. Nro. 553. anno 72.) Mozilib b. Sobair simulque Ibrahim b. Alaschtar apud locum Dair - Alghatalik inter Syriam et Cufam occisi sunt conf. Abulf. Ann. T. I p. 418 et adnot. 179.

CXXVIII.
Ahscha gentis Rabiah [1]) dixit.

Abu-Tammamus narravit, Abbd-Almalicum b. Merwan, ad quem poeta, qui e gente Schaiban et quidem familia Omamah, parte gentis Rabiah, oriundus venisset, interrogasse: o Abu-l'Moghirahe! num quid poesis tuae superest? Poetam sequentes versus recitasse:

1. Neque in officiis mihi praestandis neque in litigatione de iure mihi quid detrahitur neque dentem meum frico

Prima species metri Thawil adpellati. Se talem esse, cui nemo officium praestandum deneget, qui nemini in litigando cedat et quem facti haud poeniteat. Dentes fricare proverbialis loquendi modus est, quo poenitentia indicatur (Meidan. 10, 233.). Alter legendi modus, qui in Mersukii codice est فارغ قرن, significat, eum adversarium semper occupare, ut nullo tempore securus sit.

2. Neque clientem meum ob crimen trado neque cliens meus malum eius, quod commisi, timet.

Se clienti semper auxilium praestare et e contrario a cliente auxilium non petere, ut is auxilio praestando in damnum irruat. Clientem, etsi ipse nos adfligat, custodire debemus Meid. 24, 339. et frater, etsi iniuriam inferat, adiuvandus est Meid. 25, 14. Voci خايف in codice Tebrisii tam casus nominativus quam genitivus datus est.

3. Nam animus inter latera mea scit, quod oculus meus vidit et auris mea audivit.

Causam huius agendi modi in eo invenit, quod animus in omnes res ipsum spectantes adtentus sit. Prudentiam in cognoscendis officiis sibi tribuit.

4. Et tam poesi quam ingenio praestantiorem me reddit, quod cognitione imbutus dico et, quod significo, scio.

5. Et quum Merwanum eiusque filium caeteris hominibus praestantiorem dixissem, optimum patrem filiumque praestantiores esse dixi.

Prudentiam autem, quâ rerum veram conditionem cognoverit, causam esse, cur poesi et ingenio praestet. Illam quoque prudentiam laude probari, quâ duos viros ornaverit, quippe qui optimi sint.

---

1) Ahscha multorum virorum cognomen est. Tempore paganismi vivens nomen Maimun b. Kais b. Djandal gerebat. Praeter hunc celeberrimum a Kamusi auctore recensantur 1) Ahscha gentis Naschal (Aswad b. Jahfor), gentis Hamdan Abbd-Alrahman, gentis Abu-Rabiah, gentis Tharud, gentis Alhirmas, gentis Asad, gentis Ohel (Cahmas et Ebn-Mahraf Chaltsamah), gentis Ahkil, gentis 'Auhf (Dhabl), gentis Zurah (Abbd-Allah), gentis Djalhan (Salamah), gentis Kais (Abu-Bazir) et Alahscha Taghlebita. Omnes poetae erant.

CXXIX.

Idem in Solaimanum b. Abbd-Almalic[1]) dixit.

1. Ad Solaimanum principem visitaturi venimus et vir erat, cuius donum visitans accipit et honoratur,

2. Quem, quum in secreto colloquio solus es, neque liberalitas deserit neque avaritia praesens est.

Principis liberalitatem, cui non solum coram hominibus, verum etiam in **(p. 738.)** secreto operam det, laudat. Probat igitur, eum non ita agere, ut laude potiatur; sed suâ naturâ impulsum. In versu primo تُجّى quoque enunciatur. In secundo legitur quoque فى النجوى.

3. Uterque intercessor, quem petentes in anima eius habent, insipientiam ei interdicit et intelligentiam imperat.

Arabes cogitationes animi cum personis conferunt, quae aut ad rem adhortantur aut eam dissuadent, ut homini quasi duae animae sint. Simili modo poeta locutus est (metr. Thawil): Q u u m e i u s d u a e a n i m a e i n s e c r e t o, d u m s o l u s e s t, d e l i b e r a n t. Voces للجهل et للحلم secundum rationem versuum priorum explicandae sunt. Avaritia, quum damno homini sit, insipientia; liberalitas, quae laudi sit, intelligentia appellatur.

CXXX.

Alcomait[2]) laudans Maslamahum b. Abbd-Almalic[3]) dixit.

1. Nunquam ab intelligentia recessit et nunquam in sermone turpi praesens adfuit et nunquam obscoenum putavit esse iucundum, ut id proferret.

2. In optima indole semper perseveravit cavitque, ne ea naturam suam relinqueret et abiret.

3. Et sinistra eius manus manibus dexteris virorum praestat, ut sua dextera sinistrae eorum praestat.

Primum viri intelligentiam laudat, quâ defensus nunquam indecorum in sermone aut probaverit aut ipse protulerit, tum indolem bonam, quam semper sibi conservarit. Loco vocis تصرمها in Mersukii codice legitur تصرفها et loco vocis انتقالها legitur انفتالها, quae voces in Tebrisii codice superscriptae sunt. Vox تصرفها eandem in versu significationem quam انصرافها et vox تصرمها eandem quam انصرامها habeat necesse est. In versu denique tertio effectum priorum describit. Aliis multum praestat. Vir autem quum manu opus faciat, manus poeta mentionem fecit. In voce شمالها suffixum aut ad dexteram يمنى aut ad viros referri potest. Priore admisso sensus est: sicut manus dextera huius viri sinistrae eiusdem praestat; posteriore praehabito: sicut manus viri dexterae sinistrae virorum praestat. Scholiastes hoc praeferendum putat.

---

1) Anno 96 in imperium sucessit, anno 99 obiit. Confer de viro Ebn-Challik Nro. 278.

2) Nat. anno 60. mort. 126.

3) Frater Validi et Solaimani contra Graecos saepius feliciter pugnavit et ipsam Constantinopolin bis obsedit. Alii anno 122 eum obiisse dicunt, alii post illud tempus in vivis eum fuisse perhibent Abulf. Ann. T. I adnot. 218.

4. ***Beneficia, quamquam multum ea repetebat, non fastidivit, nec non mandatum liberalitatis exercendae.***

Beneficiis conferendis eum nunquam fatigari, ita ut aliis liberalitatis maudatum det et ipse liberalitatem exerceat. Sed fieri potest, ut vox امرا mandatum designet, quod viro ipsi ab anima sua datur. Beneficia cum cibo collata sunt, quem si multum sumunt, nauseam facit.

5. ***Animam suam custoditam exponit, quotiescunque eius exponendae officium videt.***

Fortissimum eum describit, qui officio exigente vitam periculo exponat. Similem sensum in verbis traditione conservatis scholiastes invenit: »Nos, quum res (in Mors. الباس) gravis erat, per legatum Dei nosmet defendebamus.« Si voci نفسه accusativus datur, ea voci النفس adpositionis loco est, sin voci nominativus est, ea verbi يبتذل subiectum est, ut vocibus النفس المصونة nobiles socios opesque designet et sensus sit, eum nulli rei parcere officio postulante; sed hic explicandi modus longius repetitus videtur.

6. ***In gente liberali te tentavimus; sed tu eam vicisti; nec non ulnam tuam olim inter ulnas; sed longitudine eas superavit.***

(p. 775.)

Liberalitate ab eo omnes superari, poeta experientia edoctus probat. Posteriori versus parti, qui cum priore cohaereat, huic sensus conveniens tribuendus est, qua in re causa est, cur liberalitatis sensum potentiae sensui praetulerim, quippe proverbialis ille loquendi modus et potentiam designet, sicut e contrario قصر الباع »brevitas ulnae« impotentiam. Ulnam quatuor inferiorum brachiorum (اذرع) longitudinem habere, in codice Lugdunensi legimus. Scholiastes significationem verborum فضل et طال, quae افعال المبالغة »verba vincendi« (conf. Gram. Ar. T. I, 322.) adpellat, explicans dicit, hisce verbis, si regularia sint, vocalem Dhamma propriam esse.

6. ***Tu ros diurnus in eo, quod tibi accidit, es et ros nocturnus, quum puella iuvenca iusculum in olla remanens opes suas esse putat.***

Liberalitatem et beneficentiam eius explicat, eamque tempore summae penuriae rori similem fuisse dicit. Huic simile est, quod beneficia cum pluviâ comparata sunt conf. Ham. ٣٨٣ v. 7. ٩١١ 1. conf. Vullers. doct. ad Harets. v. 57. Alii voci ندى et سدى eandem significationem tribuunt, alii illa voce rorem diurnum, hac nocturnum significari contendunt. Utraque autem vox coniuncta tam multum quam continuum rorem designat. Tempus autem, quo talis puella iusculum in olla relictum magni facit et opum loco habet, summae penuriae est. Ollam mutuo acceptam reddentes iusculi quid, ut gratias agerent, relinquere solebant. Iusculum tale parvi petandum est. Poeta Alcomait dixit (metr. Basith): وجالت الريح من تلقاء مغربها وضن من قدره ذو القدر بالعقب. »Et ventus ab occursu occidentis sui circumivit et possessor ollae parti iusculi in olla relictae pepercit« et alius (metr. Thawil): فلا تسئليني واسئلي ما خليقتي اذا رد

علق القدر من يستعيرها. »Ne me, o femina! interroga; sed, quaenam natura mea sit, interroga, quum is, qui ollam mutuo accepit, eum, qui partem iusculi in ea relictam petit, repellit.«

CXXXI.

Almotawaccel Laitsita dixit.

(conf. p. ٥٢٧.)

1. *Saihdum laudavi et filium Chaledi elegi et bono res sunt, quibus cognoscitur.*

In posteriore versus parte causam indicat, cur utrumque laudaverit. Se ex indiciis eorum merita cognovisse.

2. *Eique similis eram, qui terram humidam ligone explorans aquae fontem invenit, quum locum explorarat.*

Se, quum hesce laude dignes celebraret, in sua agendi ratione haud errasse dicit, ut, qui aquam in terra humida quaerens statim fentem invenit, rectâ in quaerendo viâ ingressus est. Leco vocis المجتس legitur quoque vox المحتس, cui explorantis significatie tribuenda est.

3. *Et si Deus menses testimonium rogat, tam mensis Djumada quam mensis Moharram de vobis narrabit,*

Menses, in quibus res peractae sunt, commemorat et tanquam personas, quae testimonia dicere possint, rogari dicit. Mensis Djumadae mentionem fecit, quum tempore hiemis homines inopiâ premantur; mensis antem Moharrem, quod sanguine et rapinâ abstinebant, nam hic unus e mensibus sacris erat (conf. 98. II 40. 77.).

4. *Vos ambos optimos gentis regionis Hidjas esse, quum dona dans taedio adficitur.*

Hoc in versu, quae mensis Djumada narraturus sit, expouit. Tempore hiemis potissimum beneficia in egenes couferebant. Scholiastes, verbum سئم maierem fastidii gradum (p. 776.) significare, adnotavit. Verbum hoc cum verbo مل poeta coniunxit, ut summum fastidii gradum significaret.

CXXXII.

Nezaib in Ohmarum b. Ohbaid-Allah b. Mahmar Taimitam dixit.

(conf. p. ٥٢٧.)

1. *Per Deum! neque is, qui crimen commisit neque vicinus domus scit, quinam dierum tuorum amborum donis praestantior sit.*

Secunda species metri Thawil. Tantam eius liberalitatem esse, ut quovis die sive quis crimen committens donis donatus sit sive vicinus dona acceperit, nesciatur, quo

die maiora fuerint. Diei autem modo Arabibus loquendi haud inconsueto liberalitas tribuitur, ut in Corani verbis (Sur. 34, 32) »immo dolus noctis et diei« dolus adscribitur.

2. Utrum dies, quo commodâ vitâ fruens non petenti das an dies, quo calamitate adfeceris?

Dies duos, querum in priere versu mentionem fecit, clarius describit. Qui commodâ vitâ uteus beneficia confert, laude dignus est; sed, qui calamitato adflictus aliis benefacit, maierem laudem meretur. Suffixum in verbo الفيتة pro فيه est. Poeta vocem يوم Nunnatione abiecta cum sequente verbo, post quod vox فيه supplenda ost, connexuit. Sed loco vocis ايوم in Mersukii oodice ايوما legitur, ut postea quoque يوم pronuntietur. Haec constructio ad sensum est, ut sensus sit »utrum liberalitas tua die etc. an die quo etc.«

3, Amicae tuas duae, munificentia ac liberalitas, beneficia deferunt, quamdiu exsistis.

Eius liberalitatem perpetuam esse dicit, ut semper dona det. Ut hunc sensum exprimat, munificentiam ac liberalitatem apud eum tanquam amicas commorari dicit. Ob vocem مقيمان ante vocem المعروف vocem مكان l o c u m supplendam puto. Mersukius vocem سبب (causam) supplendam dixit. Scholiastes voci مقيمان s t a b i l i s, c o n s t a n t i s significationem tribuens rei probandae causa locum Corani Sur. 3, 68 adtulit.

4. Subsistunt te non relinquentes ob temporis conditionem propriam, donec, quando tu abes, eae quoque absunt.

Munificentiam liberalitatemque eum nonnisi cum morte relicturas esse dicit.

CXXXIII.

Omajjah b. Abi-'l-Zalt dixit.

(conf. ٣٥٨.)

1. Num necessitatis meae mentionem faciam an pudor tuus mihi sufficit, siquidem pudor naturae tuae proprius est?

(p. ٧٧٧.)

2. Et quod tu officia novisti, dum familiae princeps es? Tibi honor integer et splendor est!

3. Amicus (es), cuius pulchram naturam neque matutinum neque vespertinum tempus permutat.

Amicum auxilium rogat simulque laudat. In primo versu spem ostendit, fore, ut amicus, antequam statum suum exposuerit, pudere ductus auxilium praestet. Puderem autem eam animi conditionem adpellat, qua quis alterius miseriam aut conspiciens aut sentiens precibus haud commotus auxilium fert. Tum eum officiorum haud ignarum esse, quae ipsi tanquam gentis principi imposita sint eumque ad ea praestanda paratum esse, nam, cui honor et gloria est, is talem se ostendat necesse est. In tertio denique versu in eius amicitiâ fiduciam ponit, quippe quae temporis vicissitudinibus haud mutetur. Non autem video causam, cur scholiastes vocibus صباح et مساء tempus incursionis et tempus hospitalitatis significari putaverit, quippe temporis significatio generalior, dum tempus vespertinum et matutinum dies designant, sensui aptior videatur.

4. *Terra tua generositate omnino impleta est, quam gens Taim exstruxit et tu ei coelum es.*

Maiores eius laudat, qui tot virtutum aedificia exstruxerint, ut terra iis omnino impleta in ipsam virtutem quasi mutata sit. Gloria a poetis cum aedificio comparata est Ham. ٢٥٩ infr. ٥٩ v. 4. Et quum terra maiorum virtutibus sic impleta sit, ut laudati virtutes ibi locum non haberent, virtutes eius coelum factae sunt. Fieri quoque potest, ut poeta coelo tam laudati altitudinem, quam indicare velit, ut coelum terram plantis ornare, sic eius egregia facta terram ornare et maiorum gloriam conservare et augere.

5. *Quum vir te aliquando laudat; laus ei sufficit, ut te adire opus non sit.*

In hoc magnam viri liberalitatem describit, quae eum impellat, ut, si laus poetae ad aures suas pervenerit, eum statim beneficiis ornet.

6. *Cum vento generositate et laude certas, quotiescunque hiems canem abscondit.*

Ventus quum nubes pluviamque adducat, ei liberalitas, qua hominibus benefacit, tribui potest. Nubibus liberalitas tributa est Ham. ٤٢٩ v. 1. et beneficia cum pluviâ comparata sunt Ham. ٣٨٣ v. 7. ٦١١ v. 1. Loco vocis مجدا in Mersukli codice جودا (liberalitate) legitur, quae vox significatione vento aptior est. Ut autem hiemis frigus vehemens designet, canem absconditum esse dicit, quippe canis a frigore vehemente in domibus se abscondens tueri soleat.

CXXXIV.

Ebn-Ahbdal Asadita dixit.

(conf. p. ٦٨١.)

1. *Intereadum loco Althsahr aliquando sederunt, ubi pastinaca silvestris evellebatur,*

Tempus penuriae describit, nam nonnisi carne aut lacte deficiente Arabes campestres radicibus vescuntur. Particulam بينا significationem adverbii temporis inde accepisse grammaticus Abu-Ahli dixit, quod post vocem vox اوقات (tempora) omissa sit. Tempus continuum significatur. Vox الظهر scholiastae nomen proprium loci est; sed nil impedit, quominus altum terrae locum designet confer I p. 533. De plantâ Dsobah appellatâ lexicographi non consentiunt. Alii pastinacam silvestrem, alii huic similem; sed diversam plantam significari dicunt. Scholiastes his adsentiens radicem eius nigra pellicula obductam dulcem esse et florem esse rubrum. Hoc probaturus Alahschae versum adduxit (metr. Raml): »Et vinum, ouius bullam, quum e vase transfunditur, oculus florem plantae Dsobah esse putat;« sed rubrum florem esse ex hoc versu haud necessario sequitur. Flavum florem poeta significare potest. Ruber flos pastinacae non est; sed ni fallor, flavus. In linea scholii quarta loco verborum يقشر عنه cum Mersukio يفتش عنه legendum est.

2. *Ecce! filium Bischri in comitum agmine (camela) caudam movens, leniter incedens celeriter adportavit.*

Adventum filii Bischri describit. Littera ف initio versus superflua est, quippe neque

vocem بينا neque vocem بينما sequatur necesse sit. In lineâ scholii primâ loco verborum ولا يجى ما يفعان فيه من اذ واذا cum Mersukio legendum puto ولا فاء فيما يقع فيهما على ذلك. Huius rei (p. ٢٢٨.) probandae causa scholiastes sequentem versum adnotavit (metr. Wafir): Intereadum duo incedunt, aquila ex aquilarum numero, dum ex äere se demittit, petitque, volat.« Quod vero ad voces اذ et اذا adtinet, grammaticus Sibawaihi, vocem اذا silentio praetermittens, vocem اذ illas voces بينا et بينما sequi dixit, dum multi grammatici, e quorum numero Alazmäih sit, vocem اذا et اذ necessario sequi negantes, versum Abu-Dsoaibi argumenti causâ adtulerunt (metr. Camil): Intereadum manibus collo iniectis (leg. تعنقه) armis tectos aggreditur et dolo utitur, aliquando Deus ei virum audacem, strenuum docerult.« Grammaticus Sibawaihi autem ad sententiam suam probandam sequentem versum citavit (metr. Chafif): Intereadum illustri die in tumulo arenaceo versamur, ecce camelo vehens advenit.« Quam autem alii grammatici adtulerunt, ea loquendi modo consueto apta invenitur, dum loquendi ratio in versu nostro ab usu aliena est. Verbo اوكب appropinquandi significationem dant. Sic in versu Jasidi b. Althatsrijjah (metr. Wafir): »Mandatum tuum de foederibus . . . . ; nam corvum separationis iam adpropinquasse vidimus; tum avolavit.« Ante vocem خطارة vox ناقة supplenda est. Camela caudam ob alacritatem iactat et vox سرح tam in mare quam in femina adhibetur.

3. ***Erat ac si lunam conspicerent, aut ubi Kosah arcum suum in coelo suspenderet.***

Viri pulchritudinem splendoremque describit. Lunam cum viris comparatam Ham. ١٨ v. 3. invenimus; sed feminae cum luna saepius comparantur Ham. ٨٣ v. 1. ٥١٥ v. 2 ٥٦١ v. 3. Virum quoque noster cum arcu coelesti seu iride ob pulchritudinem comparavit. Voces, quibus iris designatur, in versu Abu-Duadi inveniuntur (metr. Raml): »Vides post utrumque in pulvere elato arcum caelestem«. Ebn-Abbbasus dixisse fertur, Kosah daemonis nomen esse, ut pro قوس قزح potius قوس الله »Dei arcus« dicendum sit. Alii nomen regis fuisse putant. Hac autem opinione versus nostri verba nituntur. Grammaticus Abu-l'Ahla voce قزح diversos arcus caelestis colores significari dixit. Haec sententia Chalili auctoritate nititur, qui eam de Abu-Dokaischo retulit, ut vox قزح pluralis vocis قزحة sit. Vox حيث cum voce قز coniungenda est, ut praepositio الى suppleatur. Quod autem poeta verbum cum voce قزح, quippe quae cum voce قوس cohaerens cogitetur, coniunxerit, in eo explicando grammatici diligentiam adhibuere ostendentes, si vox قزح regis aut daemonis non sit, verbum cum ea coniungi non posse. Grammatici Ebn-Djinni verba beatus de Sacyus operi nostro adscripsit, quae publici iuris facere operae pretium erit: قال النحويون فى الاخبار عن المضاف اليه هو على ضربين احدهما ما تحته حقيقة معنى نحو صاحب زيد وغلام بكر والاخر ما لا حقيقة معنى تحته نحو قولهم ابن قترة وحمار قبّان وسام ابرص وابو براقش وبنات اوبر وابو الحصين وام حنين وبنات النعش (نعش) فكل واحد من هذه الاسماء المضاف اليها لا يقصد به قصد شى معروف وانما هى معارف لفظية لا معنوية فاما الضرب الاول فالاخبار عنه جائز نحو قولك اذا اخبرت عن زيد من قولك هذا غلام زيد

الذى هذا غلامه زيد وكذلك اذا اخبرت عن الدار من قولك دققت باب الدار قلت التى دققت بابها الدار فهذا طريق الاخبار عن هذا الضرب واما الضرب الاخر فلا يجوز الاخبار عن شى منه الا تراك لو اخبرت عن قبان من قولك حمار قبان للرمك ان تقول الذى هذا حماره قبان فتومى الى امر مجهول لا صحة معنى تحته ولا تحصل فى اليد شيا منه واذا كان كذلك كان قوله حيث علّق قوسه قزح شاذّا عما انعقد عليه قانون هذا القبيل الا ترى انه لا معنى لقزح فتخبر عنه بتعلقه قوسه. Sunt qui dicant, arcum coelestem quoque قوس قزيع adpellari.

CXXXV.

Hatim b. Abbd-Allah Thaijita dixit.

(conf. p. ola.)

1. Quando haeres meus aliquando ad opes venit, manipulum manus neque plenae neque vacuae inveniet.

Se opes haeredi relicturum esse dicit, quae neque multae neque paucae adpellari possint.

2. Equum (gracilem) instar habenae inveniet gladiumque secantem, qui, quotiescunque movetur, secando contentus non est

Gracilem equnm ob tennitatem cum habena comparat. Ante vocem صارما substantivum سيفا omissum est. Mirum autem est, quod poeta vocem حساما, cui secantis gladii significatio est, addiderit. Utraque vox maiorem secandi gradum mihi significare videtur. Voci هز tam passivi quam activi vocales datae sunt. Si voci activi vocales sunt, tam subiectum quam obiectum omissum est; verbo enim significationem intransitivam esse non inveni. Gladium tanquam personam haud contentum esse dixit. Gladium non solum membra amputare, verum etiam in alias partes intrare, significare vult poeta.

3. Et fuscam (lanceam) Chaththaeensem, cuius nodi aridorum dactylorum ossa esse videntur, quae ulnâ decem excesserat. **(p. 779.)**

Lanceam excellentem describit (conf. II, 193. 554). Nodos ob duritiem cum nucleis dactylorum vilium comparare videtur. Nodi autem arundinis, nonnisi quum matura est, duri sunt. De vocis قسب accurata significatione lexicographi non omnino consentiunt. Mersnkius speciem dactyli vilis esse dixit, cuius nucleus crassus durusque sit. Ebn-Aldoraidus voci immaturi dactyli, quum aridus est, significationem tribuit. Loco vocis ارمى in Mersnkii codice ارق sensu haud mutato legitur. Scholiastes, a poeta lanceam mediocris longitudinis describi dixit; sed mihi undecim ulnarum lancea longis adnumerari posse videtur.

CXXXVI.

Alius dixit.

1. Gens Mohallebi homines sunt, qui honoris participes facti sunt, qualem Arabs consecutus non est, et multum abest (ut consequatur).

Gens Mohallebi honore omnes Arabes superare dixit. Mohalleb b. Abi-Zofra Chorasanae

praefectus anno 82 diem obiit, postquam filium Jasidum successorem in provincia designaverat. De origine huius familiae confer Abulf. Ann. T. I adn. 193. Anno 102 quum Jasidus in Chorasana rebelasset, Jasido victo et oeciso a Moslima, tota gens deleta est.

2. Si gloriae dictum esset: Ab iis deflecte eosque relinque, quum mundi imperium exerceas non deflexisset.

Gloriam in gente ista commorari inde non recesanram, quamquam in mundo aliam stationem habere possit. Hisce ostendit, gentem glorià maxime dignam esse. Poeta Alhohtori ad hunc sensum proxime accedit dicens: (metr. Camel); اوما رايت المجد القى رحله فى اهل طلحة ثم لم يتحول. »Nonne vidisti, gloriam in gente Thalhahi sellam suam deposnisse? Tum inde non abiit.« Verbo خالى se ab aliquo separandi significationem esse, scholiastes versu Nabeghahi probare studuit (metr. Basith): Gens Banu-Ahmir dixit: A gente Banu-Asad vos separate! O infortunium ignorantiae, quae gentibus nocet!«

3. Virtutes animae sunt, quibus gens Mohallebi prae caeteris hominibus corporum loco sunt.

Virtutes cum animis comparat, quae in corporibus sedem habent. Virtutes in gente Mohallebi tanquam animae in corporibus habitant. Ut genti isti prae caeteris excellere dicat, caeteris virtutes denegat, genti Mohallebi omnes virtutes tribuit. Scholiastae dicenti gente Mohallebi virtutes consistere ut corpora animis, assentiendum non esse puto. Quae quamquam vera sunt, tamen comparandi alia ratio est.

CXXXVII.

Soror Alnadhri b. Alharets dixit.

(conf. p. ٣٣٩.)

1. Dum mille dat, remunerationem non petit eius, quod facit, praeter Deum meritumque.

Prima species metri Basith appellati. Dum in homines beneficia confert, nullam laudem desiderat ea remuneratione contentus, quam a Deo, dum ad eum appropinquat, exspectare potest et quae in ipsa virtute est.

CXXXVIII.

Zafijjah filia Ahbd-Almoththalebi dixit.

(Ante Islamum vixisse videtur.)

1. O! quis ad gentem Koraisch de me nuntium fert: Quamnam ob causam in nobis imperium principatusque est?

Mersukius, quem scholiastes noster secutus est, feminam gentem suam incitare dicit, ut, qui principatum teneat, officiis suis fungatur. In scholiis sequentis versus eam gentem Omajjah allocutam esse eamque reprehendere, quod sibi imperium adsumat. Poetria si seriore tempore vixit, res ita se habere potest; sin aliter, sensum in verbis non invenio neque iis necessario inesse video. Femina gentem suam laudatura, ut ad laudem praepararet, causam

interrogavit, cur in sua gente imperii sedes esset et cum responso laudem coniunxit. Voci امار consultationis significationem inesse non puto; sed imperii principatusque.

2. *Nobis maiores veteres esse scitis et ob perfidiam nostram ignis accensus non est.* **(p. 780.)**

Causam exponit, cur imperium exerceat. Nobilitatem generis et fidem genti suae tribuit. Nobilitas generis eo nititur, quod gentis origo per longam maiorum nobilium seriem deducatur (conf. II, 225.). Fides autem tanti habebatur Meid. 26, 93 sqq., ut, si quis perfide egisset, in loco elato ignem accenderent et vexillum erigerent, advenientibus alta voce perfidiam nuntiantes. Hunc morem a poeta Sohair in versu sequente respici dicunt (metr. Wafir): Et ignis vester, dum a latere (ob iram) adspicitur, accenditur et vexillum in omni conventu vobis erigitur. Mersukius hunc versum ita quoque intelligi posse, adnotavit, ut ignis sermones factos de perfidia significet, quemadmodum Abu-Dsoaib dixerit (metr. Camel): فيما يثور من الفضيحة والذكر القبيح تحرق نارى بالشكاة ونارها. In ignominia et turpi sermone prolato meus eiusque ignis querimoniis flagrat. Priorem autem explicandi modum praestare putavit.

3. *Omnes virtutum dignitates in nobis sunt; quaedam autem res defectus dedecusque est.*

Suae genti omnes virtutes vindicans alios dedecore adfectos esse dicit. Poetria, si Omajjadas versibus reprehendere vult, posterior versus pars ad eos spectat.

CXXXIX.

Sijad Alahdjam laudans Obmarum b. Ahbd-Allah b. Mahmar dixit.

(conf. ٣٧٨. Tempore Omajjadarum conf. Ham. ٥٩٧.)

1. *Frater tibi est, cuius amicitia falso mixta non est, qui, quotiescunque fratris paupertas redit, (cum beneficiis) redit.*

Prima species metri Wafir adpellati. Amicum sincerum, qui auxilio praestando non fatigatur, describit. Post verba عاد ellipses sunt. Vox مذق a lacte cum aqua mixto in amicitiam haud sinceram translata est.

2. *Frater tibi est, quem semper in quolibet rerum statu ridentem, liberalem vides.*

Amici constantiam comitatemque laudat.

CXL.

Femina e gente Machsum dixit.

1. *Si interrogas, o femina! (tibi respondeo) Gloria dum nova non est, in gente Taim et Machsum domicilium fixit!*

2. *Gens est, quae, quum die pugnae clamor tollitur, ad equos glabros, generosos currit,*

3. *Omnes robustos, longo dorso praeditos instar lancearum cuspidum, acres.*

Tertii versus metrum tertia species metri Sarih adpellati est. conf. Darstell d. Arab.

Versk. p. 244. Duo autem priores verans fine hemistichii prioris pedem فاعلاتن (‿ – –) ibid. p. 75 habent, qnalis in fine posterioris hemistichii primae speciei reperitur. Fine autem prioris hemistichii vocalem supprimi, noonisi in carminibus recentibus vulgaribusque licitum habetur. De metro conferas libr. meum Darsteil. d. Ar. Verskunst p. 252. Geotem suam laudatura feminam interrogantem induxit, ubi gloria sedem habeat. Interrogandi verba omissa ex responso cognosci possunt, nam in sua gente gloriae antiquae sedem esse dicit. Machsum pars gentis Koraisch est, cuius origo ad Cahbum filium Lewi filii Ghaleb descendit. Gens Taim, quippe quam poeta laudans simul appellaverit, genti Machsum cognata sit, necesse est. In tabula genealogiae gentis Koraisch (Ebn-Kotaib p. 67.) Taimum fratrem Lewii adpellatum invenimus; sed in Kamusi opere Taimum filium Morrahi fuisse et Abu-Becrum ex ista gente oriundum legimus. In secundo versu gentis fortitudo describitur. Arabes nobiles in pugnis equis vehi scimus. Equus autem pilis tenuibus brevibusque, ut glaber sit, nec non longo praeditus dorso generosus est. conf. Ham. ۲۳۱ v. 3. ۲۱۵ v. 1. ۷۳۵ v. 4. Ebn-Doraidi Makzur. v. 80. Cum scholiaste longum dorsum haud laudari dicente non consentio, quippe longo dorso amplisque passibus cursus celeritas adiuvetur. Sententiae scholiastae nostri Ebn-Doraidi locus repugnat. Equum autem terram celeriter percurrentem cum lanceae cuspide comparat. Loco vocis مشهوم legitur quoque مسهوم (extenuatus) Quum crassus currendo **(p. 781.)** aptus non sit, Arabes equos ad cursus certamen praeparantes extenuare solebant conf. Kam. s. v. صنع et ضمر.

CXLI.

Alia dixit.

1. Sane! Ahbd-Alwahidus vir est, qui tibi dat, quod desideras, et dignitas magna est.

Secunda species metri Thawil adpellati. Liberalitatem laudat. Non petenti dare summae liberalitatis est Ham. ۷۷۱ v. 2. Qui alterum, ut petens se abiiciat et honorem suum laedat, cogit, is beneficii meritum deminuit. Loco verborum ما تبغيه والعرض legitur: ما حاولت والوجه »quod cupis et facies«. Hunc legendi modum scholiastes ante oculos habens versum verbis sequentibus similem esse dixit (metr. Raml B. b.): Beneficium optime cedens est, in quo facies non adhibentur (i. e. in quo petendo honor non abiicitur).

CXLII.

Alchansa [1]) dixit.

1. Facies eius beneficia sua indicat. Benedicta sit, dum optima dux est!
2. Ob dignitatem iratum eum putas; talis eius natura est, quae non mutatur.

Prima species metri Sarih adpellati. Comitatem viri laudat. Eum petentem hilari vultu excipere, ut spem futuram esse impletam, ex eo cognoscere liceat. In ista comitate dignitatis

1) Chansa cognomen est, nomen تُماضر gerebat Har. ۴۲۳. Filia erat Ahmrui b. Alharits b. Alscharid. Fratrem Zachr occisum elegiis deploravit. A Doraido b. Alzimma in matrimonium petita est. Ante Islamum et tempore Islami vixit. Cf. Alaghani. et Harir. ۴۴۸.

suae eum haud obliviaci, ut hominea eum iratum esse putare possit. Istam autem dignitatem cum animi indole intime coniunctam esso, ut eum nunquam relinquat.

3. *Heu matrem eius! nam belli ignis rutabulum est, quum in id proiicitur, dum lorica curta tectus est.*

Eiua fortitudinem in bello laudaturus eum rutabulum, quo ignis belli accenditur, adpellat. Bellom cum igne comparatur. Ham. ١٨٠ v. 1. ١٩٩ v. 3. ٢٨١ v. 2. 3., quapropter fortis, qui pugnam fortitudine sustentat, cum rutabulo, quo ignis movetur, ut melius ardeat conf. Ham. ٣٢٨ v. 2. aut cum titione comparari licet conf. Ham. ٤٤٨ v. 1. Vocem القى »coniecit« poeta titionem respicions adhibuit. Si vocis شليل curtae loricae significatio urgetur, in eo fortitodinis indicium inveniri potest, quod amplam loricam totum corpus tegentem non habeat; sed alios amplâ loricâ tectos laudaut poetae. De voce ويلمه conf. Ham. ٣٤٣ infr. et ٥٣٣ v. 8.

CXLIII.

Femina e gente Jjad dixit.

1. *Equites die proelii, si in pugnam aguntur, filium Ahmrui in proelii campo eos defensurum esse sciunt.*

Fortitudinem viri omoibus notam describit, ut equites fogati in eo fiduciam ponant.

2. *Turpitudinem non ostendit et re gravi non movetur, et cum omni virtute, cui occurrit, de gloria certat.*

Perfectum virum eum describit. Nil inhonesti facit, fortis animi est, ut res gravissima eum non moveat. Post vocem يلقى auffixum ها supplendum est. Poeta virtutem tanquam personam describit, quacum laudatus de gloria certare possit. Locus vertendus est: »et qood omnem virtutem adtinet, is cum ea de gloria certans ei obviam venit«. In legeudi autem modo تلقى, qui in codice Tebrisii superacriptus est, verbum تلقى cum voce مكرمة **(p. 282.)** loco adiectivi cohaerot.

3. *Is est, quem gens consilium in re rogat, dum (res) ipsam premit, quando res ingratae gentem sollicitant.*

Prudeutiam eius laudat tantam, ut gens in rebus angustis ad eum confugiat. Loco vorborum الهنات جمع هنة, quamquam in Tebrisii codice sunt, melius ut in codice Mersukii الهنات جمع الهنة legendum est.

4. *Nunquam vicinus eius perfidiam timet, et rebus, quae accidunt, par est.*

In posteriore versus parte res, quae accidunt, vicini sunt, ut ipse incommodis vicini medeatur. Sic Mersukius: وان نزلت به امور خارجة من الجوار فهو يقوم بها ويتحفل بالكفاية فيها.

CAPUT SEPTIMUM.

Caput descriptionum.

I. (p. 783.)

Albâiits Hanefita dixit.

Abu-Rijaschus eum filium Horaitsi b. Djabir etc. appellans genus usquo ad Hanifahum b. Lodjaim ad gentem Beer b. Wajel pertinentem deduxit (conf. Ebn-Kotaib. p. 124.).

1. Quoties meridie, cuius ventus fervidus eius dorcades coquebat, camelam velocem coxi et assavi.

Iter meridiei temporo fervidissimo describit. Ut summum aestum designet, dorcades, quae calorem melius ferro possunt, vento fervido coqui dixit. Nil mirum igitur, quod camelam coqui et assari dixerit. Sed quum unum verbum sufficeret, poeta haud beno duo adhibuisse videtur. Voci هاجرة meridiei significationem datam esse volunt, quod isto temporo iter relinquatur. In scholii linea prima melius in Mersukii codice sic legitur: الوقت الذى يهاجر السير له. Voce عيرانة, quae camelam onagro similem designat, usus est, quod talis camela illi itineri aptissima erat.

2. Diductos pedes habentem, amplis lateribus praeditam, Hadhramiticam, firmo dorso instructam, quam e medio camelorum Mahariticorum elegi.

Camelam excellentem fuisse, descriptione probat. Vox مفرجة camelam designat, cuius cubitus ab axilla divergit, dum pedes ab invicem distant. Talis camela quum frequando se non laedat, itineri maxime idonea est. Describitur quoque Ham. ٥٥٣ v. 1. et Caabb b. Sohair v. 22. Camela, cuius latora ampla sunt, robusta est. Vox حضرمية a voce حضرموت derivatur. Hadhramaut inferior pars Arabiae felicis est, quod proprie nomen loci in regionem translatum est. Mersukius vici in Syria siti nomen, Djoubarius nomen gentis quoque esse dicit. In nostro loco ob vocem sequentem المهارى regionis nomen esse puto. Longum et firmum dorsum generosi cameli est Ham. ٧٣٣ v. 1. Caabb b. Sohair v. 20. Sed in vocis مسانذة definiendae significatione interpretes non consentiunt. Maharah b. Hidan auctor gentis est, a qua cameli generosi cognomen acceperunt. Djouh. Ut optimam camelam esse indicet, camelam ex eorum medio electam esse addit. Seriore quoque temporo regio Maharah camelis celebris erant Abulf. Geogr, p. ١٠٠.

3. Ad celerem cursum eam incitavi, quae agilis erat, longo dorso praedita, amplis lateribus, cuius genus, quum laus camelorum candidorum enumeratur, aliis praefertur.

Iter celere describens ad camelam describendam redit. Verbum in celeri cursu adhibetur.

conf. Ham. ٦ v. 1. Praepositione B a sequente verbi intransitivi significatio in transitivam mutatur. Scholiastes adnotavit (si vox sensu cum voce انتقيتها cohaeret), voce, sequentis versus ratione habita, significari posse, poetam camelam emtam, ne ab aliis pretio aucto ei abriperetur, celeriter abduxisse. Voce شاجعاء, quae a viris in camelos translata sit, animi potius indolem sc. alacritatem, quam pedum celerem motum, quamquam hic cum illa coniuncta est, ut cum Kamusi auctore non consentiam, significari puto. Longum dorsum camelo generoso proprium esse, in superiore versu vidimus. Quod autem scholiastes vocem جرشع vocibus المتفاجة الجنبين explicavit, in eo haud recte fecit; fieri enim non potest, ut haec vox eandem significationem, quam vox منفوجة in superiore versu habeat. Djoharius voci grandia significationem tribuit. Color albus rubro mixtus (conf. Ham. v٩) camelis Arabibus generosisque proprius est Ham. ٥٣٨ l. 6. Ut hominibus sic in versu nostro camelis familia (بيت) tribuitur.

4. *Eius patrem matremque ipsum condocefacientes inveni et pretium eius indicatum solvi, ut ea potirer.*

Naturâ quasi condocefactam, non arte describit i. e. indolem egregiam a patre haereditate acceperat. Qui autem statim indicatum rei pretium nil inde detrahens solvit, is, eam excellentem sibi videri, ostendit.

II.

Ahntarah b. Alachras dixit.

(Thajjita conf. p. ١٣٨.)

1. *Fortasse tu variegato serpente e serpentibus terrae nostrae, qui ex omni loco stillicidii veneno imbuitur, tentaris.*

Scholiastes in versu, quamquam verba spem haud indicant, sensum optati invenit. Quid verum sit, e fragmento indicari non potest. Verbum منى in rebus, quas Deus decrevit, adhibetur. Num serpens an vir ob noxam cum serpente collatus significetur, dubitant. Serpentes punctis, quae varii coloris esse possunt, distincti periculosi putantur. Haec opinio causa est, cur voce الرقشاء (infortunium, cui resisti non possit) designetur. Vox منطف, vocali Fatha aut Kesra in medio insignita vario modo derivatur. Si a verbo نطف (stillavit) derivatur, locum stillicidii designat. Verbum in versu poetae Djiran-Aludh cognominati occurrit (metr. Thawil): Pernoctavi, dum oculus similis erat ramis loti, super quibus roris nocturni guttae defluunt i. e. plorans; sin a verbo نطف corruptum fuit bubone (cameli) derivatur, corruptionis locum designat. Scholiastes significationis primariae probandae causâ versum metri Redjes adnotavit: Ligate mihi umbilicum meum, ne corruat, quum incedo modo cameli annosi bubone pestilentiali cor corruptum habentis. Ut vox منطف sic quoque alter legendi modus انطف duplici modo derivatur, ut aut significationem corrupti corde aut cuius venenum stillat, ei tribuatur. In codicis Tebris. margine يُسْقى (propinat) tanquam rectus legendi modus adnotatus est.

2. Quem in medio ligni fracti vides, ac si in tergo eius lacerae vestis lineis albis striatae partes sint.

Serpentem describit. Is inter ligna arida jacet. Cutis serpentis, quam mutat, cum lacera veste punctis albis distincta confert. Vox مفوف a voce فوف, quâ puncta alba in ungulis invenum designantur, derivata paunum puuctis albis distinctum significat. In arbore عشر appellata فوف res alba seu granum album fuisse dicitur. Videtur fuisse saccharum amarum, quod ex floribus et ramis exsudat. Vestem cum cute serpentis in versu sequente comparatum invenimus (metr. Basith): Abu-Kabusus veste striata me vestivit simili cutibus serpentum iuvencorum detractis. Fortasse cutem serpentis ruptam esse vult conf. v. 5., ut serpentem veterem designet, cuius venenum fortius et copiosius est.

3. Quasi in exteriore cute, dorso et loco, ubi colli latera conveniunt, varii colores picturae sint.

Pergit in serpentis descriptione. Loco vocis وسراته legitur quoque ولبانه »et eius pectus«, quae vox maxime in equis adhibetur. Vocem تهاويل diversos colores significare e versu Ahbdahi b. Thabib videmus (metr. Basith): Donec adscendimus ad domum, quam varii colores excellentis picturae ornant.

4. Quasi sub eius iugulo lorum latius complicatum sit, quum cutis eius dependens convoluta sit.
(p. 785.)

Cutis serpentis sub iugulo dependens cum loro complicato comparatur. Scholiastes serpentem ob multitudinem veneni emaciatum cutem corrugatam habere dixit. Scholiastes verbo غضف complicandi significationem dedit; sed mihi dependendi significatio certior et aptior videtur.

5. Quum serpentes aestate cutem abiiciunt, eâdem cute internâ vestitus manet, dum restans cutis non abiicitur.

Cutem reliquam cutis veteris, novâ iam ortâ, serpenti adhaerentem describit. Cutem duram serpenti tribuit, in qua serpentis veteris, cuius venenum magis noxium est, indicium invenio. Verbum انسل proprie de plumis pilisque, qui excidunt, adhibitum, in serpentis cutem translatum est. Cutem autem cum veste interna شعار comparans verbo شاعر usus est. Loco vocis يشاعر legitur يساعر, cuius vocis quae significatio sit, dubio non caret. Scholiastes eam cum voce مسعر (rabiosus) cohaerere et voci سعر in Corani loco Sur. 54, 47. »In errore et insaniâ« insaniae significationem tribui dicit. Inde quoque ناقة مسعورة camelam adpellari, quae inquieta semper se moveat et Mersukius loquendi modum عنق مسعر (collum longum) cum eo cohaerere vult, cuius rei causam non intelligo. Quod si hic alter legendi modus, qui scholiastae non placet, recipitur, vox nonnisi semper se movendi significationem habere posse videtur.

III.

Milhah Djarmita dixit (gentis Thai.)

Locus in cel. Will. Jonesii commentariis poeseos Asiaticae exscriptus et latine versus est; sed vitia insunt c o n f. p. 351 sq.

1. Insomnis eram et nox longa erat ob nubem fulgurantem, dum montis instar imminebat, et noctu ab una regione in alteram transibat.

Tempestatem ruentem noctis tempore Aurorâ adpropinquante describit. Nubes aut in Oriente orta aut in Occidente orta versus Orientem tendens effecit, ut Aurorâ, quam tegeret, non adparente nox longa esset. Ante vocem البارق substantivum سحاب supplendum est. Vox الومض nonnisi via sensus vocis البارق confirmandae et augendae causâ, quum nil novi addatur, coniuncta est. Vox حبيا vocis البارق statui describendo inservit et cum voce الومض minus apte coniungitur. Idem de voce مُجتابا iudicandum est.

2. Dum eius (nubis) partes ob iter initia noctis ebriae erant. Turbidae eius partes terrae sterili adiudicabunt, quod vix sibi (terra) adiudicabat.

Vento singulae nubis partes agitatae cum viris initio noctis iter facientibus somno quasi ebriis et vacillantibus comparantur. Pluralis نشاوى e plurali قطع السحاب البارق, qui verbis versus superioris indicatur, pendeat necesse est c o n f. Ham. ٩۴٦ l. 18. Voces كدرى مزنه, quae cum prioribus constructione non cohaerent, loco subiecti sunt, quibus voces يقضى etc. praedicato inserviunt. Ut multam aquam effundi a nube indicet, turbidam eam dixit. Suffixum vocis مزنه ad vocem البارق versus superioris referendum est. Vocis يكد subiectum vox جدب est. Nubem magnam aquae copiam et quidem maiorem, quam ipsa terra desiderabat, effudisse dicit. Alii verbum يكد e voce كدرى pendere dicunt, ut sensus sit, nubem tantà aquae copiâ hanc terram rigasse, quantâ vix ullam rigabat. Sunt denique, qui versus sensum sic explicent: Hanc nubem terram sterilem una vice ita rigasse, ut prima veris pluvia cum pluvia postea decidente coniuncta esset et terra viresceret et fertilis fieret. Pluviam in hoc rem sibi necessariam perfecisse et istam rem nonnisi post cunctationem peregisse. Quae in hisce verbis minus apta et longius repetita sint, nemo non · videt. Silentio praetereundum non est, in Mersukii codice legi: مزنة تقضى بجدب الارض ما لم تكد تقضى. Prior vox تقضى ad vocem مزنة, voces autem posteriores تكد تقضى tam ad vocem مزنة quam ad vocem ارض referri possunt. In scholiis sequentis versus Abu-l'Ahlae explicandi modum legimus multum a nostro diversum. Primum loco vocis نشاوى adduxit vocem تشاوى, cui a radice شاو derivandae praevertendi significationem tribuit. Formam inversam esse dicit, ut pro يشاءى dictum sit يشاوىٌ et pro hoc يشاوى. Voci كدرى speciei avis Katha significationem dat, ut nubes ob colorem etc. cum istis avibus comparatae sint: Praevertit, dum initio noctis iter facit avis Katha nubis ect. Sensum similem in versu Nabeghahi invenit (metr. Basith): »S i c u t a v e s l i b e r a n t u r e n u b e h a u d l a r g a g r a n d i n e i m p l e t a.« Legendi

modum نشاوى cum avibus Katha ita coniungit, ut eas itinere nocturno ebrias esse dicat. (p. 786.) Verbum تقضى cum voce مزنة coniungi, praestare; sed vocem يقضى (si ita legitur) ad voces حبيا aut البارق conferri posse. Cum voce نشاوى autem legendi modum مزنه melius congruere.

3. *Eius (nubis) agmina in medio deserto sonum edebant, sicut camelae annosae ob desiderium mutuum sonum edunt.*

Nubium tonitrua cum sonis, quos in desertis camelorum agmina ob desiderium edunt, comparavit. Camelae annosae separatae a pullis aut statione consueta cogitandae sunt. Camelorum mugitus cum tonitru comparari potest. Verbum تحن nonnisi comparationis causâ adhibuit. Maior scholiorum pars ad versum secundum spectat.

4. *Summa fastigia albae nubis fastigia montis Lobnan longitudine et latitudine esse videbantur.*

Summas partes nubis albis cum fastigiis Libani comparat, nam Kamasi auctor et Abulfeda (p. ٩٨) Lobnan montis in Syria siti nomen esse dixit; sed, quum regio, quam gensThai, e qua auctor carminis oriundus erat, incoluit, montibus altis impleta esset, mirum videri potest, quod Libani poeta mentionem fecerit. At vero post Mohammedem magnam partem gentis Thai in Syriâ sedes habuisse scimus. Vocis صبير, de qua lexicographi dissentiunt, significatio si nubis albae est, nivosa montis Libani fastigia auctor respicere potest. Vox شماريخ, quae summas partes montis arborumque designat, in nubes translata est. De Sacyus nullo discrimine nisi personarum ratione praeditarum facto dicit, rarius coniungi cum plurali irregulari pluralem generis feminini conf. Gram. Ar. T. II p. 265. Scholiastes autem pluralem العلى a singulari feminini generis العليا derivatum cum plurali الشماريخ a singulari الشمراخ generis masculini, quod tam in paucis quam in multis adhibeatur, coniungi posse dicit. Si eius sententiam non clare quidem prolatam recte intelligo, tale discrimen statuit: Adiectivum generis feminini (العليا) cum plurali irregulari, qui nonnisi paucas res, tres scilicet, non plures designet, coniungi. Pluralis autem a singulari generis feminini derivatus sit, necesse esse; at vero si de pluribus, quam de tribus sermo sit, (est enim inter plurales irregulares tale discrimen, ut alii nonnisi tres, alii plures designent) pluralem adiectivi a singulari generis feminini derivatum cum plurali irregulari a singulari generis masculini orto coniungi licere. Voces l o n g i t u d i n e et l a t i t u d i n e auctor addidit significaturus, nubem albam montibus illis omni ex parte similem esse.

5. *Eius nubes cum ventis Hadhramauticis per effusum imbrem separatarum nubium parvarum certabat.*
6. *Puram aquam, quae ipsi erat, post se relinquebat, si aquae purum quid est.*

In priore versu nubes illas quasi cum ventis certantes describit, dum imbrem effundunt. Venti enim nubes abducere volunt, nubes autem eo, quod imbrem effundunt, e regione non abeuntes ventis se opponunt. Initio tempestatis nubes vento obviam oriri scimus; sed hac de re quum nonnisi initio, quo imber nondum effunditur, fiat, sermo esse non potest. Poeta quum ventos Hadhramauticos adpellaverit, mirum est, quod Mersukius de regione Hadramaut

in Arabia felici non cogitans ventos esse Syriacos, septentrionales dixerit. Hoc inde factum est, quod (conf. Ham. ٧٨٣ v. 2.) Hadramaut vicum in Syria situm putaverit. Sententiae autem repugnat, quod vento non a vico; sed a regione nomen datum esse, magis convenit. Poeta autem nubes separatas, quae imbrem effundunt, cum camelis parvis separatim in via pastum incedentibus, qui onus ipsis impositum, quum molestum sit, abiiciunt, comparavit. Comparatio vocibus قزع, رفض, et أرواق indicatur. Talem comparationem haud infrequentem esse, ex eo videre licet, quod loquendi modus ألقى أرواقه et ألقى بعاعه proverbialis factus sit. Sed ex eodem loquendi modo, a poeta vocem منهمر (effusus) cum voce الأرواق haud bene coniunctam esse cognoscimus. Posterioris versus prior para tam sensu quam constructione clara est, non item posterior, nam neque sensus neque constructio particulae أن patet. Scholiastes sensum explicaturus dixit, poetam ista verba addidisse, quod pluvia, quum unius generis sit, nisi cum ea alia re mixtâ, diversa non sit i. e. si pluviae aqua, quae eadem semper est, pura dici potest. Jonesius versum sic vertit: »Reliquerunt post se aquam, quae ita pura fuit, ut ex lacte mero formata videretur«; sed, quamquam vox محض lac merum significat, tamen in hoc versu de lacte sermo esse non potest, quippe aqua lacti mero similia pura non est. Quod vero poeta eadem voce محض tribus locis in versu usus est, id ei vitio verto. Vox ذو loco الذى dialecto gentis Thai propria est Ham. ٣١٣ v. 3. ٥١٥ v. 2. (p. 787.)

7. ***Radices plantarum spinosarum regionis Nedjd vetustate aridas, quae periere, salsarumque irrigabat.***

8. ***Et nubes montis instar imminens nigricans procedens assurgebat sicut camelus brevibus compedibus vinctus in locum arduum incidens, itinere confectus assurgit.***

Prior versus cum superiore bene cohaeret, describit enim quae imbrem sequuntur, non item versus octavus, quippe qui initio tempestatis, dum nubes lente adveniunt, describendo melius inservit. Plantam spinosam seu virgultum Ahriadj regionis Nedjd sine dubio adpellavit, quod in ista regione frequens est. Vox ذو dialecto gentis Thai propria loco vocis الذى est. Plantae, quae camelis pabulo sunt, Arabes in duas species dividunt salsas seu amaras (حمض) et dulces خلة, quarum illae fructuum aut carnis, hae panis loco camelis sint. In posteriore versu lente advenientes nubes cum camelo compedibus vincto, qui iam fatigatus in locum arduum incidit, comparatae sunt. Tres res, ut incessum lentum designaret, coniunxit, camelum arctis compedibus vinctum simulque fatigatum, locum autem, ubi incedat, arduum esse dixit.

CAPUT OCTAVUM.

Descriptio itineris et somnolentiae.

(p. 788.)

I.

Alchathim dixit.

1. Dixit, dum ebrietas propensionis in somnum ob somnolentiam, ut inclinaretur, effecit, (et qui in itinere nocturno continuo pergit, segnis est):

Secunda species metri Thawil adpellati. Conditionem viri iter nocturnum facientis describens statum somnolenti, cuius caput corpusque inclinatur, cum ebrio comparat. Accusativum نعاسا, nomen actionis, quod loco participii ناعسا sit, statui viri describendo inservire dicit. Vocem الليل cum voce سرى, quae nocturnum iter designat, significationis confirmandae causâ addit.

2. Camelum procumbere iube, ut somnolentiâ adfectis parum medeamur et camelos iuvencos tenues leniter tracta!

Versus, qui cum voce قال superioris versus intime cohaeret, quietem commendat. Quietem autem cum remedio, quo emaciati cameli parum recreantur, confert. Cameli annosi quum molestiis ferendis aptiores sint, curae camelos iuvencos potissimum commendat.

3. Eique dixi: Quomodo quiescere possumus, postquam nuda et manifesta (Aurorae) via noctem propulit?

Iam non esse nocte finita quiescendi tempus; sed ad aquam festinandum esse, ne iter in fervidissimum diei tempus incidat. Noctem cum camelo comparat, quem agaso ante eum incedens ad celerem gressum incitat. Hic comparandi modus in voce حدا cernitur. Via nuda et manifesta nil nisi Aurora esse potest; ea enim nubibus haud tecta manifesta est.

II.

Alius dixit.

(Djeuhario Asadita est.)

1. Quoties viris pallium meum super gladios nostros arcusque expandi!

Itineris fervidissimo diei tempore facti conditionem describit. Solebant Arabes umbrâ deficiente expansis palliis super gladios umbram parare. In hac autem descriptione viri, qui aliorum curam sibi imponit, laus est.

2. Tum eo confugientes steterunt et iumenta menti crinibus terram percutientia steterunt.

Vox اللحى cum vocali Dhamma et Kesra pronuntiari potest. Mersukius locum sic explicavit: وبقيت مطاياهم لتاثير اواره فيها واحتراقها بتوقد الهاجرة عليها تضرب بلحيها على الارض.

3. *Et quum umbrae media pars una hic et altera illic modo aequali divisa esset,*

Si voces نصف الليل rectae sunt, a meridie usque ad mediam noctem quieverint, necesse est, id quod Arabum in itinere consuetodini contrarium videtur. Nihilominus vero grammaticus Ebu-Djinni hunc legendi modum recepit. Alterum igitur legendi modum in Tebrisii codice ad marginem adscriptum, quem Mersukius sc. الظل (umbra) habet, praeferendum puto. Hic si rectus est, poeta meridiei tempus describit, quo umbra, dum sol in summo coeli culmine locum habet, ab utroque latere aequalis est. Vocem هنا loco definiendo inserviens hoc in versu praedicati verbi صار locum obtinuit. Grammaticus Abu-Ahli Alfaresi vocem a radice حن derivandam diversam a voce هنا esse contendit, ut pro هنن sit, (forma فعلل), mutatâ unâ litterâ Nun (p. 789.) in litteram Alif. Inter voces هُنَا et voces هَنّا tale discrimen statuunt, ut illud propinquum, hoc remotum designet. Amice dicitur هُنا i. e. accede! et inimico هنّا i. e. recede! In margine Tebrisii legimus, vocem tribus vocalibus (Kesra, Fatha, Dhamma) pronuntiari et vocem cum vocali Fatha adhiberi ad locum, interdum ad tempus designandum. Voci قسم modo nominis actionis omisso verbo قسم casum accusativum datum esse, scholiastes dixit. Vocem سوى maxime cum signo feminini (سوية) coniunctam inveniri, scholiastes verbis poetae probat (metr. Wafir): »Oh! aequale est, quod iniuriâ adficimini.« Fieri quoque posse dicit, ut vox سوى iusti significationem habeat, ut in verbis, quae historia nobis retulit: Eleemosynae diviti et robore et recta corporis formâ praedito recte non dantur« (i. e. quod iis haud eget).

4. *Iuvenem vocari, qui inveni eum vocanti voce audio respondebat, alto naso praeditum, longum.*

Hoc versu sententia consequens versus prioris continetur. Quae meridiei tempore egerit, narrantur. Voce posteriore فى se ipsum significat, quasi اجابنى (mihi respondebat) dixerit. De voce لبيه conferas Ham. ٥٥٠, ubi et versus in scholiis nostris citatus legitur. Voci اشمر casus genitivus est tanquam adpositioni pronominis in voce لبيه. Nasus elatus Arabibus signum nobilis generis est Ham. ٣٨١ l. 11. ٥٥٩ v. 5. ٧٢٨ v. 5. et statura longa laudatur Ham. ١٣٣ v. 1. Voci شمردل litteram la additam esse, ut formâ adiectivum magis referret, scholiastes adnotans similem rem in versu, quem noster Alahdjdjadjo, Mersukius Rubaho tribuit, invenit (metr. Sarih): »Num laetitia, dum tu annosus es et tempus hominum statum mutat?«

4. *Et cum duplice veste luctans stetit, dum ipse mollis erat, desiderato somno oculum nutriens*

Vocatum illum iuvenem describit. E somno expergefactus, quum eum omnino vincere non posset, in terram inclinans cum vestibus, quae in terram cum corpore deciderent, quasi luctatus est. Voce لدنا eum adpellat, quod corpus somnolenti laxum est. Quamquam corpus totum somno recreatur, tamen, quum in oculo fatigatio maxime adpareat, oculum somno nutriri dixit. Fatigato autem somnus desideratus est. Scholiastes talem somnolenti descriptionem in versibus saepe inveniri dixit et versus sequentes, quibus vero sensus diversus

est, adeotavit (metr. Sarih): Membrum virile ei expergefecei; tum ingemuit et statit questus ob narvum, qui iam senuerat (cum arcu comparatur). Ingemuit dixitque: Pauiuium dormi nesque sine! Quid vis? tu nos non relinquis. Tum dixi: per Deum! profecto! tu proficiaceris ad iuvenoas, quas ob denum (fatigatienem?) non queruntur. Vox قلايصا ob metrum pro قلايص est.

6. Et (camelas) fatigatas, quarum oculi putei profundi videntur, sellis instruentes steterunt.

Ad iter denue suscipiendum se praeparant. Camelarum eculos cum putels profundis, in querum imo aqua splendet, comparat. Ob longum iter et fatigationem eculi demersi erant. In Mersukii codice وقمو legitur.

III.

Vir e gente Becr oriundus dixit.

1. Vehentium manum iam duxi in decerto amplo, in qua dux quinque digitos mordet

Iter per longum desertem describens se ipsum tanquam viae gearum ducem laudat. Ut desertum periculesum et viae signis carens describat, viae ducem incertum haerere et nescientem, quo latere incedat, dicit. Cogitantia, dubitantis nec non poenitentis et irati est **(p. 790.)** digitos mordere. In Corani leco Sur. 3, 115. legimus: واذا خلوا عضوا عليكم الانامل من الغيظ. »Et quum soli sunt, coetra vos ob iram digitos mordent«. Mersukius adnotavit, aliam quendam dixisse: عض على شبدعة الارنب. »Mermerdit super linguam leporis«. Grammatici Bazrenses vecem ديمومة a radice دوم derivantes formam فيعلولة pro فيعلولة esse contendunt et huius formae probandae causâ versnm, qui autem a grammaticis fictus putandus est, adferunt sequentem (metr. Sarih): O utieam navis nos ceniuegeret, ut coninnctio perpetua esset (De voeis كينونة significatione dubitare licet). Grammaticus Alferra litteram Waw conversam esse putavit, quod in hiace formis littera Ja maxime inveniatur. Vocem autem simiiem esse voci شكاية, quae a radice شكو derivanda sit. Derivandam igitur censet, ni faller, vocem a radice دمى. Mersukio autem et Ebn-Djinnio potissimum adsentieedum puto, qui vocem a radice دم (perdidit) derivandam putarunt.

2. Dum ad puteum, cuius aqua alterata erat, festinabant et tempus aquae diu multum remotum erat.

Tam in itinere quam in deserto describendo pergit. In deserto periculose, ubi aqua rara est, ad aquam festinant, ne siti pereant. In eo autem, qued homines raro ad puteum in deserto veniunt, desertum periculosum esse, ut ab heminibus haud frequentetur, indicium invenio. Duo sunt in versu legendi modi بلامس et بلاتس. Priore admisso vox بلامس ioco praedicati subiecti عهد الماء est. Aquam antiquam esse, significat. Altero, quem scholiastes praeferendum putat, ab Ebn-Djinnio quoque recepto, praehabito, sensus est: Diu ad eam

homines non accessisse. Mersukius versus explicandi causâ quatuor versus adnotavit, quorum priores sunt Aischammachi (metr. Wafir): وماء قد وردت لوصل اهل عليه الطير كالورق اللجين ذعرت به القطا ونفيت عنه مقام الذئب كالرجل اللعين. Quoties ad aquam, ut ad familiam pervenirem, accessi, super quâ aves similes foliis decussis erant, aves Katha ibi terrui et locum lupi inde removi, quasi terriculum ad feras abigendas erectum essem. Voces لوصل اهل in codice paene deletae sunt, ut dubitem. Posteriores Dsu-l'Rommahi sunt (metr. Thawil): وماء بعيد العهد بالناس آجن كانّ الدبا ماء الغضا فيه يبصق وردت اعتسافا والثريا كانها على قمة الراس ابن ماء محلق. Et quoties ad aquam, ad quam homines diu non accesserant, alteratam, quasi formicae aquam (succum) arborum Ghadha in eam inspuerint, a via declinans veni, dum super vertice capitis Plejades avibus aquaticis gyrum in aëre facientibus similes erant.

3. Dum festinabant, dum alii tosti erant, alii reparabant vulnus in ungula crassae camelae et robustae.

Molestias itineris indicat. Pars solis ardore adflicti erant, pars camelorum ungulas inferiores laesas habebant. Hoc longo itinere et viâ difficili accidit. Crassae autem et robustae camelae viae molestiis melius resistere possunt. Voces مشتو et معالج loco subiecti sunt, cuius praedicatum منهم omissum est. Loco vocis فمشتو alter legendi modus فمُشْتَق aquam petens in Tebrisii codice adscriptus est.

4. Alius capite nutans sinistrâ manu innitebatur, ac si in corde eius accidens ob furorem esset.

Iter facientes describit. Vehementer fatigati alii dormiebant. Statum illum capite nutantis et vacillantis cum morbo, quo modo in dextrum modo in sinistrum homo inclinatur, تخلج adpellato, quem daemoni adscribunt, poeta comparavit. conf. Ham. ٣٠ l. 4. Abulf. Ann. III, 202. et adnott. p. 685. Acta eruditorum mens. Decemb. 1747. Construendi modum poeta mutavit, nam vox مهوم cum voce مستعجلين non cohaeret. In vocibus ركب الشمال, interpretes dissentiunt. Alii voci شمال sinistrae manus significationem tribuentes, dormientem, qui sinistrâ manu caput fulciat, describi, alii voci شمال erroris significationem dantes cum verbis loquendi modum ركب الاشام, et ركب شوماء, conferentes dormientem a via aberrare, alii sinistrum latus significari putantes, dormientem modo in sinistrum modo in dextrum latus decidere, ut, in quod latus corporis sui decidat, haud curet; alii denique somnolentum a latere sinistro suo, id quod mori contrarium est, iumentum conscendere dicunt. Scholiastes in Lebidi versibus similitudinem sensus invenit (metr. Ramel): Rarum est, quod circa extremam noctis partem consideraret, donec eum laeto nuntio Aurorae adparentis instigarem. In loco suo strata manibus palpabat sicuti Judaeus preces faciens. De eo, quod ei dixeram, dubitabat et iam audiebat verbum meum: Adesdum! (ad preces).

IV.
Alius dixit.

1. Eae (camelae) procumbentes a gente prolatum sermonem timent dicente: Sellas iumentorum adligate!

2. Non multum abest, quin nobis surgentibus, dum tunicam induamus et cidarim circum caput
(p. 791.) *ligemus, corda eorum volent.*

Tempus, quo ad iter incipiendum se praeparant, describit. Camelae molestias perferendas metuunt. Ex commentario Mersukii videre licet, fuisse, qui loco verborum من القوم haberent في القوم. Particula أن introducendo sermoni inservit conf. Gram. Ar. T. II p. 468. In codice Mersukii يُطير قلوبها تَسَرْبلْنَا أَوْ لوثْنا scriptum est, qui unice rectus legendi modus videtur.

V.
Alius dixit.

1. Loco Korh eiusque arenis adligati erant per septem noctes pabulo haud nutriti,

Per septem dies illo loco se substitisse narrat. Djenhaurius auctor est, Korh in hoc versu nomen regionis Wadi-l'Kora (quae in provincia Jemamah in finibus Badijah-Djesirah (desertum Aldjesirae) est) esse. Camelos per septem dies pabulo nutritos non fuisse, ad verbum intelligendum non est. Scholiastes plures quam viginti locos fuisse, qui nomen دارة haberent, adnotavit conf. Jakuti. Suffixum in voce معلوقاتها ad noctes referendum puto.

2. Donec, quum earum stragula (suppellectilia) perfecissem, et res necessarias, quas anima perficit,

Praeparationem ad iter faciendum necessariam describit. Suffixum vocis بتاتها ad noctes referendum puto, ut pro فيها dictum ait. Vox بتات cum vocali Fatha singularis forma supellectile, cum vocali Kesra pluralis vocis بت stragulas designat. Vox autem ما cum vocibus من بتاتها coniuncta est, ut pro مما ait.

3. Onera mea camelis non barrientibus, crassis ossibus protuberantibus pone aures praeditis, velocibus imposui.

Camelos, quos in itinere adhibuerit, describit. Patientes in molestiis ferendis, robusti velocesque sunt. Vox غلب in versu crassam cervicem habentes non indicat; sed nonnisi magnitudinem ossis pone aures, in qua roboris indicium video.

4. Tum celeriter abiere ob celerem incessum admiratione adficientes, quasi colla altarum (camelarum)

Camelis celerem incessum et altitudinem tribuit. Vox تعاجب vocalibus tam primae quam quartae formae in codice Tebrisii insignita est.

5. Inter locum Karaura et Maraurajat arcus e ligno arboris Nabh confecti, quorum cornua minus inflexa sunt.

Colla camelorum incurvata cum arcubus confert et viam itineris indicat. Karaura locus est in via Cufâ Meccam ducente inter loca Ainokra et Alhadjir adpellata situs. Vocem Marau-

rajat, quae desertorum nomen est, cum illo loco coniunxit, quod in propinque eius sunt. Arcus e ligno arboris Nabh confecti optimi putantur Harir. ١٥ l. 9 schol. Ham. ٣٥٨ v. 2. ٩١٥ v. 3. Posterior versus pars in Mersukii codice verbis sequentibus رد ما عطف من أطرافها explicatur, quae sic intelligo, arcus cornua haud multum curvata esse, ut comparatio arcus, (qui multum incurvatus, quali in certamine utebantur, معطوفة appellabatur) aptior sit.

6. Quomodo earum incessus tibi videtur, quae arbores Thalhah depascuntur et plantis Hamdh vescentes quocunque statu?

In verbis camelorum laus est. Cameli ab arbore et planta, quae iis nutrimento sunt, cognominati sunt. Formas grammatici vario modo explicant. Loco vocis والحمضيات, **(p. 792.)** legitur والغضويات „et arbores Ghadha depascentes".

7. Per noctem utensilia sua transportant et agasonem lassum ex agasonibus suis.

Iter per noctem describit. Cameli non solum utensilia, quibus onusti sunt, verum etiam agasones itinere nocturno fatigatos portant. Ut camelos ad celerem incessum incitarent, agasones canentes praecedere solebant. In voce باجهزاتها, quae pluralis forma a plurali irregulari derivata est, praepositio B a superflua est.

VI.

Hacim b. Kabizah b. Dhirar filio suo, qui e deserto in oppidum migraverat, dixit.

(De patre poetae conferas p. ٣٠٠.)

1. Per vitam patris Bischri! Bischrus eum decepit horâ, qua paupertas ad eum pervenit.

Grammaticus Almadajeni cognominatus in libro de inobsequentibus filiis egeno dicit versuum auctorem Hacim b. Dhirar Dhabbita esse, quem filius expeditionem suscipiens reliquerit. Bischr filii nomen est et pater Bischri auctor carminis. Voces على ساعة e verbo مشرفا „dum tempori propinquus esset" pendet. Voces الى صاحب فقر transpositae sunt pro فقر الى صاحب et verbum يشتد supplendum est i. e. tempori, quo socio maxime eget. Quod filius ipsum senem tempore, quo filio maxime egeret, reliquerit, queritur. Ex homoioteleuto prioris hemistichii initium carminis cognoscimus.

2. Paradisi hortum cupiens non abiisti; sed panis dactylique, puto, te advocarunt.

De eo, quod meliorem cibum cupiens, non ut religionis officiis melius satisfaceret, eum reliquerit, filium reprehendit. Quum panis et dactyli oppidanis potissimum cibo sint, hoc versu eorum sententia confirmatur, qui filium vita campestri relictâ in oppidum transmigrasse putant. In versu verborum ordo inversus est. Prior pars sic disponenda est: فما هاجرت تبتغي, جنة الفردوس. Vox فردوس originis peregrinae e lingua Persica aut Graeca per Christianos in Arabicam tempore ante Mohammedem translata in duobus Corani locis S u r. 18, 107. et 23, 11. invenitur et Graecum παράδεισος est. Vox varias partes dicti paradisi, beatorum post mortem sedis complectitur, quapropter in loco nostro h o r t u m p a r a d i s i et Sur. 18. 107. h o r t o s p a r a d i s i invenimus. Qualem beatorum post mortem sedem Mohammedani finxerint, pluribus a Salio ad Coranum et a du Ryero l'Alcoran de Mohamet T. I p. 193 sqq. expositum est. Post vocem أحسب, quae per licentiam poeticam inter duas voces coniunctas posita est, obiectum omissum est.

3. *Num libum, cuius dorsum mulier Nabathaea in furno suo coquit, donec crusta eius attollitur,*

Cibum oppidanorum, panem sc. pluribus describit. Gens Nabathaea regionem palustrem inter oppida Wasith et Bazra incolens quum Chaldaeae originis esset, Arabibus despecta erat, qua in re mihi causa fuisse videtur, cur hoc in versu feminae Nabathaeae poeta mentionem fecerit. Praeterea Nabathaei in oppidis illis regionibus propinquis famulorum loco fuisse videntur. Vox قرص libum rotundum, quod Arabibus in usu erat, designat. Dorsum libi commemoravit, quod inde crusta coquendo attollitur, que id bene coqui significare vult. Verbo صلى scholiastes in ignem conliciendi et super ignem circumvertendi significationem tribuens locum Corani Sur. 37, 163. adnotavit. Abu-l'Ahla super igne calofaciendi significationem praeferens sequentem versum adtulit (metr. Wafir): N e i n r e t u a f e s t i n e s ; s e d c o n t i n u o e a m t r a c t a , n a m b a c u l u m t u u m n o n n i s i c o n t i n u o a g e n s s u p e r i g n e o p t i m e f l e x i b i l e m r e d d i t. Scholiastes eorum sententiam rejicit, qui furnum in qualibet lingua تنور adpellari contendant. Quin vox תנור a Judaeis ad Arabes cum re transierit, non dubito, quippe Hebraicus pronuntiandi modus Arabice omnino aequalis sit. Interdum nil nisi olla fuisse videtur, cuius lateribus libum impositum, igne in ollam indito, coquebatur. c o n f. Jahn's bibl. Archaeologie T. I, B. 1. p. 213. B. 2. p. 182. Et Hebraeos antiquissimis temporibus panem eius ope coxisse e loco Lev. 2. 4. videmus. In Psalmi loco (Ps. 21, 10.) voces תנור אש ollam igne impletam (ut latera rubeant) mihi significare videntur. Arabum lexicographi inter vocem تنور et vocem فرن, quae vox cum latino f u r n u s cohaeret, discrimen statuere, in lexico meo indicavi. In duobus Corani locis Sur. 11, 42, 23, 27. vocem olla, in quo aqua bullit, proprie significari videtur. Alii Ahlii auctoritate nixi superficiem terrae; alii furnum significari dicunt. Huic autem furni significationi usus verbi فار, quod in aqua bulliente adhibetur, repugnat, etsi interpretes uxoris Noachi furnum aquâ bullivisse explicandi causâ dicunt. Ex libro doct. Geigeri (Was hat Mohammed aus dem Judenthume aufgenommen?) aquas, quibus humanum genus tempore Noachi puniebatur, Rabbinis fervidas fuisse cognoscimus p. 110 sq. Et in loco Jesaiae C. 31, 9. vox תַּנּוּר instrumentum puniendi significare videtur. Quae autem in scholiis ad explicandam vocis formam adtulerunt, ea parvi facio. In fine scholii ad explicandam vocem ex voce تنوور ortam sequens versus adductus est (metr. Wafir): A h r a b a h u m A u a i t a m v i d i s e e x t o l l e n t e m a d e x t r e m o s f i n e s , d u m s e c i e c a r e b a t.

4. *Tibi gratius est an camelae lactariae multae (gratiores sunt) communi pullo propitiae, inter quas magnae et iuvencae sunt,*

5. *Quasi lavacra in oppido plena ad earum ventres suspensa sint, quum Aurora adparet?*

Libum cum camelis lactariis confert, tum camelas lacte abundantes describit. Ad explicandam vocem مظائر faciunt quae Djeuharius adnotavit, Arabes interdum multas camelas uni pullo propitias reddere, ut, a quibus, si pullis omnino careant, lac retineatur, lac copiosum emittant. Ubera lacte plena cum lavacris aquâ plenis in oppido contulit. Vox الاداوى in sequente versu occurrit (metr. Wafir): Q u o t i e s c u n q u e e o r u m d u c t o r e r r a v i t e t e o r u m l a v a c r a v e s p e r â l a c t i s v a c u a e r a n t. Hic loquendi modus ei similis

est, quem Djahdita adhibuit (metr. Thawil): »Quum eae (camelae) propelluntur, callosa earum membra ad umbilicos tumore laborantes peram pice oblitam trudunt.« Poeta Amru-'lKais ubera caprarum cum situlis comparavit (metr. Wafir): »Vesperâ adveniunt quasi ob id, quod consecutae sunt, ad ventres situlae appensae sint.« Versus quamquam in Diwano Amru-l'Kaisi non occurrit, tamen ad versus pertinere videtur, qui in libro illustrissimi de Slane p. ٢٩ infra locum obtinuerunt. Scholiastes vocis حقو, quae in homine locum cinguli et tum cingulum designat, significationem probaturus sequentes versus adnotavit (metr. Sarih): »Lacinias cingulorum dimiserunt et pabulo libere fruiti sunt modo feminarum pudicarum incedentes, quasi timore adfectae non sint; si hodie mulieres impediuntur, impediuntur.«

6. *Quasi formicarum tumuli in earum dorsis sint, qui ut cohaereant, guttae nubis noctu efficiunt.*

In Mersukii codice ante quintum versum locum habet. Gibbos cum tumulis terrae, quos formicae habitant, tum ob colorem et formam tum ob magnitudinem confert. Simili modo poeta locutus est: Ad dorsum instar formicarum domus, abundans incisis fimbriis strati villosi et pilis mollibus. Metrum est ⏑—⏑— | ——⏑— | —— || ⏑—⏑— | —⏑⏑— | ⏑—, quod metro Sarih adpellato simile a grammaticis adnotatum non est.

VII.

Wakid b. Alghithrif b. Tharif b. Malec b. Thai dixit.

Aegroto ei lac cum aquâ mixtum interdictum erat. Nomen Ghithrif proprie in accipitre adhibitum in dominum generosum translatum esse contendunt. Vocem Abu-Thaleb in sequente versu adhibuit (metr. Redjes): Laus sit Deo, qui gentem meam nobilem reddidit eamque elevavit et generosum fecit. »Poeta Abu-l'Thaifanijjah dixit (metr. Thawil): Ego e gente sum, e cuius numero Sorarah, Ahmru, Kahkah, illi generosi sunt.« Poeta Djahwanah Jhdjlita dixit (metr. Thawil primâ syllabâ omissâ): »Eos defendimus, ne abigantur et si timore implentur, eos altis nasis praediti, domini gentis Jhdjl defendunt.«

1. *Dicunt: ne lac tenue bibas, nam, etsi sitibundus es, tibi tamen nocet.*

Aegroto poetae, ne lac tenue biberet, interdixerant.

2. *Profecto! si lac caprarum aquâ fontis Mowaisil mixtum morbum mihi adtulisset, ego sane aegrotus fuissem.* **(p. ٢٩١.)**

Lac aquâ mixtum haud nocere probare studet. Scholiastes vocem مويسل formam deminutivi vocis ماسل, quae in versu quinto Moallakae Amru-l'Kaisi eiusque vicinae Omm-Alribab in loco Masal« occurrat, esse dixit. Ibi Susenius discrimen vocis cum vocali Fatha aut Kesra pronuntiandae tale statuit: Unam cum vocali Fatha enunciandam nomen montis, alteram nomen aquae esse. Vox autem nostra nomen fontis in regione gentis Thai est. In Hamasa p. ٥٧٣ infra similis loquendi modus invenitur.

VIII.
Hondedj b. Hondedj Morrita dixit.

1. Noctis loci Zul latitudo et longitudo ad extremum pervenit, quasi eius nox cum nocte coniuncta sit.

Noctem, quam loco Zul transegerit, longam fuisse describit. Ex homeioteleuto prioris hemistichii, versum hunc primum carminis esse cognoscimus. Nocti tanqeam rei corporeae latitudinem longitudinemque tribuit. Simili medo Abu-Tammamus Thajjita diem longum csse putans locutus est (metr. Thawil): »Dic instar loegitudinis aevi in latere aequalis« In Mersukii codice legitur: مستطيلا ليوم الفراق. Tempus longum latumque esse dicitur. Latitudine quoque amplitudo designatur. Sic in Corani loco Sur. 41, 51. »Et is (deum) amplis verbis invocat«

2. Ne manus mea ab Aurora se separet, si eâ potior et si eius macula alba in fronte pedibusque adparet

Qui curis doloribusque adflictus est, ut dormire non possit, ei nox longa molesta est, quapropter Aurorae adventum optat. Verba لا فارق aut optando aut narrando inservire possunt. Auroram, cuius prima lux in Oriente adparet, cum equo maculâ albâ in fronte pedibusque insignito comparat. Simili modo صبح اقرح »Aurora maculam albam parvam habens« dicitur.

3. Vigilanti, cuius inquietudo in loco Zul longa est, quasi serpens flagello occisus sit.

Statum suum in isto loco describens, ut corpus se in lecto semper inquietum movere indicet, se cum serpente flagelli ictu occiso comparat, quippe qui doloribus adflictus ac semper moveat. Serpentem occisum diu se movere, e proverbio: »Magia durans quoad extremae vitae motum quam serpens« Meid. 16, 56. cognoscimus.

4. Quando Auroram videbo, cuius indicia adparuere, dum noctis indusia iam diffissa sunt?

(p. 795.) Optat, ut Aurora adpropinquans adpareat. Nox cum personâ vestimento tectâ comparata est. Adparente Aurora vestimentum noctis diffinditur. Voci والليل, casus nominativus et casus accusativus tribui potest. Si casus nominativus admittitur, vox الليل loco subiecti et voces قد مزقت loco praedicati sunt, ut tota phrasis statui describendo inserviat; sin casus accusativus praefertur, cum voce الصبح cohaeret, ut vertatur: Quando video Auroram etc. et noctem etc. In codice Tebrisii وقد مزقت في موضع الجر pro موضع الخبر, ut in codice Mersukii, male legitur.

5. Nox, cuius pars in regionem demissa attonita substitit, ac si super terrae dorso ligata esset.

Noctem initio versus cum persona, quae attonita stat et a loco haud procedit, in posteriore autem versus parte cum camelo, cuius tres pedes fune colligati sunt, comparat. Amru-l'Kaisus in versu, qui versui quadragesimo quinto Meallakae simillimus est, Plejades quasi lapidi duro adligatas dixit (metr. Thawil): »Ac si Plejades in loco, ubi stant, adligatae sint, funibus lini ad lapides duros.«

6. Cuius stellae loco consistunt non cessantes, ac si in aere lucernae sint.

7. Quam potens Deus est, ut is (quamvis magna distantia sit), cuius habitaculum Alhasn sit, ei, cuius habitaculum Alzul sit, adpropinquet!

In priore versu noctis longitudinem describit. Stellae, quarum splendorem cum lucerna comparat, e loco non procedunt. Amru-l'Kaisus in Moallaka v. 69 nubis fulgur cum lampade monachi comparavit. In posteriore optat, ut ipse in loco Zul commorans cum femina amata in loco Alhasn coniungatur. De loco Zul nil inveni. Vox Alhasn nomen loci inter Sobalah regionemque Nedjd et locus gentis Jarbuh est. Voce شحط, cui vocalis Fatha addita est, distantiam significari, verbis poetae scholiastes probat (metr. Redjes): »Distantia spem cuiuslibet sperantis abrumpit.«

7. Deus terrae amplas regiones inter utrumque locum complicat, ita ut domus habitatae adpareant.

Rem, quam optaverat, tanquam re vera exsistentem describit. Exporrectum terrae tractum cum strato, quod Deus complicat, ut viae spatium brevius fiat, comparat. In Mersukii codice يُرى الرَّبع legitur.

IX.

Homaid Alarkath dixit.

1. Mane venio, dum Aurorae latera rubra sunt et nuntii Aurorae noctem propellunt,

Scholiastes adnotavit, homoioteleuton tale esse, quale grammatici متدارك i. e. duae litterae vocalibus motae inter duas quiescentes adpellaverint. In voce الطرر litterae quiescentes litterae ط prior et ر posterior, motae autem litterae ط posterior et ر prior sunt. In vocibus لخيل زمر homoioteleuton متراكب dictum esse i. e. tres litteras motas inter duas quiescentes videmus. Litterae motae sunt ل, ز, م; litterae autem quiescentes ى et ر. conf. Darstellung d. Ar. Verskunst p. 304 sq. Aurorae adventum describens noctem cum camelo comparat, quam Aurora tanquam agaso propellit conf. Ham. ٧٣ v. 1.

2. Dum ad eius pedes stellae sunt instar scintillarum, vehens (equo) longi cursus, cuius iuba dependet.

Noctem adpropinquante Aurora describit. Posterior pars cum verbis والليل يحدوه cohaeret aut e verbo تتوقد omisso pendet. Sic Mersukius versus explicavit: فيقول ابتكر والصبح محمر الارجاء والنواحى والليل قد تجلى بما يطرده مقدمات السحر وعلاماته وفى مآخيره ومدارس اثاره من الظلام نجوم تتوقد كانها شرار النار بفرس بعيد غور النشاط يضطرب عذره على خديه وجبهته. Vox بسحق mihi pro بفرس ذى سحق esse videtur. Equos victores lanâ diversi coloris in crinibus in fronte propensis appensâ, quae عذرة adpellabatur, ornare solebant. Aurora et sol oriens cum equo tali comparati sunt. Grammaticus Alaoccari بمشعل الميعة habet. Hoc recepto equi alacritas cum igne accenso comparata est. Mersukius in fine scholii sic scripsit: وهو من اشعال النار فى القصب, quod praeferendum puto.

3. Quasi is die certaminis, quo homines praesentes sunt, dum iam primus inter caeteros exspectatus adparuit,

4. *Remotus ab equorum agminibus catervatim advenientibus falco venando deditus sit mane* **(p. 796.)** *defluentes pluriae guttas decutiens*

Equi in certamine caeteros vincentis descriptioοem cootinuat oumquo ob celeritatem cum falcono comparat. Similem comparaodi modum Ham· ۴٧٨ v. 3. inveolmus coof. praeterea Ham. ٣٩ v. 4. ٣٦٥ v. 2. ot Diwan Amru-l'Kaisi p. ٣٣ v. 14. Vox المحتضر diem significat, quo homines praesentes sunt. Loco huius vocis legitur quoquo: المبتدر i. o. is ad quem properantes accurrunt. Ut hunc equum a caetoris distinguat, eum voce دون excipit. Vocem صيبان ita explicant, ut aut cum vocali Kesra prouuutianda pluralis a siogulari صايب derivatus aut cum vocali Fatha nomeo actionis modo vocis رجحان et عيدان sit aut denique pro صُيَّبان scripta putetur. Hoc admisso poeta guttas cum lendibus comparavit.

5. *A plumis parvis multum (venando) instans, ex alto loco longe remoto se demittens, curvo rostro praeditus, quem aves interdiu cavent.*

Ut oqui illius celeritatem anto oculos ponat, falcooem illom pluribus describit. Praepositio عن cum verbo ينفض prioris versus cohaeret. Vox ملحاح eum significat, qui praedam fugieotem semper persequitur. Scholiastes vocem a verbo لح c o h a e r o n t o s habuit (palpebras) derivari posse dixit; sed hoc versus sensui minus convenit. Vox منكدر nomen loci est aut, quod apud poctas saope occurrit, loco nominis actionis posita. In acholii linea quarta loco vocis المنكب Mersukius المنسر habet. Quae vox quamquam melius conveniro videtur, tamen quomodo avi rapaci l o n g u m r o s t r u m tribuatur, non video, quum rostrum eius potius curvum quam longum sit. Pulchro modo alius poeta metro Sarih usus falconom sic descripsit:

ضارٍ يضرّى بطرى اللحم اكدر كالجلمود يوم الرّجم اذا تقضّى من اعالى النجم ضم جناحيه انخراط السهم. »(Falco) ad veoandum adsuefactus recentis carnis cupidus decidit instar saxi die, quo lapidibus iacitur. Quum ab altissima stella so domittit, dom alas contraxit, celeritate sagittao.«

5. *Dum sub arborum ramis contra eum refugium petunt, contra eum, qui recto modo adpropinquat, e longinquo videt.*

7. *E longinquo petens et observans, ac si eius oculi in lateribus lapidis sint,*

8. *Inter angulos oculorum interiores, qui acu lacerati non sunt.*

Io describendo falcone pergit. In primo versu falconem talem describit, qui e summo äere decideos a praeda nunquam aberrat et acute visu praeditus est. Accipiter, cuius columbae ad rubum confugiunt, in proverbio virum timendum designat Moid. 14, 18. Avium rapacium visus acutus in proverbii consuetudinem venit Moid. T. III P. 1. Nr. 196. 198. 199. Loco vocis الودق in Mersukii codice الوقع legitur. Caput falconis tum ob oasis duritiem, tum ob colorem cum lapide poeta comparavit. In tertio denique versu e nido eroptum ot ad venandum educatum eum non osse dicit. Ut enim falconem adultum venando adsuefacerent, oculos consuere solebant. Talis faloo التكش adpellabatur, quam vocem in lexicis haud obviam in hominem, qui tempore senectutis docetur, proverbiali modo adhibuerunt. Cum grammatico Ebn-Alahrabi non consentiens, poatam falconem sylvaticum descripsisse poto.

CAPUT NONUM.

Caput facetiarum.

I.

Quidam dixit.

1. Princeps mihi sine crimine dicit: Praecede! quum pugna gravis est!
2. Sed, si tibi obsequum praesto, neque vita mihi est, neque praeter hoc caput alterum.

In priore versu loco vocis جرم in Mersukii codice نصح sincorum monitum ot in postoriore vox بعد post loco vocis غير legitur. In Tebrisii codice voci جرم alter legendi modus علم »notitia« superscriptus est. Grammaticus Almobarred causam versuum explicaturus narravit, Almohallebum b. Abi-Zofrah die, quo ipsi cum rebellibus grave proelium essot, Abn-Ahlkamahum Jahmaditam rogasse, ut ipsi cum equitibus gentis Jahmad auxilium ferret et genti imperarot, ut crania sua aliquamdiu mutuo darent. Eum autem respondisse, crania vasa fictilia non esse, ut mutuo darentur et colla plantas porri non esse, ut denuo crescerent. Tum, quum filium suum iterum impetum facere inberet, eum versibus nostris respondisse. Alii autem versus Alahwaro Schannitae tribuunt, qui eos Almohallebo dixerit.

II.

Mulier dixit.

1. Senes eorumque asseclas amisi et hoc mihi accidit ob quaedam a me prolata verba.

Mulier, se senes eorumquo consortium odio habero, ostendit. Sententiam suam sermonibus patefecerat. Asseclae senum ii sunt, qui matrimonium eorum probant iisque favont. Legendi modus, quom in scholiis apud Mersukium invenio: يرضى مناكحتهم او يتعصب لهم او يهوى هواهم mihi magis placet.

2. Senis coniugem moerore adflictam vides, dum eius consortium odit.
3. Ne autem Deus eius peni benedicat neque rugis podicis eius triti!

Tertius versus causam secundi indicat. Scholiastes adnotavit, feminam hanc a iuvene repudio dimissam seni in oppido Medina nupsisse.

4. Urbs Damascus eiusque iuvenes cariores quam peregrini nobis sunt. (p. 798.)

Ex hoc vorsu, qui in Mersukii codice post sequentem locum habet, eam iuvoni Damasceno antea nuptam fuisse videmus. Mersukius adnotavit, poetae من الجالية وفتيانها dicendum fuisso. Videtur igitur voci الجالية peregrinae urbis, ut Damasco convoniat, significationem dedisse. Scholiastes autom noster voci poregrinorum, ut pluralis singularis جال sit, tribuit.

5. *Medinensi, quum ad me venisset, nupsi; sed, o quam carum coniugium est!*

Hoc versu vera versuum causa continetur. Coniugium illud magni pretii esse dicit, quod senex ei non conveniat.

6. *Odor ei est, ut foetor haedorum, quem neque muscus neque aroma Ghalia adpellata depellere potest.*

Vox Ghalia aroma est, quo crines barbamque imbuere solebant. De odoramentis confer. II, 322. 335. 506.

III.

Alius dixit.

1. *Quem nostrûm compedibus ornata deridet? Deus duobus eius coloribus aliam substituat, faciei nigrum et oculorum album!*

Versuum auctorem senem, ni fallor, femina deriserat, quam ob causam ei male precatur. In posteriore versu mutationem colorum accuratius designat. Mersukius verba sic explicat: وفى الكلام هزؤ وازرآء ثم دعا عليها بان يغيّر الله لونها ويبدلها منه لونين وقال بعضهم بلون لونين هو كقولك بُدّلت بالشباب هرما وضعفا وبالعز خضوعا وقلة ناصر وشرح هذا انه جعل اللون منتظما للالوان ثم ابدل منها السواد والبياض ويجوز ان يريد بقوله بلون لونها المعروف اى ابدلها مما خلقت عليه من لون لونين اخرين ثم فسرهما. Ex posteriore autem versu, quem ei colorem tribuerit, cognoscimus sc. album faciei, nigrum oculorum. Utraque autem re pulchra femina describitur. conf. Ham. ٥٤٩ v. 1. et ٥١٥ infr. In Corani loco Sur. 3, 102. albae facies nigris opponuntur. Illae beatis, hae punitis tribuuntur. Arabum feminae melioris conditionis in pedibus duobus compedibus aut auro aut argento confectis ornatae erant. Hisce خلخال nomen erat. Ham. ٣٤٩ v. 2. Hanc ob causam poeta feminam cognomine ذات الحجلين designat. Accusativum vocis سواد e verbo اعنى (significo) pendere scholiastes adnotavit.

IV.

Abu-l'Chandak Asadita; secundum alios Dihbil dixit.

1. *Ad Deum confugio contra noctem, quae me cum femina concumbere cogit fune ex fibris palmae confecto me fricante.*

Concubitum cum femina emaciata, cuius cutis dura erat, queritur. Cutem cum fibris ligneis palmae aut cum fune ex fibris ligneis confecto confert. Locus Corani, quem scholiastes ad explicandam vocem adnotavit, Sur. 111, 5 legitur.

2. *Nudum eius corpus tetigi; sed manus mea nonnisi in paxillum incidit.*

Corpus cum paxillo comparans, id tam emaciatum esse, indicat, ut ossa carne haud tecta tanquam paxilli prostarent.

3. *Cui in omni membro cornu est, quo concumbentis latus percutit, ut corpus frangatur.*

(p. 799.) Ossa prostantia cum cornibus comparavit.

V.

Alius ad Abu-Ahlam Ohkailitam pediculorum causâ vestes perscrutantem transiens dixit.

1. Quum ad eum transis, ad venatorem transis humi soli expositum in loco aprico frigore adfectum.

2. Pediculorum stragis circa Abu-l'Ahlam loca sunt occisis impleta vulneratisque.

3. Quasi apud suturas tunicae grana sesami decorticata sint separata ac coniuncta,

4. Digitos occisorum sanguine contaminatos habentem, vehementer iratum, contra alios hostes irruentem.

Abu-l'Ahlam in eo, quod agit, cum venatore confert. Sensus clarus est. Vox مصارع ob metrum Nunnationem accepit. Pediculorum ova cum granis sesami collata sunt.

VI.

Alius, unus incolarum regonis Hidjas dixit.

1. Ei nuntiarunt, me uxorem duxisse; tum iram secreto celavit.

Poeta feminam, quod aliam in matrimonium duxerit, iratam; sed iram animo celantem fingit. Quod forma tertia verbi personam alteram spectare solet, scholiastes obiectum personae post verbum تكاتم omissum dixit; aut fieri posse, ut obiecto personae haud omisso, primae verbi formae simplicem celandi significationem habeat. Quod ad vocem سرا adtinet, nomen actionis est cum verbo تكاتم, cui verbi تسر significatio sit cohaerens; nomina enim actionis interdum cum aliis verbis coniungi solent, ut in sequente hemistichio metri Thawil: Et condocefeci; tum quamquam erat difficilis, quodammodo se submisit (Nomen actionis الاذلال cum verbo ذللت coniunctum est). Nil quoque obstat, quin nomen actionis loco participii statui describendo inserviat.

2. Tum sorori suae et alteri feminae ob tristitiam dixit: Utinam decem in matrimonium duxisset! Femina quamquam tristitiam verbis suis celare studet, tamen in ipsis verbis tristitiae indicium est.

3. Et mulieres apud ipsam commorantes, quibus secretum occultum esse non putabat, nutu significans dixit:

Loco vocis لا in Mersukii codice ما legitur. Vox سترا cum vocali Fatha pronunciata occultationem, cum vocali Kesra velum designat. Sensus autem diversus non est.

4. Quid cordi meo est? Quasi meum non amplius sit et ossa mea flaccida sint

Hoc in versu feminam loquentem inducit. Mulieribus, quibus res nota erat, moerorem suum verbis patefacit. Loco vocis كأن in Mersukii codice اخال legitur, quam vocem vocali Kesra pronuntiandam dialecto gentis Hodsail propriam esse, Mersukius scripsit. In loco Ham. ١٢٠ v. 5.

(p. 800.) pronuntiandi modum cum vocali Kesra Thajjitis proprium inde ad alias gentes transiisse legimus, ut pronuntiandi modus paene obsoletus fieret et nonnisi Asaditis maneret.

5. *Ob nuntium, qui ad me pervenit, horrendum, ob cuius ardorem in corde pruna esse videtur.*

Hoc in versu, qui in Mersukii codice desideratur, causa quarti versus continetur. Nuntium matrimonii vult.

VII.

Alius dixit.

1. *Deus pro nobis nuptae rependat, quae in virum uxore carentem beneficium contulit, ut ei familia esset!*

Narrant, Arabem campestrem, quum Bazram veniens precum heram adnuntiantem audiret, interrogasse, quid clamor vellet et impudicum quendam respondisse: Omnem, qui ibi animi desiderium patefecerit, rem desideratam obtinere. Arabs autem quum, ut secum illum conscenderet, optasset, impudicum praefecto praeconum dixisse, Arabum illum pulcherrime precum tempus adnuntiare, ita ut conscendendi veniam obtineret. Arabem autem hosce versus pronuntiantem ab hominibus iratis deiectum periisse. Feminam autem Bazrensem, cui versus placuissent, ei Dei misericordiam optasse. Mohammedes b. Habib, auctore Mersukio, narravit, rem ipsi poetae accidisse, qui in media gente versus recitans a zelotypia occisus sit.

2. *Nos ei agendi modum erga nos rependamus, quum nobis uxor est; ea autem marito caret.*
3. *Iis, qui uxoribus carent, uxores vestras largiter concedite; nam beneficium denegare, in libro Dei jussum non est!*

Forma pluralis فعّال quum a singulari formae فاعل maxime derivetur, scholiastes poetam voci عزب eandem pluralis formam tribuisse dicit, quam voci عازب, propterea quod utraque vox eandem significationem habeat, ut pluralis unius forma pro altera adhibeatur. Verbum افيضوا autem cum praepositione Ba coniunctum esse, quod verbo eandem ac verbo تصدّقوا significatio tributa sit. Sunt quoque, qui verbo افاض implendi vas aquâ significationem tribuant, ut obiecto omisso sensus sit: Implete dona mulieribus vestris. In scholii lineâ quintâ loco vocis القدر in Mersukii codice المصدر legitur, ut voci كتاب scripturae (i. e. quae Deus scripsit et definivit) significatio sit. Sed altera libri Corani significatio mihi magis arridet. In priore versu pro voce لها in Mersukii codice لا invenitur.

VIII.

Alius dixit.

1. *Ob tritam situlam Deum obtestor: O domine mi! quis ex eorum numero, qui veraces sunt, eam vidit?*

Scholiastes duplex in versibus homoeoteleuton, unum متدارك adpellatum duabus litteris motis inter duas quiescentes, alterum متراكب adpellatum tribus litteris motis inter duas quiescentes

constans in verbis بلاء, ارف inveniri adnotavit (conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 304 sq.). Poeta quum trita sitnla furto ablata esset, versus hosce composuisse dicitur. Optat, ut quis, ubi illa sit, indicet. Praepositionem Ba post verbum انشد scholiastes e voce مستغيثا aut مذكرا omissa pendere dicit.

2. *Da ei candidam (uxorem) simplicis naturae et qui situlam meam occultare vult, is igne ardeat!*
Qui sitnlam ei indicet, ei bene, qui eam celare velit, ei male precatur. Candida **(p. 801.)** uxor nobilis generis est. conf. Ham. ٦٨ v. 2. ٧٢٥ v. 2. In posteriore parte ignem infernum respicit.

3. *Infortunium ex infortuniis contra eum excita; si mane eum non invadit, quod male egit, noctu veniat!*

Vox علق rubri animalis in aqua viventis, quod guttur (si aqua bibitur) arripit, nomen esse scholiastes scripsit. Hirudinem significari puto, quamquam color eius ruber non est; sed niger cum rubro mixtus. Sed infortunii significatio ex ipsius radicis adhaerendi significatione derivari potest.

4. *Calamitatis molestiâ insomnis pernoctet eique uxorem, cuius interior tunica lacera est, da!*
5. *Infaustam, quae infelicitatem cum asperitate miscet.*

Summum malum et uxorem pravam ei optat. Iusanam scilicet, ut tunicam suam laceret, infaustam simul et asperam, ut marito semper molesta sit.

IX.

Alius dixit.

1. *Quasi eius testiculi, quum laxi dependent, attrita marsupia cum duobus colocynthidibus sint*

Dimidium metri Redjes (مشطور الرجز) tribus pedibus constans conf. Darstell. d. Arab. Versk. p. 234 sq. Scholiastes adnotavit, verba ثنتا لحنظل esse pro ثنتان من الحنظل, nam aliter dualem حنظلتان poeta adhibiturus fuisset. Namaritam, qui versus laudi inservire posse putat, Abu-Mohammedes Alahrabi carmine ipso adlato, cui vituperatio inest, refellit.

X.

Alius dixit.

1. *Quasi eius testiculi, quum laxi dependent, duo lapides sint ahenum portantes.*

Metrum idem ac in superiore. Comparandi ratio singularis.

XI.

Mulier dixit.

1. *Quasi eius testiculi, quotiescunque corpus manusque deprimit clunibus sublatis, duae gallinae sint grana e terra colligentes.*

Hisce versibus, quibus metrum quartae speciei metri Sarib adpelisti est (conf. Darstell.

Versk. p. 246), mulier maritum suum perstringit. Qui quum iter facere vellet, uxorem sequentibus versibus metri Redjes adlocutus erat: »Si vinculo te non vincio, ad cognatos tuos fuge! (quod vinculum) versutas, inobsequentes retinet, ne mane aut vesperâ et initio noctis usque ad Auroram grassentur. Tu autem in templo meo commorare laudesque dic!« Uxor autem eodem metro usa locuta est. »Quis a me maritum astutum emit, astutiorem quam (p. 802.) lacerta (conf. Meid. 7, 127 131), quae cum lacertâ astutiâ certat, quasi eius testiculi, quum caput inclinat etc. Denique maritus ei respondit.« O domine mi! si dominus es, ei nigrum rubris punctis distinctum (serpentem), rectum decerne! De vocis مسلاكيا hoc in versu significatione dubito.

XII.

Alius dixit.

1. *Quoties glans penis, quae decori erat et ignominia non adficiebat, modo sagittâ petens modo lanceâ confodiens*
2. *Contra hostem et amicum refractaria, quae cuilibet occurrenti se obvertit,*
3. *Vulvam vetulae scortantis obstruebat, filium vetulae probae corrumpentis,*
4. *Quasi (glans) libramentum mille pondo grave esset.*

Dimidium metri Redjes adpellati. In quarto versu comparatione crassam eam esse significare vult.

XIII.

Alius dixit.

1. *Quoties glans penis, quam caeterae glandes non aequant, duritie et inconstantiâ (quod semper se movet) praedita,*
2. *Quae quum adparet, tu dicis: dux exercitus!, quam si quis gustat, vitae saporem novit.*

XIV.

Alius dixit.

1. *Secreta non occulto; sed ea divulgo, et secreta in corde meo bullire non sino;*
2. *Parum enim prudens est, quem noctu secreta ab uno latere in alterum volvunt.*

Prima species metri Thawil adpellati. Poeta eos vituperare videtur, qui curarum secreta animo abscondunt et, quod aliis statum suum haud aperiunt, auxilio destituti somno privantur, nam de secretis generali sensu divulgandis, id quod turpe habetur, sermo esse non potest. Voci الاسرار in codice Tebrisii alter legendi modus الافكار (cogitationes) subscriptus est.

(p. 803.)

XV.

Alius dixit.

1. *Senem adduxerunt, cuius faciem malum foedaverat, ignorantem, qui, quotiescunque convicia consumta erant, alapas infligebat.*

VXI.
Mulier alteri partus doloribus adflictae, cui nomen Sababah erat, dixit.

1. O Sababah! Bonum partu emitte, testiculum penemque emitte neque mihi clitoris parvae extremum ostende!

Quarta species metri Sarih. Optat, ut pueri, id quod feminis honori est, neque puellae partum enitatur. Vocem سحاب vocali Fatha aut Dhamma pronuntiari posse, acholiastes adnotavit. Cum vocali Fatha si pronuntiatur, modus in vocibus, cuius littera ة abiecta est, usitatus est, sin cum Dhamma, vox سحاب, quamquam littera abiecta est, tanquam integra formatur.

XVII.
Alius dixit.

1. Tu si Djomlae atria vides in fine, felix es,
2. Ei duo oculi lacte acido dactylisque constantes sunt et reliquum eius corpus intrita est.

Ni fallor, poeta viro, se cibum feminae amatae loco habere, ut eo omnino contentus felixque sit, obiicere videtur. In priore versu loco vocis إن in alio exemplari لو legi, in Mersukii codicis margine adnotatum est. Hic varius legendi modus inde sine dubio ortus est, quod particulam إن futurum apocopatum ترى non sequitur. Res interdum apud poetas invenitur **conf.** Gram. Ar. T. II p. 502. Sic in sequente versu (Metr. Redjes): »**Neque eam contentam reddere studeas neque ei blandiaris**« et in sequente (metr. Wafir): **Nonne ad te pervenit res, dum nuntii divulgantur (quae camelae lactariae gentis Siiad acciderit).** In hoc nil nisi licentiam poeticam video. Mersukius rem sequentibus verbis explicat: ويكون الذى حذفه للجزم فى ترى حركة كانت فى النية فى موضع الرفع وحروف المد تحذف من الاواخر ليكون بين الافعال وهى فى موضع الرفع وبينها وهى فى موضع الجزم فصل فلذلك جاز ان تاتى بها تامة لو لا ذلك كان لحنا. Verba فانت etc. propositionem consequentem coniunctionis إن efficiunt, dum poeta litterâ **Fa** simulque voce اذا usus est, ut propositionis consequentis vim augeret, nam voce اذا omissâ phrasis sensui constituendo sufficeret. Scholiastes autem fieri posse dicit, ut vox اذا statui definiendo inserviat, quasi statum rerum isto tempore poeta narret, modo quo Hodsailita dixerit (metr. Wafir): »**In fine, at tu iste tempore integer es.**« Si فانتك legitur, sensus est: »tu tempore, quo res talis est, felix es.«

XVIII.
Alius dixit.

1. Camelum tuum procumbere fac, tum libum obsonio tibi para, quum amor te visitat, cum oleo ut amatorum defectum tolerare possis!
2. Quum fames adfligens amorque conveniunt, tu pulchras puellas mammis sororiantibus praeditas oblivisceris. **(p. 804.)**

Remedium amoris indicat. Similem sensum Marsukius in sequentibus verbis invenit: كل اذا ما كنت عاشقا ما تهيا من الدسم وادفع الشوق وانصدون عن القلب بالتخم وصاحب الاكل فى الهوى ليس يخشى من السقم. »Ede, quotiescunque amans es, cibum pinguem, qui paratus

est et amorem et alienationem ex animo indigestione repelle! Qui in amore cibum sumit, morbum non metuit.« Metrum hisce verbis inesse, non video. In priore versu duo alii legendi modi sunt, فاصطبغ, quem cum scholiaste praefero et فاصطنع, qui veram secundo Hamus ٧٩١ explicari potest. Voci كما grammatici Cufenses significationem vocis كيما tribuentes sequentem versum pro argumento adnotarunt (metr. Thawil): Quum venis, visum tuum in alium quam me dirige, ut putent, tuum amorem ibi esse, quo oculos convertis.« Grammatici autem Bazrenses in utroque versu loco vocis كما habent لكى. Posterioris versus initium quoque Ham. ٨٠٥ v. 3. invenitur.

XIX.

Alius dixit.

1. Quasi eius dentes anteriores (et eorum saporem non sensi) oris colostrum sit, quod farinâ miscuisti.

Tertia species metri Thawil adpellati. Aut dulcedinem oris feminae aut dentium colorem indicare vult.

XX.

Alius dixit.

1, Amoris sagittâ me iecit, cuius alae dactyli erant, plumae polenta.

Tertia species metri Thawil adpellati. Feminam cibo bono dactylis polentaque oblatis ipsum allexisse, dicit poeta. Proverbium, quod ad explicandam vocem نُكَل scholiastes adnotavit, Meid. 24, 111 legitur.

XXI.

Alius dixit.

1. Nonne interdum puellae delicatae oculi cibus Chasir sunt et eius dentes albi, pulchri polenta?

Tertia species metri Thawil adpellati. Sensus versus esse videtur, puellae pulchritudinem eo consistere, quod bonum cibum concoquat. De cibo Chasir adpellato non consentiunt. Alii farinam adipe mixtam esse dicunt, ob quem cibum Arabes vituperantur, nonnullis dicentibus, rem nonnisi gentem Modjaschih et Koraih spectare, qui cibus quoque سخينة adpellatur. Alii voce خزيرة cibum significari dicunt, qui carnibus concisis et in aqua coctis, quibus farina inspergatur, paretur.

XXII.

Alius dixit.

1. Vita nil est nisi somnus et apricatio et dactyli instar iecorum locustarum et aqua.

(p. 805.) Tertia species metri Thawil adpellati. Vitam vilem describere videtur. Ad vocem تشرق explicandam scholiastes sequentes versus adnotavit (metr. Thawil): Consumor sicut pallium consumitur et neque Abanum neque latera Dserwahi [1]) adtrita video. Costas meas ob amorem earum lontorqueo;

1) Abau virorum nomen et montis quoque in ditione gentis Fesarah. De voce Dserwah autem in Kamusi opere nil inveni.

sicuti serpens soli expositus se conterquet.« Sed in hoc versu voci التشرّق duplicem significationem tribui posse putant aut quam dixi soli expositi aut in gutture praefocati ob loci angustiam, quo pervenerit. Scholiastes autem in versu rectius أكباد الحرار »iecora sitibundorum« legendum putat, qui legendi modus in Tebrisii codice superscriptus est.

XXIII.

Alius dixit.

1. Surrexit ea superbe incedens, dum tunica lacera erat. Tum lacera pars loco raso occurrit,
2. Qui instar poculi lignei diffissi erat.

Describit feminam lacerâ tunicâ superbe incedentem, ut pudenda conspici possint. Arabum mulieres locum illum radere solebant. Vocem نضار aut arboris nomen esse, e cuius ligno scutellae conficiuntur aut aurum significare posse putant. Vox تمطى pro تتمطى est. Posteriori parti sequentis verba similis esse putat scholiastes (metr. Redjes): Quum sedeo loco sedendi mihi incommodo instar poculi inversi super colle.« Vox بيه pro فى est.

XXIV.

Alius dixit.

1. Quum fames adfligens et amor contra virum pauperem se coniungunt, morti propinquus est.

Conf. Ham. ٨٢ v. 1.

XXV.

Alius dixit.

1. O domine mi! Si eam occidis, iterum eam adi, nam ea non morietur, nisi cum diligentia eam occidere studes

Dimidium metri Redjes adpellati. Feminae vitam tenacem esse dicit. Loco vocis تجهد in Mersukii codice تشد legitur, qui legendi modus in Tebrisii quoque codice superscriptus invenitur.

XXVI.

Alius dixit.

1. Hospitem odio habeo, qui, quum sedens edit, nil aliud facit nisi contra me cum superbia se extollere.
2. Utrumque latus vestemque extollere non cessavit, ut dicerem: Fortasse hospes meus iam peperit.

Hospitis superbiam reprehendit. Alii voci تنفج ructum emittendi significationem tribuunt, alii locum amplum in sedendo occupandi.

XXVII.

Dixit Bilal b. Djerir.

1. Quoties mulier gentis Okel vicinae domus suae dicit, quum asinus mingendi causa veretrum exerit: Quam pulchra huic similis res preciosa est! **(p. 806.)**

Hic versus in Mersukii codice hoc loco omissus post versum احدكما p. ٨٠٧ in folio

codici inserto ab alia manu adscriptus est. Eius metrum prima species metri Thawil adpellati est. Scholiastes auctorem Abu-l'Ahlam sequens adnotavit, Bagdadenses hoc in versu علقا retulisse. Narrat quoque, quum Alwesirus b. Abi Chaled Tebrisensis cum nepotibus advenisset, iuvenem (servum) librum Hamasae quibusdam doctis praelegentem hoc in versu غلفا pretulisse et post hunc alterum versum addidisse sequentem. »Et puellae ei dixerunt, quum eam talia dicentem audivissent: sane, quam bonus ei similis socius est!« Hunc legendi modum ab Abu-Ahbd-Allahe Bazrensi auctore libri: كتاب المشاكهة »Liber similitudinis« inscripti, qui sue tempore inter grammaticos Bazrenses in poesi versatissimus esset, originem duxisse. In folio codicis Mersukii alia manu scripti sequentia addita legimus: قال الخطيب سالت ابا العلاء عن الغلف فقال الغلف ما يجعل في الغلاف فلما قرات الحماسة على الرقى وذكر لى هذه الرواية غلفا بضم الغين فسالته عن معنى غلف فقال يجوز ان يكون جمع غلاف وجمع اغلف فاذا كان جمع غلاف جاز فيه الغُلْف والغُلُف واذا كان جمع اغلف لم يجز فيه غير غُلْف فذكرت له ما سمعت من ابى العلاء فانشد اذا قالت حذام فصدقوها البيت. Initio scholii voce الخطيب magister Tebrisii, cui nomen Abu-Becr b. Tsabet Alchatibib, significari videtur. Raccensis grammaticus est et verba اذا قالت etc. in proverbii consuetudinem venerunt significantia, loquenti fidem habendam esse (conf. Meid. T. I. p. 321). Sententiam Abu-l'Ahlae igitur praeferendam putat.

XXVIII.

Alius dixit.

1. Nos hospitem inique tractamus, dum status noster difficilis non est, metuentes, ne nostrûm cupidus redeat.

Tertia species metri Thawil adpellati. Hic versus in Mersukii codice legitur, dum scholii pars nonnullis aut additis aut omissis aut mutatis in codicis textu, pars in folio alia manu scripto legitur. In sensu huius versus explicando grammatici in contrarias sententias abiere. Alazmäihus vilem agendi rationem describi putat; alius quidam, agendi rationem laudari, ut sensus sit: Nos hospitem ita tractamus, ut nobis inde molestia non oriatur, ita ut tanquam noster familiaris habitus saepe ad nos redeat. Verba مخافة ان يضرى dicta esse velunt pro مخافة ان لا يضرى ut in Corani loco Sur. 4, 175 verba ان تضلو pro ان لا تضلو dicta sint. Si de hospitalitate hoc in versu re vera sermo est, vilem agendi rationem describi, e sequente versu, qui in Mersukii codice desideratur, cognoscimus, ut non possim non Alazmäihe adsentiri.

2. Et ubi devertit, canem contra eum excitamus eique repulsam manifestamus, tum augemus.

Hic versus cum scholio in Mersukii codice in folio addito alia manu scriptus reperitur. Grammaticus Abu-Al'hla narrat, versum hunc Hatimo Thajjitae tribui. Qui si auctor est, quum vir liberalissimus fuerit, hoc in versu de hospite sermo esse non potest. Grammaticus igitur leonem significari vult, quippe omnis noctu adveniens nomine hospitis ab Arabibus

adpelletur, ita ut leenem et curam hospitis loco habuerint. Poeta dixit (metr. Thawil): »Tempore noctis hospes mihi fuit. Tum dixi: Num ad commeatnm me praecedit? Digiti manuum mearum aridi sint! Tu autem Asaditae hespitem in deserto non invenisti nisi famelicum, esurientem.« Peeta Aimorakkeseh dixit (matr. Thawil): »Et quum ignem, ut carnes assaremus, accendissemns, ad eum nobis einerec celere praeditus (lupus) hirsutus supervenit. Segmentum carnis assatae pudore duetus ei preieci et erga eum, quocum eensido, inhenestus non sum. Is autem eum eo rediit actus, capnt conentiens, quemadmodum armatus fortis praedam rediens aufert.« Farasdakus denique dixit (metr. Thawil): Pernoetans commeatum inter me et eum ad ignis lncem et fumnm dissecui. Ipsas quoque opes nomine hospitis (الضيف) adpellatas esse, scholiastes sequente versu probare vult (metr. Thawil): Nos hospitio excipimus hospitem, si noctu ab hospite venit, si bonus, censeaaus est. Priore igitur voce الضيف opes significari putat.

XXIX.

Alius dixit puellam nigram, quae manum tingebat, conspiciens.

1. *Manum tingit, (a carpo separetur!) sed nigro suo tincturam Alhinna tingit.*

Dimidium metri Redjes adpellati. Arabum feminae cypro manus tingere selebant conf. Ham. ٥٧٥ v. 9. et ٢٨٨ l. 14. Voeem بتكت etc., quamquam ad vecem كفا referenda (**p. 807.**) est, tamen constructione ab ea separandam esse, scholiastes recte aduotavit. Voci بتكت in codice Meraukii secundae formae vocales superscriptae sunt, quibus neque metrum neque sensus mutatur.

2. *Est ac si, dum stibium in specillo est, quadam cutis parte oculos suos stibio imbuat.*

Facete cutis nigrum colorem eum stibii nigredine comparat conf. Ham. ٥٣٨ v. 1. ٥٨٣ v. 1. ٥٦٥ infr. Vox مرودها si sine Teschdide pronuntiata esset, metri vitium زحاف adpellatum (conf. Darstellung d. Arab. Verskunst p. 77 sqq.) eriretur. Quod ut evitaret, voci Teschdidum addidit. Similis res in sequente invenitur (metr. Redjes aut Sarih): Quemadmedum equulens in fune medo in dexterum medo in sinistrum latus incedit conf. Harir. p. ٣٦٨ schol. Grammaticus Abu-l'Abia, quosdam Arabes vocem مرود, quum in fine nulla re cum ea coniunctâ esset, cum Teschdido prenuntiasse dixit, medo que in sequente versu vox الكلكل eum Teschdido prolata sit (metr. Sarih): Quasi interatitium eeram (pedum) in peetore locus manuum monachi preces facientis sit. Grammaticus autem tale discrimen inter utrumque videt, ut vocis مرود pronuntiandae modus a more loquendi magis abhorreat.

XXX.

Arabs campester filio suo in balneo calce viva combusto dixit.

1. Per vitam meam! Korthum eiusque vicinum cavere iussi; sed cavendi mandatum incauto nil prodest.

2. Eis calcem vivam, quae eos combussit, interdixeram et balneum pravum, cuius aqua ardet.

3. Uterque vulneribus laborans ad me venit, dum in eo loci erant, qui manu tacti cute denudabantur.

Statum duorum virorum describit. Vox موقع is est, in quo vulnerum vestigia adparent.

4. Obsecro vos! vos ignorastis, vicinum nostrum, lacertam in deserto calce viva haud uti.

Vox اجدكما casum accusativum obtinuit tanquam nomen actionis e verbo omisso تجدان pendens. Grammaticus Sibawaihi nominum actionum in casu accusativo, quae verbis praecedentibus confirmandis inserviunt, mentionem faciens dixit, illis similem esse in interrogando loquendi modum اجدك لا تفعل كذا. In his vocem اجدك nonnisi cum suffixo coniunctam inveniri et اجدك esse pro اجدا منك, ut versus sensus sic explicandus sit: اعلى جد لم تعلما ما ذكرت, nam sic cum Mersukio in fine scholii legendum puto. In Djeuharii opere sic legitur: وقولهم اجِدَّك وأَجَدَّك بمعنى ولا يتكلم به الا مضافا قال الاصمعى معناه أَبِجِدّ منك هذا ونصبُها على طرح الباء وقال ابو عمرو ومالك اجِدًّا منك ونصبها على المصدر قال ثعلب ما اتاك فى الشعر من قولك اجِدَّك فهو بالكسر واذا اتاك بالواو وجَدّك فهو مفتوح. Grammaticus Abu-l'Ahla dixit, vocem النورة iam antiquo tempore adhibitam a verbo نار derivari posse, quippe calx viva, quum crines auferat, locum istum remotis crinibus lucentem reddat. Alii contendunt, rem a muliere **Nurah** adpellata, quae rem conficeret, nomen accepisse. Rei nil obstat. Poeta metro Sarih usus dixit: **O domine mi! Si gens Banu-Ahmirah in nete foedere consensit et sese coniunxit, quasi sit ampulla (pupilla oculi), contra eam annum infertilem mitte, qui opes aufert modo, quo calx viva (crines) abradit!**

4. Et balneum nostrum in terra nostra ignorastis, quum chamaeleon in arboris trunco caudam movet. **(p. 808.)**

Juvenes vituperavit, quod oppidanorum morem imitati sint, quum in desertis balneo non uterentur nisi solis ardore i. e. balneorum consuetudinem omnino non haberent. Ut autem solis summum ardorem significaret, chamaeleontem in arboris trunco caudam movere dixit. Chamaeleon in arboris trunco semper soli se obvertens conf. Meid. 14,98. ob summum solis aestum caudam movere solet. Scholiastes animal حرباء appellatum maius lacertâ عظاء esse dixit, tempore, quo parvum sit, cinereo colore praeditum, post autem flavo. Sole ardente cutis eius viridem colorem accipit. Hanc ob causam poeta Dsu-l'Rommah animal describens dixit (metr. Thawil: **Et ob meridiei ardorem iuguli eius partes virides sunt.**

XXXI.

Alius dixit.

1. Nonne iuvenis est, apud quem duae ocreae sunt, super quibus me portet, quod ego senex in itinere sum?

Queri videtur, quod filius, quum in itinere senex viae molestias ferre non possit, ipsum in dorso non portet aut, nam sensus clarus non est, ut a quodam duas ocreas accipiat, rogat. Vox انّى duplici modo pronuntiatur. Vocali Kesra pronuntiata sermo de novo incipitur; vocali Fatha pro لانّى causa prioris partis indicatur.

2. Apud Deum queror ob statum, quo in montibus adfligor et quod ego pravo visu sum.

Iter quum per montes faciendum esset, non poterant non seni inde multae molestiae oriri, propterea quod acri visu ad viam bonam eligendam haud gaudebat. Sed loco vocis احوالا »status« in Mersukii codice اهوالا (terrores) legitur.

3. Quum homines noctu iter faciunt, eorum viam non video, si iis lunae lux non est.

Statum suum pluribus describit. Scholiastes dicit, eum velle, in eorum terra viam magnam non esse. Huic contraria esse verba alius poetae (metr. Basith): Iam bonum petentes tempore decrepitae senectutis et rogantes ad portam eius vias fecerunt. Poeta obscuro sermone utentem homines vituperasse videri, scholiastes adnotavit. Mersukius sic habet: وهذا خلاف قول الاخر ترى للسائلين الى ابوابه طرقا كانه عيرهم متملحا; sed noster legendi modus praeferendus est.

XXXII.

Puella in mulieres se invicem probrosis verbis petentes dixit.

(Mersukius sic: puella in puellam, quae ipsam probrosis verbis petebat.)

1. Patri meo obtrecta! Opprobrium tuum ei non nocebit;
2. Mihi multi versus sunt,
3. Quibus musci odor et aromatis Dsarirah diffunditur.

Primum versum interpretes vario modo retulerunt et explicarunt. Sunt, qui sic referant: سبى ابى سبّك لى بصيرة. Patri meo obtrecta modo, quo mihi, o Bazirah! obtrectas Voci سبك tanquam nomini actionis accusativus tribuitur et Bazirah nomen feminae esse putatur. Alii autem voci بصيرة argumenti significationem, ut in Corani loco Sur. 75, 14, tribuentes, sic vertunt: »Patri meo obtrecta! Quod mihi obtrectas, argumento est«, dum voci سبك nominativus est. Sensum autem sic constituunt: Quod tu mihi obtrectare incipis, id te damnat neque excusat, quod par pro pari referam aut quod mihi obtrectas, id mihi argumento est, quod tibi nocet, quippe tu mihi vitia obiicis, quibus ipse laboras, ut ex eo vitia tua cognoscam. Suos autem versus, quibus eam perstringere vult, tanquam aliis gratos cum bonis odoribus confert. Vox ذريرة aroma designat, quod ex India adferri dicitur.

XXXIII.

(p. 809.) **Alia eodem metro usa dixit.**

1. *Pater tuus vilis tenuis est*
2. *Pulchra facie haud praeditus et ignobilis,*
3. *Ob cuius vocem capellae rident.*

Loco vocis زعزق in Mersukii codice زهدق legitur, quam vocem, quum explicata non sit, eandem significationem, quam vox زعزق habere puto. Hanc scholiastes vilis, ignobilis; grammaticus Abu-l'Abla autem levis, inconstantis significationem habere dicit. Vox زعزقة autem quum risus multitudinem designet, nil impedire, quominus hominem, qui deridetur, significet, scholiastes dicit. Verbum in versu Nabeghahi occurrit sequente (metr. Thawil): Quum irata est, gens eam iratam esse nescit, et si desiderio potitur, haud ridet. Voci لثيق tenui stirpe oriundi, ut percipi non possit, dant significationem. In tertio versu طرطب longarum mammarum significationem tribui posse putant, ut in iis deridendi causa sit. Haec autem significatio potissimum convenire videtur, si vox العنوق cum vocali Fatha enunciatur aut العبوق, quemadmodum in Mersukii scholiis scriptum est, (sed quid rectum sit, quis dicere potest?) legitur, nam Alahnuk aut Alahbuk feminae nomen esse adserunt.

XXXIV

Alius dixit.

1. *O domine mi! qui patri meo inimicus est, ei inimicus esto*
2. *Eiusque cor duabus sagittis pete*
3. *Inque eius cibo mortem pone!*

Filia patrem defendit. Versibus duplex metrum et homoioteleuton inest, si littera Ha aut cum vocali Kesra adficitur aut sine vocali cum praecedente pronuntiatur. Prior pronuntiandi modus مطلق, posterior مقيد adpellatur conf. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 311. Priore recepto metrum dimidium metri Redjes (ib. p. 231.) est et homoioteleuton متدارك appellatum (ib. p. 305.); posteriore metrum Sarih (ib. p. 246.) et homoioteleuton متواتر adpellatum est (ib. p. 305.). Verbo علّى perdendi significationem inesse, scholiastes dicit.

XXXV.

Mater Aluohaifi, qui vir Said b. Korth nomen gerens e gente Banu-Djadsimah oriundus erat, dixit.

Vir feminam contra matris voluntatem in matrimonium duxerat.

1. *Per vitam meam! consilio meo adversatus es et mihi displicuisti. Tum eo, quod mihi obsecutus non es, poenitentiam tibi parasti; patiens igitur esto!*
2. *Ne uxorem statim repudio dimittas taedio adfectus; sed uxorem liberaliter tracta et modo*
(p. 810.) *generosi, qui in hominum ore est, age!*

Hortatur filium, ut, quum suâ culpâ uxor sibi non conveniens obtigerit, rem patienter ferat eamque non statim dimittat; sed vituperationem evitans generosi modo se gerat.

3. *Stultam in matrimonium duxisti, turpissimam; sed quod dixisti, o Sahde! sine et cave!*

Se eam repudio dimissuram esse etc. minatus erat; sed mater de minis perficiendis dissuadet. In scholii linea prima post vocem خبثة ex Mersukii codice vox فالخبيث supplenda est. In linea secunda loco verborum الجهد والسير »melestia et itera«, in Mersukii codice البخر والسهر »foetor oris et vigiliae« leguntur, quae eaedem in Kamusi opere inveniuntur.

4. *Diee in eius re exepecta; fortasse eorum vicissitudines eam in ignem ardentem coniicient.*

Eum, quod tempus adferat, exspectare iubet; fieri enim posse dicit, ut meriatur et igne inferno cremetur.

5. *Quoties generosus Deo permittente uxorem pravâ indole largâque vulvâ praeditam in matrimonium duxit!*

Feminae remedia contra vulvam largam adhibebant مغارم adpellata. Femina iis utens مستفرمة adpellabatur conf. Amru-l'Kaisi Diwan. p. ٤١ v. 1.

6. *Tum diu cum ea degit, donec mors ei supervenit. Ea autem coacervatâ terrâ tumulus inter eepulcra evenit.*

In Mersukii codice hoc scholion est: السفاة التراب والجثوة الكبة منه.

7. *Post eam, quum patientiâ usus esset, puellam accepit, quae inter vestimentum Jtb et vestimentum Mizar incedebat.*

Filio suo meliorem sortem futuro tempere praesagiens, aliorum exemplum adducit. Quale indumentum voce اتب et مئزر significetur, dubio haud caret, nam de vestimentis apud Arabes tam viros quam feminas in variis regionibus diversisque temporibus perdifficilis est quaestio. Quamquam enim apud Arabes vestimentorum mutatio neque tam subito accidit neque tam magna fuit, tamen in diversis regionibus iisdem vestimentis diversa nomina data esse, nec non temperis decursu mutatis moribus vestes mutatas esse, negari non potest. Dozyus celeb. in libro: D i c t i o n n a i r e d é t a i l l é d e s n o m s d e s v ê t e m e n s c h e z l e s A r a b e s copiose decteque hac de re disputavit multaque, quibus huic materiae obscurae lux oritur, adtulit. Nihilominus vero quae in versu nostro vocum اتب et مئزر accurata significatio sit, definire haud ausus sim. Nisi omnia me fallunt, voce اتب vestimentum, qua puellae haud plane adultae utebantur, in versu significatur, voce مئزر autem vestimentum, quod feminae viro maturae adhibebant, ut poetria puellam flore aetatis significare voluerit. Voci تمشي in codice Tebrisii vocales quintae formae, in codice Mersukii secundae formae sunt. Si quinta forma تمشي pro تتمشي recipitur, ea eandem ac secundam formam significationem habeat, necesse est. Voci معصم in versu potius t e n e n t i s quam a e d e f e n d e n t i s significationem tribuendam esse puto. c o n f. Ham. ٦١٣ v. 5.

8. *Gracilem ventre, glabro dorso praeditam, qualem vir in omni loco campestri et loco habitato cupit.*

Pulchram et iuvenem eam describit, haud ventriosam et dorsum emaciatum non habentem; sed glabrum, ut quasi politum sit. Vox مبلى idem significare puto ac vox مبلو locum campestrem, eique vox كحصر locus ab hominibus incultus opposita est. Totam Arabum terram duae voces designant.

9. Podex ei est instar arenae tumuli, quem pluvia firmum reddidit, et os purum sicut anthemis florens.

Similis pulcbritudinis descriptio in Meidanii opere T. II p. 592. invenitur. Magnae nates firmaeque laudi sunt, quapropter eas cum arenae tumulo comparavit, quem pluvia firmum reddidit. conf. Amru b. Kelth. v. 16. et Bohlen Moten. p. 51. Colorem quoque flavum respexit. conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. ٣١ sch. conf. Ham. ٥٦١ v. 1. Os fragrans laudatur. conf. Amru-l'Kaisi Moall. v. 7. et haec est causa, cur id cum anthemide florente comparaverit

XXXVI.

Sahd dixit; sed versus libro adnumerandi non sunt.

(Tebrisius igitur eos addidisse videtur. In Mersukii codice desiderantur.)

1. O utinam mater nostra celeriter iret aut ad paradisum aut ad ignem infernum!

Metrum Basith adpellatum. Loquendi modus شالت نعامتها ut خفت نعامتهم proverbialis est, quo celeritas discessus significatur. conf. Meid. 7, 26. et lexicon m. a. v. شول. Verbum شال a camela in struthiocamelum translatum est. Vox ايما pro امّا, ut قرّاط et دنّار pro قيراط et دينار dicitur. Optat, ut mater mox moriatur.

2. Onus frumenti deglutit, cuius lignum ligatum est, ac si facies eius pice oblita sit.

Causam addit. Voracitatem et turpitudinem ei obiicit. Illa tanta est, ut frumenti onus, quantum iumentum portare valet, dum iam in dorso eius adligatum est, deglutiat. Vox وسق onus designat sexaginta Zah continens. Una mensura Zah autem quatuor modios مد habet. Vox شظاظ autem lignum inflexum est, quod per insertas invicem saccorum ansas traiicitur, ut ita coniuncti sacci ab utroque latere iumenti pendeant. Facies nigra turpitudinem et conditionem ignobilem designat conf. Ham. ٧٢٥ v. 2.

3. Satiata non esset, etsi in regionem Hadjar eam duxisses et potu rigata non esset, etsi in loco Dsu-Kar aestatem transegisset.
(p. 811.)

Eam insatiabilem esse cibo potuque dicit. Hadjar provincia aliter Bahrain adpellata dactylis abundans est Abulf. Geog. p. ٩١. Dsu-Kar locus inter Cufam et Wasethum, Cufae propinquior, sita est. conf. Abulfed. Geogr. p. ٢٦٢. Locus pugnâ inter Arabes Persasque notus est. conf. Meid. T. III P. 1 p. 557. Pocock. spec. p. 438. 461. Locus pratis abundasse videtur, ut lactis copia ibi maxima esset, nam de aqua pura hoc in loco vix sermo esse potest.

XXXVII.
Abu-Thamahan Kainita Asadita dixit.

Praefectus praetorianerum Josephi b. Ohmar eum rasi iusserat [1]).

1. *In oppido albo Hira senex praefectus est, cuius iuramenta per Deum prolata proba sunt.*
Oppidum Hira sine dubio ob pulchritudinem cognomen albae accepit.

2. *Iam abraserunt capitis eius comam nigram, quasi vitis racemi sint, qui ad maturitatem pervenere; nam promissa erat.*

Causa, cur coma abraderetur, sine dubio in eo erat, quod pulchra coma feminas alliceret. Hac autem in re Ohmarus princeps in oppido Medina exemplo praeiverat. conf. Meid. T. I p. 746. Vox منها e voce الهامة omissa pendet. Comam nigram cum racemis vitis contulit. Sic poeta quoque metro Sarih usus dixit: ان لمتي سوداء كالعنقاد. Coma mea nigra est instar racemi vitis. Alii ob nigrum colorem comam cum corvo contulerunt. conf. Jonesi commentar. p. 95. Et in Cantico Cantic. C. 5, 11. comam nigram cum corvo collatam invenimus. Ut autem racemos valde nigros designaret, eos maturos esse addidit. Vocem اسبكرت, quae sensu ad comam referenda est, poeta cum voce عناقيد grammatice coniunxit. Ante vocem غداف, quae et corvo describendo inservit, coma supplenda est.

3. *Puellae autem die, quo coma mea abradebatur, adproperantes eam collegerunt, ubi ceciderat.*

Pulchram comam fuisse, quae feminas allexisset, ex hoc versu videmus. Quae scholiastes adtulit, ea maximam partem ad priorem versum et nomen poetae spectant. Comam nigram cum corvo comparari, scholiastes verbis poetae, quibus iuventutem describit, probat (metr. Motakarib): Ne Deus illum corvum amoveat, etsi nonnulai recordatione est! Abu-Mohammedes Alahrabi more suo proverbium »Non omnis res nigra dactylus est« (Meid. 24, 121.) adtulit eum reprehendens, qui versuum auctorem Abu-l'Thamahanum esse putet. Auctorem Thehaimum, patrem Althachmae, Asaditam esse.

XXXVIII.
Alius dixit.

1. *Mane eum adduxi, cuius bregma capitis elatum est, difficilem in reditu ad pugnam, cuius aqua effunditur.*

2. *Alacrem, cuius sputum ob alacritatem fluit et parum abest, quin cutis pellis eius disrumpatur.*

Versus hoc loco in Mersukii codice desiderati p. ٨٣ post fragmentum decimum tertium inveniuntur. Membrum virile describitur. Narrant, Arabem campestrem, quum apud grammaticum Abu-Ohbaidah, istos versus tanquam equum describentes explicantem, praesens esset,

1) Praefectus nomen Alabbbas b. Mahbad gerebat. Josephus b. Ohmar Tsakafita autem anno 120 ab Heschamo Cufae praefectus erat. Hira igitur ditionis Cufae pars erat. Abulf. Ann. T. 1 p. 454. adn. 219.

grammatico modo haud duro errorem iudicasse. Abu-Mohammedes more suo sermonem proverbio incipiens dixit: Locus Sehardj loco Schardj similis esset, si spinae adessent conf. Meid. 13, 31., quo significare vult, rem alteri quodammodo similem; sed parte tamen diversam esse. Versum sic explicari posse, nisi hemistichium versus posterius mutatum sit. Versunm, cuius auctor Alokaisehirus Asadita sit, modum rectum a grammatico adiatum esse. Sic sonat: Mane adveni cum oo, cuius bregma capitis elatum est, difficili in reditu ad pugnam, cuius aqua neque nimis abundans neque nimis pauca est, alacri, qui ob alacritatem sputum suum (p.812.) oiicit et cuius cutis pellis parum abest, quin diffindatur. Donec cum oo interstitium clivi conscendo modo in terram depressam modo in altam ducens. Scholiastes adnotavit, illos duos versus notos fuisse, hos tres autem peregrinos. Fieri tamen posse, ut hi tres ab illis re vera diversi non sint, quippe unus cum altero interdum verbis homoioteleuto excepto consentiat. Sic verba Amru-l'Kaisi (metr. Thawil): (conf. Moallak. v. 3.) Dicunt, ne tristitia pereas; sed pulchram patientiam ostende! cum posteriore parte versus secundi Moallakae Tharafae: dicunt, ne tristia pereas et fortem te ostende! mirum in modum consentiunt. Sic quoque verba poetae Alcamas Djarmitae cum alius verbis: In ea infirmitas mentis eius et vitium conveniunt. Verba in scholio occurrentia قد يقع الحافر على الحافر, quae Motanabbio tanquam auctori tribuuntur, post in proverbii consuetudinem venerunt et significant, rem interdum fortuito alteri similem esse. Verba duplici modo verti possunt aut: incidit ungula in ungulae vestigium aut fossor in fossorem incidit. Accidere potest, ut qui puteum fodere velit, fodiens in locum incidat, ubi antea puteus erat. Sed si vera sunt, quae Motanabbius cum istis simul verba protulisse dicitur, nonnisi de equi ungula sermo esse potest. conf. Harir. p. ٣٣٣ l. 2. et schol.

CAPUT DECIMUM. (p. 813.)

Caput, in quo feminae vituperantur.

I.

Quidam dixit.

1. O urbs Damascus! Sume eam scitoque noctem, quae ligna duo feretri cum funere eius abducat, noctem Alkadr esse.

Optat, ut uxor morte abripiatur et urbem Damascum, ubi commoratur, tanquam personam alloquitur. Narrant, Arabem campestrem uxorem sibi haud placentem, dicentibus amicis, febrem Damasci mulieribus perniciosam esse, Damascum duxisse et hosce versus composuisse. Noctis mentionem fecit, quod feminarum funera fortasse noctis tempore efferebantur. Illam noctem, qua funus uxoris efferretur, ipsi optimam esse, eo indicavit, quod eam noctem Alkadr esse dixit. Noctem Alkadr appellatam meliorem esse, quam mille menses in Corano Sur. 97, v. 3. legimus. Causam in eo inveniunt, quod ista nocte Deus totum Corani librum in coelum mundi demiserit, unde eius singulae partes tanquam stellae pro ratione utilitatis in mundum delatae sint.

2. Sanguinem edam, si alterâ uxore magnis inauribus ornatâ, boni odoris te non terream!

Ponens eam morituram non esse, ei alterâ uxore ducendâ minatur. Hanc uxorem nobilem, pulchram futuram esse. Verba بعيدة مهوى القرط ambigua sunt. Ad verbum ea verto: ea, cuius locus, ubi inauris decidit, remotus est. Poetam magnas et pretiosas inaures describere, in animo habuisse puto. Inaures, quibus Arabum mulieres sese ornabant, interdum magni pretii erant. Omnium prima Maria, filia Alkamii aut Thsalimi b. Wahab inauribus usam esse, narrant. Quae quum maximi pretii essent, eas templo Meccano dono dedit. conf. Meid. 7, 3. 25, 149. Nomen inauris generale قرط est. De voce شنف non consentiunt. Aut inauris (قرط) partem superiorem aut inaurem, qua superiorem auris partem ornabant, designat. Verbis اكلت دما, pro quibus Abu-l'Ahla شربت دما legit, varium sensum tribuunt. Nisi quis dicat, voces اكلت دما esse pro شربت دما, verba edere sanguinem nil respicere possunt, nisi morem, quo Arabes summâ inopiâ pressi sanguinem cameli e venâ incisâ in intestinum immissum cum alia re mixtum coquunt et edunt conf. Meid. 23, 114. 27, 76. Qui autem aut vocem edero loco vocis bibere dictam esse volunt aut شربت legunt, ii aut rem gravem significari dicunt, quod sanguis non bibatur aut magnam inopiam, ut loco aquae sanguis potui inservire debeat aut sanguinem serpentum significari, quippe serpentum sanguis veneni loco habeatur. Huius rei in versu mentionem factam esse (metr. Thawil): Leones proelii occurrerunt leonibus loci Chafijjah (loci leonibus abundantis), qui super loricis sibi invicem sanguinem nigrorum (serpentum)

bibendum porrexerunt. Sunt denique, qui dicant, sanguinem bibere idem esse ac lac camelarum bibere, quae pro occiso pretio sanguinis datae sint. Poetam igitur optare, ut suo cognato occiso lac talium camelarum bibendum sit. Hoc in loco talis sensus longe repetitus videtur, quamquam in carminibus huius rei saepe mentio fit. Sic in sequentibus (metr. Thawil): O Abu-Auhfe! camelarum lac sitim restinguit; sed sanguis ultionis Nomairitae sitim magis restinguit. Deploras Rajjam[1]), quum equites proficiscuntur et Rajjanum occisum neglectum relinquis. Quum, quod in utre est, effunditur, sanguinem senis esse scito. Tum sanguinem senis bibe aut sine! (Vox دعا pro دع est). Abu Rijaschus sequentes versus recitavit (metr. Thawil): Profecto! tibi (o femina!) vita est. Tu serpens es, qui, quum non necatur, semper vivit. Per triginta annos ex te quietem non capio, quoniam vita tua in mundo semper durat. O Damasce! eam sume, ne te effugiat! Nox, qua duo feretri onera (i.e. unum feretri, alterum funeris) efferuntur, nox Alkadr erit. Et si ego a vita Zahbae incolumis liberor, ex feminarum numero mihi incomparabilis erit. De vocibus بيضة انعقر, quae rem nonnisi semel existentem, unicam designat, conferas lexicon meum. Serpentem autem longam vitam habere dicunt, ut ad minimum trecentos annos eum vivere existiment (conf. Meid. 16, 57.). In versu vox لهنك ex grammaticorum Bazrensium sententia pro لانك est. Alii voci sensum verborum لله انك »per Deum! utique tu« tribuunt. Dixit poeta Almurrar (De poeta sic adpellato confer Hamas. ٩١١) (metr. Camel): Per Deum! tu ex recordatione coniunctionis cum ea in ora desperationis es, etsi non desperas. In hoc versu si vox لهنك pro لله انك sumitur, vox ما superflua videtur; sin autem pro لانك est, vox ما quid? significare potest, ut post eam verba omissa sint. In versu textus vox ارعك, quae in Tebrisii codice vocalibus primae formae insignita est, in codice Mersukii vocales quartae formae habet, id quod minus probandum est.

II.

Alius dixit.

1. Deus domum, in qua tempus nos separarit, imbre, cuius guttae fluunt, irriget!

2. Neque Deus diei noctisque recordetur, quâ te accepimus, quae nox plenae lunae non erat.

Laetatur, quod ab uxore separatus sit. Domum separantem dixit, quod in ea, ut videtur, repudii verbis pronuntiatis, separati erant. Arabibus quum pluvia res maxime necessaria gratissimaque sit, quâ tota vitae felicitas nitatur, eam et ipsis rebus, ut noster domo, quibus utilitati non est, optant (conf. Ham. ٧١٨ v. 1.). Ut autem largam pluviam designet, eius guttas fluentes describit. Ut Jobus diei noctique (C. 3, 3 sq.) male precatur, sic noster. Noctis autem mentionem fecisse videtur, quod vesperà sponsa ad novum maritum

1) Si vocales recte scriptae sunt, quinta forma (pro تتبكى) eandem ac secunda significationem habeat, necesse est. Vox ريا aut pro ريان esse videtur aut Rajja nomen feminae est. Prius verisimilius videtur.

deducebatur. Suffixum in voce فيها nonnisi ad vocem لَيلة, tanquam vocem propinquam spectat. Sic in Corani loco (Sur. 9, 34), quamquam auri et argenti mentio facta sit, suffixum nonnisi ad argentum refertur. Quum autem tenebrae Arabibus infortunium (conf. Ham. ۱۳۰ v. 3.) designent, noctem, qua ad ipsum deducta sit, noctem plenae lunae non fuisse, dicit.

III.

Alius in feminam, quam repudio dimiserat, dixit.

1. Onaisa repudio dimissa abiit et e vinculo servitutis (coniugii) liberatus sum.

Ex homoioteleuto prioris hemistichii hunc versum initio carminis esse cognoscimus. Coniugium cum vinculo servitutis, ut molestum ipsi fuisse designet, comparat.

1. Abiit et cor meum ob eam dolore adfecta non fuit et oculi mei non plorarunt.

Nullâ se ob eius discessum tristitiâ adfectum esse dicit. Voci مالق a voce موق derivandae, quae angulos oculi naso contiguos designat, lacrymas tribuit, quippe ex istis defluant.

2. Remedium autem eius, quod animae non placet, in separatione celeri est.

Verba, quae generalem sensum offerre videntur, specialem separandi coniugii habent.

3. Si separatione eius quiete potitus non essem, fugâ animae meae quietem parassem.

Si repudio eam non abegisset, sibi fugiendum fuisse. Vox تراويح preces mensae Ramadhan faciendas designat sic adpellatas, quod post quatuor capitis inclinationes quies semper conceditur conf. De Sacy Chrestom. Arab. T. I p. 167 sq. ed. alt.

4. Et me castrassem, dum usque ad diem resurrectionis uxorem nolo. **(p. 815.)**

Summam animi aversionem ostendens odium in omnes feminas transfert.

IV.

Alius dixit.

1. Djauharam leviter visita cum virgis et luto sicco baculisque, in quorum capite nodi sunt,

Si in voce المدر prioris hemistichii homoioteleuton invenitur, vocalibus in fine vocum المدر et حجر diversis, vitium a rei metricae peritis اقواء adpellatum exsistit. Quae vocales diversae quum in eodem versu sint, scholiastae vitium gravius videtur. Vitium autem quamquam a nonnullis vehementer vituperatur, (conf. Darstellung d. Arab. Vorsk. p. 328 sqq.), tamen in optimis poetarum carminibus, ut Nebeghahi Dsobjanitae et Amru-l'Kaisi occurrit conf. Diwan. Amru-l'Kaisi p. ۳۱ v. 18. De voce الا conf. Ham. p. ۱۳, ۳۸۰. Vox روس per licentiam poeticam ex voce رؤس contracta mihi videtur conf. Darstell p. 59 sqq.

2. Ne ad salutem dicendam et ob amorem eam visita; sed nonnisi ut lapides eius nasum frangant!

3. *Visita mammosam, largos oris angulos habentem, canis figurâ praeditam, licet homo sit!*

Causam, cur eam visitet, exponit eiusque doformitatom describit. Canis ab Arabibus tum laudatur conf. Meid. 1, 419. 6, 211. 13, 140 16, 77, tum vituperatur Meid. 2, 166. 172. 6, 200. 208. 20, 87. 29, 495. Hec in versu turpitndinem figurao peeta spectat, et in feminae figura, quamquam humana canis figurae dissimillima sit, aimilitudinem invenit. Contra linguao usum poeta pluralom اشداق leco dualis, ut eris partes adiacentos aignificaret, adhibuit. Loco verborum ودية فطلاء, cum Morsukii codice ومثله دبية فطلاء legendum est, nam vox فطلاء maseulini forma earot.

4. *Dorso convexo, pectore autem concavo praeditam, brevem cervicem habentem, modo admirabili formatam, dum pectoris ossa a pectore declinantur.*

Pergit in figura deformi describonda.

V.
Alius dixit.

1. *Ohbaida perfecta est nisi in pulchritudine eiusque venustas tam remota est, quam sol ac luna.*
2. *Eam vituperanti, odio accenso dic: Desiste! nam caput eius, quam vituperasti, lapidi sit!*

Si voci والقمر, casum nominativum das et للحجر legis, aut si voci والقمر genitivum tribuis et والحجر logis, in homoioteleuto vitium اقواء adpollatum est conf. p. ٨١٥ v. 2 Pulchritudine eam omnino destitutam et infra omnem vituperationem esse dicit. Voci محاسن generalem pulchritudinis, voci ملح vonustatis aigificationem inosse puto, ut emnem pulchritudinem abeaso dieat. Voei مكان aut accusativus, ut loeo definiendo inserviat, aut nominativus, ut loco praedicati sit, tribui potest. Voci والقمر, si casus nominativus tribuitur, eum voee مكان coniungenda est, ita ut, si veci مكان accusativus sit, leco definiendo inserviat aut sin veci. (p. 816.) مكان nominativus detur, cum hoc cohaereat. Qued si denique voci القمر casus genitivus datur, cum voco الشمس coniungitur. Ut in proverbio stellae lecum remotum designant conf. Meid. 2, 146. 25, 143., sic peeta solo et luna, ut res longe remetas significarot, usus ost, quamquam tam sol quam luua rebus pulehris designandis inserviunt Moid. 6, 206. In Tebrisii codicis margiue loco vocis بمكان alter legendi modus بحيث adnotatus est. Ante vocem الذى vox الانسان supplenda ost. Post vocem عبت suffixum omissum est. In seholiis tam Mersukii quam Tebrisii, quae ex illius scholiis desumta sunt, nonnisi logeudi modus والحجر explicatus est. Sonsum duplici modo explicant. Aut eius eaput et lapides coniuncta esse aut eius eaput cum lapidibus esse, ut particulao Waw vocis مع significatio sit. Hisce autem verbis feminao male precatur optans, ut eaput lapido frangatur.

VI.
Alius dixit.

1. *Ne, quamdiu vivis, viduam virginitate privatam ducas, cuius fastidium erat et quae fastidium habebat!*

Talem describit, quae diu nupta orat, ut maritus eam non amplius desideraret et ipsa

desiderium suum omnino explevisset. Voci مخربة alter legendi modus مجربة »experientiâ edocta« in Tebrisii codice superscriptus est.

2. *Quae pone velum occiput fricat, quae, quum domus utensile desiderat, insana est.*

In priore parte eam tanquam immundam describit, ut caput eius pediculis plenum sit; in posteriore autem tanquam rerum avidam avaramque.

3. *Pedibus suis liberalis est et lac suum abundans recusat et si amor ex ea petitur, gannit.*

Priori parti versus sensum tribuo, eam liberalem non esse; sed, si beneficia ex ea petatur, eam celeriter abire, ut pedibus hanc ob causam liberalitatem poeta tribuerit. Voce در autem lac camelorum abundans hoc in versu significari puto, ut femina cum camele, quae mulgentem pedibus percutiat, comparata sit. Verba ad coitum spectare vix putaverim, quippe in posteriore parte de amore, quem denegет, sermo sit, nam inter amorem et coitum hoc in versu discrimen a poeta factum esse, non est, quod statuam. Ea cum irato cane comparata videtur.

VII.

Dixit.

1. *Asmae facies est nova deformitatis species, ut cupiditate coitus cum qualibet asinâ implear.*
2. *Adparuit (facies) et pars ignis inferni mihi adparuit. Tum surrexi, nam ignem infernum tolerare non possum.*

Summam deformitatem ei adscribit, ut asina pulchrior sit. Faciem autem eius cum igne inferno, quem nemo tolerare potest, comparat. Vocem شقة tam vocali Kesra (p. 817.) quam vocali Dhamma pronuntiari posse, scholiastes adnotavit. Verba وما لى بالجحيم يدان proverbialis loquendi modus sunt recentiore tempore ortus conf. Meid. T. III P. 1. Nro. 3310.

3. *Et socios meos, qui retromanserant, reliqui cum ignominia et longa vilitate, quam voluisti.*

Scholiastes gentem in duas partes dividit, unam proficiscentem cum poeta, alteram retromanentem cum uxore. Retromanentium statum ignominiae et diuturnae vilitatis esse dicit. Verbis بما شئت cum eo quod voluisti (uam sic in Mersukii quoque codice legitur) unum eorum, qui retromanebant, respicere videtur. Qui quum retromanere vellet, poetae ignominiam etc. voluisse videbatur.

4. *Ego autem ante eam nesciebam, in feminis ignem infernum esse, quem palam videbam et qui me videbat.*

Vocis النسا Hamza metri causâ abiecta est. Voci جحيم ut voci جهنم et voci نار feminini genus est. Igni inferno, quum in uxoris persona eum videat, tanquam personae videndi facultatem dat.

VIII.

Alius dixit.

1. *Ne vetulam in matrimonium ducas, quum ad te adducitur; sed vestes tuas propter eam exue, dum diligenter fugis!*

Versus hic in Ebn-Challikani opere Nro. 760 citatus est. Verba: vestes tuas

exue quum ambigua sint, duplicem eis sensum tribuunt. Aut cum verbis Amru-l'Kaisi (metr. Thawil): Vestes meas e vestibus tuis extrahe (o femina), ut te separes! verba comparant, ut se separandi significationem habeant aut vestes succingendi significationem in iis inveniunt. Succinctis vestibus ad iter, aut ad opus se parare solent. Versum in Amru-l'Kaisi Diwano non inveni. Vocem هربا pro هاربا, ut simili modo, quo vox ممعنا statui definiendo inserviat, dictam esse, scholiastes adnotavit. In scholii linea tertia loco verborum امعن فى الشى melius, ut in Mersukii codice, امعن فى السير legendum puto.

2. *Si ad te venientes dicunt: Mediae aetatis est; utique optima eius nuda pars est, quae praeteriit.*

Eorum verba, qui talem feminam commendant, refellit. Etsi mediae aetatis femina sit, tamen iuventutis partem, quae praeterierit, optimam vitae partem esse. Ante vocem فان pars sermonis omissa est. Versus hic paulo mutatus in libro Ebn-Challikani Nro. 780 occurrit; legitur enim اطيب loco vocis امثل.

IX.
Alius dixit.

1. *Punctis notata, dorso convexo et pectore concavo praedita, cuius risus iecur ostendit, longo naso simulque lato praedita longisque oculis.*

2. *Cui os est, cuius duo anguli in occipitis inferioris scrobe concurrunt, quasi labium eius elephantis sit.*

Deformem mulierem describit. Num leprae punctis, ut scholiastes vult, an aliis notata sit, dici non potest. Ridentem eam magnum os tantopere aperire, ut iecur adpareat, hyperbola est. Nasus autem qui simul longus latusque est, rostro suis simillimus est. Longi oculi pulchri non habentur. Loco verborum scholii فهو القعم in Mersukii codice كان كانف الخنزير legitur, quae verba ad rem aptiora sunt. Largum os et crassa quoque labia ei adscribit.

3. *Eius dentes, quum crearetur, numero duplices facti sunt, qui dentibus duplicibus quasi veste externa instructi sunt.*

Foedum eius os describit. Vocem مظهرات duplici modo explicant, aut a nomine ظهارة (p. 818.) (externa vestis pars) verbum ظهّر, ut a nomine بطانة verbum بطّن provenit, derivantes, ut dentes modo vestis duplicatae sint aut cum voce ظهير adiutor et بعير مظهّر (camelus dorso robusto praeditus), cohaerere putantes. Prior explicandi modus mihi magis placet. Scholiastes formam vocis رواويل explicans verba poetae adtulit (metr. Redjes): Oculis festucas tanquam collyrium illevit.

X.
Alius dixit.

1. *Abi a me tu, qui parietis formam habes et longinquum visitandi locum mihi dona!*

Optat, ut uxor, cui foedus adspectus sit, in locum longe remotum abeat. In vocis مجدار

significatione constituenda non consentiunt et in quatuor diversas sententias abeunt. Mersukius voci مجدار eandem ac voci جدار parietis significationem tribuit, ut in comparatione crassi et gravis significatio sit. Simili modo vir crassus, gravis in Amru-l'Kaisi versu مجبال adpellatur (metr. Thawil): اذا ما الضجيع ابتزّها من ثيابها تميل عليه هونةً غير مجبال »Quotiescunque eum ea concumbens ei vestes eripuit, commoda ad eum inclinatur haud crassa (conf. Amru-l'Kaisi Diwan p. ٣١).« Altera interpretum sententia est, voci significationem terriculi, quo a segetibus ferae avesque retinentur, esse. Abu-l'Ahiae sententia est, المجدار nomen viri, cuius adspectus foedus sit, esse. Scholiastes denique dixit, vocem derivari posse a voce جدرة, qua pustuli in corpore significantur, ut vox virum pustulis obtectum designet. Qui autem vocem a verbo جدر parietem aedificavit derivandam putant, ii, quam specialem voci significationem praeter murum tribuerint, nescio. Mersukii interpretandi ratio aliis praeferenda mihi videtur.

2. Facie tua coniunctioneque tua ulceribus me adflixisti, quorum imum specillum vulnerarium adtingere nequit.

Hoc in versu uxorem graviter perstringit et eam causam fuisse dicit, cur corpus vulneribus adflictum sit. Rem re vera effectam non esse, nemo non videt. Voci مسبار aut specilli vulnerarii aut chirurgi significationem habere posse, scholiastes adnotavit. Vulnus, cuius imum adtingi nequit, grave est.

3. Mentum breve et nasus crassus et frons sicut tabula nummularii.

Hoc in versu foeditatem faciei et fortasse vulnerum quoque causam iudicat. Pars faciei dura et crassa est, ut corpus tactu vulnerari possit. Sed fieri potest, ut in priore versu non tam faciem, quam alias corporis partes respiciat conf. Ham. ٧١١ v. 1. In voce القسطار explicanda non consentiunt. Alii nummularii alii mercatoris significationem voci tribuunt. Tabula autem eius locus est, ubi statera stat. Abu-l'Abia voci staterae significationem dat.

4. Nox cum ea peracta longa mihi visa est. Tum per noctem clamabam: O vindictam sume tu, a quo lux diei petitur!

5. Statura brevis, emaciatae et manus, cuius medii digiti duo baculi fullonis sunt.

Nox, quae cum uxore peragenda aliis nimis brevis videtur, ei nimis longa erat, ut finem exspectare non posset et Deum contra eam invocaret. Loco vocis القصعل legitur quoque الفصعل. Prior vox brevem, posterior autem scorpionem parvum et tum omnem impotentem, vilem designat. Corpus breve Arabes vituperant, magis etiam simul emaciatum. Voce قصعل vilem significari, scholiastes verbis poetae probat (metr. Camel): Alhothaiah turpis declaretur ob locum, ubi iumentum emaciatum, extenuatum cubat, quod ob cibum hospitis subsistit! Interrogavit servam, num mihi bibendum dederit, posteaquam lac crassum cum recente mixtum biberat, vilis fine diei illustris. Vox كذينق Arabicae originis non est. Vulgus كودين dicit. Persicum كودين et كدينه est. Ab aliis in versu كولينتا قصار et كذينتا قصار legitur.

(p. 819.)

XI.

Alius dixit.

1. Vituperor, quod animal inter serpentem, hyaenam crocodilumque in te ex mari irruens odio habeo.

Ut uxorem turpissimam tam corporis formâ quam animi indolibus describat, eam cum tribus animalibus foedissimis noxiisque comparat. Verba تغشاك من بحر nonnisi ad crocodilum referri possunt. Nilus autem, in quo crocodilus vivit, ab Arabibus mare adpellatur.

2. Foeditate faciei suae opulentiae cessanti similis est et latus eius, quum adparuisset, temporis impetus erat.

Eam ipsi calamitosam fuisse dicit. Ut hoc significaret, eam cum paupertate et temporis calamitate comparavit. Ut autem comparandi modus rectus sit, utramque rem personae locum teneat, necesse est. In priore parte poeta proverbium. »Turpior quam opulentiae finis (conf. Meid. 21, 142) respicit.«

3. Quum in secessu cum ea versaris, articulorum dolorem tibi parat et si ad collum tuum eam adtrahis, latus pleuritidis est.

Ut eius noxam designet, eam cum morbi doloribus comparavit. In scholiis Mersukii كمرجان legitur. Quid rectum sit, dubito.

4. Si faciem retegit, oculo tuo ardor est; sin autem velo obtegitur, paupertas, summa paupertas est.

Oculi ardor e multo fletu tristitiâ excitato oritur. Quomodo autem paupertas cum eo, quod facies velo obtecta sit, cohaereat, non video. Paupertas igitur sine dubio calamitatem designat. Eam igitur, sive velo obtecta sit sive facie nuda adpareat, calamitatem adferre, poeta dicit. In versu loco vocis لعينك legitur لعينيك. Uterque legendi modus metro contrarius non est. In scholio loco verborum وراءه شر منه in Mersukii codice وراءه شى اشد منه legitur, id quod clarius est. In margine codicis Mers. leguntur sequentia: ويناسب هذا المعنى ما جاء فى بعض الرواية وهو فالعين فى غاية الفقر.

5. Si loquitur, omnia infortunia copiosa adsunt, quae summam calamitatem adferunt.

Sermo istius feminae summum infortunium aequare dicit. Quomodo res se habeat, non patet. Voces جميع مصايب موفر coniunxit, ut infortunia omnia nullo excepto designaret. Vox مصايب metri causa Nunnationem accepit. Vocibus قاصمة الظهر summum infortunium designat, quippe dorso fracto, quum sanari non possit, homini moriendum sit.

6. Sermo ei, quod dens evellitur, similis est aut quod pili barbae superioris evelluntur et amantis in agendo ratio ei, quod nasus frangitur. Hisce patientia mea victa est.

Hoc versu prioris sensus quodammodo explicatur. Rerum mentionem fecit, quae summum dolorem faciunt.

7. Dentes flavos denudat, (o si eius sermone carerem!) et duos montes gentis Thai et duas Aegypti pyramides.

Os dentesque in ridendo describit. Dentes magnitudine cum montibus ditionis gentis

Thai Adja et Salma (c e n f. Ham. p. 209. 316. 521.) et duabus magnis Aegypti pyramidibus confert. Ante adiectivum قلح substantivum اسنان (dentes) suppiendum est. Si قلح legitur, dissitus dentes vult. Voces حلمت حليثها quum ad sensum versus constituendum necessariae non sint, a poesis peritis حشو (farctum) adpellantur. Quae si verba in sensu omnino superflua non sunt, probantur (c e n f. Darstell. d. Arab. Verskunst p. 527 sq.). Duas pyramides commemoravit, quod caeteras magnitudine superant c e n f. Abhd - Allat. relation etc. Regem Sinan, filium Almoschallali, eas exstruxisse tradunt. Modus, quo vocem e lingua Arabica sive a radice هرم sive e voce ارم mutatam derivant, nihili est. Vox هرم Arabicae originis non est. De modo derivandi et propria significatione magna inter viros doctos dissensio est. Fieri potest, ut vox Aegyptiaca a Judaeis, qui mercaturae causâ in Aegyptum profecti essent, pro ratione linguae suae, dum a l t i significationem cum voce coniunctam putarent, in vocem Hebraicam הָרָם a l t u s mutatâ in linguam Arabicam transierit. Proverbium, (p. 820.) quod scholiastes ad vocem قلح explicandam »Camelus annosus a cuius dentibus flavedo removetur« adnotavit, apud Meidanium C. 18, 29. legitur.

XII.

Alius dixit.

1. Si eius vocem audivisses, haec pulli vox est in nido rostro inserto aliti, dixisses.

Vocem viri tenuem cum pulli parvi avia voce confert. Versibus igitur mulierum vituperatio haud inest; ob sensus similitudinem virorum vituperationem continentes versus addidisse, auctor videtur.

2. Aut eius caput contemplatus esses, dixisses: Hoc machinae lapis est!

Tenui voci caput magnum, deforme opponit. Ut magnum et deforme esse indicet, id cum lapide, qualis a machina bellica in urbes obsessas iacitur, comparat. Arabes nomen machinarum tam bellicarum quam aquariarum cum re a Graecis accepisse, non est, quod dubitem. c e n f. Ham. ٣٣٣. Sic rotas aquarias e Persia in Arabiam translatas esse, nomen Persicum دولاب probat. Vox sine dubio e graeco μάγγανον orta varie modo in منجنون, منجنيق, منجنين et منجليق mutata est. Quod Arabs campester verbum جنق adhibuerit, nomen ex isto verbo ortum esse, non probat. Arabem graecae originis immemorem verbum suo modo formasse ostendit, quasi nomen a verbo originem duxerit. Verbum منجق a nomine derivatum esse putaverim. Quae igitur scholiastes ad formam vocis explicandam addidit, ea rejicienda sunt. Figuram balistae ex opere inscripto جامع التواريخ auctore Raschid-Aldino beatus Lord Münster in libello كتاب فهرست الكتب etc. p. ٧٣ depingendam curavit.

3. Dum barbâ abradendâ occupatus est, si eam (barbam) videres, diceres: Pili barbae ministri templi, in quo ignis colitur, rasi.

Quaenam comparandi ratio sit, non patet. Barbam ministri illius templi foedam putae visam esse, dubitari non potest. Barba eius brevis fortasse et igne adusta erat. Mirum

est, quod poeta voce معمل praemissâ suffixum in voce تراها ad barbam retulerit. Vox هربد cum litterâ Dal et Dsal pronuntiata Persicae originis est. In verbis poetae Amru-l'Kaisi occurrit (metr. Thawil): Incessit modo ministri templi ignis, dum leniter incedebat, tum festinavit. In Amru-l'Kaisi Diwano p. ٢٧ loco vocis الهربذى legitur الهيذبا.

4. *Eum non vituperavi, quod neque probus neque in Deum credens neque improbos odio habens est;*

5. *Sed, ut homines creaturam Dei creatam considerarent, volui.*

(p. 821.) Se de vitiis animae tacuisse dicens, eum multa vitia habere indicat. Corpus se nonnisi descripsisse, ut Deum, talem hominem creasse, homines mirarentur. Vocem مخلوق aut sensui vocis خلق confirmando inservire aut significationem vocis مقدر habere dicunt. Ad hanc significationem probandam versum (Sohairi) adnotarunt (metr. Camil): Tu, profecto! fingis id, quod disposuisti et nonnulli disponunt, tum non fingunt. In hoc versu de mendaciis fictis et bene dispositis sermo esse videtur.

XIII.

Alius in brevem corporis staturam dixit.

1. *Eheu! o tu, qui urso similis es, quid est, quod latus obvertas? nam misericors longitudinem tuam in latitudine consistere voluit.*

2. *Et si ovum e podice tuo decidisset, profecto! quum pars una tui alteri propinqua sit, fractum non esset.*

Virum tam largum quam longum esse dicit. Num verba scholii من وجه الخر المكان فيه اخاديد·وماء recta sint, dubito, nam vox خرور locum, in quo fossae et aqua sunt, vix significare potest. Mersukius hoc scholion habet الخرور السقوط للوجه وخر الماء المكان جعل فيه اخاديد

XV.

Alius dixit.

1. *Puta ob parvam amici mei staturam futurum esse, ut ricinus podicem eius, dum stat, mordeat.*

XV.

Quidam Medinensis dixit.

1. *Si tibi (o femina) mutatio contigisset, ut partem posteriorem tuam tenuem anteriorem faceres*

Voces خلف et امام loco verborum مخلَّف et مقدَّم tanquam nomina poeta adhibuit.

2. *Et anterior tui pars crassa posterior magna, coacervata esset,*

3. *Tunc, sane! o Ohbaida! optima inter homines posteriore tui parte, optima anteriore esses!*

Arabes in feminis ventrem crassum et podicem tenuem non amant. Hanc ob causam de mutatione harum rerum loquitur.

XV.

Grammaticus Abu-Obbaidah sequentes versus Abu-l'Ghathammascho Hanefitae tribuit.

Scholiastes dixit, poetae nomen Abu-l'Moghaththasch esse et a grammatico Abu-l'Fath nomen a verbo غطش derivari. De nocte adiectivum اغطش et غطشاء in usu esse et posteriorem vocem, Hamzâ abiectâ, in versu Alahschae sequente inveniri (metr. Motakarib): **Et quoties in deserto aquâ carente noctis tempore, in deserto viae signis destituto vox bubonis e somno me excitavit!** In Djeuharii opere sub radice غطش versus sic adnotatus est: وبهماء بالليل غطشى الفلاة يونسى صوت فيادها. Si igitur in nostro versu فيادها loco vocis فياد legitur et in voce يورقى secunda forma verbi adhibetur, metrum bene cedit. Corani locus, quem scholiastes citavit »Noctem eius (terrae) obscuram reddidit et lucem eius eduxit« Sur. 79, 29. legitur. **(p. 822.)**

1. Uxor viro similis instar baculi, furacior turpiorque quam Condosch mihi destinata fuit.

Uxorem corpore emaciatam et hanc ob causam staturâ viro similem describit simulque animi indoles vituperatione dignissimas ei tribuit. Vox زنمردة, quae scholiaste dicente vario modo pronuntiatur, e lingua Persica in sermonem Arabicum translata est. E duabus vocibus زن **femina** et مرد **vir** modo linguae Persicae proprio coniunctis formata e lingua Arabica nil nisi feminae signum obtinuit. Baculo emaciatum corpus poeta designat. Vox **Condosch** aliis nomen furia famosi, aliis nomen picae, aliis gliris est, quorum furacitas in proverbii consuetudinem venit **conf.** Meid. **23, 525. 526.**

2. Quae mulieres amat et viros non vult et cum turpissimo menteque levissima praedito incedit.
3. Cui simiae facies est, quum se ornat et color ovorum avis Katha punctis variegatorum.

Hisce versibus tam naturam viri propriam quam foedum eius vultum describit. In Mersukii codice loco vocis وجه legitur شعر (crinis) et in aliis exemplaribus pro ازينت legitur زينت (passivum secundae formae). Vox ازينت ex تزينت orta est, ut durus pronuntiandi modus tolleretur. Hic loquendi modus in verbis litterâ ث, د et ز incipientibus in quinta et sexta verbi forma observatus, quum in Corani libro **conf.** Sur. **2, 67. 7, 36. 9, 38. 10, 25. 27, 65.** potissimum inveniatur, Koraischitarum dialecto proprius fuisse videtur.

4. Et mamma, quae guttur eius circumdat instar utris pastoris agmine ovium, sitiens pecus habentis.

Mammas magnas, vacuas, corrugatas, duras nigrasque ei tribuit. Pastor, cuius oves sitibundae sunt, nil lactis in utre habet. **conf.** Ham. ٨١٥ v. **4.** Vox ثدى quum generis communis sit, tam يجول quam تجول legitur.

5. Cui pubes est instar ungulae dorcadis flavior, quam prunum Armeniacum.

Locum illum durum esse comparando significare voluisse videtur poeta. De voce مشمش **conf.** Abdallat. Relat. p. **132.**

6. Et femora duo, inter quae vallis est, quae penis radicse transmittit haud laedens.

Vulvam amplam ei tribuit. Arabum fominas romedia contra istam rem adhiboro scimus conf. Amru-l'Kaisi Diwan p. ٣٩ v. 1. In Mersukii codico تجير legitur. Vorba ad vocem فخذان referri videntur, nam voci نفنف genus femininum esso nescio.

7. Et crus, cuius vinculum tenue est, instar cruris locustae aut gracilius.

Poetae satis non est fominao crus cum cruro locustae comparasse; sed eo gracilius esso dicit. De mulierum compedibus conf. Ham. ٣٦٩ ٨٢. Scholiastes adnotavit, pootam cum voce مخلخل, quae generis masculini sit, adiectivum generis fominini coniunxisse, quod compes cum crure ساق, quod generis feminini sit, intime cohaereat et unum pro altoro poui possit. Sic in hemistichio sequente (metr. Thawil): Sicut lanceao superior para sanguine rubuit vocem صدر cum verbo feminini gonoris coniunctam esso, quod superior lanceao para lancea ipsa sit.

8. Cuius verrucae in facie, quum velo detecto adparet, uvie paseis parvie similes eunt.

(p. 823.) Verrucas in facie cum uvis passis comparat. Vox كشمش peregrina est. In Mersukii codice القشمش legitur; sed noster scribendi modus praeferendus est.

9. Caput tectum est comá haud longá instar pennarum in ala albae columbae.

Quid voco فوقها poeta velit, non patot. Vox جمة comam in humerum demiasam, vox جثلة antem crines in anteriore capitis parte designat. Re sic so habento vox فوقها hosce crines supor comam dependontem clatos significare potost. Do voce مرعش interpretes non consontiunt. Nonnulli albam columbam significari dicunt, grammaticus Abu-l'Ahla vulturem. Sive haec sive illa significatio recta sit, a poeta canum significari, in dubio positum non ost. Quod autem comam cum pennis alao parvis comparaverit, in eo comam brevem hirsutamque fuisse invonio.

XVII.

Alius dixit.

1. Quid est, quod diu e somno me excitet efficiatque, ut vigilem exspectans sonum (galli) lobulo carnoso sub rostro praediti, domus incolae?

Miratur, quod somno indulgere non possit; sed cum desiderio galli vocem Auroram adnuntiantis oxspectet. Mersukio quoquo adnotanto hiace versibus in capito descriptionum locus potissimum couvenit. Alter legondi modus est: ما ذا يورقنى والنوم يعجبنى »quid est, quod e somno me excitot, dum somnus me delectat?

2. Quasi in eius capite oxalie herba ab initio aestatis crescens sit, ut fructum ferat.

Cristam galli describit. Vox حماض plantae nomen est, quao ab Arabibus crassioribus durioribusque adnumeratur. Fructus rubros habere dicitur. Hanc ob causam cum crista galli eius fructus bone comparatur. Poeta metro Redjez usus dixit: Ut fructus ferens

planta Hammadh e pluvia sanguinis. Loco vocis باثمار legitur بازهار. Hic legendi modus si recipitur, aleris flores rubri sint, necesse est, ut comparatio rei conveniat.

XVIII.

Alius dixit.

1. Sonus crepitaculorum ligneorum matutino tempore me excitavit, imo galli, qui desiderium meum concitarunt.

Insomniam suam describit. Vituperationem feminae hisce versibus inesse non video; sed ob sensus similitudinem, quae huic fragmento cum priore intercedit, hi versus hoc in capite locum obtinuisse videntur. Scholiastes dicit, poetam aut sono crepitaculorum aut voce galli desiderio eius, quem amore amplecteretur, impletum fuisse. Cur hoc in versu scholiastes ante voces صوت etc. et الديوك vocem انتظار (exspectatio) supplendam putaverit, non liquet. Ista voce haud additâ sensus bonus est et versus adnotatus argumento vix inservire potest (metr. Basith): Quum in luce Aldairan (ie coenobiis duobus) res in memoriam veniaset, vox galli et crepitacula lignea percussa insomnem me reddidere. Alius dixit (metr. Motakarib): Et sonus crepitaculorum ligneorum, quae pulsata non sunt. Christiani in Oriente, ut tempus precum faciendarum indicent, crepitaculis lignois utuntur.

2. Quorum cristae in capite pinnae rubrae videntur super palatio quodam exstructae.

Cristam galli, quum dentata sit, cum arcis pinnis poeta comparavit. Ut autem comparandi modus perfectus sit, pinnas rubras adpellavit. Vox جوسق ex Persico كوسك secundum normam linguae Arabicae mutatis litteris orta est et eomen cum rei notitia ad Arabes pervenit. Vox الجواسيق metri causâ pro الجواسق dicta est. Simili modo in sequente versu littera Ja addita est (metr. Basith): Drachmarum diajectus modo quo nummularii bonas eligunt. In Moraukil codice الدراهيم legitur, ut et in hac voce littera Ja addita sit. Vox الجوسق in sequente Alkothamijji versu invenitur (metr. Camel): Mammis aurorientibus praeditis maledicatur post diem, quo mihi in via Euphratis occurrêre et noctu in arce (De vocibus شرق الفرات dubito) et in versibus sequentibus (metr. Thawil): Eheu! num venit pulchra, cuius marito in regione Maisan (inter oppida Bazra et Waseth) potus porrigitur in poculo vitreo et urceis viridibus? Quum velo, praefecti pagi mihi canunt et instrumento Zendj canens (p. 824.) femina, quae omni modo canendo propellit. Fortasse principi fidelium displicet, quod nos in palatio destructo sanguinem sine utilitate invicem effundimus (eos invicem perdimus). Vox شرف in verbis Mohammedis, quae traditione nobis conservata sunt, occurrit: »Mandatum accepimus, ut templa glabra (i. e. sine pinnis); oppida autem cum pinnis exstruamus.«

3. *Super gulture, quod in oesophagum descendit multâ picturâ leni tenuique ornato.*

Galli collum pectusque describit. Silentio praetereundum non est, in Mersukii codice نعانع legi, ut, quae scholiastes adtulerit, ad huoc legendi modum referantur. Legendum quoque est: واصل التنعنع الاضطراب et postea قيل للطويل المضطرب نعنع vel النعنع, ut in Mersukii codice. Fieri tameo potuit, ut a nonnullis voces cum littera A i h n et G a i h n scriptae confunderentur. Alius quidam, voce نغانغ in versu galli sub rostro instar barbae dependentem carnem significari, contendit.

4. *Quasi (guttur) musteld foenarid vestiverit aut ab alio vestitum sit, tum a lateribus cruribus denudatis eam laciniâ sublatâ contraxerit.*

Scholiastes adnotavit, nullam rem anteriori galli albi parti similiorem esse quam mustelam foenariam. Inde comparandi modus ortus est. Ne autem quis inferiorem galli partem crura sc. cum comparatione coniunctam esse putet, poeta posteriorem versus partem addidit. Loco vocis كانما in Mersukii codice كانها legitur. Vebum لبست etc. ad vocem نغانغ referendum puto.

INDEX

nominum personarum et locorum.

INDEX

rerum, quae in Hamâsae commentario occurrentes explicatae sunt.

INDEX

rerum, quae in Hamasae carminibus comparationibus inserviunt.

Metrorum

in Hamâsae carminibus scholiisque tabula *).

I.

Metrum طويل adpellatum.

Nonnisi tria ضرب habet unumque عروض **).

A. p. 162.

فعولن مفاعيلن فعولن مفاعلن فعولن مفاعيلن فعولن مفاعيلن.

˘ — — | ˘ — — — | ˘ — — | ˘ — ˘ — | ˘ — — | ˘ — — — | ˘ — — | ˘ — — —

Carmina

Pag. ٢١. ١١٨. ١٣٢. ١٤٩. ١٦٠. ١٧٦. ٢٠١. ٢٣٩. ٢٥٦. ٣٠١. ٣٢٥. ٣٣٦. ٣٣٩. ٣٤٧. ٣٦٥. ٣٨٠. ٣٨٨. ٣٩٩. ٤٠٤. ٤٠٨. ٤٢٣. ٤٧٢. ٤٧٨. ٤٨١. ٤٨٤. ٤٩٩. ٥٠٧. ٥٠٨. ٥٠٩. ٥١٤. ٥٢٠. ٥٣٤. ٥٤١. ٥٤٤. ٥٤٩. ٥٥٤ ٥٥٨. ٥٥٩. ٥٦٣. ٥٦٨. ٥٧١. ٥٧٩. ٥٨٣. ٥٨٥. ٥٨٨. ٥٩٩. ٦١٩. ٦١٦. ٦٣٢. ٦٣٣. ٦٤٥. ٦٤٩. ٦٧٠. ٦٧٣. ٦٧٦. ٦٩٠. ٦٩٤. ٧١٢. ٧١٣. ٧١٧. ٧٢٢. ٧٢٦. ٧٢٩. ٧٣٩. ٧٤٩. ٧٥٤. ٧٦٨. ٧٦٩. ٧٧٣. ٧٧٨. ٧٨٥. ٧٩٢. ٨٠٠. ٨٠٤. ٨٠٩. ٨١٣. ٨١٤. ٨١٩. ٨٢٩.

Scholia p. 11. 12. 19. 34. 48. 51. 66. 78 adn. 81 adn. 84. 87. 110 adn. 112 adn. 146 adn. 153. 156. 159—60. 189. 202. adn. 227. 235. 239. 260. 264. 268. 276 adn. 279 adn. 282. 290. 294. 320. 325 adn. 326. 348. 381. 385. 391. 422. 428. 430. 435. 453 adn. 476. 486. 523. 551. 556. 588. 600. 602. 625. 633—34. 637. 677. 711. 716. 722. 739. 758. 799. 813. 818 adn.

---

*) Hanc metrorum tabulam in usum adhibiturus ea in memoriam revocet, quae pag. XV sq. pluribus verbis exposui. Metra secundum ordinem, qui in libro meo: Darstellung der Arabischen Verskunst. Bonn 1830 invenitur, disposita sunt. Quam ob causam huiusce libri paginam cuilibet metro adscribo, ut, si quis penitus rem perspicere cupiat, librum ipsum adeat. Primo loco carminum metra posui, tum versuum metra, quae in scholiis Arabicis occurrunt, ita ut, si metrum nonnisi in adnotationibus meis latinis inveniretur, huic vocem adn. adponerem, denique tertio loco hemistichiorum tam in scholiis Arabicis quam in adnotationibus meis latinis occurrentium metra, quae interdum accuratius definiri non possent, indicavi. Paginae, in quibus eadem metra pluries occurrunt, nonnisi uno numero indicavi.

**) Voce ضرب Arabes modum designant, quo postremus pes posterioris hemistichii, voce عروض autem modum quo postremus pes prioris hemistichii constitutus est ex. gr. in metro طويل postremus pes prioris hemistichii, nonnisi مفاعلن ˘ — ˘ — est; postremus autem pes posterioris a) مفاعيلن ˘ — — — b) مفاعلن ˘ — ˘ — c) فعولن ˘ — — est. Hoc in omnibus metris legentes ante oculos habere velint.

Hemistichia p. 11. 30. 45. 47. 59. 77. 85 adn. 105. 109 adn. 127. 128. 132. 167 adn. 172. 182. 182. adn. 194 adn. 214. 238. 248. 249. adn. 256 adn. 281. 283. 284. 288. adn. 294 adn. 309. 316. 326 adn. 388 adn. 395. 397. 401 adn. 428. 438 adn. 439. 444. 449 adn. 451. 455. 465. 468. 481. 492. 494. 500 adn. 504. 516. 530. 558. 574. 579. 634. 635. 666. 671. 682. 705. 718. 724 adn. 740 adn. 793. 794. 808. 817. 820. 822.

B. p. 162.

فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن | فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن

∘—∘— | ∘—— | ∘——— — ∘—— | ∘—∘— | ∘—— | ∘——— | ——∘

Carmina

Pag. ١٩. ٢١. ٢٢. ٣٠. ٣٣. ٤١. ٥٤. ٦٩ ٧١. ٧٢. ٧٣. ٧٦. ٧٩. ٨٥. ٩٣. ٩٥. ١٠٠. ١٠٢. ١٠٦. ١١٥. ١١٧. ١١٩. ١٢٢. ١٢٣. ١٢٥. ١٢٦. ١٢٩. ١٣٦. ١٣٩. ١٤٥. ١٤٧. ١٥٠. ١٥٢. ١٥٣. ١٥٥. ١٥٦. ١٥٧. ١٥٨. ١٥٩. ١٦٢. ١٦٥. ١٦٦. ١٧١. ١٧٢. ١٧٤. ١٧٩. ١٨٠. ١٨١. ١٨٢. ١٨٣ ١٨٦. ١٨٧. ١٩٥. ١٩٨. ٢٠٠. ٢٠٥. ٢٠٨. ٢١٤. ٢١٦. ٢١٧. ٢٢٤. ٢٢٧. ٢٣٦. ٢٤٢. ٢٤٥. ٢٤٧. ٢٥٥. ٢٥٦. ٢٧٩. ٢٨٠. ٢٨١. ٢٨٣. ٢٩١. ٢٩٤. ٣٠٥. ٣٠٦. ٣١٠. ٣١٢. ٣١٣. ٣١٤. ٣١٥. ٣١٧. ٣١٩. ٣٢٠ ٣٢١. ٣٢٢. ٣٢٧. ٣٢٨. ٣٣١. ٣٣٥. ٣٣٧. ٣٤٢. ٣٤٤. ٣٥٤. ٣٥٦. ٣٦٧. ٣٦٩. ٣٧٠. ٣٧٦. ٣٧٧. ٣٨٦. ٣٩ . ٣٩٢. ٣٩٣. ٣٩٤. ٣٩٥. ٣٩٧. ٣٩٨. ٤٠٠. ٤٠٦. ٤١٢. ٤١٧. ٤١٩. ٤٢٤. ٤٢٥. ٤٣٣. ٤٣٤. ٤٣٥. ٤٣٨. ٤٣٩. ٤٤٠. ٤٤٤. ٤٤٩. ٤٥٦. ٤٥٩. ٤٦١. ٤٦٣. ٤٦٤. ٤٦٥. ٤٦٧. ٤٦٨. ٤٧٠. ٤٧٤. ٤٧٦. ٤٧٩. ٤٨٠. ٤٨٣. ٤٨٧. ٤٨٩. ٤٩١. ٤٩٢. ٤٩٣. ٤٩٤. ٤٩٦. ٤٩٧. ٤٩٨. ٤٩٩. ٥٠٤. ٥٠٥. ٥٠٩. ٥١٠. ٥١١. ٥١٢ ٥١٤. ٥١٥. ٥١٧. ٥١٨. ٥١٩. ٥٢٠. ٥٢٢. ٥٢٧. ٥٣٣. ٥٣٤. ٥٣٨. ٥٤٠. ٥٤١. ٥٤٢. ٥٤٣. ٥٤٧. ٥٤٩. ٥٥١. ٥٥٢. ٥٥٣. ٥٥٥. ٥٥٦. ٥٥٨. ٥٥٩. ٥٦٤. ٥٦٥. ٥٦٦. ٥٦٧. ٥٧٢. ٥٧٣. ٥٧٤. ٥٧٦. ٥٧٧. ٥٧٨. ٥٨١. ٥٨٢. ٥٨٤. ٥٨٦. ٥٨٧. ٥٩٠. ٥٩١. ٥٩٤. ٥٩٥. ٥٩٦. ٥٩٧. ٥٩٨. ٦٠٠. ٦٠١. ٦٠٢. ٦٠٣. ٦٠٦. ٦٠٧. ٦٠٨. ٦١٧. ٦٢٠. ٦٢١. ٦٢٤. ٦٢٥. ٦٢٦. ٦٢٨. ٦٢٩. ٦٣١. ٦٣٢. ٦٣٣. ٦٣٧. ٦٤١. ٦٤٣. ٦٤٦ ٦٤٩. ٦٥٠. ٦٥١. ٦٥٣. ٦٥٤. ٦٥٥. ٦٥٦. ٦٥٨. ٦٦٠. ٦٦٢. ٦٦٣. ٦٦٥. ٦٦٦. ٦٦٧. ٦٧٢. ٦٧٤. ٦٧٨. ٦٧٩. ٦٨٢. ٦٨٥. ٦٩١. ٦٩٢. ٦٩٣. ٦٩٤. ٦٩٦. ٦٩٧. ٧٠٠. ٧٠٢. ٧٠٧. ٧١٧. ٧١٨. ٧١٩. ٧٢٣. ٧٢٨ ٥٣٣. ٧٣٥. ٧٣٩. ٧٤٠. ٧٤٢. ٧٤٣. ٧٤٤. ٧٤٥. ٧٤٦. ٧٤٧. ٧٥٠. ٧٥١. ٧٥٢. ٧٥٣. ٧٥٤. ٧٥٥. ٧٥٨. ٧٥٩. ٧٦١. ٧٦٢. ٧٦٣. ٧٦٥ ٧٦٧. ٧٧٢. ٧٧٣. ٧٧٤. ٧٧٥. ٧٧٦. ٧٨١. ٧٨٣. ٧٨٤. ٧٨٥. ٧٩٠. ٨٠٣. ٨٠٤. ٨٠٧. ٨٠٩ ٨١١. ٨١٦. ٨٢١.

Scholia p. 1. 2. 3. 6. 11. 12. 17. 18. 19. 19 adn. 24. 26. 29 adn. 30. 32. 34. 37. 42. 43. 43 adn. 46 adn. 47. 48. 48 adn. 49 51. 53. 53 adn. 54. 54 adn. 58. 58 adn. 59. 60. 61. 62. 63. 63 adn. 64. 65. 70. 71. 73. 73 adn. 75. 76 adn. 77. 82. 83. 85. 91. 96. 99. 103. 105. 106. 108. 109. 111. 112. 113. 116. 117. 122. 123. 125. 129 adn. 135. 138. 140. 141. 142. 147. 151. 156. 159. 165. 168. 169. 179. 181. 183. 183 adn. 185. 188. 189. 191 adn. 192. 193. 194. 196. 197. 198 adn. 199. 205. 206. 207. 209 adn. 210 adn. 211. 212. 213. 216 adn. 221—3. 226. 226 adn. 229. 235—6. 236 adn. 240. 242—4. 246. 246 adn. 247—8. 253. 255 adn. 256—9. 259 adn. 269—70. 272—3. 277. 279. 286—7. 289—90. 291 adn. 297 adn. 298. 303—5. 310. 312. 314. 315 adn. 319. 319 adn. 320. 325 adn. 327 adn. 334 adn. 335. 347. 350. 353. 363. 365. 368. 372. 375. 378—81. 383 adn. 386. 389 adn. 395. 402. 405—7. 412. 414. 416. 420—1. 425. 427. 430. 438. 438 adn. 439 adn. 439—40. 449. 454—5. 458. 464—6. 468. 474. 479 484 488. 493. 496. 499. 501 adn. 502. 504. 507. 512 adn. 516. 524. 532. 539. 542. 546—7. 550. 552. 554—7. 563. 565. 567. 573. 582 adn. 590. 592. 596—7. 599. 603—4. 606. 606 adn. 616 adn. 617. 620. 622. 623—4. 629—30 634—5. 642. 644. 646. 651. 659. 664. 667. 670. 672. 674. 683. 687. 690. 692. 694. 699. 703. 705. 714. 717—8. 721. 725. 727. 734—5. 738—41. 748 adn. 748. 762—3. 769. 771. 775. 784. 790 adn. 793. 795. 805—6. 812—3. 824.

C. p. 163.

فعولن | مفاعيلن | فعولن | مفاعلن | فعولن | مفاعيلن | فعولن | فعولن.

— — ∘ | — — ∘ | — — — — ∘ | — — ∘ | — ∘ — ∘ | — — ∘ | — — — — ∘ | — — ∘

Carmina

Pag ٤٩. ٥٩. ١٣٩. ١٣٥ ١٣٨. ١٩٠. ٢٢٢. ٢٣٠. ٣٣٢. ٣٣٩. ٣٥٤. ٣٧٤. ٤٠٢. ٤٠٣, ٤٢٨. ٤٤٥. ٤٧٥. ٤٧٧. ٥١١. ٥٢٥. ٥٦٠. ٥٦٨. ٥٧٠. ٥٧٣. ٥٧٥ ٥٧٨. ٥٨٠. ٥٨١. ٥٨٤. ٥٨٥. ٥٨٨. ٥٩٢. ٥٩٨. ٦٠٥. ٦١٨. ٦٢٧. ٦٣٢. ٦٣٣. ٦٣٨. ٦٣٩. ٦٤٢. ٦٧٦. ٦٩١. ٦٩٣. ٧٠٠. ٧٠٦. ٧١٢. ٧٢٣. ٧٢٨. ٧٣٠. ٧٣٨ ٧٤٨. ٧٧٢. ٧٩٣. ٨٠٤. ٨٠٥. ٨٠٦. ٨١٩.

Scholia p. 3. 6. 26. 33. 43. 47. 57. 61. 64. 70. 82. 85. 92. 95. 109. 127. 132. 136. 142. 158. 165. 180. 182. 183. 187. 214. 236. 266. 282. 294. 298. 304—5. 314. 321. 336. 337 **adn.** 347. 351. 366**adn.** 381. 384 **adn.** 409. 425. 435. 435 **adn.** 449. 453. 463. 468. 470. 476 **adn.** 488. 497. 510. 537. 547. 553. 567. 574 582 **adn.** 584. 604. 622—3. 629. 634. 667. 703. 737. 768. 771. 806.

II.

مديد

عروض 3 et ضرب 6.

A. p. 178.

فاعلاتن | فاعلن | فاعلاتن | فاعلن | فاعلاتن

— ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — —

Carmina

Pag. ٣٨٢.

Scholia 177. 380.

B. p. 179.

a)

فاعلاتن فاعلن فاعلن فاعلاتن فاعلن فاعلاتْ

— ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — | — ∘ —

b) p. 180.

فاعلاتن فاعلن فاعلن فاعلاتن فاعلن فاعلن

— ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — | — ∘ —

c) p. 180.

فاعلاتن فاعلن فاعلاتن فاعلن فعلن

— ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — | — —

C. p. 181.

a)

فاعلاتن فاعلن فعلن فاعلاتن فاعلن فعلن

— ∘ — — | — ∘ — | ∘ ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — | ∘ ∘ —

Carmina

Pag. ٤١٣.

Scholia p. 106. 285. 403. 424. 592 **adn.** 718.

b) p. 182.

فاعلاتن فاعلن فَعلُنْ فاعلاتن فاعلن فَعْلُنْ

—∘—— | —∘— | ∘∘— | —∘—— | —∘— | ——

مشطور المديد

فاعلاتن فاعلن فاعلاتن فعلن

—∘—— | —∘— | —∘— | ∘∘—

Carm. P. ۴۱۴.

Hemist. p. 300. 554.

III.

بسيط

ضرب 6 عروض 3

A.

a) p. 190.

مستفعلن فاعلن مستفعلن فعلن مستفعلن فاعلن مستفعلن فعلن

——∘— | —∘— | ——∘— | ∘∘— | ——∘— | —∘— ——∘— | ∘∘—

Carmina

Pag. ۲۷. ۱۰۰. ۱۲۱. ۱۴۰. ۲۸۴. ۲۹۱. ۳۲۹. ۳۳۳. ۳۷۳. ۴۰۵. ۴۳۰. ۴۴۰. ۴۴۷. ۵۱۰. ۵۱۵. ۵۴۰. ۵۴۱. ۵۵۰. ۵۶۱. ۵۹۳. ۶۰۹. ۶۲۱. ۶۳۹. ۶۶۵. ۶۸۷. ۶۹۰. ۷۰۹. ۷۰۹. ۷۱۰. ۷۳۸. ۷۵۳. ۶۵۹. ۷۶۸. ۷۷۹. ۸۰۵. ۸۰۸. ۸۱۵. ۸۱۷.

Scholia p. 5. 12. 28. (111 adn. 135 adn.) 45 adn. 75. 88—9. 110. 125. 142 adn. 151 adn. 169 adn. 180. 192. 197. 206 adn. 214. 220 adn. 221. 239—41. 249 adn. 250. 285. 292. 311. 313. 351. 363—5. 366 adn. 373—4. 395. 402. 416. 420. 430 adn. 435. 442. 449. 482. 502. 507. 515. 542 adn. 569 adn. 593. 674 adn. 685. 688 adn. 695. 723. 725. 731. 742. 775. 808.

b) p. 190.

مستفعلن فاعلن مستفعلن فَعلُنْ مستفعلن فاعلن مستفعلن فَعْلُنْ

——∘— | —∘— | ——∘— | ∘∘— | ——∘— | —∘— | ——∘— | ——

Carmina

Pag. ۴. ۴۵. ۷۸. ۱۱۰. ۱۲۹. ۱۳۷. ۱۴۷. ۱۴۸. ۱۹۱. ۲۸۸. ۲۸۹. ۳۳۰. ۳۳۹. ۳۶۹. ۴۰۸. ۴۴۵. ۴۷۳. ۵۰۰. ۵۴۴. ۵۱۷. ۶۲۴. ۶۵۱. ۶۶۹. ۶۷۳. ۶۷۵. ۶۹۵. ۶۹۹. ۷۱۱. ۷۲۹. ۷۳۹. ۷۴۸. ۷۴۹. ۷۵۴. ۷۶۸. ۷۷۹. ۷۹۴. ۸۱۰. ۸۱۷. ۸۲۳.

Scholia p. 4. 7. 12. 14. 44. 57. 63. 65. 70. 75. 93 adn. 96. 108—9. 126. 141. 146. 152 adn. 168. 191. 192—3. 208. 211. 223. 227. 242 adn. 256. 259. 308. 315. 346. 357 adn. 377. 383 adn. 400. 434. 436. 441. 443. 447 adn. 466. 484. 491. 549 adn. 558. 564. 569. 602. 618. 637. 642. 647. 651—2. 656. 688. 714. 720. 722. 734. 739. 745. 755. 771. 779. 784. 823.

B.

a) p. 192.

مستفعلن فاعلن مستفعلن مستفعلن فاعلن مستفعلانْ

——∘— | —∘— | ——∘— | ——∘— | —∘— | ——∘—

b) p. 193.

— — ∪ — | — ∪ — | — — ∪ — | — — ∪ — | — ∪ — | — — ∪ —

c) p. 193.

— — ∪ — | — ∪ — | — — ∪ — | — — ∪ — | — ∪ — | — — —

C. p. 194.

— — ∪ — | — ∪ — | — — — | — — ∪ — | — ∪ — | — — —

Pag. ٣٦١ **Postremus pes est** فعولن — —

„ ٥٠٦ **Singulare est metrum** — — ∪ — | — ∪ — | ∪ | — — ∪ — | — ∪ — | ∪ — —

Hemistichia p. 5. 13. 42. 70. 81. 122. 127. 183 adn. 186—7 adn. 191. 205 adn. 218. 225—6. 248 adn. 257 adn. 271. 286. 379. 383. 495 adn. 534. 549. 554. 556. 589. 641. 641. 703. 707.

IV.

وافر

ضرب 2 عروض 2

A. p. 204.

مفاعلتن مفاعلتن مفاعى مفاعلتن مفاعلتن مفاعى

∪ — ∪ ∪ — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — —

Carmina.

Pag. ١٢. ٤٤. ٥٧. ٦٢. ٩٠. ٩٣. ٩٩. ١٠١. ١٠٨. ١١٦. ١٢٠. ١٤٣. ١٤٩. ١٥٢. ١٥٤. ١٦١. ١٦٧. ١٧٠. ١٧٥. ١٩٩. ٢٠٩. ٢١١ ٢١٨ ٢٣١. ٢٣٣. ٢٥٨. ٢٧٤. ٢٨٤. ٢٨٥. ٢٨٨. ٣٠٢. ٣٠٨. ٣١١. ٣١٩. ٣٣٩. ٣٣٩. ٣٤٠. ٣٦١. ٣٦٣. ٣٩٨. ٤٠١. ٤٢٢. ٤٢٧. ٤٤١. ٤٤٣. ٤٥١. ٤٥٣. ٤٥٥. ٤٥٧. ٤٧٥. ٤٧٧. ٥٠٥. ٥١٣. ٥٣٦. ٥٤٨. ٥٦٠. ٥٦١. ٥٦٣. ٥٩٨. ٥٧١. ٥٧٧. ٥٨٨. ٥٩٤. ٦٠٣. ٦٣٦. ٦٥٣. ٦٦٦. ٦٧١. ٦٧٤. ٦٧٧. ٦٧٨. ٦٨٣. ٦٩٩. ٧٠١. ٧٠٩. ٧١١. ٧١٣. ٧١٩. ٧٢١. ٧٢٥. ٨٤٥. ٧٥٧. ٧٦٦. ٧٧٧. ٧٧٩. ٧٨٨. ٧٩٨. ٨٠٣.

Scholia p, 5. 6. 8. 11—13. 20 adn. 30. 32. 34 adn. 39. 40. 42. 45. 49. 50. 52. 57. 65. 68. 72—3. 87. 91. 97. 100. 110. 118—9 adn. 122. 131. 136—7. 141. 145—6. 146 adn. 149 adn. 150. 162—3. 169. 173. 173 adn. 177. 182. 185. 187. 192. 194. 196. 198 adn. 205. 211 adn. 220 adn. 227 adn. 234—6. 247—8. 263. 267—8. 269 adn 272—4. 288—9 adn. 292. 297. 300. 303. 305. 327. 340. 347. 351 adn. 360. 371. 374. 378. 381. 384. 386. 396 adn. 396—7. 401. 410. 422—3. 426. 438. 443—4. 449—50. 452. 454. 465. 474. 480—1. 485—6. 492. 507. 510. 512. 523. 546. 557. 564. 577. 579 adn. 580. 601. 607. 609. 618. 637. 639. 642. 646. 651. 664. 673. 676. 680. 683. 690 adn. 692—3. 699. 712. 718. 721. 735. 766. 768. 778. 780. 789. 790 adn. 793. 803.

B. p. 204.

a)

مفاعلتن مفاعلتن مفاعلتن مفاعلتن

∪ — ∪ ∪ — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — ∪ ∪ — | ∪ — ∪ ∪ —

Carm. P. ٤٠٧.

Scholia p. 78. 601 adn. 727. 746.

b) p. 204.

مفاعلتن مفاعلتن مفاعلتن مفاعيلن

•—••—|•—••—|•—••—|•———

V.

كامل

ضرب 9 عروض 3 كامل

A.

a) p. 212.

متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن

••—•—|••—•—|••—•—|••—•—|••—•—|••—•—

Carmina

Pag. ٢٨. ٣٧. ٥٩. ٨٨. ٨٩. ١٥٤. ١٧٨. ١٩١. ١٩٣. ٢٢٥. ٢٣٧. ٢٧٤. ٢٩٣. ٣٣٣. ٣٥٧. ٤٢٠. ٤٢١. ٤٣٢. ٤٣٧. ٥٣١ ٥٣٩. ٥٤٩. ٥٦٦. ٥٩٥. ٦٠٢. ٦٠٧. ٦٣٩. ٦٤١. ٦٦٠. ٦٨١. ٦٨٣. ٦٩٨. ٧١٤. ٧١٥. ٧٣٣. ٧٦٤. ٧٦٦. ٧٧٤. ٨١١.

Scholia p. 7. 19. 22. 28. 48—9. 59. 64. 64 adn. 73 adn. 87 adn. 105. 107. 116. 138. 150 adn. 176—7. 181—2. 192. 195. 197. 212. 237. 242. 260. 279. 310. 316. 328. 334 adn. 353. 362. 368. 371. 392. 394 adn. 399. 407—8. 414. 420—1. 435. 436. 443. 448—9. 480. 490. 492 adn. 493. 496 adn. 516. 552 adn. 554. 575. 596 adn. 631 adn. 632. 668—9. 673—4. 688—9. 693. 745. 757. 771. 778—9 adn. 814. 818. 823.

b) p. 212.

متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلْ

••——|••—•—|••—•—|••—•—|••—•—|••—•—

Carmina

Pag. ٩٠. ٩٧. ١٠٩. ١١٤. ١٢٧. ١٧٤. ٢١١. ٢٣٨. ٣٣٣. ٣٥٩. ٣٧٩. ٣٩٥. ٤١٠. ٤١٤. ٤٣٩. ٤٤٧. ٤٦٦. ٤٧٤. ٤٨٩. ٤٩٠. ٥٦٦. ٦٠٤. ٦٠٥. ٦٣٥. ٦٥٩. ٦٨١. ٦٦٣. ٧٠٤. ٧٠٥. ٧٣٤. ٧٥٩. ٧٧١. ٧٨٩. ٧٦٦.

Scholia p. 1. 4. 13. 14. 34. 43. 48. 64. 67. 76 adn. 88. 112. 121. 126. 180. 189. 199. 199 adn. 227 adn. 242 adn. 243. 269. 273. 281. 293 adn. 316 adn. 351. 420. 423. 441 adn. 458. 475. 504. 540. 560. 569. 586. 596. 635. 664. 709. 722. 742.

c) p. 213.

متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلن مُتْفَا

••—•—|••—•—|••—•—|••—•—|••—•—|——

Carm. P. ٧٠٣.

Scholia p. 129. 623.

B.

a) p. 178.

متفاعلن متفاعلن مُتْفَا متفاعلن متفاعلن مُتْفَا

••—•—|••—•—|••—|••—•—|••—•—|••—

Carm. P. ٧٧٧.

Scholia p. 435. 575. 610. 623. 741.

b) p. 214.

متفاعلن متفاعلن مُتْقَا متفاعلن متفاعلن، مُتْقَا

∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘∘— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ——

Carm. P. ٤٥٥. ٤٧٦. ٥٤٥. ٥٦٥. ٦٨٠. ٦٩٠.

Scholia p. 56. 71. 73. 177. 200. 560. 623. 707. 821.

C.

a) p. 215.

متفاعلن متفاعلن متفاعلن متفاعلاتن

∘∘—∘—∘ | ∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘——

Carm. P. ٨١. ٢٤٨. ٣١٤. ٣٥٤. ٤٥٢. ٤١٤. ٥١٩. ٨١٤.

Scholia p. 52. 159 168. 181. 205. 497. 342 adn. 468, 504. 548. 596. 635.

b) p. 215.

متفاعلن متفاعلن متفاعلانْ

∘∘——— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘—

c) p. 216.

متفاعلن متفاعلن متفاعلن

∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘—

Scholia p. 257.

d) p. 216.

متفاعلن متفاعلن متفاعلْ

∘∘——— | ∘∘—∘— | ∘∘—∘— | ∘——

Hemistichia p. 20. 29. 31. 57—8. 74. 122. 147. 149. 243. 275. 288. 293 adn. 300. 310. 518. 615. 734.

VI.

هزج

ضرب 2 عروض 1

A.

a) p. 226.

مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن

∘——— | ∘——— | ∘——— | ∘———

Carm. P. 1. ٤٧٠.

Scholia p. 28. 98. 105. 252. 272 adn. 358. 418 adn. 436. 650.

b) p. 227.

مفاعيلن مفاعيلن مفاعيلن مفاعى

∘——— | ∘——— | ∘——— | ∘——

VII.

رجز

ضرب 5 عروض 4

A.

a) p. 230.

مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن

— — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ —

Scholia p. 16. 36. 452 adn. 482.

b) p. 230.

مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن مفعولن

— — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ — | — — —

B. p. 231.

مستفعلن مستفعلن مستفعلن مستفعلن

— — ◡ — | = — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ —

C. p. 231.

مستفعلن مستفعلن مستفعلن

— — ◡ — | — — ◡ — | — — ◡ —

Carm. P. ١٤٤. ١٧٣. ٢٥٤. ٢٩٧. ٣٠٢. ٣٢١. ٣٣٣. ٧١٣. ٧٢٦. ٧١١. ٧١٥. ٨٠٠. ٨٠١. ٨٠٢. ٨٠٥. ٨٠٦.

Scholia p. 11. 15. 17—19. 27. 36. 51. 62. 64 adn. 69. 110. 125. 145—6. 150. 156. 163. 165. 170. 173. 178. 181. 183. 185. 188 adn. 191—2. 198. 211. 214. 233—4. 263—4. 268. 289. 301. 311. 313 adn. 314. 321—2. 346. 349. 364. 369. 374. 392. 410—11. 421. 438. 454. 462. 465. 473. 476. 480. 485—6. 491. 496. 512. 523. 534—5. 539. 560. 590. 631. 637—8. 646. 651—2. 659. 680. 698. 703. 707. 712. 714. 716—7. 739. 784. 793. 795. 801. 803. 805. 823.

D. p. 232.

مستفعلن مستفعلن

— — ◡ — | — — ◡ —

Scholia p. 365. 397. 673.

Hemistichia 37. 42. 72. 173. 234. 254. 298. 396. 407 adn. 430 432. 465. 481. 510. 513. 546. 558. 573 adn. 604. 680. 755. 762. 818.

VIII.

رمل

ضرب 3 عروض 3

A.

a) p. 237.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلن فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن

— ◡ — — | — ◡ — — | — ◡ — | — ◡ — — | — ◡ — — | — ◡ — —

Carm. P. ٨٤.

Scholia p. 9. 189. 636.

b) p. 237.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلن فاعلاتن فاعلاتن فاعلانْ

— ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ —

c) p. 238.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلن فاعلاتن فاعلاتن فاعلن

— ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ —

Carm. P. ٤٩٥.

Scholia p. 67 adn. 74. 97 adn. 105. 125. 156. 158. 189. 282. 304. 375. 408. 707. 754. 778. 790.

B.

a) p. 239.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلِيَّانْ

— ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — —

b) p. 239.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن

— ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — —

Scholia p. 422. p. 651 (sed in hemistichiis homoioteleuton est).

c) p. 239.

فاعلاتن فاعلاتن فاعلاتن فاعلن

— ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ — — | — ∘ —

Hemistichia p. 110. 145. 172 adn. 199 adn. 300. 781.

IX.

سريع

ضرب 7 عروض 4

A.

a) p. 243.

مستفعلن مستفعلن فاعلن مستفعلن مستفعلن فاعلان

— — ∘ — | — — ∘ — | — ∘ — | — — ∘ — | — — — | — ∘ —

Carm. P. ٢٢٨. ٧٨٠. Posterioris carminis metrum raro invenitur.

Scholia p. 38. 40. 53. 105. 175. 187.

b) p. 243.

مستفعلن مستفعلن فاعلن مستفعلن مستفعلن فاعلن

— — ∘ — | — — ∘ — | — ∘ — | — — ∘ — | — — ∘ — | — ∘ —

Carm. P. ٢٣٠. ٢١. ١٥١.

Scholia p. 34. 298. 301. 312 adn. 436. 508. 528. 717.

c) p. 244.

مستفعلن مستفعلن فاعلن مستفعلن مستفعلن فَعْلُنْ

— — ∘ — | — — ∘ — | — ∘ — | — — ∘ — | — — ∘ — | — —

Carm. P. ١٤١. ٣٣٣.

Scholia p. 47. 72. 121 adn. 360 adn. 385 adn. 575.

B.

a) p. 245.

مستفعلن مستفعلن فَعِلن مستفعلن مستفعلن فَعِلُنْ

— — ∘ — | — — ∘ — | ∘ ∘ — | — — ∘ — | — — ∘ — | ∘ ∘ —

Carm. P. ٧٧٤.

Scholia p. 504.

b) p. 245.

مستفعلن مستفعلن فَعِلُنْ مستفعلن مستفعلن فَعْلُنْ

— — ∘ — | — — ∘ — | ∘ ∘ — | — — ∘ — | — — ∘ — | — —

Scholia p. 198.

C. p. 246.

مستفعلن مستفعلن مفعولاتْ

— — ∘ — | — — ∘ — | — — —

Carm. P. ٧١٨.

Scholia p. 17. 92. 369. 382. 384 adn. 392. 411. 416. 432. 568. 793.

D. p. 246.

مستفعلن مستفعلن مفعولن

— — ∘ — | — — ∘ — | — — —

Carm. P. ٣٠٨. ٣٣٣. ٦٧٩. ٨٠١. ٨٠٢. ٨٠٣. ٨٠٨. ٨٠٩.

Scholia p. 9. 14. 17. 31. 59. 62. 69. 73. 90—1. 94. 116. 153. 165. 177. 182. 187. 192—3. 211. 233—4. 244. 282. 294. 297. 319. 321. 339. 345. 389. 392. 411. 435—6. 446. 468. 475. 480. 491. 503. 553. 561. 564. 604. 636. 642. 648. 659 adn. 670. 714. 789—90. 797 adn. 807. 811.

Hemistichia p. 116. 296. 360. 479. 484. 510. 546. 560. 572. 692. 758.

X.

منسرح

ضرب 3 عروض 3

A. p. 255.

مستفعلن مَفْعُولَاتُ مستفعلن مَفْعُولَاتُ مُفْتَعِلُنْ

— — ∘ — | — — — ∘ | — — ∘ — | — — ∘ — | — — — ∘ | — ∘ ∘ —

Carm. P. ٧٧. ٩١. ١٩٣. ٢٣٧. ٣٥٨. ٣٩٠. ٤٧٣. ٥٠٤. ٥٢٧. ٧٠٩.

Scholia p. 52. 63. 176—7. 201. 358. 441. 486. 496 adn. 512 adn. 534. 567. 578. 649. 657. 745.

B. p. 255.

مستفعلن مفعولانْ

— — ◦ — | — — —

C. p. 256.

مستفعلن مفعولن

— — ◦ — | — — —

خفيف

ضرب 5 عروض 3

A.

a) p. 262.

فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن

— ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — — | — ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — —

Carm. P. ٥٣٣. ٥٥٠. ٧٩٩. ٨١٨. ٨٢٠. ٨٢٩.

Scholia p. 11. 38. 50. 52. 88 adn. 140. 239. 242. 252. 254. 267. 270. 316. 331 adn. 383 adn. 399. 401. 410. 436. 510. 522. 539. 547. 574. 582. 583. 589. 611. 614. 637.

b) p. 262.

فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن فاعلاتن مستفعلن فاعلن

— ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — — | — ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ —

B. p. 263.

فاعلاتن مستفعلن فاعلن فاعلاتن مستفعلن فاعلن

— ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — | — ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ —

Scholia p. 778.

C.

a) p. 263.

فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن مستفعلن

— ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — — | — — ◦ —

Scholia p. 252.

b) p. 264.

فاعلاتن مستفعلن فاعلاتن فعولن

— ◦ — — | — — ◦ — | — ◦ — — | ◦ — —

XI.

متقارب

ضرب 5 عروض 2

A.

a) p. 281.

فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن

◦ — — | ◦ — — | ◦ — — | ◦ — — | ◦ — — | ◦ — — | ◦ — — | ◦ — —

Carm. P. ١٣٧. ٣٢٩. ٣٥٢.

NB. Postremus pes hemistichii prioris saepissime ∘— est.

P. ۲۱. ۴۵. ۵۱. ۱۸۱. ۱۸۴. ۱۹۳. ۲۵۴. ۲۷۷. ۳۳۰. ۳۵۰. ۳۸۱. ۴۳۸ adn. ۴۱۵. ۴۸۵. ۵۰۷. ۵۱۵ adn. ۶۶۷ adn. ۸۱۱.

b) p. 281.

فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولْ

∘—— ∘——|∘——|∘——|∘——|∘——|∘——|∘—

c) p. 281.

فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعل

∘——|∘——|∘——|∘——|∘——|∘——|∘——|∘—

NB. Postremus pes hemistichii prioris saepissime فَعْلْ ∘— est.

P. ۱۲۱. ۲۰۹. ۲۲۱. ۲۷۷. ۲۸۷. ۳۱۹. ۳۰۹ ۳۶۲. ۴۹۷. ۵۳۹. ۶۴۷. ۶۶۸. ۷۳۰ ۷۱۸. ۸۲۲.

P. ۴۹. ۶۳. ۶۴. ۶۳ adn. ۶۵. ۱۱۸. ۱۸۵. ۲۰۱. ۲۱۴. ۲۷۰ adn. ۲۷۴ ۳۶۱. ۳۶۲. ۳۷۴. ۳۸۲ adn. ۴۸۸. ۵۴۸. ۵۵۰ ۵۵۴. ۵۲۱. ۵۹۷. ۶۰۷. ۶۲۲. ۶۳۷. ۶۸۵. ۷۱۱. ۷۲۳. ۷۳۹.

d) p. 282.

فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فعولن فَلْ

∘——|∘——| ——|∘——|∘——|∘——|∘——|—

P. ۸۲۱.

B.

فعولن فعولن فَعَلْ فعولن فعولن فَعَلْ

∘——|∘——|∘—|∘——|∘——|∘—

Homoioteleutorum species.

I.

متكاوس p. 303.

Efficitur quatuor litteris motis inter duas quiescentes ex. gr. vocibus الالاْهُ تَجَبَّرْ.

II.

متراكب p. 304.

Efficitur tribus litteris motis inter duas quiescentes ex. g. vocibus مكروهة صَدَقًا

III.

متدارك p. 305.

Efficitur duabus litteris motis inter duas quiescentes ex. gr. voce يَزورُقا

IV.

متواتر p. 305.

Efficitur unâ littera motâ inter duas quiescentes ex. gr. voce احْرَار.

V.

مترادف p. 306

Efficitur duabus litteris quiescentibus ex. gr. voce لَوْنَيْن.

CORRIGENDA

in textu Hamasae.

P. ٣ l. 32. Vox يحسن, quae ut in Tebrisii codice sic in Merzukii esse videtur, in codice Tebrisii a seriore manu in vocem لحسن mutata est. Beatus de Sacyus بحسن legendum putavit.
P. ۴ l. 11. Loco vocis وهي lege وهم.
„ ٥ — 11. — محذوف — لحذوف.
„ ٥ l. 24. In codice Mersukii legitur في اللفظ او التقدير confer beati de Sacyi Anthol. Gram. p. 463.
„ ٦ — 4. Loco vocis مازن lege بنى مازن.
„ — — 8 — شديدة — شديدة.
„ ٩ — 13 — بينهما — ثانيهما.
„ ٩ l. 28 Pro ان عسى in Mersukii codice لان عسى legitur.
„ ١٠ — 11 — كانوم legas كانو م.
„ ١٠ l. 19 Pro كشفه in Mersukii codice كشف عنه واظهره legitur.
„ ١١ l. 25 Loco vocis البيت lege البيت.
„ ١٢ — 30 — الخير — الخبر.
„ — — 15 — لحرب — الحرب.
„ ١٣ — 20 — بفعله ان — بفعله.
„ ١۴ l. 12 legas الوَقْبى.
„ ١۴ — 14 Loco vocis وحفظته lege حفظته.
„ — — 21 — — امكنتهم.
„ — — 25 — بايديهم.
„ ١٥ — 27 — محفص — محفص.
„ ١٦ — 12 — كانطلق — فانطلق.
„ ١٧ — 20 — ماء — ماءا.
„ ١٨ — 27 — تُوضح — تُوضح.
„ ٢٠ — 1 — الحمر — الجمر.
„ ٢٢ l. 12. In codice Mersukii sic legitur:
كرهوا ان يسكن فحيل فجعلوا من اصله التحويل.
P. ٢٢. l. 16 Loco vocis لى lege فى.
„ — — 20 — واغنقو — واعنقو.
„ ٢٣ — 9 Loco voc. المستفهم — المستفهم عنه
„ — — 10 — تفول — تقول
„ ٢۴ — 29 — قتيانهم — فتيانهم
„ ٢٥ — 7 — عفيل — عقيل
„ — — 19 — وكال العقيليين — وكال للعقيليين
„ ٢٦ — 5 — جالد — خالد
„ ٢٧ — 1 — مالى — ما لى
„ — — 8 — كعَدْنان — كعَدْنان
„ — — 27 — وتوسعوا — وتوسعو
„ ٢٨ — 2 — وهو جيش — وهو فى جيش
„ — — 4 — خُبْنَا — جُبْنَا
„ — — 25 — فواجدة — فواحدة
„ — — 26 — الواحده — الواحدة
„ ٢٩ — 24 — لحصومة — الخصومة
„ — — 5 — الجنان — الخنان
„ — — 6 — يجعله — يجعله
„ — — 10 — نتويها — تنوبها
„ — — 15 — مخصوما — مخصوصا
„ ٣۴ — 26 — وخذف — وحذف
„ ٣٦ — 25 — ففال — فقال
„ ٣٦ — 21 — الاكلّ — الاكلى
„ ٣٧ — 29 — هانين — هاتين
„ ٣٨ — 5 — اغياهم — اعياهم
„ ٣٩ — 8 — هر — هو
„ ۴٠ — 24 — تحرسه — يحرسه
„ ۴٢ — 4 — منعى — معنى
„ — — 20 — شدة — شدّه
„ ۴٩ — 11 — كمل — كما
„ — — 22 — وماء — وماءا

P. — l. 31 Omissa voce بسبيل in codice Mersukii فيعتقد legitur.

,, ٥١ — 21 Loco vocis وتحلول legas فتحلول

,, ٥٣ — 13 — النطبات — النطبات فيها

,, ٥٤ — 5 — خاءلة — جاءلة

,, ٥٥ — 8 — تبقى فيه — تبقى منه

,, · — 10 — يريد — تريد

,, ٥٦ — 22 — أنجزم — انجزم

,, — 27 — نجيد — تحيد

,, ٦٠ — 14 — الصرب — الضرب

,, ٦١ — 25 — لبصربها — لبضربها به

,, ٦١ — 29 — يا اباة — يا ابة

,, ٦٢ — 17 — يعنى — يعنى

,, ٦٣ — 12 — ى والتولى — فى التولى

,, ٦٤ — 26 — جصينه — حصينة

,, ٦٧ — 18 Loco vocis بن تيم — من تيم

,, — — 22 — لانه لا كالفرة — لانه كالفرة

,, ٦٨ — 13 — واشوس — والشوس

,, — — 10 — جواب — وجواب

,, ٧٣ — 25 — زبد — زبدا

,, ٧٦ — 11 — الارمنى — الارمنى

,, ٧٧ — 27 — — زهدم

,, ٨٠ — 21 — بينها — بينهما

,, ٨٤ — 12 — للاعده — للاعداء

,, ٨٥ — 10 — مالة — ما له

,, — — 26 — وعان — وعاو

,, ٨٦ — 17 — ورجعها الى — ورجعها الى

,, — — 24 — فاخرخت — فاخرجت

,, ٨٧ — 2 — يخرج — يخرج

,, — — 12 — اصطبحت in Mersukii codice شربت legitur.

,, ٩٠ — 1 Pro بعدتاى legas بعدت.

,, ٩٠ — 4 Loco vocis الجذاة legas الجذاة

,, ٩٣ — 18 — استعمال — الاستعمال

,, — — 25 — تغاديكم — تغاديكم

,, ٩٤ — 15 — لانا نعريها — لانا لا نعريها

,, — — 28 — مكبوه — مكبّره

,, ٩٦ — 16 — النّفس — النّفس

,, ٩٩ — 2 — لا نباتا — ولا نباتا

,, — — 19 — روسها — رووسها

,, — — 25 — وطاتها — وطاته

,, ١٠٠ — 15 — يرضى — يرضى به

,, ١٠١ — 15 — لا تبين — لاتبين

,, ١٠٢ — 9 — هده — هذه

,, — — 4 — أَلمثنى — المُثنّى

P. ١٠٣ l. 13 — الحجاج — الحجاج

,, — — 16 — الى — الى

,, ١٠٥ — 12 Loco vocis أعدُونى legas أعدُونى

,, ١٠٦ — 16 — والعرض — والغرض

,, ١٠٧ — 13 — قان — فان

,, ١٠٩ — 14 — دناءته دَناءَته — دناءته

,, ١١٥ — 5 — تحرقونا — تحرقون

,, ١١٦ — 27 — فيرعى — فيرغى

,, ١١٨ — 3 — ثم — ثم قل

,, — — 17 — الافوف — الانوف

,, — — — — وذم — وزم

,, ١٢١ — 19 Pro يواخذ كلهم — يواخذوا كلهم

,, ١٢١ — 26 Loco vocis قومُه — قومه

,, ١٢٤ — 13 Legas تقول على هذا لمن ولده

,, — — 14 — هو عباسى

,, — — 18 — دغفلا

,, ١٢٦ — 24 Loco vocis قل legas قال

,, ١٢٧ — 22 — تُظاهِرُ et تُظَهِّرُ legitur

,, ١٢٨ — 8 — تدعب legas تذهب

,, — — 20 Pro لاضاقته, quod in codice nunc est, autea لاضاقة fuisse videtur, quod praeferendum puto.

,, — — 22 Loco vocis معاذ legas معاد

,, ١٣٠ — 9 — قُطوفها — قطوفها

,, — — 14 — لكن — لكى

,, — — 23 — معلّق — معلّق

,, ١٣١ — 1 legas بيّت

,, ١٣١ — 6 Pro ربما — وربما

,, ١٣٢ — 12 — سيط — سبط

,, ١٣٦ — 6 — هجر ان — هجران

,, ١٣٧ — 5 — فاحريتها — فاجريتها

,, ١٣٩ — 25 In Mersukii codice انا شارف فريسته legitur, quod praefero.

,, ١٤٠ — 17 Loco vocis تَذْكُرٌ legas تَذَكُّرَ

,, ١٤١ — 8 — الختن — الختن

,, ١٤٢ — 16 — البيت — البيت

,, — — 20 — واضافه — واضافة

,, ١٤٣ — 27 — فتغلبهم — فتغلبهم

,, ١٤٥ — 5 — مجيئه — مجيئه

,, — — 20 — يقال — يقول

,, — — 23 — قوله — قول

,, ١٤٦ — 1 — طَربا — طَرِبا

P. ١٤٧ l. 6 Legas وتجوز
„ ١٤٨ — 17 Loco vocis عند legas من عند
„ ١٤٨ — 27 Loco vocis حدمت legas حمدت
„ ١٤٩ — 12 — بقول — تقول
„ ١٥٠ — 4 — خسبتهم — حَسِبْتُهم
„ ١٥٣ — 10 — فاخدت — فاخذت
„ ١٥٤ — 16 — يلحقهم — يلحقكم
„ ١٥٥ — 2 — ابرثك — أبرثك
„ — — 14 — خصم — خصم
„ ١٥٦ — 16 — يامرون — كانوا يامرون
„ ١٥٩ — 11 — قصير — قصير
„ — — 22 — سعد بن هذيم — سعد هذيم
„ ١٦٠ — 11 — فى ثنية — من ثنية
„ — — 23 — حابر — جابر
„ — — 24 — حذيمة — جذيمة
„ ١٦١ — 21 — الخناح — الجناح
„ ١٦٢ — 8 — كافو — كانو
„ ١٦٢ — 13 Pro voce بدل in Mersukii codice بدل عليه legitur, dum vox عليه inter lineas addita est. Hoc mihi praeferendum videtur.
„ ١٦٣ — 9 Loco vocis روية legas روبة
„ — — 10 — أسب — اشب
„ — — 17 — عرينهم — عَرِينِهِم
„ — — 29 — جارهُم — جارهُم
„ ١٦٤ — 17 — ودخولهم — ودحولهم
„ ١٦٥ — 25 — انفسنا — انفسها
„ — — 28 — الحميو — لحمير
„ ١٦٦ — 12 — يهجاجنا — يهجاجن
„ ١٦٧ — 11 — الماصى — الماضى
„ — — 18 — وجل — وحل
„ ١٦٩ — 10 — تصاممت منه — تصاممت عنه
„ — — 21 — يولغ — يولع
„ ١٧١ — 12 — علی — على
„ ١٧٣ — 26 — عفيف — عنيف
„ — — 13 — لمالكه — لماله
„ ١٧٦ — 18 — تجمع — جمع
„ ١٨٠ — 21 — ومن نحر — ونحر
„ ١٨١ — 15 — انتقامُهُ — انتقامُهُ
„ — — 23 — بنفس — ونفس
„ ١٨٢ — 17 Pro voce تجسيس in Mersukii codice تجسس legitur, quod praeferendum est.
„ ١٨٣ — 24 Loco voc. فلم تبق leg. فلم تبق فيه

P. — l 29 Loco vocis هواليا legas هوا ليا
„ ٨٣ — 6 — فعد - قد
„ ١١٨٦ — 15 — جبنى - جنبى
„ — — 21 — وثعلب — ويغلب
„ — — 21 — ثنى — بنى
„ ١٨٧ — 20 — دعاء خير — رعاء خير
„ ١٩٣ — 27 — بجوفان — بجوفان
„ ١٩٤ — 14 — يذكر — يذكر فيه
„ — — 28 — كانه — لانه كانه
„ ١٩٥ — 11 — بعضة — بغضة
„ — — 16 — ترزب — تزرب
„ — — 27 — شاعيا — شاعبا
„ ١٩٦ — 6 — بيد — بعيد
„ — — 9 — فلا — افلا
„ — — 19 — نال — زال
„ ١٩٨ — 8 — يجوز — يجوز
„ — — 27 — خصهن — خصهم
„ ٢٠٠ — 21 — قرواح — قرواح
„ ٢٠١ — 2 — واى — اى
„ ٢٠٣ — 21 Pro انتزلها — اتنزلها
„ ٢٠٦ — 21 Pro معاوية شداد — معاوية بن شداد
„ — — 24 — شنوة — شنوءة
„ ٢٠٧ — 7 — خسيب — خشيب
„ — — 8 — احشب — اخشب
„ ٢٠٩ — 24 — اذا — اذ
„ ٢١١ — 18 — المتحكم — ليتحكم
„ — — 24 — اختبهم — اختبهم
„ ٢١٢ — 11 — يجهر — يجهز
„ — — 21 — تجهير — تجهيز
„ ٢١٣ — 24 — بالذين — بالدين
„ ٢١٥ — 12 — تطامعا — تطعما
„ — — 20 — تنفكى — ينفكى
„ ٢١٧ — 1 In codice Mersukii melius legitur: او اعان عليه ولا تقعد عن نصرته والانتصار له.
„ — — 17 In codice Mersukii الذى يتم عن.
„ ٢١٨ — 2 Loco vocis عليم legas عليهم
„ — — 21 — اشقفاق — اشتقاق
„ — — 24 — باس — باس
„ ٢١٩ — 6 — لها لك — لهالك
„ — — 18 — تعجلهم — وتعجلهم
„ — — 27 — بجوز — يجوز
„ ٢٢٠ — 25 — وملاء — وملاءا
„ — — 26 — والتهبية — والتهيئة

P. ٣٢١ l. 4 In Mersukii codice melius legitur: على انه مصدر مما دل etc.
,, ٣٢٥ — 4 Loco vocis معوطوفا legas معطوفا
,, ٣٢٦ — 11 — يقعس — يقْعس
,, — — 16 — الالبتاس — الالتباس
,, — — 24 In codice Mersukii melius legitor: لفظه معرفة.
,, — — 25 Loco voc. كذلك فى leg. كذلك كان فى
,, ٣٢٧ — 1 — الشيح — انشيخ
,, — — 10 — ايصا — ايضا
,, — — 19 — لابن — لابى
,, — — 21 — عبة — عبد
,, ٣٢٨ — 13 — انيها — فيها
,, ٣٣٠ — ٢٨ — هدا — هذا
,, ٣٣٢ — 12 Pro هدبة بن خشرم in Mersukii codice بشر بن ابى العبسى legitur.
,, ٣٣٣ — 6 Loco voc. القيط leg. القيظ
,, — — 10 — ينصبح — ينصبح
,, ٣٣٤ — 9 — رهط قومه — رهط من قومه
,, ٣٣٦ — 24 — فناكحوه — فناكحوهم
,, ٣٣٦ — 30 — ينصرف — تنصرف
,, ٣٣٧ — 23 — صَذْرِى — صَذْرِى
,, — — 25 Pro ينقصد in Mersukii codice ينغصد legitor.
,, ٣٣٨ — 4 Loco voc. النلذذ leg. التلذذ
,, ٣٣٩ — 14 — يعزو — يغزو
,, ٣٤٠ — 12 — واستغاثه — واستعانه
,, ٣٤١ — 1 — صثبل مصمثلة — صثيل مصمثلة
,, — — 8 — الليث — الليت
,, — — 19 — والاسراع — الاسراع
,, ٣٤٢ — Pro اشار اليه melius cum Mersukio اشار به legendum puto.
,, ٣٤٣ — 14 Loco voc. دل leg. دل عليه
,, ٣٤٤ — 2 Pro يجرده melius in codice Mersukii يجرد legitor.
,, ٣٤٥ — 4 Loco voc. سرا leg. شرا
,, — — 19 Pro قليل للقليل in Mersukii codice قليل القليل legitur.
,, — — 27 Loco voc. يماصعه leg. يماصعه صفة
,, ٣٤٦ — 22 Pro اللازم in Mersukii codice melius الملازم legitur.
,, ٣٤٧ — 1 Pro يكد in Mersukii codice melius يكدر legitur.
,, ٣٤٨ — 8 Loco vocis متدارك, quae in codice est legas متواتر.
,, — — 14 Loco vocis فى النكرات legas الا فى النكرات quamquam in codice فى النكرات est.

P. ٣٥٠ l. 16 Loco vocis خلفنا legas اذا خلفنا
,, ٣٥٠ — 17 — بلا لبن legas بها لبن
,, — — 23 — مبتداء — مبتداءا quamquam مبتداء in codice est.
,, ٣٥٢ — 14 Loco voc. الرحان leg. الدهان
,, — — 26 Pro يالكنة — بالكنة
,, — — 27 Pro يناجزها — in Mers. اناجزها bene.
,, ٣٥٣ — 8 Loco voc. الخدج leg. الخدج
,, ٣٥٤ — 29 — بغن — يفن
,, ٣٥٥ — 21 — على على الفواد — على الفواد
,, ٣٥٧ — 12 — ان تصم — اى نصم
,, — — 25 — يصعه — يصعه
,, ٣٥٩ — 9 — حمع — جمع
,, — — 18 — العسن — انغسن
,, ٣٦٠ — 12 — حميد — وحميد
,, ٣٦١ — 22 — قالو — قال
,, ٣٦٢ — 16 Pro اغويتنى, quod in Tebrisii codice legitur, beatus de Sacyus اغربتنى iovenit, quod rectum esse puto.
,, ٣٦٤ — 7 Loco vocis رفيده legas رفيدة
,, ٣٦٥ — 14 — المحمل — المحمل
,, ٣٦٧ — 14 — يجتمل — يحتمل
,, ٣٦٨ — 27 In codice est احد وجهين; sed in Mersukii codice الوجهين.
,, ٣٦٩ — 9 Loco vocis مَنشَرا legas مُنَشَّرا
,, — — 18 — يَواسِلِ — بَواسِلِ
,, ٣٧٠ — 6 — legas غُبْرٌ
,, — — 16 Loco vocis الثناء in Mersukii codice النداء legitur, quod praefero.
,, ٣٧٠ — 26 Pro vocibus غير شاعر المذكور, quae in codice sunt, beatus de Sacyos شاعر aut غير الشاعر المذكور aut غير المذكور legendum putat, cui adsentior.
,, ٣٧١ — 18 Loco vocis بريساق legas برياستى
,, ٣٧٢ — 14 — اخوك — اخوك اخوك
,, ٣٧٣ — 10 Loco verborum خبرا الجملة in Mersukii codice جزاء الجملة legitor.
,, — — 12 Loco vocis مَلّى legas مَلِيٌّ
,, ٣٧٥ — 5 — أبينيك — أبينيك
,, ٣٧٦ — 7 — مذارى — عذارى

P. ٢٧٧ l. 27 Loco vocis انتاخت, quae in Tebrisli codice est, cum Mersukio انتاحت praeferendum puto.

„ ٢٧٨ l. 13 Tam بالفضاء quam فى الفضاء legitur.

„ ٢٧٨ l. 21 Loco vocis حافزة legas حافرة

„ ٢٧٩ l. 5 — مرة — مرّة

„ — l. 6 — فالمعمى — فالمعنى

„ ٢٨٠ l. 25 — يخنى — يخنى

„ — l. 25 Pro صالح legas صالحى quod in codice Tebrisii subscriptum in codice Mersukii quoque legitur.

„ — l. 27 Loco voc. يتباجحون leg. يتجحون

„ ٢٨٤ l. 25 — وحذمت — وجذمت

„ — l. 26 — واللة — والله

„ ٢٨٥ l. 4 — حبال — جبال

„ — l. 5 Loco vocis تخلف in Merzukii codice تكلف legitur.

„ — l. — Loco vocis بقتح legas بفتح

„ ٢٨٦ l. 26 — رجيت — ورجيت

„ — l. 28 — يرجينها — ترجينها

„ ٢٨٧ l. 6 — واتباعها — واتعابها

„ — l. 17 — يقول — تقول

„ ٢٨٨ l. 16 Legas وانشادُ بعضِهم

„ — l. 24 — غزّا — عزّا

„ ٢٩٠ l. 2 — اعطينا كموه — اعطيناكموه

„ ٢٩٢ l. 11 — تقسيره — تفسيره

„ ٢٩٤ l. 5 — كانت طى lego كانت بين طى quamquam in codice كانت طى est.

„ ٢٩٦ l. 23 Loco voc. بعيد الحل leg. بعيد المحل

„ ٢٩٧ l. 24 — الدى — الذى

„ ٢٩٨ l. 18 — خشّ — خشّ

„ ٣٠٠ l. 1 — كان — وكانّ

„ — l. 8 — ما لا — مالا

„ — l. 9 — الشثين — الشيثين

„ ٣٠١ l. 15 — ونقص — ونقص

„ ٣٠٣ l. 28 — فقتل — فقتل

„ ٣٠٥ l. 16 — آستطيع — أستطيع

„ — l. 28 — فيا تلفون — فياتلفون

„ ٣٠٦ l. 1 — نبعض الخلاف lego cum Mers. لبغض الخلاف

„ — l. 2 legas مخصت ومُخصت ومخصت

„ — l. 4 Loco vocis لشهبة legas الشهبة

P. ٣٠٦ l. 19 Loco vocis فقلبها legas فقبلها

„ ٣٠٧ l. 1 legas وجهَه

„ ٣١٥ l. 2 Loco voc. فسا صدّق leg. فساصدّق

„ — l. 17 — حذع — جذع

„ ٣٢٠ l. 6 — خازم — حازم

„ ٣٢٢ l. 25 — جرها — حرها

„ — l. 26 — بجتلين — بمختلين

„ ٣٢٨ l. 4 Pro للتخصيص lego cum Mersukio للتحصيص.

„ ٣٣٢ l. 25 Loco vocis فاعل legas فاعل

„ ٣٣٢ l. 25 — الخطيب — لخطيب

„ ٣٣٧ l. 4 — بالكفرة — الكفرة

„ — l. 21 — لفظه — لفظة

„ ٣٣٨ l. 26 — رباجه — رباحه

„ ٣٤٠ l. 14 — اجلالا — اجلا لا

„ ٣٤٣ l. 23 Pro يقول lego تقول

„ ٣٤٦ l. 24 Pro تعليقها lego تعليفها

„ ٣٤٧ l. 5 Loco vocis انهم legas ايّهم

„ ٣٥٠ l. 9 — الِ — الِ

„ ٣٥١ l. 2 — مِن آبَنِي — مِن ابْنى

„ ٣٥٣ l. 8 — الذحول — الذحولا

„ — l. 20 — مذها — منها

„ ٣٥٥ l. 22 — اغطمه — أعظمه

„ ٣٥٩ l. 9 Pro كنتَ lego كنتُ

„ — l. 12 Loco vocis يجعل legas ويجعل

„ ٣٦٠ l. 23 — اخسر — انحسر

„ ٣٦٣ l. 18 Pro تغيّض lego تغيّظ

„ ٣٦٤ l. 1 Loco voc. المصروب legas الضروب

„ ٣٦٦ l. 12 Pro بذكرها lego بذكرهما

„ ٣٦٧ l. 11 Loco voc. لشيثى legas لشيثين

„ — l. 28 — يرى — نرى

„ ٣٦٨ l. 6 Pro ولان lego cum Mersukio لان

„ — l. 18 Loco voc. ولاكنة legas ولاكنه

„ ٣٧٠ l. 15 — صب الدمع — صب الدم والدمع

„ — l. 23 — غظم — عظم

„ — l. 28 — لاقرع — الاقرع

„ ٣٧٢ l. 22 — غيا — غير

„ ٣٧٣ l. 4 — التناوح والتقابل — التناوح التقابل

„ — l. 13 Pro كانهم lego لانهم ex Mers.

„ — l. 28 Loco vocis يلد legas بلد.

„ ٣٧٤ l. 29 legas تقدم المعطوف على المعطوف عليه

P. ۳۷٥ l. 22 In Mersukio legitur فذكر اليوم
والامس لاتصال الوقتين
„ ۳۷٦ l. 14 Loco vocis الشفيق legas الشقيق
„ ۳۷۷ l. 19 — فهتمت — فهتمت به
„ — l. 24 — ابو اوفى — ابا اوفى
„ ۳۷۸ l. 19 — وفوله — وقوله
„ ۳۸۰ l. 2 — انه — انا
„ — l. 10 — لحيى — يحيى
„ ۳۸۱ l. 9 — وقولة — وقوله
„ — l. 9 Pro قدّرو لقتلَ In Mersukii codice قُدّروا للقتْلِ legitur.
„ — l. 16 Loco vocis فَأَمَّا legas فلمّا
„ — l. 21 Deleas اى
„ — l. 23 Loco vocis فإنَّ legas فانّا
„ ۳۸٦ l. 14 — لمهن — لمهم
„ — l. 22 — لطيفه — لطيفة
„ ۳۸۷ l. 1 — صاجبكم — صاحبكم
„ — l. 3 Pro يرفعه lego ترفعه cum Mers.
„ — l. 6 Pro وَجِهَةٌ legas وِجْهَةٌ
„ ۳۸۸ l. 10 Pro مفعول lego مفعول ثان cum Mersukio.
„ — l. 20 Pro قولهم legas قوله
„ — l. 26 Loco voc. الباعى — الناعى
„ ۳۸۹ l. 25 — الغزاة — والغَزَاة
„ ۳۹۰ l. 1 — الجِياة — الحَياة
„ — l. 15 — بالزندقه — بالزندقة
„ ۳۹۱ l. 12 Pro وكما lego كما cum Mers.
„ — l. 13 Pro لا يملاء به legas لا يملاء انما يلاء به
„ ۳۹۲ l. 19 Pro خد lego لحد cum Mersukio
„ ۳۹۳ l. 21 Pro لانه lego كانه cum Mers.
„ ۳۹۴ l. 4 Pro محالة legas لا محالة
„ — l. 20 Loco vocis نصب legas نصبا
„ ۳۹٥ l. 12 — وسول — رسول
„ ۳۹٦ l. 17 Loco vocis التبلغ legas التبلع
„ ۳۹۹ l. 4 — قالل — قال
„ — l. 24 — والاخلاف — ولا خلاف
„ ۴۰۰ l. 1 Vox يجيب duplici modo يُجِيبُ aut يَجِيبُ efferri potest.
„ — l. 4 Pro صداءا in Mersukii codice اصداءا legitur.
„ ۴۰۱ l. 6 Pro العطاء lego in Mersukii codice العطايا, quod praeferendum est.

„ — l. 25 Pro فاعلة lego فاعله
„ — l. 26 Loco vocis مفعولة legas مفعوله
„ ۴۰۴ l. 2 — فى الخط — على الخط
„ — l. 8 — او احد — اواحدٌ
P. ۴۰٦ l. 2 Pro الغطلمس lego الغطمش
„ — l. 19 Loco vocis وَصيفيًا legas وُصَيْفِيًّا
„ ۴۰۷ l. 24 — ان دعيت — اى دعيت
„ ۴۰۸ l. 2 — لان — لانه
„ ۴۰۹ l. 20 — فاقد — فلقد
— فتحزع — فتجزع
„ ۴۱۰ l. 13 — لفظه — لفظه
„ ۴۱۱ l. 15 — عمر وزعمت — عمرو زعمت
„ ۴۱۳ l. 4 — ويجوز — ويجوز
„ — l. 6 — الون — الوى
„ ۴۱۴ l. 21 — معاوير — مغاوير
„ ۴۱٥ l. 2 Pro ثابت lego ثائب cum Mersukio.
„ — l. 3 Pro اذا قلت lego وانا قلت cum Mersukio.
„ — l. 12 Pro امربص legas امريض
„ ۴۱٦ l. 1 Loco vocis تخيس legas تخيس فى
„ — l. 8 — الرجمل — الرجل
„ ۴۱٦ l. 25 — للحطيئة — للحطيئة
„ ۴۱۷ l. 16 — ننصره — ينصره
„ — l. 22 — الحجناء — ابو الحجناء
„ ۴۱۸ l. 18 — ومنتظرا — منتظرا
„ ۴۱۹ l. 14 — ان ان — ان
„ ۴۲۱ l. 26 Loco verborum قد قال, quae in codice sunt, metri causa قد قاله
„ ۴۲٥ l. 14 Loco vocis فيا legitur ويا
„ ۴۲۸ l. 17 Pro بحلوان in Ebn-Challikani opere ببردعة legitur.
„ ۴۲۹ l. 25 Loco voc. يعتابونك legas يغتابونك
„ ۴۳۰ l. 11 — الامر — الاصل
„ ۴۳۱ l. 1 — لَلْهَفَة — للهفة
„ — l. 14 — الحمع — الجمع
„ ۴۳٥ l. 10 — رمج — رهج
„ ۴۳٦ l. 6 Dele semel voces ما خف.
„ ۴۳۷ l. 4 legas منبثكم
„ ۴۳۷ l. 7 Pro ى legas فى
„ — l. 13 Pro تُخَرُّ, quod in Tebrisii codice legitur, Mersukius تُجْرِ habet, dum in margine تجز. est. Mersukii legendi modum praeferendum puto.

P. — l. 17 Loco vocis واحرى legas واخرى
„ ٤٣٨ l. 17 Pro فيهم legas فيه quod in Mersukii codice.
„ — l. 23 Pro اسماء, quod in codice est, legas اسماء
„ ٤٤٠ l. 22 Pro بلسقيا legas بالسقيا
„ ٤٤١ l. 5 Pro مَنَ — مَنْ
„ ٤٤٣ l. 2 Loco vocis عيبّة — عيبَة
„ — l. 9 Pro الوغ quod in codice est legas الوغا
„ ٤٤٤ l. 2 Pro جملة في. quod in codice est, lego cum Mersukio هو جملة
„ ٤٤٥ l. 12 Pro سغيا legas سقيا
„ ٤٤٦ l. 7 Pro لمنخفض legas بمنخفض
„ ٤٤٩ l. 4 Loco vocis لخنساء legas الخنساء
„ — l. 25 — وبادراع — بادراع
In codice legitur بلسياف وادراع; sed voci باسياف superscriptum est مقدم.
„ ٤٥١ l. 8 Loco vocis وحاء legas وجاء
„ — l. 22 Loco vocis ممر in codice Tebr. lego ممر, ut in Mersuk.
„ — l. 23 Vocem قل post vocem كانه transponas
„ ٤٥٣ l. 1 Loco vocis الآَ legas الآ
„ — l. 8 — بعضه — بغضه
„ ٤٥٤ l. 25 — اصيبت — اصبت
„ ٤٥٥ l. 17 Pro شعل القلب lego شغْل القلب
„ ٤٥٦ l. 6 Pro لغو lego لغوا cum Mersukio.
„ — l. 8 Loco vocis سَلْقى legas سلقىْ
„ ٤٥٧ l. 3 Pro صريح الموت legas صريخ الموت
„ ٤٥٨ l. 15 Loco voc. تعكى — تغدى
„ ٤٥٩ l. 9 — الّالاة — الّالاءة
„ ٤٦١ l. 15 Pro الدين lego cum Mersukio للدين
„ ٤٦٧ l. 5 Loco vocis غدا legas غدا
„ — l. 6 — نثايه — ثنايه
„ ٤٦٩ l. 2 — فندعب — فتذعب
„ ٤٧٢ l. 9 — كالغرض — كالعرض
„ ٤٧٦ l. 22 — عيبا — عيبا
„ ٤٧٧ l. 24 — فكلن — فكان
„ ٤٧٩ l. 10 — باستمالها — باستعمالها
„ ٤٨٠ l. 7 Pro خبر لو mallem جواب لو
„ ٤٨١ l. 3 Pro يأتمر legas يأتمر
„ ٤٨٢ l. 25 Pro والقتل — والفتل
„ ٤٨٣ l. 17 Pro الاضفة — الاضافة

P. ٤٨٤ l. 1 Loco vocis الحرب legas الحزب
„ ٤٨٥ l. 25 — عجيذتها — عجيزتها
„ — l. 26 — واويا — وا ويا
„ ٤٨٦ l. 14 — وقال — وقالو
„ ٤٨٧ l. 17 — رزو — رزْ
„ ٤٨٨ l. 15 — تستعمل — يستعمل
„ ٤٨٩ l. 22 — عندلية — عند لية
„ ٤٩٠ l. 5 — من قصصت الحديث — etc. ومن
„ ٤٩٢ l. 10 — دواء — دواة
„ ٤٩٥ l. 17 — بها — بما
„ — l. 18 — لذين — الذين
„ ٤٩٧ l. 7 — شقيقة — شفيقة
„ ٤٩٨ l. 20 — وقا — وقال
„ ٥٠٠ l. 25 Pro استنيرها — استثيرها
„ ٥٠٢ l. 5 Pro مترفت — مترقب
„ — l. 16 Loco vocis تصبر — تصبير
„ — l. 22 Pro فاعقل lego cum Mersukio معنى فاعقل.
„ ٥٠٥ l. 14 Pro بن حابر scribendum est ابن جابر
„ ٥٠٦ l. 9 Loco vocis محتفيا legas مجتنيا
„ ٥١٤ l. 11 — الحريض — الحريص
„ ٥١٨ l. 14 — انركاب — الركايب
„ ٥٢٣ l. 6 — بله — ابله
„ — l. 15 — النفاحة — النفاخة
„ ٥٢٤ l. 24 — ان لم تمنو — ان تمنو
„ ٥٢٦ l. 13 — ولم تحسدكم — لم تحسدكم
„ ٥٢٧ l. 2 — نصبير — تصبير
„ — l. 18 legas احذر مواصلة اللئيم ومواخاته
„ ٥٢٨ l. 2 Deleas ومثله
„ ٥٢٩ l. 23 Pro منهما lego منها et pro الباب كله lego والباب كله cum Mersukio.
„ ٥٣٠ l. 12 Verba لما كان uncinis includenda sunt, quum in margine, ut pro voce يكون legantur, adscripta sint.
„ — l. 24 legas وجل
„ ٥٣٣ l. 3 Pro لاتتقن — لا تتقن
„ — l. 7 Loco vocis الترق — النزق
„ ٥٣٤ l. 11 Pro نُتنصف, quod in codice est, legas تَتنصف
„ — l. 12 Voces ظروف المكان, quae in codice Mersukii leguntur, correctae sunt in ظروف الزمان.
„ — l. 14 Pro يريد cum Mersukio نريد lego
„ ٥٣٩ l. 11 Pro وجالت legas وحالت
„ ٥٤٠ l. 24 Legas ان زيد اتانى اكرمته
„ — l. 27 Legas خبرا لا غير

P. — l. 28 Pro البيت legas البيت

„ ٥٤٠ l. 30 Cum Mersukio legas: قال هلا نفسها شفيعها

„ ٥٤١ l. 16 Pro برافع legas براقع

„ — l. 26 Pro تروها هامتى legas ترو هامتى

„ ٥٤٣ l. 21 Loco vocis يجددها legas يجددها

„ ٥٤٤ l. 18 Pro للبقين lego cum Mers. اليقين

„ ٥٤٦ l. 5 In codice Tebrisii بقيت; in codice Mersukii بقيت est, quod praefero.

„ ٥٤٧ l. 11 Pro لِمَرْضاته legas لِمَرْضاته

„ — l. 22 Loco vocis اتعبْتك — اتعبْتك

„ ٥٤٨ l. 18 — نفحات — نفحات

„ ٥٤٩ l. 26 — شعابها — شعابها

„ ٥٥٠ l. 19 — والكامة — والكلمة

„ — l. 20 — بدى — يدى

„ ٥٥١ l. 3 — ونها — ونهاه

„ — l. 21 — ولَم — ولَمْ

„ ٥٥٢ l. 1 — هيبة — هينة

„ — l. 14 — تجبا — عُجْبًا

„ ٥٥٤ l. 1 — لزيد — لذيذ

„ — l. 15 — أرمة — أرمّة

„ — l. 19 — اهكلت — اهلكت

„ ٥٥٨ l. 4 سمعتَ يسرَى— سمعتُ بُسْرَى—

„ — l. 26 — خَلّ — خلّ

„ ٥٦١ l. 9 Pro الخمرة cum Mersukio الخمر lego

„ ٥٦٣ l. 6 Pro اساوى legas اسارى

„ ٥٦٤ l. 24 Loco vocis غداه — غداة

„ ٥٦٥ l. 6 Pro كان لا in Mersukii codice كاد لا legitur.

„ — l. 8 Pro كانما in Mersukii codice كانها legitur.

„ — l. 15 Pro لقصمها legas لقمصها

„ ٥٦٧ l. 9 Pro وعزة — وعزة

„ — l. 15 Loco vocis كانت — كاتب

„ — l. 18 — سايرة — سايرة

„ ٥٦٨ l. 4 — يشيكين — يشتكين

„ ٥٦٩ l. 13 — اعلاء — اعلاه

„ ٥٧٠ l. 2 — مَنكَ — مِنْك

„ ٥٧٢ l. 1 — بقال — يقال

„ ٥٧٣ l. 23 — أننى — انّنى

P. ٥٧٤ l. 22 Loco vocis اللال legas اطلال

„ ٥٧٦ l. 6 — الانتباش — الانتياش

„ ٥٧٦ l. 20 — الويل — الطويل

„ ٥٨٠ l. 22 Scribendum est أآخر quamquam in codice أآخر est.

„ ٥٨١ l. 16 Legas واقبص

„ — l. 17 Pro مرضع legas موضع

„ ٥٨٣ l. 8 Loco vocis فتمينا — فتمنينا

„ ٥٨٣ l. 8 Pro مفعول شعرى lego مفعولى شعرى cum Mersukio.

„ ٥٨٤ l. 1 Pro وجرة legas وجرة

„ — l. 3 Loco vocis مربوبا — مربوب

„ ٥٨٥ l. 2 — والجوب — والجواب

„ — l. 5 — بابيها — بابيها

„ ٥٨٦ l. 8 — لم تخصبي — ام تخصبى

„ — l. 17 Legas مفعوله الاول et المراد ذلك

„ ٥٨٨ l. 19 Legas عامر بن سلمة, conf. p. ٥٩٠ l. 12.

„ ٥٩٠ l. 5 Loco vocis ترفق legas ترفّق

„ — l. 17 — بقول — يقول

„ — l. 19 — عليكَ — عليكِ legitur.

„ ٥٩٢ l. 1 Pro التلاقيا in Mersukii codice تلاقيا legitur.

„ ٥٩٣ l. 11 Pro يودى legas بودى

„ ٥٩٨ l. 1 Loco vocis الدى legas الذى

„ ٥٩٩ l. 11 Pro ايامى in Mersukii codice ايام

„ ٥٩٩ l. 16 Loco vocis صب legas نصب

„ ٦٠١ l. 20 Pro posteriore voce طورا in Mersukii opere حينا legitur.

„ ٦٠١ l. 11 Pro عاشق in Mersukii codice وامق legitur.

„ ٦٠٣ l. 4 Loco vocis عَيْنيكِ legas عَيْنيكَ

„ — l. 17 — للوم — اللوم

„ ٦٠٤ l. 2 — انى — الى

„ ٦٠٥ l. 19 — فراقهم — فراقهن

„ ٦٠٧ l. 21 — يقرق — يفرق

„ ٦٠٨ l. 8 — جاذبتها — جاذبتها

„ ٦٠٩ l. 10 — بادرة — باردة

„ ٦١٣ l. 1 Pro يريد lego يريد به ut in Mersukii codice.

„ ٦١٦ l. 2 Pro نجدة legas انجدة

„ — l. 3 Pro عمر — عمر بن

„ — l. 22 Pro بخير — بحير

P. ٦١٨ l. 5 Legendum est ولو لا اننى استحيى quamquam in codice vox لا omissa est.
„ ٦١٨ l. 11 Pro الجل legas الجبل
„ — l. 13 Loco vocis قصبة — قصبة
„ — l. 21 Pro verbis ولا كل ما تطيقه النفس يسهل دفعه in codice Mersukii legitur ولا كل ما لا تطيقه النفس او لا تنهض به يسهل دفعه
„ ٦٢١ l. 12 In codice Mersukii et eo, quem beatus de Sacyus inspexit, pro voce جعفر legitur جعفر.
„ ٦٢٢ l. 9 Voci نكبت seriore tempore signum Teschdid superscriptum est.
„ ٦٢٣ l. 17 Pro منة legas منه
„ — l. 20 Loco vocis لَمّ — لَمْ
„ ٦٢٤ l. 14 Pro verbis وعليلا يقتضى in codice Mersukii وقوله عليك يقتضى legitur.
„ ٦٢٥ l. 9 Pro يكو legas يكن
„ ٦٢٦ l. 23 Loco vocis رزها — رزها
„ — l. — — شديد — شديد
„ ٦٢٧ l. 19 — قربب — قريب
„ ٦٣٠ l. 7 — لزبنة — لزنية
„ — l. — Pro يصاهره et يخالطه legendum تصاهره et تخالطه ut in Mersukii codice.
„ ٦٣٢ l. 16 Pro مرزع legas مرزغ
„ ٦٣٣ l. 18 Pro يفتر — يفتر
„ — l. 23 In codice Mersukii legitur ربيته وربيته وتربيته بمعنى
„ ٦٣٥ l. 1 Pro المنادرة legas المنادرة
„ ٦٣٩ l. 1 Loco vocis والرواء — والرواء
„ ٦٤٠ l. 23 — الوحدة — الواحدة
„ ٦٤١ l. 14 — عذم — غذم
„ ٦٤٢ l. 19 — يتحاوزن — يتجاوزن
„ ٦٤٤ l. 10 — يعيث — يغيث
„ ٦٤٥ l. 11 — حصافة — حصانة
„ ٦٤٦ l. 10 — بريدون — يزيدون
„ — l. 13 — المرقفات — المرقفات
„ ٦٤٧ l. 1 — وفدام — وقدام
„ — l. 2 — يدمون — يذمون
„ ٦٤٨ l. 6 — ولا يعرى — ويعرى
„ ٦٥٠ l. 6 Verba لان تشقق قلبه delenda sunt.
„ — l. 9 Pro حدينكم legas حديثكم
„ — l. 15 Loco vocis بخفاف — بخفان
„ ٦٥١ l. 24 — اى — ان
„ ٦٥٣ l. 3 — حمع — جمع
„ — l. 7 — ميعدنا — ميعادنا
„ ٦٥٥ l. 13 — الوحوه — الوجوه
„ ٦٥٦ l. 11 — القدا — القذا
„ ٦٥٧ l. 17 — كسالملاحات — كالملاحات
„ ٦٥٨ l. 11 — وهو — وهم
„ ٦٦٢ l. 19 — اليصريين — البصريين
„ — l. 20 — عدا — غدا
„ ٦٦٣ l. 14 In codice Mers. تخدى; in codice Tebr. تحدى in يحدى correctum est.
„ ٦٦٤ l. 25 Pro يعد, quod in codice est, legas تعد.
„ ٦٦٥ l. 19 Pro وتختبرة legas ونختبره
„ ٦٧٢ l. 1 Pro ويسكن in codice Mersukii تسكن legitur.
„ — l. 12 Loco vocis لارب legas لازب
„ — l. 19 Pro لحصين Mersukii لحصين
„ — l. 24 Pro حرككم legas حركم
„ ٦٧٣ l. 24 Loco vocis قصاعة — قضاعة
„ ٦٧٥ l. 1 — تعترى — تغترى
„ — l. 3 In Mersukii codice ومعنى بوطئها وطا الابل legitur.
„ ٦٧٦ l. 13 Loco vocis حبدا legas حبذا
„ — l. 17 Loco verborum من اسم مضمر in Mersukii codice legitur هو اسم مضمر.
„ ٦٨٠ l. 13 Pro الى legas الى
„ — l. 19 Loco vocis تنطيف — تنظيف
„ ٦٨١ l. 9 — وعنيت — وغنيت
„ ٦٨٢ l. 9 Pro يبارك فيه — يبارك الله فيه
„ ٦٨٣ l. 2 Loco vocis النوكص — النكوص
„ ٦٨٧ l. 24 In Mersukii codice من كل شنعاء legitur, quod praeferendum est.
„ ٦٨٨ l. 8 Loco vocis تخذفت legas تحذفت
„ — l. 16 — خامصته — خاصصته
„ ٦٨٩ l. 6 — ترحو — ترجو
„ — l. 23 Pro تسترخى, quod in codice est, lego يسترخى.
„ ٦٩٠ l. 14 Loco vocis وانها legas وأنها
„ — l. 20 Pro ان زيدا منطلق in Mersukii opere melius وظننت ان زيدا منطلق legitur.

P. ٦٩٣ l. 1 Pro وانا, in codice Mersukii انا legitur.

„ ٦٩٥ l. 17 Pro خَطَبَاء legas خُطَبَاء

„ — l. 21 Loco voc. يتاكسسون — يتاكسسون

„ ٦٩٨ l. 8 — اذا — واذا

„ ٦٩٩ l. 13 — بنى بكر — بنى ابى بكر

„ ٧٠٠ l. 1 — عن الفحشاء in Mersukii codice على الفحشاء legitur.

„ ٧٠١ l. 7 Loco vocis فمو legas فهو

„ ٧٠٦ l. 12 — تانيبا — تابينا

„ ٧٠٧ l. 1 Quamquam in codice جُبَب invenitur, tamen جَبَب legendum puto.

„ ٧٠٨ l. 17 Loco vocis طَوى legas طَوِى

„ — l. 20 — بالهويبا — بالهوينا

„ ٧٠٩ l. 13 — معتَمًا — معتّما

„ — l. 24 — حتى — حتى تمنى

„ ٧١٠ l. 13 — ينهى — ينتهى

„ — l. 19 — محزه — videtur legendum مجره, ut in codice Mersukii est.

„ ٧١١ l. 1 Pro فما in codice Mersukii فلا legitur.

„ — l. 2 Pro لحياته legas لحياته

„ — l. 17 Loco vocis هامِهْمْ — هامهم

„ ٧١٣ l. 19 — مَرَابطَ — مَرَابِطُ

„ ٧١٤ l. 7 et 8 — ما يلين — مايلين

„ — l. 10 — عَقْد — عَقْد

„ — l. 15 — الخنا — الخنا

„ ٧١٩ l. 5 — صبابة — صبابة

„ ٧٢٠ l. 15 — اصاءت — اضاءت

„ ٧٢١ l. 12 — فرهها — افرهها

„ ٧٢٢ l. 9 Legas فان الشمع يزيّن

„ ٧٢٤ l. 24 Pro يستعمل legas تستعمل

„ ٧٢٥ l. 5 Loco vocis فوته — فوقه

„ ٧٢٦ l. 8 — تعرزا — تعززا

„ ٧٢٧ l. 13 Pro قدم cum Mersukio قدمت lego.

„ — l. 18 Pro غتماها legas غنماها

„ — l. 24 Loco vocis الخال — الحايل ut in Mersukii codice est.

„ ٧٢٨ l. 3 Loco vocis جنوهم legas جنو هم

„ — l. 24 — عينه — فى عينه

„ ٧٣٣ l. 20 — أُجِيهُ — أُجِنَّهُ

P. ٧٣٦ l. 10 — امامه — امامة

„ ٧٣٧ l. 24 — أُوذَى — أُوذِى

„ ٧٣٨ l. 14 Pro فالا in Mersukii codice والا legitur.

„ ٧٤٠ l. 2 Pro أعد cum Mersukio أعده legendum puto.

„ ٧٤١ l. 7 Pro وخارجه legas او خارجه

„ — l. 24 Loco vocis جوالانا — جولانا

„ ٧٤٣ l. 1 — الجزر — الجزور

„ — l. 11 — ساحفا — ساجفا

„ — l. 14 — قنّى — فنّى

„ ٧٤٤ l. 2 — بمعنى — يعنى

„ — l. 22 — انى — وانى

„ ٧٤٩ l. 17 Vox اى, quae in codice Tebrisii legitur, emittenda est neque in Mersukii textu existit.

„ ٧٥٣ l. 18 Pro اصفى legas اصغى

„ ٧٥٦ l. 9 Loco vocis واسبود — اسبود

„ ٧٥٨ l. 7 — جاءنى زيد — ما جاءنى زيد

„ ٧٥٩ l. 4 — احتها — اختها

„ — l. 16 — يفارقه — تفارقه Hoc legendi modo admisso legendum quoque est in scholiis l. 20. جمعك et l. 21 تفارقه فيه فتبكيه.

„ ٧٦٢ l. 17 Pro يتثلم legas يتلثم

„ — l. 20 Loco vocis يتهكمْ — يتهكم

„ ٧٦٣ l. 5 In Mersukii codice legitur وحكى هذا طبعان الامير

„ ٧٦٥ l. 13 Pro تغيير legas تعيير

„ ٧٦٧ l. 1 Loco vocis نعالى — تعالى

„ — l. 7 In Mersukii margine بالحيلة legitur, quod praefero.

„ — l. 18 In Mersukii codice legitur فراشا لظهر كل رمكة وثابة

„ ٧٦٨ l. 11 Pro خطه legas حظه

„ — l. 23 In Mersukii codice bene legitur وهو ما نقل الفعل عنه . . . . . . فنقل عن قله

„ ٧٧٠ l. 14 Pro يعزب in Mersukii codice يصدر legitur.

„ ٧٧١ l. 3 Pro اذ الجار legas اذا الجار, ut in Mersukii codice legitur.

„ — l. 20 Pro فضلل in Mersukii codice وضلل legitur.

„ ٧٧٤ l. 19 Pro يبنتذل legas يبتذل

P. ٧٧٥ l. 24 Pro خَبِيْر legas خَبِيْر
„ ٧٧٧ l. 11 Loco vocis اعنيته — اغنيته
„ — l. 16 — الدبح — الذبح
„ ٧٧٨ l. 10 — قوس قزح — قوس قزح
„ — l. 23 Pro البكر cum Mersukio للبكر legas.
„ ٧٨٠ l. 10 Pro عاد legas عادا
„ ٧٨١ l. 3 Loco vocis الدى — الذى
„ — l. 4 — لغزو — الغزو
„ ٧٨٢ l. 4 — فنة — الهنة
cum Mersukio legendum puto.
„ ٧٨٣ l. 4 Pro الوقت يهاجر السير in Mersukii codice melius legitur الوقت الذى يهاجر السير له
„ — l. 10 Pro المفرجة التى legas cum Mersukio المفرجة هى التى.
„ ٧٨٩ l. 5 Pro فتى legas فتى
„ — l. 11 Pro ينصرف كما لا ينصرف lege cum Mersukio يتصرف كما لا يتصرف.
„ — l. 16 Pro قنسرى scribas قنسرى
„ ٧٩٠ l. 13 Pro الماء legas للماء
„ ٧٩١ l. 15 Pro الجيد — للجيد

P. ٧٦٢ l. 20 Pro تبتغى leg. تبتغى وتبتغى
„ ٧٦٤ l. 4 Pro أنى — انى
„ — l. 18 Loco vocis عرة — غرة
„ ٧٦٥ l. 13 — الاصل — الأمل
ut in Mersukii codice est.
„ — l. 20 Loco vocis العدر legas العذر
„ — l. 22 — العين — العهن
cum Mersukio.
„ — l. 23 Pro والنار والغصب in Mersukii codice melius legitur النار فى القصب
„ ٧٦٦ l. 9 Pro بناء للمبالغة melius cum Mersukio بناء المبالغة legendum est.
„ — l. 19 Pro كبيرا legendum puto كثيرا.
„ ٧٦٧ l. 1 Pro تعصب in Mersukii codice melius يتعصب legitur.
„ ٧٦٨ l. 19 Pro جيدها legas جيدها
„ ٨٠٠ l. 14 Loco vocis مجرى — مجرى
„ ٨٠١ l. 5 — فى — فى
„ ٨٠٣ l. 15 — قذاذا — قذاذا
„ ٨٠٥ l. 10 — نبابيه — نبا بيه
„ ٨٠٧ l. 7 — كفى — كفى

CORRIGENDA

quaedam et addenda.

Tomus II.

Pars I.

P. IX l. 6 Pre in verso legas inverso
l. 36 — addita legas aut addita

„ XI l. 44 — selimus legas solemus

„ XVI l. 40 — scholiastis leg. scholiastae

„ XVIII l. 5 Addas: conf. Hadji Chalifah T. III. p. 113 sqq.
In adnotatione addas: Vir iste Ahli b. Mohammed adpellatus doctrinae viri Nafih b. Alasrak adpellati haereticisque deditus erat, qui contra Ohtsmanum, Ahlium, Moahwijahum, Thalhahum, Sobairum et Ahjischam in suggestibus calumnias proferebant. Die quarto ante finem mensis Ramadhan publice prodiit et secundo mensis Zafar occisus est, postquam per quatuordecim annos, quatuor menses et sex dies in rebellione perseveraverat. Ab Almowaffiko victus est Lulul praesertim auxilio, qui ab Ahmede b. Tulun secesserat. Hic dominus oppidorum Alleppi, Emessae, Kinnesrini, regionisque Dijar — Modhar adpellatae magnum exercitum ad Almowaffikum adduxerat.

„ XIX l. 2 Addas: Mersuklus carmina gentis Hodsail queque commentario illustravit.

P. 2 adn. 3 Pro Ahbd-Allahi legas Ahbd-Allahus utroque loco.

„ 5 l. 18 Addas: In Kamusi opere diversus neminis interpretandi modus est.

„ 6 Adn. 4 Addas: conf. Memoires de l'Acad. T. I. p. 357.

„ 16 l. 30 De Alfindo confer Memoires de l'Acad. T. I. p. 356.

„ 25 Adnot. 4 Pro verba legas verbi

„ 37 l. 2 Pro pectore, — pectore

„ 39 Adnot. 2 lin. 2 Pro vocem legas vox

„ — l. 3. Pro posteriobus legas pesterioribus

„ 40 l. 21 — significationem legas significationem esse.

„ 49 l. 25 Pro servabatis legas servabitis

„ 54 l. 8 — festinantur — festinauter

„ 55 l. 27 — vehanini — vehamini

„ 56 l. 29 — qum — quum

„ 65 Adnot. 1. Vixit potius ante Islami tempus, fieri enim potest, ut post Mohammedem natum vixerit. Memoires de l'Acad. T. I. p. 337.

„ 68 l. 8 Pro eum legas eam

„ 72 l. 7 — sane — suae

„ 78 l. 29 — speculanturus leg. speculaturus.

„ 85 l. 5 — obstinuises — obtinuisses

„ 94 Adnot. 2. Poetam Mohammedis tempore vixisse putavit conf. Memoires de l'Acad. T. I. p. 359.

„ 101 l. 26 Pro vox legas vocem

„ 112 l. 6 — vox — rex

„ 121 l. 9 — اعترزت — اغترزت